Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
48
NAPOLI

XXI.
C
48

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EVREMATICA,
SIVE
CAUTELÆ

I. IN CONTRACTIBUS ET ACTIBUS
inter Vivos:
II. IN TESTAMENTIS ET SUCCESSIONE UTRAQVE, TESTAMENTARIA
Scil. & Legitima:
III. IN JUDICIALIBUS, TAM CIVILIBUS, QVAM CRIMINALIBUS.

Omnia novo & accurato ordine præter recentem cautelarum accessionem, novasqve Veterum cautelarum censuras composita:
Et ad facillimum Practicorum atqve Theoreticorum usum accommodata,

AUCTORE
P. CORN. BREDERODIO,
JCto & Advocato Hagocomitano.

Ab innumeris mendis vindicata, & Indice copioso locupletata,
Cum novâ
PRÆFATIONE
DAVIDIS GERBERI,
LAUBA-HEXAPOLITANI, J. U. D.
Sacri Palatii Lateranens. Aulæq; Cæs. Maj. Com.

CUM SERENISS. ELECT. SAXON. PRIVILEG.

FRANCOFURTI & ERFURT.
Impensis, BENJAMIN HEMPELII.
M. DC. LXXXII.

L. S.

SYntagma Ευρεματικῶν ſeu Cautelarum, ſuperiori ſeculo, à *Petro Cornelio* BREDERODIO, JCto Hagæ-comitano, de his ſtudiis, ſi qvisqvam; præclarè merito, è variis Cautelarum Doctoribus optimo & inſtituto & ordine digeſtum & forenſium rerum ſtudioſis absqve invidia, qvi freqvens exercitatorum fori morbus eſt, per Epiſcopios communicatum, nova editione in lucem reſtitui, inter vota jam pridem fuit Eruditorum, qvi præcipuas JCti partes in reſpondendo, agendo ac *cavendo* verſari, pro hodierni autem ævi perverſitate uſum *cavendi* qvàm latiſſimè patere, intelligerent. Nam & apud nos Germanos eò argutiarum jam proceſſum eſt, ut ferè antiqvata Majorum fide, qvæ ipsâ ſe generoſa ſimplicitate & domi & foris ſatis olim tuebatur, & nationibus cunctis exempla porrigebat, nihil integri moris in foro reſtet, contra Trans-Alpinis & Græcis & transmarinis aliis cautionibus, qvæ contra publicam & confeſſam apud eas gentes fraudulentiam excogitatæ fuerant, omnes propè tabernæ & omnia prope tribunalia perſonent, & qvoqvo verſus reſpicias, oſtendat ſe Tibi

Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa.

Tum verò hæ ipsæ exqvisitissimæ cautiònes nec eò proficiant, qvin Rhetor vel Rabula inveniatur, qvi factum neget, qvi legem, qvi pactum, qvi scripturam, qvi signum, & cetera fidei vincula cavilletur. Qvare & jam vulgo ea opinio, qvam apud Ciceronem *I. de Oratore* Antonius scenæ suæ adaptavit palam regnare videtur: *Jure Consultum ipsum per se nihil esse, nisi Legulejum qvendam cautum & acutum, præconem actionum, cautorem formularum, aucupem syllabarum &c.* Actum autē ageret, qvi hic de natura, fine & usu Cautelarum, earumqve necessitate vel etiam declinationibus à recto, multa commentari, aut alia qvaqve via operi huic hederam suspendere institueret. Nam illud qvidem ipse *BREDERODIUS* in elegantissima ad *Petrum Beckium* ICtum præfatione luculenter præstitit: in hoc vero ea omnia methodo disposuit, ea, ubi opus fuit, epicrisi illustravit, ut suopte se Marte æqvis Censoribus commendet, & nobis prope religio fuerit, has cautelas notis prolixioribus, qvæ non planè nullæ ad manum erant, aggravare. Non qvod hoc auri, qvod de aliorum sabuletis BREDERODIUS collegit, prorsus sine scoriis deprehenderetur, aut fori ingenuini nullas interim alias easq; plures cautelas peperisset, (qvo enim consilio recrementa ista simul admiserit, ipse indicat, & prostant *Laurentii Tennini* aliorumq; posthac in lucem emissa *Cantelarum* collectanea) sed qvod nec abs re nostra adhuc integrum nobis esset, in iis, qvorum & judicium difficile & experientia sæpe periculosa, prolixum & exactum laborem ponere, nec,

qvæ

qvæ in Criminalium Causarum tractatione observata à nobis sunt cavendi genera satis matura & ad palatum Lectoris excocta viderentur: Deniqve vix decebat, operi tam specioso & expolito centones alienos assui. Si qvid tamen Deo & vires & otium permittente hac parte à nobis præstari poterit, qvod in schedis affectum habemus, id usibus fori, dummodo doctiorum aura adspiraverit, suo tempore lubenter commodabimus. Interim fruamur hoc ductore ac filo & simplices ut columbæ, prudentes ut serpentes, qvę cavendi ratio sacris Oraculis expressa ac præcepta est, evitemus qvicqvid est Sycophantiarum, qvod sub Cautelarum schemate palpus fori contra pietatem, candorem, veramqve prudentiam venditare consvevit, sitqve cuiqve vitæ selectioris Symbolum: Cavere.

Scribeb. Jenæ 1681.
d. 10. Jun.

DAVID GERBERUS, D.
Comes. Palat. Cæs.

PIETATE, VIRTUTE
ET ERUDITIONE ORNATISSIMO
VIRO
D. ANDREÆ BECK,
Jurisconsulto Prudentissimò & optimo, Amico singulari.
S. P. D.

UT *à Veteribus diligenter monitum est*, Optime & Consultissime Becki, *summopere cavendum esse, ne, dum Virtutes altè consectamur, in finitima & propinqua vitia veniamus: tum qvod ingenium humanum imbecillitate judicii involutum est: tum, qvod apposita & vicina* Virtutibus *vitia difficillimè dignoscuntur: sic etiam non minore animi judicio ac studio incumbendum esse sentio, ne, dum vitia nimis superstitiosâ detestatione fugimus, propinqvas atq; finitimas* Virtutes *simul declinemus.*

Hæc propterea scribo, ut eorum futilitas & imperitia notetur, qvi Juris Legumq; sacratissimarum Scientiam, qvæq; ad eam doctissima & ingeniosissima Prudentium Consultorumq; Virorum scripta nobis occurrunt, (etiam invisa & incognita) temerariô ausu condemnunt, & velut improbatæ lectionis à Sapientum manibus proscribunt, igni & aqvæ illa addicentes.

Horum in numerum cùm etiam Evrematica (Cautelas *posteri appellarunt*) *Juris Civilis à magna vulgi parte immeritò & leviter referri comperissem, non abs re, neq; alienum ab hac nostra, novaq;*

caute-

cautelarum *editione futurum putavi, si ad ea, quæ eleganter, doctè, & piè Clarissimus & Consultissimus Doctor* Johannes Fichardus *in sua* Cautelarum *promulgatione disseruit, meum insuper de illis* judi*cium apponerem.*

De Cautelæ *Etymo, & unde ea descendat, nimium laborare supervacuum est, si tamen aliorum causâ originationem arcessere mihi liceat, à* cavendo *cautionem & cautelam deductam esse, nemo non videbit. Qvid verò* cavere *est? Non est* dolo, astu, versutia, aut fucatis tendiculis (*ut multi putant*) *alterum circumvenire: hoc enim doli proprium est, qvi in calliditate, fallacia & machinatione consistit, & ad circumveniendum, fallendum & decipiendum alterum adhibetur, eoq; suo merito qvovis Juris Antistite indignus; qvod & acutissimus prudentiæ & doli finitor, Cicero, elegantissimè testatur:* Non, *inqvit ille,* placuit Majorib. nostris astus, sed aliter Leges, aliter Philosophi tollunt astutias. Leges, *qvatenus teneri manu res possunt:* Philosophi, *qvatenus ratione & intelligentiâ. Ratio itaq; hoc postulat, ne qvid insidiosè, ne qvid simulatè, ne qvid fallaciter. Qvid hac sententia planius, apertius, veriusq;? Itaq; & astutiæ tollendæ, & ea malitia, qvæ vult illa qvidem videri, se esse Prudentiam, sed abest ab ea, distatq; plurimum. Prudentia enim est locata in delectu bonorum vel malorum: malitia, id est, astutia, si omnia, qvæ turpia sunt, mala sunt, mala bonis anteponit.*

His positis, cavere *propriè ac more Juris consultorum ceterorumq; probatissimorum Auctorum, definimus, diligenter atq; legitimè* providere, *neqvid præter spem, vel contra rationem accidat. Laxius tamen sic describi potest, ut* cavere *sit* omni pruden-

tia & animi solertia, non solum futuris malis, ne accidant, providere; sed partim præteritis causarum vulnerib. partim præsentib. malis (*ne ulterius vel serpant vel noceãt*) promtis remediis occurrere.

Age, anteqvam ostendo in rebus publicis & privatis; nostros lapsa erigere, fatigata reparare, aut qvod tantundem est, cavere: *cautionem à natura esse comprobemus, & Ciceronem loqventem audiamus, qvoniam inqvit,* ut bona natura appetimus, sic à malis naturâ declinamus, *qvæ declinatio, si cum ratione fiat,* cautio *appellatur, eaq́ intelligitur in solo esse Sapiente. Est enim Sapientis, qvicqvid homini accidere possit, præmeditari: ferendum modicè, si advenerit, esse: majoris omnino consilii providere, ne qvid tale accidat: sed animi non minoris, fortiter ferre, si evenerit, & salutare remedium applicare.*

Hoc ut ad qvemvis Sapientem rectè qvis pertinere dixerit, sic in Civilibus & publicis causis Jurisconsultorum est, consultoribus suis & clientibus cavere *diligenterq́* prospicere, *ne qvid* causa *eorum detrimenti accipiat. Stat itaq́ hæc sententia,* cautiones, cautelasve *ad solos* Sapientes *pertinere, nimirum eas, qvæ nihil fallaciæ aut doli in se continent, sed à solo ingenii acumine, solaq́ prudentia & animi solertia procedunt. Semper enim* honesta *fuit illa* Prudentia *& animi promtitudo, atq́ alacritas* (dolum *semper excipio cum acutissimo Philosopho, Cicerone.* 3. Officior.) *in illa utilitatis & prudentiæ pugna. Est etenim* dolus, *ut* prudentiæ, *sic etiam* cautelæ *contrarius. Et profecto* consilia sua cauta callidaq; *habuerunt Imperatores, Reges, Principes, Magistratus, non solum profani Ethnici, sed & pii ac ipsi Christiani: habet* strategemata *Miles,* Antidota *Medicus: Theologis*

gis quoq; pia ac sancta prudentia *à Deo commenda-ta est. Nullum deniq; vitæ genus, nullus status, publicus sit, vel privatus; nulla Scientia, vel Ars,* sine solertia, *vel acuta rerum perspicientia commodè se habere potest. Solosne quis Jurisprudentes fungos & incautos esse velit? Cum potissimum, immo unicum prope illorum* officium *sit* cavere. *Minimè verò. Ludibrio certissimè & merito suo habendus esset inter omnes maximè Jurisconsultus incautus, & ob id etiam* Trebatius *sæpe à* Cicerone *irrisus, quod benè semper* aliis, *nunquam autem* sibi *rectè* caveret. *& Plaut.* in Epidico: jam cautor ipse captus est, *inquit.*

De Imperatoribus & Principibus exempla in medium proferam? Iis & Sacra & Humana Historia plena est. Rectè Sallustius in Catilinaria *inquit:* periculo atq, negotiis compertum esse, ingenium in bello plurimum posse: *& Tacitus II.* Annal. Magnos Duces, plura consiliô, qvam vi profecisse: *quod & Cæsar lib. I.* de Bello civili *ostendit,* non minus esse Imperatoris, consilio superare, qvàm gladio. *Quo facit, quod Vegetius rectè monuit* lib. 3. cap. II. Bonos Duces non aperto Marte, in qvo est commune periculum, sed ex occulto semper attentare. *Exempla si petamus ex Sacris, adest fortissimus Sacrorum Ducum,* Josua, *in Occupatione urbis* Hai: *adsunt undecim Tribus contra Benjamitas, Galaaditæ contra Viros Ephraim; Si ex profanis: Polyænus & Frontinus totos* strategematum *libros composuerunt. Valerius quoq; non pauca suis scriptis & singularia* strategemata *aspersit. Hæc in Militaribus, quæ non licita solùm & utilia, sed & necessaria, laudabilia, &, ut* Valerii *verbis utar,* ab omni reprehensione procul remota sunt. *Quid in Rebus Politicis?*

 ticis?

ticis? Annon sæpissimè in Rerumpubl. qvieta administratione, maximæ cautelæ *adhibendæ sunt*? Platonis *politia nunquam* cautionib. *indigeret; sed dum inter hos argutos, & malos vivitur, qvi ex fraude, fallaciis & mendaciis, toti propè consuti videntur, profectò non parum prudentiæ & solertiæ his, qvibus summa Reipub. commissa est, in esse debet. Qvot apud Veteres*, cavendi causâ, *tacita sunt facta Consulta, per qvæ, convocatis ad interiora Majoribꝰ, ea disponebant, qvæ non erant omnibus publicanda? de qvibus adjurare etiam solebant, ne qvis ante rem completam qvidqvam, vel audiat, vel intelligat. Clarum est illud, qvod Julius Capitolinus* in vita Gordianorum trium *recitat.* Eum morem, *inqvit*: apud Veteres necessitates publicæ repererunt, ut si fortè aliqva vis ab hostib. immineret, qvæ vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqva constituere, qvæ non prius oporteret dici, qvam effici; vel si nollent ad amicos aliqva permanare, tacitum Senatusconsultum fieret: ita ut non scribæ, non servi publici, non censuales, illis actibus interessent, Senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium scribarumq; complerent, ne qvid fortè proderetur. *Qvid? annon* hæ cautelæ *rerum gerendarum? Ordine, inqviet aliqvis, omnia in Reip. gubernatione gerenda sunt: verum est, & maximè tranqvillo Reipublicæ statu. Sed an hoc idem turbato etiam & periculoso? Cautelam prudentissimam* πολιτικώτατος *noster Tullius Bruto, Imperatori Consuli designato, scribit*, ut ne in libertate & salute Populi Romani conservanda auctoritatem Senatus expectet: voluntas enim Senatus; *ut post subjicit*, pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas im-

impeditur metu, qvamobrem ad omnia ita paratus atqve animatus esse debes, non ut nihil facias, nisi jussus, sed ut ea geras, qvæ ab omnib. summa cum admiratione laudentur. *Et hæc inter magna illa Exempla referenda sunt, qvæ videntur habere* aliqvid ex iniqvo, *qvod adversus singulos auctoritate publica rependitur, ut rectè monet Tacitus* Annal. lib. 14. *Necessarium enim est* in paruis *qvandoq;* ab ordine *abire, qvi* salvum *eum velint* in magnis. *Et qvamvis malorum futurorum providentia parum à recto recedat, semper tamen officio fungitur utilitati hominum consulens & societati, & qvod plerumq;* turpe haberi *solet*, turpe non est. *Sacrum etiam* Mardochei Judæi *& callidissimum consilium, qvo Populus totus Judaicus, jam internecioni destinatus, à morte liberatus fuit, adscriberem: sed brevitatis causâ cum infinitis aliis omittam. Id tantùm notabo generaliter, non statim dolosum ac violentum esse, qvod vel* clam *vel* vi *factum est. Sunt enim qvam plurima, qvæ arcanæ fidei summâ cautione committenda sunt, neq; ullam ob causam evulganda.* Taciturnitas *enim inqvit Valerius* lib. 2. c. 1. optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum. *Sunt, qvæ summa prudentia publicè & coram populo expedienda sunt, ut: cùm probatione vel exemplo opus est. Sunt, qvæ militari manu ob adversariorum contumaciam finienda sunt. Sunt deniq;, qvæ neqve clam, neq; palam, neq; manu; sed ratione, consilio, & placidâ persvasione componenda sunt: nam ut Cicero:* Prudentiæ ratio qværitur ex iis, qvæ clam, palam, vi, persvasione qvis fecerit. *Civilia, seu Judicialia leviter perstringam. Annon subtilissima cautela est Sapientissimi Regis,* Salomonis, *qvâ omni probationis*

nis auxiliô destitutus, ex re obscurissima, veritatem tandem eruit, atq; detexit, litem de filio, à naturæ instinctu, inter duas illas meretrices determinans?

Ad Theologiam tandem ipsam, imò & ad rigidos illos Catones, *aut si mavis,* Zenones *in hac etiam causa accedere audebo, qvi omnia in aperto, & simpliciter nihil clàm, aut callidè factũ volunt, Prudentiã à Deo esse & à Divino Spiritu, Deus ipse testatur, cùm eam per Davidem Salomoni tantopere commendat.* Paral.1.cap.22. v. 12. Detq; tibi Dominus, *inqvit,* Prudentiam & sensum, ut regere possis Israel, & custodire legem Domini tui. *Qvid Ecclesiasticus?* cap. 9.v.21. Secundum Virtutem tuam, *inqvit,* cavete à proximo tuo, & cum Sapientibus & Prudentibus tracta. *Et ipse Christus:* cavete vobis à fermento Pharisæorum: *Qvid? nonne ipse Christus Pharisæorum & scribarum* fallaciis *tentatꝰ, illorum versutiam & tricas* solerti prudentia *detexit, &* contraria *eam* subtilitate, *summo cum* illorum pudore *repulit? Matth.*21.v.24. *Marci* 11.v. 29. *Luc.* 20.v.3. *Hypocritæ & insidiatores illi, qvi velut inexplicabili machinatione circumvenire & capere Christum,* Prudentiæ fontem, *moliebantur, qvam repulsam passi? Qvæstiunculam illam captiosam:* utrum Cæsari tributum pendendum esset annon? *summa ingenii solertia eosdem retorsit. Qvod si in rebus non solùm publicis, tam belli, qvàm Pacis administrandis, sed etiam Sacris, & communi vivendi modo,* Cautio & prudentia, *ut jam rationibus & exemplis demonstratum est, plurimum valet, cur non Consultoribus Pacis & tranqvillitatis inter privatos tutandæ & conservandæ causâ, suæ* cautelæ, & prudentiæ *consilia permissa? non ut fallant, nam prudentia* fallere

non

non vult, & falli non potest, sed ut, quæ sibi, quæ aliis conducunt, ut Arist. 4. Ethic. cap. 5. ait, dispiciant. Ex qua Aristotelis sententia satis apparet, Prudentiam illam, quam ego in Jurisconsultis Cautelam dico, non in Publicis modo, sed etiam in rebus privatis & domesticis, & licitam & necessariam esse. Quod & Divinus Plato disertis verbis confirmat. Prudentem dicemus, inquit, sibi & Reip. consulere potentem ac validum: cujus prudentiæ vis & effectus est, honesta à deterioribus, utilia ab noxiis discernere.

Hoc tandem concludam: Quemadmodum Principibus arcana & consulta Consilia, Belli Ducib9 Strategemata, Magistratibus tranquillitatis ergo Inventa callida, Medicis valetudinis causa Antidota, Theologis Sancta & solers Prudentia commendata est: ita etiam Juris & æqui Sacerdotibus, quorum præcipuum munus est, aliis consulere & cavere, suas cautelas licitas, immo necessarias esse.

Venio nunc, Vir Clarissime, ad hanc nostram Cautelarum editionem, ad quam duabus potissimum de causis, alacriore studio & voluntate accessi: Prior est, ut quarundam cautelarum, non dico ineptias & stoliditates, sed merum fucum, fallacias & fraudes, pro temporis modo, notarem ac demonstrarem: ita enim quædam malitiâ & dolo plena, ut eas potius à Cavillatoribus quàm Cautoribus, & ex injustitiæ, quàm Justitiæ fontibus manâsse, merito quis dixerit. Ejus generis sunt omnes penè, quæ in postremam partem Tomi tertii, ad Criminalia Judicia observatæ & rejectæ sunt, quasq; ego unâ, ut ita dicam, fideliâ notavi: neq; quidem has expungere, aut prorsus amputare, animus mihi aut propositum fuit. Hanc enim potestatem privatus ego, in alieno neq; vindicavi unquam,

neq;

neq; etiam mihi in posterum vindicaturus sum. Sed cum Scientia ea, qvam profitemur, non modo circa Justa, verumetiam circa injusta versetur, ut Ulpianus rectè scripsit, justæ, vel injustæ hæ fuerint, eas suis Auctoribus integras & intactas reliqvi, mihiq; satis esse existimavi, qvibusdam meas & aliorum censuras subjicere, & suo cum Elogio ad posteritatem remittere, maximè cùm sciam illas non vulgo imperito, sed Jurisconsultis scriptas esse, qvi cùm boni & æqvi *notitiam profiteantur, æqvum ab iniqvo separare, licitum ab illicito discernere, haud difficulter poterunt. Legitimas itaq; & justas cautelas* imitandas *dedi, improbas autem, stolidas & ineptas,* cavendas *reliqvi.*

Altera *causa novæ hujus cautelarum editionis fuit earum confusio, qvam, ut arbitror, probare iis, qvi priorem editionem viderunt, necesse non erit. Utinam ita Jurisconsultorum scripta, illa scribendi perturbatione & commixtione expurgata essent, ut nobis potius de ea probanda, qvàm nunc de ea expurganda onus incumberet. Non eô tædiô neq; fastidiô depromendi, qvo nunc maximè premimur, laboraremus.*

Ordo *autem, qvem in cautelarum distributione secutus sum, is est: partitus sum totam earum farraginem in* Tomos *tres. Primus ordine literario* contractuum, actuumq; inter vivos *cautelas, per locos communes digestas habet. Secundus* testamentorum & successionis utriusq;, *tam testamentariæ, qvàm legitimæ remedia ordine Pandectarum, nimirū à libro vicesimo octavo, & qvo testamentaria & successionis materia initium facit, exacta & eleganti dispositione continet. Postremo autem cautelas* utriusq;

judicii,

judicii, civilis *scilicet & criminalis ordine, qvo in foro proceditur & usitato, præstat: atq; singulos tomos ita contraximus, eaq́; forma imprimi curavimus, ut velut manualia seu enchiridia singula separatim circumferri, qvo paratior cavendi usus esset, facilè possent. Ad hæc mea qvoq; remedia judicialia pauca, qvæ tunc parata habebam, postremo cautelarum Enchiridio inserui, ut & meo facto non illicitum esse, qvod alii ante me prudenter præstiterunt, sed maximopere laudandum, commonstrarem.*

Deniq; ne qvis antiqvitatis ignoratione existimet, cautelarum juridicarum usum & inventum, novum esse, & à Cepolla *primum excogitatum, præfixi his cautelarum Enchiridiis fragmenta libri singularis de Eurematicis* Modestini *Jurisconsulti ex fragmentis Jurisconsultorum Veterum â Clarissimo Consultissimoq; Viro mihiq́; conjunctissimo D. Gotofredo collectis, libenter & liberaliter communicata. Neq́; profecto Eurematica, ut facilè ex ipsius verbi significatione patet, aliud sunt, qvàm subtilia Jurisconsultorum inventa, qvæ nos* cautelas *dicimus. Et procul dubio est, si cui per otium Veterum Jurisconsultorum scripta exactiùs evolvere, & pervestigare animus esset, similes plurimas Veterum cautelas sub verbis* Remedii loco, consilium est, consulendum, optimum factum est, svaserim, &c. *proderet, qvæ nunc in hoc vago Juris profundo retrusa & subversa latent.*

Hæc sunt, Optime atq; Consultissime Becki, qvæ mihi de Cautelarum usu, atq; utilitate in præsenti occurrerunt: qvæq; in hac recenti Cautelarum editione à me, vel in aliorum scriptorum confusione tollenda, vel emaculandis & censendis nævis, vel etiam in novarum cautelarum accessione præstita sunt. Qvæ apud te, non tanqvam veri illarum atq; melioris dispositionis usus nescium, sed vel ut

apud

apud competentem & aeqviss. mea sententia Judicem exposui: Neq; hoc apud meliorem aut prudentiorem facere potui, cuj9 tam in Theoria, seu ipsa Juris Scientia, qvam in Praxi & rerum qvotidianarum usu (qvo utroqve nostra hac Evrematica constant) perìtia, non Vestræ Patriæ Provincialibus, sed toti Nobilitati, Nobilissimi illius Alsatici Districtus, explorata atqve probata est: ut tuo jure & merito possim dicere, qvod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, te esse eum, unde sibi, si non populi & reges, at omnes tui cives consilium expetant,

Suarum rerum incerti, qvos ego mea ope ex
Incertis certos compotesqve consilii
Demitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Est enim sine dubio Domus Tua totius velut Oraculum Provinciæ. Accedit huc Tua in omnibus rebus & summâ Pietas & Probitas, qvæ in æstimatione harum subtilitatum non parum momenti solent afferre. Altera *hujus nostræ inscriptionis causa, est in Beneficiorum tuorum erga me multitudine & antiqva Amicitiæ nostræ fide: qvæ etsi harum lucubrationum mearum oblatione repensare non cogitaverim (injustissima enim compensatio esset, imò jucunda ludificatio,* Beneficiorum gratiam cautelis *rependere) ferre tamen ulterius nullo modo potui, ut grati erga te animi mei memoria diutius recondita maneret: sed hoc tandem qvali qvali monumento meum in Te animum in æternum Tibi testatiorem fieri cupivi. Has itaq;* Cautelas, *uti à me in certum ordinem digestæ vitiis expurgatæ, novis Cautelis, & ad veteres novis censuris auctæ, novis item summariis & argumentis illustratæ sunt, Tibi, Consultissime atq; Optime Becki, perpetuum nostræ conjunctionis pignus offero, dedicoq;, Teq; pro eâ, qva in me es & semper fuisti voluntate, ut eas benigne, & bonâ manu suscipias, rogo. Deus Te cum Tua lectissima Familia, & Patria Tua & nobis qvàm diutissimè incolumem servet. Vale, Basileæ Kal. Augusti An. ult. temporis* CIↃ IↃ XC.

Tui amantissimus ac studiosiss.
PETRUS BREDERODIUS J. C.

CAUTELÆ

AUTELÆ MISCELLAEÆ IN CONTRACTIBUS ALIISQVE NEGOTIIS PRIVATIS ET PUBLICIS ADHIBENDÆ,

ORDINE ALPHABETICO DIGESTÆ.

BALDUS.

TRACTANDUM est de Cautelis, & remediis, qvæ materia est summè necessaria: 1
qvoniam in qvocunq; statu est aliqvis positus, debet uti Cautela, & remedio, & hæc accedunt ad tertiam politiæ partem, scilicet ad
vidend tiam futurorum. Est enim officium prudentis, qvòd qvæ fiunt ad finem debitum ordinentur, unde dicit Phi-
ophus, qvòd virtus prudentiæ consistit circa tria: scilicet memoria præteritorum, in scientia præsentium, & in pru-
ntia futurorum, *ut not. instit. in proœm. circa princip.*

B. PERUSINI CAUT. XIX.

SUMMARIA.

Cautelæ qvædam juris, qvædam facti.

Advocatus cautè verba proferre debet.

Transpositio verborum non nocet, si non faciat perplexitatem.

Error modicus non nocet.

Verba ponenda secundum propriam significationem.

Ciendum itaq; est, qvòd qvædam cautelæ juris sunt, qvædam sunt cautelæ, qvæ plurimum facti habent, ut fa-
cit illa, de qva dixi suprà eod. tit. in princ. Item ut fuit
, de qva narrat Petrus Aufusius de qvodam perito advo-
o, qvi dicebatur advocatus pauperum. Narrat enim, qvod
dam nobilis dives concupivit habere qvoddam prædio-
n cujusdam pauperis, qvod pauper alienare contradice-
Tamen dives excogitata fraude ad hoc, ut haberet no-
m pauperem, rogavit, ut reponeret in domo sua qvædam
lia olei, qvod pauper assumpsit, dives igitur habuit plu-
dolia, & partem eorum implevit ad summum, partem eo-
m usq; ad medium. Et omnia cooperuit, & firmavit, qvasi
ent omnia plena. Et ita reposuit in domo pauperis, dein-

de post aliqvod tempus accessit ad videndum dolia, & eis disco opertis clamavit contra pauperem dicens, qvòd invenerit dolia pro majori parte semivacua, & affirmavit sibi subtractum oleum, constitutus itaq; in judicio petiit emendam à paupere. Pauper autem interrogatus à judice nullam defensionem habebat, nisi qvòd se fecisse negabat, ad qvem judex, oportet qvòd emendes: qvia apud te & in tua fuerunt custodia, & jussit ad talem diem emendasse, vel se de jure defendat: cum qvo paupere illa die statuta dictus advocatus comparuit dicens, domine, iste pauper dicit omnino se insontem, unde peto ad veritatem inveniendam, ut evacuentur omnia plena; & si in semi plenis sit tantum fecis, qvantum in plenis cogatis pauperem ad emendam. Si minus, vel pro dimidia parte sit de fece in semivacuis absolvatis eum: qvia apparebit evidenter, qvòd à princ. illa dolia plena non fuerunt, qvod factum fuit, & pro medietate fex fuit in vacuis, pauper fuit absolutus. Igitur circa multa incumbit cautela advocatorum, *ut dixi suprà eod. in*
2 *princ.* Item * debet advocatus verba ita seriose ordinare, qvòd per transactionem non faciant repugnantiam, vel contrarietatem, vel perplexitatem: qvia tunc nihil includunt. *ut ff. de reg. jur. l. ubi repugnantia, & de cond. inst. l. si Titius, & plenè no. ff. de usu, & habi. l. servum. § fin. & extra de purg. cano. ca. cum dilectus.* Sed si ita transposita sunt, qvòd non faciunt complexionem vel prolixitatem,
3 tunc transpositio non nocet: * qvia verba transposita si benè sint posita, idem significant. *ut ff. de pecu. leg. l. qvadam, extra de verbor. sign. c. nihil.* Et tunc potest dici figura hyperbaton, *ut not. inst. ad l. Aqvi. §. injuriam.* Item & sci-
4 endum, * qvòd transpositio, vel error aut rasura in modica re, non nocet, ut puta in syllaba, *ut ff. de man. test. l. qvæ habet.* Nec in exordio sive narratione, *extra de test. cogen.*
5 *c. ex literis*, vel in paucis literis, *extra de cri. fal. c. ult.* * Sed inter ceteras cautelas debent esse cauti in libellis, & in qvibuscunq; scripturis, & dictis eorum, ut ponant verba secundum propriam significationem eorum, ita qvòd significatum verborum non discrepet ab intentione proponentis, qvia qvod verbum sonat, est realiter attendendum, & proferens qvid in mente gerit. *ut C. de cond. ob cau. l. si repetendi.* Nam intelligentia sermonis debet assumi ex causa dicenda.

Digitized by Google

. no. extra de verbor. signific. c. intelligentia. Hinc est à
ficatione verborum non est recedendum in dubio. *ff. de*
gl. non aliter. in prin. qvia verba simpliciter prolata ad
tiam significationem, non abusivam referuntur, *ut dict.*
n aliter. §. Titius, & de verbo. significat. l. nepos procu-
l idem facit extra de spon. cap. ex literis, qvantò ergo
dentior est advocatus, tantò studiosius suos sermones a-
s proferat, qvia secundum philosophum doctrina pru-
tum est facilis, qvi clarè intelligit, clarè loqvitur. Sunt
en qvidam sermones ita nodosi, ut insolubiles appare-
, ut hic scholaris dives rogavit magistrum legum, ut
it sius disceret, cui pro disciplina promisit pecuniæ tan-
, qvantum peteret, ita ut medietatem in primo, & me-
atem daturus eo die, qvo apud primum judicem perora-
itq; vicisset. Cumq; discipulus in studio facundiæ opti-
profecisset, caventib. patrocinium denegat, ut doctori
nissam non impleret mercedem. Ideo doctor cum di-
ulo litem de promisso contestatur. Et ait, disce inqvit
issimè adolescens, qvia utroq; modo futurum est, ut mi-
omissum exsolvas. Si enim vicero ex sententia, mihi
beris. Si enim non vicero ex pacto, te cogam. Cui scho-
respondit, utroq; modo futurum est, ut nihil conse-
is, sive enim absolvar, nihil ex sententia obtinebis: sivo
ambam, ex pacto nihil habebis, qvam litem inexplica-
n judices æstimatam in judicium reliqverunt, hoc de-
tur in Plinio de Pictore, & Evandro. Sed mihi videtur
cabilis contra scholarem, *ut ff. de regul. jur. in l. nulli.*
in omnib. causis, qvodammodo videntur insolubilia in
ff. ad l. fal. l. qvi qvadraginta. Item qvi pot. in pign.
l. Claudius, qvicunq; tamen plus attenditur sensus,
verborum proprietas, *ut extra de verb. sig. c. pra-*
. C. an servus pro suo facto. l. ult.

DE ABBATE FUTURO.

I. De Arnono Caut. XXXV.

Pro illo, qvi vult effici Abbas in aliqvo Collegio, in
mnes mortui sunt.

Via in præsentiarum, & in præteritum, nostris expo-
scentibus peccatis, adeò Epidimiæ morbus invaluit,
ut in multis Monasteriis unus duntaxat Monachus
nserit. Cautela est, ut ipse, qvi alias non potest sei-
eligere, committat vocem suam alteri, qvi eum eligat,

& huic eligenti ipse consentiat, qvod fieri potest. Ita Paulus de Leaza. in Clement. 1. de elect. Refert & seqvitur Angel. in l. nulli. in 2 colum. ff. qvod cujusq; universita. ubi dicit, qvòd ita fuit observatum in Abbate S. Benedicti. Et idem putarem in qvolibet alio Collegio, in qvo per electionem assumitur Caput, per suprà dicta.

PRO ACQVISITIONE FACILI.

T. Ferratus Caut. LIV.

§. Ad licitè acqvirendum unam rem absq; aliqva solutione pretii.

Summarium.

1. Fructus cujusdam tacitæ compensationis jure, qvo casu in sortem computentur.

TU cupis habere unam rem, puta unum fundum, sed tibi non est pecunia, nec alius modus, per qvem possis emere dictam rem, qværo à te, an esset pulchrum reperire unam Cautelam, per qvam posses licitè acqvirere ipsam rem absq; aliqvo pretio. tu incipies ridere, dicendo, qvòd istæ sunt ambages. dic, qvod imò est reperire Cautelam, dummodò possis, & velis eam practicare, videlicet qvòd mandes alicui, ut velit nomine tuo de sua pecunia emere illam talem rem, & postea te absentes, vel aliter ipsam rem non petas, * qvia isto casu omnes fructus, qvos ille percipiet, jure cujusdam tacitæ compensationis computantur in sortem, & sic elapso aliqvo tempore, calculabitur, qvòd tot fructus erunt percepti, qvot ascendent ad summam ipsius sortis, & per conseqvens conseqveris ipsam rem, qvòd nihil tibi constabit. ita solenniter docet Bald. *in Rubr. C. de contrah. emptione, in 15. q.* qvem refert, & seqvitur domi Jas. *in l. 1. §. mutui datio. in ult. col. Versi. 15. fallit. ff. si certum petat.* dicens, qvòd istud est valde notandum, & cordi tenendum: qvia hoc modo qvis poterit acqvirere fundum absq; aliqvo pretio.

DE ALEATORIBUS.

Vide infra in Ludus.

DE ALIENATIONE REI COMMUNIS IMPEDIENDA.

T. Ferratus Cautela LIX.

§. Pro Fratre, ad impediendum fratrem, ut non possit aliqvid alienare de re communi.

SUMMARIA.

s communem cum aliqvo si qvispiam habuerit, rtionem suam pro indiviso, ignorante, & invito cio alienare potest.

diciis universalibus, ut est judicium famil. her. r solam citationem res litigiosæ efficiuntur.

U scis, * qvòd si aliqvis habet rem communem cum aliqvo, qvòd potest portionem suam pro indiviso alienare, ignorante, & invito socio, *ut habetur in l.1. mm. divi.* & in l. ante divisionem. *C. de jur. dot. & in l. .C. de commu. re alien. & in l. portionem. cum simil. lib. donat.* Pone modò, qvòd duo fratres possident bona s sui pro indiviso, unus ipsorum vult alienare aliqvid onis communibus pro portione sua, alter frater nollet, qvid possit dari remedium huic fratri ad impediendum, no momento per aliqvot dies, alienationem fiendam lterum fratrem. Istud qvæsitum fuit pridie factum cui doctori me præsente. Qvidam dum amisisset ludendo ndam pecuniæ qvantitatem, ductus aviditate ludendi, a illud: Et revocat avidas alea sæpe manus, non valens aliam viam reperire pecuniam, tum etiam commotus propter qvandam reprehensionem fratris, qvi reprehenat eum de d. suo ludo, deliberavit vendere partem suam usdam pulchræ vineæ, alter frater penitus nolebat, qvo u qværebat de repentino remedio, qvomodo posset imire fratrem, saltem per aliqvot dies, ne posset aliqvid enare de re communi, sperans, qvòd cessante ira fratris, luceret eum ad voluntatem suam. Ille Doctor dixit, qvòd rat verum, qvòd bona essent communia, qvòd ipse non ebat remedium, qvomodo ille posset impediri, qvo mis non valeret alienare de re communi pro portione sua, i moveret ei qvæstionem dominii. Breviter allegabat ndam rationem frivolam. 1

§. Tunc ego dixi, qvod si volebat in uno momento impee per aliqvot dies, omnem alienationem fiendam per fraem de dictis bonis communibus, qvòd statim deberet ire, petere divisionem ipsorum bonorum communium, * 2 ia in istis judiciis divisoriis universalibus, ut est judicium miliæ hercifcundæ, per citationem solam res fiunt liti-

giosæ, & sic omnis alienatio impeditur, nisi subesset necessitas alienandi. *ita no. gl. in d. l. falso C. de commu. re alie. & gl. in l. portionem C. de donat. gl. & ibi per omnes in l. 1. C. commu. divi. & in l. alienationis ff. famil. herciscunda.*

DE ALIENATIONE DOTIS.

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXIV.

§. Ad hoc, qvod mulieris alienatio etiam in dote valeat.

SUMMARIUM.

1. *Dotis alienationi mulier consentire non potest.*

1 OMNES * sciunt, qvòd mulier non potest consentire alienationi dotis, *per Authen. sive à me, C. ad Vel.* Cautela est, qvòd teneat alienatio, ut uxor juret non contravenire, *ut d. cap. licet. de jurejuran. lib. 6.* vel qvòd ipsa simul cum marito recipiat pretium rei dotalis, qvia videtur illud habere loco dotis. *gloss. est not. in l. fin. & in l. ita constante. ff. de jure do. secundum Bart. in cons. Domine.*

DE ALIENATIONE RELICTI TESTAMENTO CUM PROHIBITIONE NE ALIENETUR.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXII.

§. Qvando est prohibita alienatio à testatore, qvomodo alienatio valebit: non obstante prohibitione.

SUMMARIUM.

1. *Clausula, visis, & inspectis verbis testamenti, qvam vim habeat, remissivè.*

SI pater, qvi habet fortassis filios dissolutos, & jubet eos non alienare mobilia, vel immobilia: salvo nisi in casu redemtionis captivorum, vel debiti, ante 25. vel 30. annos, & si secus facerent, illa bona extunc adjudicat, & relinqvit tali hospitali: vel ecclesiæ, an possit adhiberi aliqvod remedium, & occurri tali prohibitioni. Dico qvòd sic: videlicet, qvòd filii alienent, præcedente priùs repudiatione firmata pacto, vel stipulatione solenni per locorum præpositos: & dictam repudiationem fieri faciant ex causa transactionis appositæ illis verbis, * visis, inspectis, & cognitis verbis testamenti, *de qvibus habetur in l. de his. ff. de transf.* ita dicit Angel. *in l. qvoties. C. de fideic.* qvi dicit, qvòd ita multoties practicavit Perusii, per illum tex. & idem tu dicas, qvando testator prohibuit alie-

nationem bonorum, & in casu, qvo fiat alienatio: qvòd a transeant in nepotes, vel alios suos consangvi- os; qvia si filii volunt alienare, faciant, qvòd nepotes, consangvinei consentiant, & valebit alienatio sine na, ut est casus in d. l. qvoties, & ita aliàs fieri feci.

UT ALIENATIO LIBERIS IMPEDIATUR.

B. CÆPOLLA CAUT. XXXII.

SUMMARIUM.

Parentes qvæ verba concipere debeant, qvando volunt prohibere filios alienare.

MVLTI sunt modi a prohibendi alienationem alicujus rei, ita qvòd valeat & obscuretur prohibitio cum effectu, & unum modum, sive cautelam, vidimus su- a. Sed nunc adde aliam, videlicet qvod dicatur, relin- o, vel vendo, vel dono, vel concedo, vel relaxo tibi talem n cum hoc pacto & conditione, qvòd tibi non liceat a- nare, & si ad aliqvem actum alienationis deveneris, tunc minium ad me revertatur, vel ad tertium, & in eo casu, ex nunc, prout ex tunc constitues te meo nomine, vel tii possidere: nam isto casu non expectabo, qvòd perfe- alienes, sed cùm incipies alienare, statim redit ad me vel nsit ad tertium, & ita tenet Bart. *in l. qvi habenti. §. 1. fin. ff. de acqvir. possess. & l. filius mulieris. §. divi. ff. lega. 1. & l. si ita qvis. §. ea lege. & ibi per Ang. & ph. & Imo. & Doctor. ff. de verbor. oblig. & per Ang. Are. Inst. de act. §. item si qvis in fraudem,* * qvod no. a sæpenumerò parentes prohibent filios alienare, ut s, qvaliter debes concipere verba. a

1

ADDITIO.

Prohibendi aliena.) *Prohibitio alienandi facta per testorem hæredibus, qvando valet.* in l. pater. §. Julius rippa. & §. qvindecim. & ibi Dy. de leg. 3. in l. filius §. divi. & ibi Bart. de leg. 1. & Abb. in c. Raynaldus. 5. col. in princ. in glo. in ver. neutra pars. de test. lr. cons. 204. incip. prima dubitatio. & Spec. de pro- . §. 1. ver. *est & alia utilis rei vendicatione in positio- rei, & valet etiam si fiat in perpetuum,* ut ibi. & Alex. fi non for. §. si centum, de condi. inde.

DE ALIENATIONE REI MINORIS CUM DECRETO FACIENDA.

T. Ferratus Cautela LX.

§. Ad instruendum facientem interponere decretum, in alienatione rei minoris.

Summaria.

1. *In alienatione rei immobilis minoris si decretum judicis non intervenerit, & causæ cognitio præcesserit, tale decretum est nullum.*
2. *Decretum judicis interpositum in contractu minoris, non valet, tanquam interpositum sine causæ cognitione, quando judex ad interponendum vocatus, statim interposuerit.*
3. *Notarius si in instrumento alienationis rei Ecclesiasticæ asserat necessitatem, vel utilitatem subesse, de ipsa necessitate, vel utilitate, ipsius notarii verbis non statur, nisi necessitas vel utilitas probetur.*
4. *Clausula, nemine discrepante, & ex certa scientia, quid importet.*
5. *Actum quotiescunque quis liberè facere non potest, nisi certa qualitate interveniente, suæ simplici assertioni non statur, quòd illa qualitas intervenerit.*
6. *Lex multum de suo ministro confidit.*
7. *Judicis verbis, quo casu stetur, cum aliquam causam delegaverit.*
8. *Causæ cognitionem temporis brevitate intervenisse non præsumitur, si eodem actu datus fuisset curator, facta venditio, & decretum interpositum.*
9. *Sententia est nulla, quando judex tam brevi tempore ipsam tulit, quòd acta considerare non potuit.*
10. *Tutor si una die petatur, & illa eadem die à judice datus fuerit, quo casu talis datio nullius momenti esse dicatur.*
11. *Præsumptio una aliam tollit.*
12. *Actu in aliquo si judicis decretum interpositum reperiatur, omnes solennitates intervenisse præsumuntur.*

13. Ju-

*ici si suggestum fuerit, ut decretum suum inter-
iere vellet, ex eo, qvia justa venditionis causa sub-
it. si statim nulla alia inqvisitione facta ipsum
erposuerit, tale decretum valet, & tenet.*

Ecreto * judicis in alienatione rei immobilis mino- 1
ris, non interveniente, & cum causæ cognitione præ-
cedente, tale decretum nullum, & similiter alienatio,
qva fuit interpositum, est nulla, *ut l. magn puto. §.
asim. ff de re. co. l. ex qva. C. de adm. tu. & l. non solùm.
b as. C. de pradi. min.* & istud habet locum non solùm
ius immobilibus, qvæ veræ sunt ipsius minoris, & sic
ibus habet verum dominium, sed etiam habet locum
s rebus, in qvibus habet qvasi dominium & sic Publi-
m, *ut d. l. magn puto. §. 1. ff. de re. eo.* & habet locum
solùm in contractu, verum etiam in distractu, *secun-
Bald. in l. præses. Cod. de tran.* & habet locum non so-
n illis 4. casib. enumeratis in dict. *l. non solum. C. de
mi.* scilicet venditione, transactione, permutatione,
iatione, verùm etiam habet locum in compromisso
, qvia si minor facit compromissum absq; auctoritate
s, tale compromissum non tenet, secundum Bal. in
l. præses circa fin. C. de trans. & ista alienatio absqve
to est in tantum prohibita, qvòd etiam si minor veni-
atis impetrasset, nihilominus in suis alienationibus
est decreto, *ut l. 2. & 3. C. de his, qvi ve. ata. impet.*
; modò parum circumspecti, volentes emere rem im-
em à minore, vadunt ad judicem, & dicunt; Domine
nos vellemus emere à tali minore certum fundum,
ia talis emptio non teneret, si decretum, & auctori-
stra non interveniret, idcirco dicatis, ad qvem locum
mus venire ad hoc, ut valeatis decretum, & auctori-
vestram super tali contractu interponere, & sic dato
e conveniunt simul, & uno, & eodem actu in illo in-
ento venditionis notarius subjungit. Cui venditioni
ius judex cum debita causæ cognitione interposuit
decretum, & credunt, qvòd tale decretum interposi-
iodo qvo suprà, validat ipsam alienationem, in qvo
, qvia tale decretum, tali modo interpositum, non te-
per conseqvens nec alienatio. Nam per illa verba, de

qvibus supr. scilicet. Cui venditioni dominus judex cum debita causæ cognitione interpusuit suum decretum, non probant decretum intervenisse cum causæ cognitione, & de substantia reqviritur, ut superiùs dictum est, ita signanter concludit Paul. de Castr *in cons. secundum ordinem meorum, 99. in cap. super eo. qvod qværitur, utrum viso statuto.* qvem refert & seqvitur Alexand. *in consil. 163. incip. aliàs consultus respondi, in fin. in 5. volumine.* & Jason dicens tale dictum esse diligenter notandum *in l. nec qvidqvam. §. ubi decretum. in 16. column. versic. no. & secundò diligenter ff. de offic. procons. & leg. & in l. sciendum. in 4. col. versic. 3. adde de verborum obligatio.* & Bertach. dicens esse dictum notandum *in suo reper. in verbo, decretum judicis non validat donationem fraudulentam. v. 51.* referens Andre. Barb. dixisse in qvodam suo consilio incip. scripsit ecclesiasticus (qvod consilium est secundum eum post consil. 103. Alexand. in qvarto volumine, licet in meis non reperiam) se alias in cap. ecclesiæ S. Mariæ. de constit. allegasse qvoddam consilium Abb. Sicu
2 * qvòd decretum judicis interpositum in contractu minoris non valet, tanqvam interpositum sine causæ cognitione, qvando judex statim vocatus ad interponendum, statim interposuit. Movetur Paul. de Castr. in dicto suo consilio, per illam pulchram regulam, qvæ est, qvòd qvotiescunq; notarius attestatur aliqvid in instrumento, qvòd non potuit verisimiliter intervenire tempore rogatus, & sic tempore confecti instrumenti, tale instrumentum non probat, *prout tradit Bartol. in Authent. si qvis in aliqvo documento. circa finem. Cod. de eden. & in leg. si sorte. ff. de cast. pec. & latius per eundem & Scrib. in leg. sciendum de verborum obligat. per Abb. in cap. illud de præsumt. per Ant. Imo. Panormita. & latè per Fel. in cap. sicut. de re judic. latè Vital. Camb. in suo tracta. clausularum, in materia verborum enunciativorum in contractibus.* Sed sic est, qvòd ipsa causæ cognitio, qvam asserit notarius in instrumento intervenisse, non potuit tunc tempore confectionis instrumenti intervenire, qvia talis causæ cognitio debuit præcessisse, facta prius diligenti inqvisitione, an talis alienatio esset necessaria, vel utilis, vel minus damnosa, qvàm fuisset alienando aliqvam aliam rem, *juxta dict. leg. magis puto. §. non passim. ff. de re. eod.* Cum ergo tem-

pore confecti instrumenti, talis causæ cognitio non poit intervenire, seqvitur dicendum, qvòd non debet stacto notarii asserentis ipsam intervenisse, qvæ sententia est comprobari de eo, qvod pulchrè dixit Gemin. *in case primo in sexto not. de rebus ecclesiast. non alie. in sexto.* ubi voluit, qvòd si notarius in instrumento alienationis 3
ecclesiasticæ asserat necessitatem, vel utilitatem subesse, de ipsa necessitate, vel utilitate, non statur verbis ipsius notarii, nisi aliter ipsa necessitas vel utilitas probetur. Secundò potest fortificari de eo, qvod tradit Alexand. *in consilio decimo septimo, incipient. Viso instrumento locationis, in secundo column. versicul.* nec obst. qvòd instrumento contineantur illa verba narrativa. in qvarto volum. ubi dicit, qvòd si in instrumento dicatur, sæpe & sæpius ad invicem habito colloqvio super omnibus infrà scriptis cum dicto domino priore, & ipse prior & fratres dixerunt & asseruerunt, tandem conclusum & deliberatum fuisse & esse, præsentem locationem fieri debere, & propterea prior & fratres, ut capitulum prædictum, * nemine discrepante, spon- 4
te & ex certa scientia animis deliberatis locaverunt, &c. qvòd per talia verba non probatur præcessisse tractatum de alienando, vel de locando, qvi tractatus reqviritur in alienatione rei ecclesiasticæ fienda, & in locatione ad longum tempus, *ut habetur in capit. cum apostolica. & in ca. tua. de his qvæ fiunt à prælat. & 12. q. 7. sine exceptione.* Imò plus voluit Paul. de Castr. *in dict. suo consilio.* (cū qvo transit Felin. *in capit. sicut. in 15. column. versicul.* per qvam consuluit Paul. de Castr. *de re judic.*) qvòd etiam non *a* crederetur a
judici asserenti se interposuisse suam auctoritatem cum plena causæ cognitione, nisi aliter probetur per regulam, qvæ est, * qvòd qvotiescunqve qvis liberè non potest facere a- 5
ctum, nisi certa qvalitate interveniente, qvòd illa qvalitas intervenerit, nō statur suæ simplici assertioni, ut no. Bartol. *in leg. si forte. ff. de castr. pec. & in leg. per diversas in secunda column. Cod. man.* & glos. Bartol. Bald. & omnes *in leg. si donatione. C. de toll.* ubi Alexand. extendit hoc habere locum, etiamsi illa asserto esset juramento firmata, licet Bald. ibi voluerit contrarium, & malè. Cùm ergo judex non possit interponere decretum sine causæ cognitione, ergo non debet stari ejus simplici assertioni circa cognitionem causæ adhibitam. Tamen in hoc ul-

ultimo Alex. tenet contrarium *in d. l. sciendum. in 6. col. de*
6 *ver. obl.* motus per illam vulgatam regulam, * qvòd *b* lex
b multum confidit de suo ministro, ut ca. bonæ memoriæ Moguntinen. de elect. & c. in præsentia cum si. de re nun. Cuj9 opin. potest comprobari de eo, qvod habetur *in l. 1 ff. de off.*
7 *ejus, cui mand. est jurisd.* * ubi causæ meri & mixti imperii, qvæ regulariter non possunt delegari, nisi in casu necessariæ absentiæ, & longæ infirmitatis, vel alterius justi impedimenti, tamen si judex delegat aliqvam causam meri, vel mixti imperii, & in delegatione dicat: Delego justis de causis impeditus & maximè causa necessariæ absentiæ, statur verbis judicis, qvòd delegaverit propter necessariam absentiam, usq; qvo probetur contrarium. ita in d. l. 1. tenent Gui. de Cuneo & Albe. de Ros. qvos ibi refert & seqvitur Alex. in 16. col. versic. sed juxta hoc qværitur, dicens istud esse menti tenendum, qvia aliqvando notarii, vel alii officiales possunt alium subrogare ex causâ: nam creditur officiali causam asserenti. *& tenet glos. clara, qvam ibi indifferenter seqvuntur omnes in c. pastoralis. in verbo, exoncrare. de off. deleg. Bald. in leg. imperium. in 4. eo. ver. qvarto ff. de jurisd. om. judic. & in Rubr. extra, de off. de leg. in ult. col. & Alex. in cons 34. incip. consultus. alias in principali causa. in 4. volum.* Et sic patet, qvod licet judex non possit liberè actum facere, nisi interveniat certa qvalitas, tamen statur dicto suo, qvòd illa qvalitas intervenerit. Idem dicendum est in casu nostro, qvòd licet judex non possit interponere suum decretum sine causæ cognitione, qvod si ipse dicat se dictam causæ cognitionem adhibuisse, debet stari suæ simplici assertioni.

§. Tamen contra Alex. & sic pro opinione Paul. de Castr. scil. qvòd etiam non credatur judici asserenti se interposuisse decretum cum debita causę cognitione, nisi aliter constet de ipsa causæ cognitione, facit id, qvod singulariter consuluit Petr. de Anch. *in cons. mihi 83. incip. visis diligenter a-*
8 *ctis actitatis in dicta causa*, ubi voluit, * qvòd si eodem actu dat9 fuisset curator, facta venditio, & interpositum decretum, qvòd ex brevitate temporis non præsumitur causæ cognitionem intervenisse, & sic tale decretum est nullum adducens id, qvod in simili dicimus, * qvòd qvando judex tam
9 brevi tempore tulit sententiam, qvòd verisimiliter non potuit

tuit acta considerare, talis sententia est nulla, *prout no. Bart. in l. prolat. C. de sent. & dict. Ant. & Panor. in cap. 2. de re jud. & Pet. de Ancha. in consilio centesimo octogesimo octavo, incipiente visis consiliis famosissimorū Doctorum, post principium, & Baldus in consilio centesimo vigesimo nono, incipiente, dominantibus magnificis, & illustrissimis dominis, circa finē, in tertia parte & istud dict. Petri de Ancha. refert & seqvitur Alex. in consilio 218. incipiente, visis verbis Girnoldi, & literis apostolicis, circa finem, in secundo volumine. & d. Jason. ubi exclamat de hoc dicto, dicens esse dictum verissimum, & perpetuò notandum, in l. nec qvidqvam. §. ubi decretum. ff. de off. & leg. in 15. colum. versicul. circa hoc perpetuò not. in l. mandata. ff. de offi. ejus, cui man. est jurisd. & in l. judices. C. de judic. & in l. is apud qvem. in 9. colum. versicul. adde etiam. Cod. de eden. ubi dicit tale dictum esse benè tenendum cordi. Et hanc opinionem etiam tenet Rapha. Cuma in consilio 180. incip. videtur prima fronte dicendum. in 2. colum. versicul. nec huic obstat decretum jud. ultra qvos reperio istud idem tenere ipsum Petrum de Ancha. in consil. 36. incip. visa qvadam petitione, qvasi circa medium. qvem etiam refert & seqvitur Franc. de Cur. in consilio 46. incip. super controversia vertenti inter avum maternum, in 4. column. versic.* & in proposito decidit Pe. de Anch. volens, qvòd stante statuto, qvòd pupillo habenti tutorem possit dari contuor, si talis contutor fuerit petitus à consangvineis ipsius upilli ex parte patris, allegata causa suspicionis, vel aliqva lia causa legitima, vel verisimili, & judici probata, cum hoc men, si judici videbitur hoc esse expediens ipsi pupillo, it Pet. de Anc. * qvòd si contingat, qvòd dictus contu- 10
una die petatur, & illa eadem die datus fuerit à judice, òd talis datio nullius est momenti, movetur: qvia cùm ictum reqvirat allegationem & probationem causæ lemæ, & judex debeat inqvirere, an talis datio sit utilis llo, vel non, & illa eadem die, qva petitur dict. contuilla eadem die judex ipsum eligat, ex brevitate temporæsumitur judicem non discussisse, nec perscrutatum, an illa datio illius coadjuncti fuerit proficua, vel ergo talis datio debet dici nulla, *alleg. cap. ex literis integr. test. & Bartol. in dicta lege prolatam. Cod. de sent.*

sent. & non obstat secundum eum, qvod not. Innoc *in capitu. innotuit de eo, qui fur. or. su.* ubi voluit, qvòd in extrajudicialibus, qvæ ad officium judicis pertinent, semper pro ipso judice præsumatur, qvia respondet, ut etiam ibi dixit Innoc. qvod illud procedit & habet locum, qvando contra judicem non laboraret aliqva præsumptio, sed qvando laboraret, ut est in casu nostro, propter brevitatem tem-
11 poris, tunc secus juxta id, qvod dicimus, * qvòd una præsumptio tollit aliam, juxta l. divus. ff. de in int. rest. & c. literas de præsum. similiter dicendum est in casu nostro, cum uno & eodem actu fiat alienatio, & interponatur decretum, debemus dicere, qvòd talè decretum non teneat propter nimiam temporis brevitatem, propter qvam præsumitur debitam causæ cognitionem non intervenisse. Sed contra utrumq; dictum Paul. de Castr. *in dict, suo consil. 99.* facit illud famosum dictum Specul. *in titul. de empt. & vend. §. nunc*
12 *dicendum restat, versicul. & breviter scias.* ubi dixit: * qvòd si in aliqvo actu reperiatur interpositum decretum judicis, omnes solennitates & omnia reqvisita præsumuntur intervenisse, & similiter præsumitur ex justis causis fuisse interpositum. *de qvo est gloss. no. in lege prima. Cod. de fid. instr. & jur. hast. fisc. l. 10. qvam ad hoc peregrinam, & notatu dignam dixit Bald. in lege prima. ff. de rebus eorum. & qvam unicam & singularem dixit idem Bald. in c. in præsentia in 2. colum. de renun. & auream dicit Angel. in leg. sicut. §. non videtur. ff. qvibus mod. pig. vel hypot. sol. & de qva etiam facit festum dom. Car. in cap. Albe. de test. & qvam opinionem tenet Bald. in leg. fin. Cod. de præd. mi. & clarius in l. non aliter. de adop. cum concor. de qvibus per Alex. in cons.* 103. *incipien. visis scriptis mihi transmissis, in 2. colum. versicul. & præsumitur pro decreto. in secundo volum.* qvia, ut dicit Bal. *in cap. sicut vobis, de re judic.* c propter auctoritatem judiciariam præsumuntur omnia solenniter acta, etiamsi judex esset unus ribaldus. Si ergo decretum præsumitur interpositum ex istis causis, & omnes solennitates & reqvisita intervenisse, multò fortius hoc est dicendum, qvando per notarium, vel per judicem fuit attestatum. Fortius urget, qvod voluit Alex. *in cons.* 80. *incip. viso themate supra scripto. in 2. colum. versic. non obstat et-*
13 *iam id qvod not. Specul. in 5. volum.* * qvòd si suggestum fuit

fuit judici, ut vellet interponere decretum suum, ex eo qvòd fuerat justa causa venditionis, & statim nulla alia inqvisitione facta ipsum interposuit, qvod tanta est præsumptio pro judice, qvòd tale decretum valet & tenet, licet secundum eum Spec. visus sit tenere contrarium *in titul. de procu. §. primo. versic. sed qvid si solum*, & ista in effectu stringunt contra illud consilium Paul. de Castr. Tamen posset responderi, ut respondent Petrus de Ancha. Raphael, Cum. & Franc. de Cur. in suis consiliis superiùs allegatis, ad qvos me remitto.

§. Tu ergo, qvi vis facere interponi decretum judicis in contractu celebrato cum minore, si vis cautè negotiari, fugiendo Doctorum discrepationes, cautela est, qvòd facias, ut notarius conficiat unum instrumentum separatim, & diverso tempore, qvo contineatur ipsa causæ cognitio, qvam adhibuit ipse judex in contractu ineundo cum minore, narrando casum contingentem & utilitatem, vel necessitatem alienationis, & ipsum minus damnum resultans ex ipsa re alienanda, & in instrumento postea venditionis attestetur, qvaliter judex interposuit suum decretum, cum causæ cognitione, ut de dicta causæ cognitione constat in illo alio instrumento, & hoc modo evitabuntur altercationes Doctorum. *Istam practicam tradit Paul. de Castr. in d. suo consil. 99. qvam seqvuntur omnes, qvi de ea mentionem faciunt, ipsam multum extollentes, scil. Alex. in consilio decimoseptimo. incip. viso instrumento locationis, in secunda colum. versic. nec obstat qvod in instrumento contineantur illa verba narrativa, in 3. volum. Jas. in dict. §. ubi decretum. versi. no. & diligenter. & Felin. in dict. c. sicut. in 17. col. versic.* per qvam consul. Paul. de Castr. *extra, de re judicata.*

ADDITIO.

a Non crederetur judici asserenti, &c.) *An autem probaur per assertionem notarii, vide per Paul. de Castr.* in conio suo 79. *ubi ponit practicam, qvod de causa cognitione t aliud instrumentum, qvod consilium fuit farrago. ite. d. Thomæ, latius per Bart.* in consilio suo, scripsit ecfiasticus. qvod est post consilium 103. Alex. in qvarta parle qvo infrà, *& si statim interponit judex decretum, præitur sine causa cognitione propter temporis brevitatẽ.*

Lex multum confidit de suo ministro.) *Præsumitur*

pro

pro decreto, qvòd omnia ratione ac ritè & rectè processerint. ut voluit Bald. in l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. & per Spec. in tit de empt. & vend. in §. nunc dicendum restat. & per do. Alex. in consi. suo 103. in 2. volum. ibi, excusari debent, & ibi præsumitur, &c. *Qvando autem decretum judicis ex falsa causa sit nullum, vide per* d. Lud. Rom. in cons. suo 454. qvod incip. jure præsenti. ibi, tertio ex regula decretum judicis ex falsa causa interpositum, & ibi, ultimo: qvia ex facti narratione apparet, &c. adde Pau. de Cast. in l. cùm hi. in §. si prætor. ff. de transact. adde etiam do. Alex. in consil. 52. in 4. parte, in pen. col.

c Propter auctoritatem judiciariam, &c.) *Adde qvando judex facit actum judicialem, præsumitur solennitas etiam extrinseca.* facit l. manumissio. & ibi per Doct. de manu. vin. & per Innoc. in cap. innotuit de eo qvi furt. ord. susce. *qvòd solennitas etiam extrinseca præsumitur in actib. judicialibus propter auctoritatem judicis.* per Alex. de Imo. signanter in l. sciendum. ff. de verbor. oblig. 9. colum. per Bertach. latissimè in verbo, solennitas, *sed si minor haberet licentiam à testatore alienandi, secus est.* l. prædium. & ibi Bal. C. qvando dec. opus non est. *limita tamen, nisi testator fuisset minor. secundum Bal. ibi, non præsumitur tamen fuisse interpositum, nisi probetur per instrumentum.* per Pau. de Cast. in præalleg. §. si prætor. per Alex. in præalleg. l. sciendum. in 8. colum. *nam in hoc reqviritur scriptura. Vide tamen Ang.* in l. qvi in aliena. in §. 1. ff. de acq. hære. *qvi limitat. nisi post longum tempus: qvia tunc pro decreto præsumitur, licet non appareat de scriptura. & per Bald.* in l. qvicunqve. C. de bonis qvæ libe.

DE ALIENATIONE REI IN JUDICIO PETITÆ.

B. PERUSINI CAUTELA II.

§. Qvod sit remedium, qvando res petita pluries & sæpius cavillosò alienatur.

1 PRIMO igitur qværitur, * aliqvis vult ante rem petere per rei vendicationem, vel publiciana. Ego prudens subjeci aliqvem, qvi vendicavit rem à me, & eam sibi tradio. Et sic excludam actorem à sua petitione, *ut C. de alie. ju. l. 1.* & interim cum primus actor vult agere contra illum, qvem subjeci, similiter subjicitur, qvi vendicavit a se-

cun-

cundo possessore dictam rem, & sic in infinitum, qvod ergo erit remedium, & dic, qvòd aget actor contra primum alienantem tanqvam possidentem, cum dolo desierit possidere, ergo pro possessore habetur. *ff. de regul. jur. leg. par est,* & *ff. de rei ven. l. is qui dolo.* Et si dicatur, qvòd inutile est remedium, qvia de facili non probatur dolus, qvi non præsumitur, immo debet probari ex puris indiciis. *Co. de dolo. l. dolum.* Et adhibent qvidam aliud remedium, scilicet, ut peticurus insinuet judici sic, domine, suspicor ne talis in qvem facta est alienatio rei meæ ipsam alienet, vel submittat aliqvem ad ipsam vendicandam, & sibi tradendam, mandetis sibi, qvòd si hoc intendit, denunciet vobis, vel mihi, & hoc debent *per l. si suspecta. ff. de inoff. testam.* sed illa parum facit, unde non video, qvi jure reqvisitus cogatur hoc dicere invitus. *ar. Cod. de pe. har. leg. cog.* unde cautius est, ut exqvirat possessorem, & eum citari faciat, & libellum sibi offerat; per hoc enim efficietur res litigiosa, & ideo alienari non poterit. *Cod. de litigio. per totum, in authent. eod. tit.* Item qvòd exqvirat eum, in qvem alienari debet, & ei denunciet, ut non accedat ad emptionem talis rei, vel ad alium contractum, cum non sit distrahentis: qvia per hoc constituit eum in dolo, etiamsi postea emat, *ut leg. si fundus. Cod. de rei vend.* * Et simili cautela utendum est in simili qvæstione. Reus, cum qvo vendicata est aliqva res, dum etiam per sententiam succumbere deberet, submittit aliqvem amicum suum, ut ipsum repellat à possessione rei petitæ, & sic non possit reus condemnari, cum desierit possidere. *ff. ad exhib. l. 3. §. si qvis,* & de dejectione probat reus per testes, qvi interfuerunt dejectioni, vel forte per instrumentum, qvod inde fieri facit: collusionem autem illam actor probare non potest, qvia de ea non constat. In hac qvæstione dic, qvòd erit remedium, ut actor accuset dejectorem. *leg. julia. de vi* qvod facere potest, cùm publicum sit judicium. *ff. de publ. judic. lege prima.* vel etiam faciat, qvod curia inqvirat de hoc, & si non prohibetur, ut in qvo judicio restitutio rei vel possessionis ablatæ, accusatori si sua ostendit interesse, vel ad se spectare, *arg. le. restat. spol. c. ... ape.* vel ipsi cui fuit ablata possessio, & nunc poterit civilis qvæstio vendicationis agitari.

DE AMBASIATORE.

B. Carpolla Cautela CXXXIX.

 §. Qvòd

§. Qvòd ambasiator non petat restitutionem in integrū.

SUMMARIA.

1. Respublica nulla vocatur, nisi Romanorum.

AMBASIATOR non petat restitutionem in integrum: qvia absuit causa Reipub. * qvia nulla Resp. vocatur, nisi Romanorum, sed petat ex edicto generali, si qva mihi justa causa videbitur, *ita not. Ang. in l. cùm qvidam, in fin. princ. ff. de acqvir. hæred.*

DE ARBITRIS.

Vide infrà in compromissum.

B. CÆPOLLA CAUTELA. XCIX.

§. Pro Committente in Arbitrum juris.

SUMMARIUM.

1. Arbiter juris an jus commune vel municipale seqvi debeat.

1 a DUBITATIO* est, an arbiter *a* juris teneatur seqvi jus commune, an jus municipale, de qvo per Joan. And. *in addi. Spec. in titu. de arbi. §. excipitur. in addi. qva incipit, Gvido de Suz.* ubi tenet, qvòd debet seqvi jus commune. de qvo ego plenissimè dixi *in l. nominis res. in §. verbum ex legibus. maximè in 7. q. ff. de verborum signific.* qvod no. cautè, qvando causam habes committere, si jus commune disponit aliter qvàm municipale, ut scias qvaliter causa sit committenda, qvia poteris faciliter obtinere, & adversarius non perpendet.

ADDITIO.

a An arbiter.) *Arbiter obligatus procedere & terminare secundū jus qvod poßit,* vide Lud. in Rub. de ar. 7. col. Bart. in l. diem. §. stari. de arbi. *dicit eum non poße procedere contra jus. & tenet Sicul.* in c. cum dilecta. de resc. 4. col. in ver. not. sing. istum tex. sed But. contra in c. Qvinta vallis, de jurejur.

B. CÆPOLLA CAUTELA. LXIV.

§. Qvaliter arbiter sententiabit ultima die sui compromissi.

SUMMARIUM.

1. Arbiter usq; ad ultimā diem sententiā facere poterit.

SÆPE contingit, qvòd de lite inter partes fiet compromissum voluntarium, duraturum usq; ad certum tempus, puta duorum mensium, & actor nihil probat, & non proseqvitur causam, & se absentat, propt[illegible]d expirat ejus

jus jurisdictio, ita, qvòd actor licèt pereat prima instantia, poterit de novo incipere & agere, *ut habetur in l. properandum. §. 1 de jud.* Sed cautela est, qvòd reus expectet usq; ad ultimum diem, qvo finitur compromissum, & petat, qvòd arbiter ferat sententiam diffinitivā, * qvi poterit & debebit hoc facere, *ut probatur in l. si de meis. § cum l. seq ff de arb. & no. Inn. in cap. super eod. de app. & Spec. in tit de sen. §. nunc videndū. ver nunqvid autem. & per Bald. in Authen. ei qvi. Cod. de tempo. app.* qvòd illa assignatio termini in compromissū operatur, primò, qvòd habet vim termini peremptorii, secundò assignationis termini ad probandū, tertiò qvòd possit ferri sententia diffinitiva, & ita consuluit Bald. 1

§. Sed contra consilium Bald. fuit judicatum, & ideo cautela est, qvòd reus petat assignari terminum actori ad probandum, & qvòd differat usqve ad ultimum diem compromissi, & petat actorem citari ad audiendum sententiam, & hoc modo sine dubio potest arbiter ferre sententiam absolutoriam diffinitivè, de qvo nihil erit probatum; & idem in simili, qvando causa judici delegatur ad tempus de consensu partium. *de qvo dic per Bar. & Doct. maximè per Pau. Castr. in l. admonendi. ff. de jurejuran. & per Anto. de Butr. in cap. fin. de jurejurando.*

B. Cæpolla Cautela XCIII.

§. Qvòd non debeat stari sententiæ arbitri.

Summarium.

Arbitri à sententia appellari non potest.

Licet * à sententia arbitri non possit appellari, *ut l. diem proferre. §. stari. ff. de arb.* ubi habetur, qvod stari debet sententiæ ejus, sive sit æqva, sive iniqva, tamen Cautela est, per qvam qvis non cogitur stare, si doceat ipsam evidenter iniqvam esse, & appareat evidenter de læsione, tunc poterit dicta sententia officio judicis reduci ad arbitrium boni viri, *secundum Hostien. in c. 2. extra de arb. & 5. qvæst. 6. judicibus pro qvo facit cap. ex parte. & c. exposita. eod tit.* & hoc tenet etiā Vincen. *in d. c. exposita.* qvi dicit ita observari. *& idē dicit Hostien. in summa. de arb. §. per qva & sæpe. in tit. de arb. §. 1. v. est autē doctrina.* Et hoc est verū, si contradictū fuerit infra decem dies, *secundū ... in d. c. judicibus. & tenet etiam do. Ant. de Butr. in c. ... a Gallus. de jurejur. & ibi Joan. de Imo. in c. veniēs. eo. ... in d. cap. exposita. & in d. §. stari. & per Angel. & Doctor.* 1

ctor. in l. si servus plu. §. fin. ff. de legat. 1. & per Vegist as in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.

DE BANCHARIIS.

B. CAEPOLLA CAUTELA IX.

§. Qva qvis faciat bancharium, seu nummularium acceptare literas cambii, seu debitorem suum debitum confiteri.

SUMMARIA.

1. *Literas cambii si mercator recipiat, & ipsas lectas sine contra dictione in filza ponat: videtur se obligasse ad illud, qvod in literis continetur.*
2. *Confessio adversarii: de aliqvo tibi debito; qvomodo extorqveatur.*

PONE qvod filius, vel servus contrahit cum aliqvo, vel accipit pecuniam mutuo, & dicit se hoc facere de mandato patris vel domini, & tamen hoc non erat verum, postea dictus filius vel servus scribit ad patrem vel dominum, qvomodo contraxit cum tali, & petit ab eo, ut solvat dictam pecuniam creditori, si pater vel dominus recipiat di-
a ctas literas, & non contradicat, videtur tacitè *a* consentire, adeò qvod mandati, vel jussu tenebitur, *ut est tex. & casus in l. filius. fa. 2. ff. ad Macedo.* & ibi hoc notatur per Dd. & maximè per Pau. de Cast. qvi dicit, ibi per illum tex. eo ipso,
1 * qvod mercator recipit literas, puta cambii, & eis lectis, ponit eas inter alias, puta in filza, & non contradicit acceptasse dictas literas, videtur se obligasse ad illud, qvòd in literis continetur, qvod no. tu scholaris perpetuò, & tenementi, qvando habes literas cambii, ut eas præsentes campsori, & habeas tecum aliqvos testes, qvi possunt deponere & probare, qvòd nummularius literas acceptavit, & non contradixit à principio: nam si postea ipsum pœniteret, recusaret solvere illud, qvòd in literis continetur. Hoc tamen limita verum, nisi in talib. literis contineretur calculus rationis de datis & acceptatis, ut fieri solet, & ultimo loco poneretur restitui. Nam hoc casu licèt literas visas eas retineat, non tamen videtur se obligare: imò potius videtur eas retinere, ut eas videat, an ibi relata sint vera. *& hoc per tex. in l. si servus. ff. de cond. & demon. & per d. l. si filius.* * Dixit Do. Matth. de Matt. in suis not. Bonon. *in 28. notab.* posse notari mirab. Caut. extorqvendi confessionem adversarii

tui,

;videlicet, qvod tu mittas sibi literas, in qvib. dicas, òd roges ipsum, qvod tibi reddat centum, ad qvæ tibi tetur ex causa depositi, vel mutui, vel simili, vel dicas: qvòd emis ab eo, domum suam pro centum ducatis, unde ipse npliciter recipiendo literas, non protestando aliud in opsitum, videtur fateri debitum, & consentire venditioni, r *d. l. si filius. & per Cle. 2. de procurat. & hanc doctrinam nit. Bart. secundum eum in l. qvo enim. §. 1. ff. rem ratam ib. & l. qvi tabernam. §. 1. ff. de pigno. & videtur esse t. juncta gloss. in l. Publia in fi. ff. depositi. & ibi Bart.*

§. Et tunc, ut scias hoc practicare, dicit ipse, Cautela est, od testibus qvibusdam præsentibus præsentetur per nunm, & habeant copiam literarum, & tantùm stent, qvòd ram eis literæ aperiantur: consulo tamen dicit ipse & be-, qvòd hac Cautela non utaris ad malum, & valebit tibi ille aureos, si scias eam practificare.

ADDITIO.

a Tacite cons.) *Tacite actum inter contrahentes, habe- pro expresso.* vide Spec. de loca. §. jam dicendum ante, si autem.

DE CAMBII LITERIS.

Vide suprà in Bancharii.

DE CAPELLA.

I. DE ARNONO CAUTELA XCIIX.

Pro fundante aliqvã Capellã, ut illa non subsit episcopo.

PRÆTERITIS antè diebus venit ad me qvidam presbyter devotus, & dixit, se velle ædificare ecclesiam S. Rochi ob suam devotionem propter epidemiæ morbum, hac æstate multum invaluit in patria mea propter noscelera & delicta, ita tamen, qvòd non subesset dicta Caa ædificanda Ordinario nostro, qvæsivitq; à me, ut traim illi Cautelam, ob qvam id fieri posset. Ego respondi, fices Basilicam ipsam, & non facias in ipsa campanile, in elevaretur aliqva campana. Nec etiam facias in ea pasab omnib. celebrari, licèt qvandoq; sic, etiamsi in ea àa campanella pulsetur, & ita non erit in potestate Ordii, & sic fecit. Et istam Cautelam ego assumpsi ex dictis Abb. *in c. sopita, ext. de censib. & in c. patentib. in 1. no. de privi. & in c. inter dilectos, ext. de don. in 2. col. versin.*

DE CASU FORTUITO.

B. Cæpolla Cautela XLIIX.

§. Ad hoc, ut qvis semper teneatur de casu fortuito.

Summarium.

1. *Conductor simplex regulariter qvo tempore pensionem solvere non teneatur.*

1 REGULA * est, qvòd simplex conductor non tenetur tempore guerræ solvere pensionem, sed non potest recipere fructus, *ut leg. item qværitur. §. exercitu. ff. loc.* Idem, qvando non potest recipere propter aliqvam tempestatem. *leg. si merces. §. Vis major. eod. tit. & l. ex conducto. §* 1. Idem, qvando ex alia causa simili percipere non potest, puta propter sterilitatem, *ut leg. si uno. in prin. eod. tit. & in cap. propter sterilitatem. in princ. ext. de loc.* sed de livellario dubium est: sed veritas est, qvòd non tenetur, *ut no. in lege prima. Cod. de jur. emph. per Doct. & in dict. cap. propter sterilitatem.* Sed cautela est, qvòd sine dubio in omnib9 prædictis casibus teneatur indistinctè tam conductor, qvam livellarius ad solvendum pensionem, si instrumento locationis renunciatum est per conductorem, vel livellarium, seu emphyteotam exceptioni doli mali condictioni sine causa etiam justæ, & cum consilio, qvo conductor, vel livellarius se tueri posset à præstatione pensionis, nam tunc tenetur ad solutionem mercedis, etiamsi guerra superveniat post locationem, secundum Albe. *de Ros.* qvi dicit se obtinuisse coram collegio Pergamensi, *ut ipse not. in l. item qværitur. §. exercitu. ff. loca.* & ita dicit in Lombardia observari, qvod not. bene.

DE CAUTIONE SINE CAUSA FACTA.

B. Perusini Cautela III.

§. Qvod sit remedium, qvando cautio vel confessio debitoris invenitur sine causa facta.

Summaria.

1. *Stipulatio inutilis habet vim pacti nudi.*
2. *Actus si non valet ut agitur, valebit, ut valere potest.*

SECUNDO qværitur, teneris mihi ex legitima causa ad centum, demum promisi tibi ipsa centum à te non petere,

tere,

tere, sed hæc promissio vel stipulatio invenitur non valere, ut puta qvia non præcessit interrogatio. *C. de usuris l. 1. in prin.* Modo qværitur si debitor aliqvo remedio potest juvari. Et dic qvòd ita juvatur: qvia licet non valeat stipulatio, * valebit tamen, ut nudum pactum. *ff. de pac. l. jure gentium. Ver. igitur nuda. in gl. caute, &c. & l. si unus. §. acceptilatio.* unde ex eo juvabitur per exceptio. qvia saltem valet ad excipiendum, & ita confessione facta debitori qvi forte non valet, ut qvia extra judicium, vel sine causa: nam valet tantùm ad accipiendum, vel exceptionem parandam. Maximè cum sit ad liberandum: qvia si * qvod ago non valet, ut ago, valeat, ut valere potest, *ut institu. de adop. in fi. & de jurejur. l. sed & si possessioni. §. sed si rerum*, & sic valebit, ut pactum. *ut d. §. acceptilatio. argu. contra. ff. de jure codicil. l. si §. cum, & adde, qvod nota. C. de non nume. pe. l. generaliter. in ultima glos.* Item potest tale remedium adhiberi: qvia si forte causa fuerit in stipulatione vel promissione, potest stipulator nunc probare, qvod causa tunc intervenit, ut puta transactio donationis, vel alia legitima causa, ea probata seqvitur condemnatio, ac si ipsa promissione continetur, *ut no. ff. de doli excep. l. 2. §. circa, & C. de non nume. pecun.* lege generaliter in judicio, &c. sine causa facta promissio valet, *ut dicitur, & nota. ff. de intero. act. l. 1. in fin.* & facit, qvod dicitur suprà de qvæstionibus circa citationes in qvæst. 3. 1

DE CONFESSIONE.

B. CÆPOLLA CAUT. CLXIV.

§. Pro debitore, qvòd possit cedere nomen debitoris.

SUMMARIUM.

Creditore invito non potest creditor sui debitoris nomen cedere.

Vos scitis, * qvòd creditore invito, non potest debitor cedere nomen debitoris sui, *ut not. in l. inter debitorem. juncta l. pacta successorum. ff. de pac. secundum Paul. de Castr. ibi*, sed cautela est, qvòd debitor faciat qvòd unus tertius offerat creditori se soluturum pro ipso: nam si creditor vellet ab ipso recipere, debitor remanet liberatus. *casus est secundum Angel. in l. inter pactum. post de ... ssionem. ubi tradit hanc Cautelam. de pact.* 1

B. CÆPOLLA CAUTELA CXC.

§. Qvòd in omnibus casibus præcludatur via cedenti, agenti, contra debitorem suum.

SUMMARIA.

1. *Creditor licet alteri actionem cedat, cedens tamen cessione non obstante, in tribus casibus contra debitorem suum agere poterit.*

2. *Donaverit si qvispiam omnia bona sua, etiam actionis spem donare videtur.*

1 TU habes *l.3. C. de noVa.* in qva dicitur, * qvòd licet creditor cedat actionem uni, puta creditori suo contra suum debitorem, tamen cedens non obstante cessione, poterit agere contra debitorem suum, & exigere, nisi in tribus casibus, in qvibus non potest. Primus est, qvando cessionarius egit contra debitorem vigore cessionis, & litem contestatus est. Secundus est, qvando debitor incipit solvere cessionario. Tertius est qvando denunciatum est debitori, ne solvat, puta creditori suo.

§. Sed ad hoc, ut in omnibus casibus præcludatur via cedenti, agenti, contra debitorem suum, Cautela est, qvòd in instrumento cessionis exprimatur, qvòd in cessionarium fiat cessio debitoris, contra qvem omnia jura cedantur: & qvod cedens non solùm transferet omnem actionem, qvam habet contra debitorem suum, sed etiam cedit, & transfert omnem spem, & exercitium actionis, ita, qvod apud cedentem nullæ remaneant actionum reliqviæ. Nam & hoc casu cedens nullo pacto agere poterit contra debitorem, contra qvem est facta cessio, qvòd aliàs posset illis tribus casibus, *de qVibus suprà dixi, qVi habentur in dict.l.3. Cod. de noVa. & ista est una limitatio notab. ad dict.l. 3. qVæ fuit Tancr. de Cor. in qVodam suo opere judiciali, in ultim. par. in 11. q.*

§. Item posset esse alia Cautela, videlicet, qvòd fiat delegatio, & sic, qvòd debitor promittat solvere illi, cui jura ceduntur, qvia tunc delegans nullo modo posset agere, ut est casus *in d. l.3. in prin.*

§. Sed ista non semper potest fieri. Prima verò sic, & ideo
2 melior. * & adde, qvòd ille, qvi dat, seu donat omnia bona sua, videtur etiam concedere spem actionis, *ut no. 18. q. 1. statutum, in glos. sed qValiter.* qvæ qvidem actionis spes dona-

donari potest, *ut l. 3. C. de novat.* & sic non haberet locum. *d. l. 3. C. de novat.* qvod no. pro declaratione ejusdem legis.

B. Perusini Caut. XII.

§. Qvalis cautela sufficiat ad excludendum agentem ex jure cesso.

Undecimo qværitur,* qvalis cautela poterit adhiberi, ut agens ex jure sibi cesso repellatur. Et propter illas exceptiones, qvæ no. *C. man. l. per diversas & ex his peten. . 2.* poterit objici talis exceptio, scilicet ut non audiatur agens ex jure cesso, nisi primò satisdet de defendendo illum, ex cujus cessione agit, qvando cessio facta est ex causa lucrativa, *ut ff. de procur. l. servum. in fine. & l. seqven. in fi. de doli except. l. apud celsum. §. de auditorum, & adde. qvod dicitur suprà de qvæstionibus circa procuratorem. 2. qvæst. 7.* Item in instrumentis qvoq; cessionum debet talis adhiberi cautela ut in eis exprimatur, qvod in cessionarium fit delegatio debitoris, contra qvem jura cedunt, & qvòd cedens transfert omnem actionis speciem, ita qvòd nullæ remanent apud eum reliqviæ actionum. Nam ex hoc delegans nullo modo agere poterit contra debitorem delegatum, sed is tantum, cui facta est delegatio, qvòd aliàs esset in illis tribus casibus qvi leguntur. *C. de nova. l. 2.* * 2
em no. qvòd qvi dedit, vel donavit omnia bona, videtur ncedere etiam speciem actionis, ut not. 28. q. 1. statu tum, glo. sed qvaliter, &c. Qvidqvid actionis specie donari test, *ut C. de donatio. l. 3. &c.*

B. Cæpolla Cautela LXXXIX.

. Pro chirographis mercatorum.

Summarium.

hirographo seu scriptura privata manu notarii on confecta, reqviritur qvòd trium testium subcriptio interveniat, alioqvin non valeret.

Mercatores de mercibus suis sæpissimè non faciunt conficere instrumenta publica, sed privatam scripturam faciunt, qvæ dicitur Chirographus, vel etiam appellatur, scriptura de manu: sed est periculosum dere de dicto Chirographo, * in qvo reqviritur, qvòd eniat subscriptio trium testium, aliàs non valeret, o est scriptura privata, non confecta manu notarii, vel æ personæ, *ut est text. in Authent. si qvis vult. cau-*

re. depone. C. qui po. in pig. ha. Nam si aliqvis, qvi se subscripsit, moriatur, illud Chirographum nihil probabit, nisi, ut dixi, sit scriptum per manum publicam, vel habeat sigillum appensum, *ut est casus no. in c. 2. de fide instru. & ibi ponitur per omnes Dd. de ista materia. & est. glo. valde no. qua ita dicit in cap. inter dilectos. in vers. publica manu. eod. tit. de fide instrum.* & ideo tu sis cautus, qvòd non recipias Chirographum, nisi sit scriptum manu notarii ad hoc rogati, vel nisi apponatur sigillum promittentis. sed, si poteris, facias conficere publicum instrumentum. facit ad hoc, qvod dictum est in præcedenti Cautela.

ADDITIO.

a Priva. script.) *Scriptura propria manu debitoris facta, & confessata, probat etiam non subscripta contra debitorem, non contra tertium, nisi sit subscripta testibus. Bart.* in l. scripturas. in 1. col. ver. not. C. qvi po. in pign. hab. *Item scriptura privata qvomodo impugnetur, vide Specul.* de instru. edi. §. satis utiliter. per totum.

DE CIVITATIBUS.

I. DE ARNONO.

§. Pro civitatibus & municipiis, ad constitutionem regni, si damna clandestina.

PEr dictam regni constitutionem, si damna clandestina habes, qvòd universitates puniuntur, ut ibi de homicidio clandestino commisso in territorio. Sed ego præsupposita validitate dictæ constitutionis, trado tibi optimam Cautelam, ut non teneantur, ut allegent, illud homicidium non fuisse factum in territorio, sed extra territorium, & postea in illud illatum. Et hoc non tenentur probare, imò curia debet hoc probare per regulam *l. penul. §. docere. ff. ne qvis eum qvi in jus.* per qvam regulam refert ibi Paulus de Castr. Mathesil. determinasse, stante statuto, qvòd villa teneatur de homicidio in ea commisso, qvod non sufficit, si reperiatur corpus mortuum in illa villa, qvia posset esse, qvòd in alio loco fuisset mortuus, & postea in illam villam portatus. Refert & sequitur dom. Jason. *in d. §. docere. in 1. colum. in secundo notabili. & ita consulendo tenuit etiam Philip. Dec. in consi. 37. incip. divino implorato præsidio. in 5. col. in fin. in 1. vol.*

Digitized by Google

DE CLERICIS.

B. Perus. Caut. XI.

§. Utrum possit adhiberi cautela, ut clerici pro eorum possessionibus solvant curiæ seculari collectas.

DECIMO qværitur, an possit adhiberi Cautela, ut clerici succedentes patribus, vel aliis personis, teneantur ad solvendas collectas pro possessionibus hæreditariis, & pro collectis impositis, anteqvam successio ad eos pervenerit. Non est dubium, maximè si clericus ibi est civis, ubi bona constituta sunt, qvia illa bona transeunt cum onere suo. *ff. de acqviren. re. do. l. traditio, & extra de censi. c. 1.* Nam clericus non ut clericus, sed ut possessor illarum rerum, pro qvibus collecta debetur, convenitur *ff. de mune. & bo. l. reperto. §. fin. & de aut. ju. l. conditiones.*

Item qvia succedit in locum privati, jure privati debet. *ff. de jure fisc. l. fiscus, & de usuris. l. cum §. debitores, & 16. q. si qvis laicum.*

Sed an teneatur de collectis impositis, postqvam ad clericos devenerunt, dubitatur, primò videtur, qvòd sic: qvia, ut dictum est, utitur jure privati: ergo, &c.

Item qvia clericus pro suis possessionibus sitis in alia parochia debeat solvere decimam illius parochiæ, *ut extra de decimis. c. novum. & ibi not.*

E contra qvòd non, postqvam effecti sunt clerici, non potest per laicos collecta imponi, qvia sunt in privilegio clericali. *arg. ff. de jure fisci. l. fi, co. 2. responso, & 12. q. 2. ...*, qvia privilegium immunitatem præbet clericis, & bonis ipsorum. C. *de episc. & cle. l. 1. & 2. & aut. item nulla, ...posita, & extra de immu. ecc. c. non minus, & eod. tit. c. ...cis. lib. 6.* Et hæc videtur veritas, qvæ probatur *in d. l. ... 2, responso.* Bona namqve clericorum suarum ecclesiarum privilegium merentur, *ut no. extra de vita, & hone. ... fi. c. jure censetur, & no. extra de consti. c. ecclesia ...læ Mariæ*, præterqvam in eo, qvod res episcopi vel clericorum possunt præscribi à laico, *ut no. 16. qvæst. 3. cap. posses...*, qvod intellige, *ut not. 16. qvæst. 1. cap. ut similiter.*

Sed qvidam adhibent hanc Cautelam, qvòd in civitatibus seu castris ipsorum faciunt, qvòd qvilibet civis pro... pro se, & suis hæredibus solvere propter omnes col... de bonis ipsorum, tam præsentibus qvam futuris, qvocunq;

cunq; tempore per commune imponerentur. Et ad hoc obligant omnia bona,&c. unde dicunt, qvòd per hoc pactum potest exigi à clerico vel ab hærede seu possessore bonorum obligatorum communi: qvia ut dictum est, res alienæ transeunt cum suo onere, *ut extra de censib. c.* 1. nam si res, qvæ primò obligata erat ad tributum præstandum, deveniat ad ecclesiam, tenetur ecclesia ad tributum, sive tributum illud ecclesiæ debeatur, sive locis, *ut d. c.* 1. Sed valde obstat. *d. l. fisci*, sed illud intelligo de tributis, & collectis de novo imponendis, vetera autem debent, *ut d. cap.* 1. & ex prædictis patet, vel dic, qvòd omnia supra dicta, qvod de ecclesiastico agro versata est ecclesia, *extra de censi. c.* 1. *& mansio, & manci. eccles.* & de rebus, qvi ab imperiali beneficio vel qvibuslibet pro beneficio sepulturæ largiuntur, de decimis etiam, & oblationibus fidelium nullus qvenqvam presbyterorum aliqvem solvere censum cogatur, nec nullius juri, nisi episcopi teneantur ad astricta, de his no. qvòd clerici à qvibuslibet emerunt, vel vivorum donationibus acceperunt consveta debent, & annua persolvere tributa. Et hæc veritas, *ut 23. q. ult. c. secundum canonicam, & C. de sacrosanct. eccle. l. penultima.* Not. tamen qvòd contractus tributarius vel censualis valde differt à contractu emphi. *a* qvia propter censum vel tributum non solutum etiam per multos annos non perditur res censualis vel tributaria, sed sufficit præstare censum, vel tributum, in qvo erat censatum, *ut plenè not. extra de reli. do. constitu. Ad idem facit. ff. de admi. lib. §. fin.* Num qvid autem novus civis, vel incola teneatur conferre ad solvendum debitum contractum à communi ante ejus civitatis vel incolatum, dicit lex, qvòd non, *ut C. de decur. lege providendum. libr.* 10.

ADDITIO.

a A contractu emphyteutico.) *Adde Pet. de Anch. in c. potuit. num.* 11. *de loca. & conduct.*

DE COLLATIONE BENEFICII.

I. DE ARNONO CAUT. XLIIX.

§. Pro illo, qvi dubitat de collatione sua, ut impetret secundam.

SOlet multoties evenire, ut qvi habuit collationem de aliqvo beneficio, tractu temporis de validitate illius incipiat dubitare.

§. Sed

§. Sed Cautela est, ut impetret secundam collationem, qvia per hoc non inducitur renunciatio primæ; Imò poterit uti utraq; ad defensionem suam. Istam Cautelam docet Abb. *in cap. post electionem. in 3. not. de conces. prabend. ubi dicit illum text. in hoc esse multum no. & se nescire alibi, & ita consuluisse per illum text. Pau. de Leaza. Vide c. constitutus 1. de testib. ubi idem probatur. Vide qvod not. in c. cùm olim. de re jud. Vide simile in c. ex literis. de in integrum restit. in Ver. appellavit, & supplicavit.*

PRO COMMITTENTE IN ARBITRUM JURIS.

Vide suprà in Arbiter item jus in Compromissum.

NE COMMUNIA A FRATRE ALIENENTUR.

Vide suprà in Alienatio.

DE COMPENSATIONE.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXXIII.

§. Qvòd de liqvido ad non liqvidum admittatur compensatio.

SUMMARIUM.

Regula, de liqvido ad non liqvidum non fit compensatio, qvomodo intelligatur.

SCIS qvòd vulgariter dicitur, qvòd de liqvido ad non liqvidum non debet fieri compensatio, *ut habetur in l. fin. C. de compens. & in §. in bona fidei. Instit. de act.* Sed o do tibi unam bonam Cautelam singularem, per qvam liqvido ad non liqvidum poterit opponi compensatio, & vidum non poterit interim exigi, & facta probatione de liqvido, debet fieri compensatio.

. Et Cautela est ista, si unus petit à te decem, in qvibus es debitor, & ipse tenetur etiam tibi in alia decem, aut ori summa si potest probare adversarius, qvòd sis debiuus, confitearis in continenti debitum & opponas pensationem pro ea qvantitate, in qva adversarius est tor tuus, & licet adversarius neget debitum, tamen it oppositio compensationis, & interim poterit à te ere, sed debebit te expectare, qvòd probes, vel non es debitum negatum. Nec obstat dicta regula, * qvòd 1 vido ad non liqvidum non fit compensatio, qvia deitelligi, qvando illud est liqvidum per testes vel alias pro-

probationes: secus, si esset liqvidum per confessionem partis, *ut est text. cum glo. valde no. l. fin. versicu. conjuncta. C. de comp. & ibi hoc no. & tenet Cyn. in 11. & est alia Gl. similis in l. nemo ex his. ff. de regu. jur.* Qvod no. qvia multi judices imperiti servant contrarium, & malè.

DE COMPROMISSIS.

Vide qvædam suprà in Arbiter.

I. De Arnono Caut. XXXIX.

§. Ad regiam Novellam pragmaticam, odia litium.

SOLET qvandoq; occurrere, ut mortuo fratre Sempronii uxor fratris vocet ipsumSempronium in judicio pro aliqva causa, & petit ipsam causam compromitti vigore dictæ regiæ pragmaticæ, qvæ dat istam exceptionem compromissi tam actori, qvàm reo.

§. Sed Cautela est, ut ipse Sempronius, si non vult causam compromitti, qvòd alleget causam non compromitti, qvia per mortem fratris sui talis affinitas est dissoluta. & ita obtinebit per textum in l. cui eorum. §. affinitates, ff. de postulan. ubi Angelus dicit, qvòd iste textus allegatur, qvòd si causæ debent inter affines compromitti, intelligitur durante affinitate.

I. De Arnono Caut. VI.

§. Ad regiam Novellam pragmaticam de compromissis inter conjunctas personas.

ETsi per regiam Novellam pragmaticam, & litium, sub Rubr. de compromissis inter conjunctas personas disponatur, causas inter conjunctos debere compromitti, tamen in calce ipsius excipiuntur nonnulli casus, in qvib. non habet locum compromissum. Pone, qvod vertitur in dubium, an aliqva causa sit compromittenda, puta, qvia dicitur, qvòd non sunt conjuncti, vel affines, vel si sint, non sunt conjuncti in qvarto consangvinitatis vel affinitatis gradu, ut reqvirit ipsa regia pragmatica, nunqvid iste articulus sit compromittendus, vel qvod illa instrumenta, sententiæ & obligationes, de qvib. in ea, in fin. sunt liqvida? Dicas qvod sic, propter *Glo. not. & qvòd ibi not.* per illam gl. Bart. *in l. si qvis in conscribendo. C. de pactis.* ubi singulariter dicit, qvòd si statutum vult, qvòd causæ inter affines debeant compromitti, & vertitur in dubium, si aliqva causa sit compromittenda, puta: qvia dicitur, qvòd non

Digitized by Google

non sunt affines, ista etiam causa est compromittenda. Et pro hoc facit: qvia ille, qvi est judex præparati, debet esse judex præparatorii. *l. ordinarii. C. de rei vendica. cum ibi nota. & l. qvi de crimine. C. de accusat.*

§ Et ideo Cautela est, ut qvi desiderat causam compromitti, semper alleget illum articulum etiam esse compromittendum per suprà dicta, qvod nota ad actum practicum: qvia qvotidie versatur in judicio.

B. CÆPOLLA CAUT. XIIX.

§. Ad Concordiam Arbitri, qvòd utamur verbo peragere.

SUMMARIUM.

1. Qvæstio pulcherrima disputata per Guid. de Suza contra Oldradum.

VErbum, agere *a*, verificatur per litis contesta. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. sed verbum peragere, reqvirit decisionem, *ut probatur in l. qvinqvaginta. ff. de excusat. tuto.* & ideo dicit ibi Nico. de Neapo. secundum Guido. de Suza, * qvod facit ad qvæstionem. Bononienses habuerunt qvæstionem cum Mutinensibus, qvia vicissim una pars ab alia petebat triginta millia florenor. factum fuit compromissum inter eos. Guido de Suza, qvi unc erat Mutinæ, fecit poni in instrumento, qvòd si Mutinenses causas suas infra tres menses non peragerent, &c. ost lapsos tres menses, qvòd debebant facere propter verum, peragerent, ita in instrumento positum. *argum. dicta qvinqvaginta. & l. 2. ff. de adult.* & contra Bononienses olebant opponere Mutinenses, qvòd ipsi non poterant are, ad qvod ipse respondit, qvòd actio eorum esset salva, ia agere qvis dicitur litem contestando, *ut in l. amplius n peti.* ita obtinuit contra Oldra. & teneas cordi, qvia ando facis aliqvod concordium, tu potes uti ista cautela. dicit do. Nico. de Neapo. *in d. l. qvinqvaginta. ff. de usa. tut. & Guid. de Suza. in d. l. 2. ff. de adul.*

(margin: a, 1)

ADDITIO.

Agere) *Agere dicitur qvis post litem contest. non ante, a dicitur agere velle.* Vide Spec.

I. DE ARNONO CAUT. XVII.

. Pro illo, qvi desiderat causam compromitti vigore matica, sed denegatur propter instrumentum liqvi-, ut alleget illud esse simulatum.

Su-

SUpra in decima Cautela fecimus ad alium effectum mentionem regiæ pragmaticæ, odia litium, nunc adhuc de ea sumus verba facturi. Contingit aliqvando, qvòd, reus petit causam compromitti: qvia affinis, vel conjunctus. Actor negat dicens se habere instrumentum liqvidum, qvo casu non habet locum compromissum, ut dicitur in fine dictæ pragmaticæ.

§. Cautela est, ut reus ipse dicat illud instrumentum simulatum, & sic habebit intentum suum, qvia causa debet compromitti. Et ratio est: qvia instrumentum simulatum est tanqvam corpus sine spiritu, qvia consensus est remotus ab actu. Ita egregiè inqvit Bald. *in l. 1. C. plus val. qvod agit.* ideo tale instrumentum non retinet amplius nomen instrumenti. *ita notat Bald. in l. precibus. per istum textum, C. de probat. & in l. fina. §. in computatione, C. de jure deliberandi. & in l. si non sortem. in princip. ff. de condict. indeb. Jean. de Imol. in l. fin. ff. à qvibus appellare non licet. Et in commento, capit. cùm contingat. in secundo membro, extra, de jurejurand.* Et pendente isto dubio debebit iste articulus compromitti, *ut dixi suprà. in sexta Cautela, propter glo. notabilem in l. si qvis in conscribendo. C. de pact.* & non poterit rejici, etiamsi illud instrumentum haberet juramentum, qvia contractus simulatus est ipso jure nullus, & non firmatur juramento, immò etiam juramentum est nullum. *glo. est singularis in l. emptione. & ibi Baldus & alii. C. plus val. qvod agit. qvam glossam ad hoc reputat singularem Panormitanus in cap. ad nostram. in 6. col. de empt. & vendit.* & in probatione istius simulationis procedetur per verisimiles conjecturas, sicut in dolo. *l. dolum. C. de dolo. ita consuluit Paulus de Castr. in consilio 82. incipiente, visis his, qvæ superiùs allegantur, in ult. col. & in consilio 326. incipiente, in cau a mota.*

I. DE ARNO NO CAUTELA X.

§. Ad regiam novellam pragmaticam odia litium.

LIcet ex forma, d. regiæ pragmaticæ, odia litium habeas, debere compromitti causas inter consangvineos, & affines; tamen hoc non habet locũ, qvando essent instrumenta, sententiæ & obligationes liqvidæ, ut ibi dicitur in fine, & diximus suprà in sexta Cautela. Pone, qvòd opponitur exceptio compromissi vigore dictæ pragmaticæ, re-

replicatur, non debere fieri compromiſſum, ex qvo extat inſtrumentum. Reſpondetur, inſtrumentum non eſſe verum, neq; ſolenne. qværo abs te, qvis probabit, illud inſtrumentum eſſe verum & ſolenne, vel impugnans illud, vel qvi allegat inſtrumentum? Dicas, qvòd ille, qvi impugnat, per id, qvod dicit Bald. *in c. 1. §. ſi inſtrumentum, de notis feud.* ubi dixit, qvòd pro inſtrumento publico duæ oriuntur præſumptiones, imò duæ probationes: ſcilicet, qvòd ſit verum, & qvòd ſit ſolenne, & idem Bald. *in cap. illud, circa finem, de præſumpt.* dicit, qvòd in publicis inſtrumentis non præſumitur fraus, neq; ſimulatio.

§. Et ideo Cautela eſt, ut ille, qvi habet pro ſe inſtrumentum, non aſſumat in ſe onus probandi veritatem, vel ſolennitatem illius, cùm pro eo præſumatur. Sed transfundat onus probandi contrarium in adverſarium. Et idem dicerem de ſententiis & obligationibus liqvidis, de qvibꝰ etiam loqvitur dicta pragmatica, in fin. cùm illæ ſint publicæ, per capit. qvoniam contra. de probation. & judicantur ut de qvolibet inſtrumento, *per l. cum precibus. C. de probat.*

I. De Arnono Caut. LVII.

§. Ad regiam novellam pragmaticam, odia litium, ut petatur inter conjunctos totiens cauſam compromitti, donec lis finem accipiat.

TAmetſi per arbitros electos ex forma ſuprà dictæ regiæ novellæ pragmaticæ, odia litium, non ſit cauſa expedita infra terminum, de qvo ibi, nihilo minus adhuc debet cauſa ipſa totiens compromitti, qvotiens lis fuerit deciſa, qvia iſta fuit ratio dict. regiæ pragmaticæ. *l. qvamvis. in fin. ff. de arb. adde Bald. notab. in l. veluti. §. hæc vox. & ibi Modern. ff. de edendo, & l. fideic. §. ſi qvis decem. per illum text. ff. de legat. 3. & in l. ſi. ut proponis. in ult. colum. C. qvomodo & qvando judex. idem tenet Ludov. Rom. in conſ. 404. incip. in caſu propoſitæ conſultationis videtur prima fronte dicendum vigore ſtatuti. & in l. prætor. §. hoc autem interdictum. ff. de oper. nov. nuncia. & in l. 2. in penu. char. ff. de re judic. Raph. Cum. in l. ſi cum dotem. §. eodem. ff. ſolut. matrim. Alex. in conſ. 212. incip. viſo conſilio. aliàs per me reddito. in 2. col. diximus in ſingularibus noſtris. ſing. 45. incip. ſtante regia novella pragmatica. pleniſſimè per do. Jaſo. in l. qvi per ſalutem. in ult. colum. ff. de jurejurand.*

§. Cautela est igitur, ut elapso d. termino, petas adhuc totiens causam compromitti, donec lis finem accipiat, & not. hanc Cautelam: qvia qvotidie evenit.

B. CÆPOLLA CAUT. XLI.

Ad compromittendum vel transigendum super rebus decisis per sententiam.

SUMMARIUM.

1. Juramentum servari debet, si possit sine interitu salutis æternæ.

Potest adhiberi modus, & Cautela transigendi, & faciendi compromissum super rebus judicatis, & sic super rebus decisis, hoc modo, scilicet si dicatur in compromisso vel in transactione, qvod sit compromissum, vel transactio de omnibus præsentibus, & qvæ in futurum fieri possent, intelligitur super omni eo, super qvo fuit arbitratum, vel trans. nam hoc modo faciendo compromissum, vel transactio valebit super rebus decisis. *& ita no, Ang. in l.* 1. *ff. de trans. l. cùm hi § si cùm lis. eo. tit.* nisi lex prohibeat fieri transactionem, nam tunc nihil operabitur fingere lites, *ut in d. §. si cùm lis. & ibi de hoc no. Angel. & de hoc etiam dic, ut ibi per Docto. & in c. exposita. de arb.* Secundo modo potest fieri compromissum super re decisa in transactione, si compromittentes vel exigentes jurent stare omni eo, qvòd transactum vel arbitratum fuerit per arbitratores, secundum *Bart. & Doct. not. in l. si qvis major, C. de transact.*
1 * & hoc operatur virtus juramenti, qvod debet servari, si possit, sine interitu salutis æternæ, *ut in c. cùm contingat. de jurejurar.*

B. CAEPOLLA CAUT. CCXX.

§. Qvando debet fieri compromissum, vel transactio, ut extendatur ad omnia, etiam ad decisa per sententiam.

SUMMARIA.

1. Compromissum, vel transactio, de re clara fieri non potest.

2 Significatũ non habere, nihil aliud est, qvàm negligere.

Si vis facere compromissum, vel transactionem plenissimam, & generalem, Cautela est, ut dicatur: Faciamus compromissum plenissimum de omnibus causis, litibus, qvæstionibus, & differentiis vertentibus, & qvæ verti possent inter partes qvacunq; ratione vel causa, & qvòd intelliga-

ligatur esse lis, qvæstio, controversia, & differentia de omni eo, super qvo fuit arbitratum, *secundum Angel. in l. 1. ff. de transact. de qvo vide omnino ibi, Paul. de Cast. Anton. de But. & Canon. in c. exposita. extra de arbitris.* & addatur cum omnibus dependentibus, connexis, & emergentibus ab eisdem qvoqvo modo, *juxta notata in l. eum actum in princ. ff. de negoc. gest.* & hæc verba dicuntur: * qvia de re clara, vel decisa regulariter non potest fieri compromissum vel transactio, *ut d. l. 1. cum ibi not. ff. de transact.* & propter dicta verba valebit compromissum & transactio, etiam super rebus claris & decisis, *secundum Angel. & Doct. in d. l. 1.* Item addatur, qvod dictum compromissum, vel transactio, vel qvietatio, sive liberatio referatur ad omnia, tam cognita, qvàm incognita, etiamsi dolo alicujus contrahentium erant incognita, & in genere, & in specie, & etiam ad jura, & obligationes qvascunq;, etiam ex futuro pendentes, & qvacunq; causa, aliàs ad ista non referantur, *per l. tres fratres. cum ibi not. ff. de pact.* Et ibi hanc Cautelam ponit Ang. & in qvantum fiat super controversiis, & differentiis ex testamento pendentibus, semper adjicias hæc verba, visis, inspectis, & cognitis verbis testamenti, vel talis ultimæ voluntatis, tàm per ipsos contrahentes, vel litigantes, qvàm per alios Jurisperitos, secundum Angel. *in d. l. tres fratres,* qvi dicit, hoc modo evitabis omnem errorem, & amaritudinē, & hoc etiam per *l. de his. cum ibi nota. ff. de transact.* & si litigantes, vel transigentes sunt literarum ignari, apponi facias hæc: Visis, inspectis & cognitis verbis testamenti, vel ultimæ voluntatis per Jurisperitos, de eorum mandato, & in eorum notitiam, insinues plenariè in vulgari sermone, ad eorum plenam & claram intelligentiam, *ut l. 1. §. fin ff. de verbor. obligat. secundum. Angel. in d. l. de his. in princip.* & si ista verba non essent apposita, tamen si partes asseruerunt se habere plenam notitiam, sufficeret partes legisse: * qvia non habere significatum, nihil aliud est, qvàm negligere: qvia significatum hujus verbi, sola inspectione non verificatur, *ut l. 1. §. sed si legi. ff. de his, qvæ in testamento delentur, secundum Angel. in d. l. de his. circa principium.* qvæ omnia bene nota: qvia qvotidiana.

1 (margin, beside "qvia de re")
2 (margin, beside "qvàm negligere")

T. Ferratus Cautela IIX.

§. Qvòd compromittens non possit habere recursum ad arbitrium boni viri.

Digitized by Google

SUMMARIA.

1. Compromisso lato laudo: appellari non potest, sed ad boni viri arbitrium reductio peti.

2. Læsio enormis dicitur, qvando aliqvis in 6. parte qvantitatis læsus fuerit.

1 TU scis, qvòd * si in aliqvem fiat compromissum, qvod lato laudo, licet ab ipso non possit appellari: qvia appellatio præsupponit jurisdictionem, qvæ pactis privatorum non potest conferri, *ut l. priVator. C. de jurisd. omn. jud.* tamen qvando aliqva ex partibus prætendit se læsam, bene potest tale laudum reduci ad arbitrium boni viri, etiamsi ipsæ partes jurassent non reducere: qvia subintelligitur tacita conditio, si arbiter vel arbitrator æq; arbitratus fuerit, prout no. *per Bart. & Flo. in l. si societ. §. arbitr. ff. pro soc. latè per Canonist. in cap. QVintaVa, de jurej. per Dy. in regula, scienti. de regul. juris. in 6. per Old. in cons.* 156. *incip. primum, de qVo qVaritur. per Alex. in consil.* 131. *incip. in causa Vertente coram pratore civitatis Imola in 2. Volum.* & istud est adeò verum, qvod dixit Bald. *in l. si unus. §. illud. ff. de pact. & in l. cum antea. C. de arb. & in cons.* 331. *incip. pramitto*, qvòd ista fuit qvæstio antiqva. in 3. parte, qvòd non potest per qvamcunq; verborum Cautelam impediri illa reductio ad arbitrium boni viri, ut etiam dicit Paul. de Cast. *in cons. 74. incip. qVia frustra, in 1. col.* Imò si statutum esset in civitate, qvod tolleret istam reductionem, tamen lato laudo, si aliqva ex partibus prætenderet se enormiter læsam, ista reductio, tali statuto non obstante, posset peti, *prout tenet Pet. de Anch. in sua repet. c. canonum statuta. de const. in 66. col. Vers. accedat hic qVastio de statuto. & in suo cons. 207. incip. in q. suprà dicta. hunc ordinem obserVabo, in ult. col. Versi. restat respondere ad statut. in cons. seq. incip. judex de jure judicatur, circa fin. & ut tenet Rom. in cons. 90. incip. Viso themate q. & Ang. in con. 172. incip. laudũ arbitratoris. Ful. in cons. 234. incip. qVoniam in singulis. Soc. in cons. 220. incip. Visis comprom. laudis, & statutis, in ult. col.*

2 §. * Et illa dicitur enormis læsio, qvando aliqvis est læsus, in 6. par. qvantitatis debitæ *secundum Bart. in d. l. si societatem. §. arbitrorum, Versic. qVaro, qVa dicitur parVa, Vel magna qVantitas. ff. pro soc. qVam opin. seqVitur Lanf. de Orta. in tract. de arbi. in ult. parte, q. 14. & Raph. Cum. in*

cons.

conf.50.incip. stante statuto civitatis Vincentiæ.Verf.ad id antē, de qvo qværitur. Alii volunt,qvòd hoc sit in arbitrio judicis,cum non sit à lege determinatum,& ita volvit Bald. *in d.l.cùm antea.C.de arb.& in conf. 378.incip. qværo, ad qvid operetur potestas in 1.parte.& glo.in §.pret.qvam ibi pro singulari seqvitur Ang.& Aret.Inst.de emp.& vend. idem Ang.de Aret.in l.1.§.si qvis ante.ff.à qvibus app. non lic.& Imo.in c.Qvintaval.de jureju.prout refert & seqvitur Alex.in l.si qvis arbitr.in fin.de verbor.obligat.* Et istæ sunt duæ principales opiniones, qvæ magis communiter tenentur, *secundum solennem Dd.& præceptorem meum in Canonib.Phil.Deci. in suo consil.29.incip. juridicam esse arbitror conclusionem. circa finem.*

§. Propterea eximius Doctor. Bart. Cæp. *in suis Cautelis,Cautela 19.incip.difficile est dare modum.*tradit qvatuor Cautelas ad impediendam istam reductionem,sed omnes in effectu claudicant,& de jure non procedunt. Sed tu ultra eũ accipe duas,per qvas ista talis reductio poterit impediri.

§. Prima Cautela est,qvòd in compromisso apponantur ista verba,eligentes eum, ut bonum virum, præcipuè non habito respectu ad alium: qvia ista verba habent istam vim, qvòd tollunt istam reductionem. *ita notabiliter voluit Bart. per rationem,*de qva ibi per eum *in l. 2. §.tametsi ff. de arb.qvem ibi seqvitur Alex. in Apost.dicens,istud esse dictum singulare,*& idem Alex.*in Apostil.in d.l. si societatem. §.arbitr.in ult.col.in verbo,operantur.ff.pro socio,qvam opi.etiam tenuit Rom.in suis sing.prout refert Lanfr. de Oria.in d. suo tract.de arb.in ult.parte,q.14.Vers.& ideo ex prædictis videtur resultare Cautela*, sed est verum, qvod Lanfr. ibi dixit, qvòd consulendo non auderet affirmare, qvòd per supradicta verba tollatur dicta reductio,& qvòd ita consuluit Salust.& Perus. in qvodam suo consilio, incip. In nomine individuæ Trinitatis,viso qvodam compromisso; tamen in consulendo,& in judicando magna est authoritas. Bart. & Alex.

§. Secunda,& optima est, si qvis vult impedire recursum ad arbitrium boni viri,qvòd utraq; pars inveniat unum amicum,qvi amici extra à compromisso per solennem stipulationem invicem sibi promittant certam pecuniæ qvantitatem,si partes non emologabunt laudum. Videlicet lis est inter Sempronium, & Titium,modò Gaius separatim à liti-

tigatoribus promittit Mævio centum, si Sempronius laudo contravenerit: Mævius similiter promittit Gaio centum, si Titius, & sic altera pars contravenerit: qvia hoc modo compromittentes, ad hoc, ut amicus suus non habeat solvere illam qvantitatem promissam in casu contraventionis, non audebunt contravenire. Istam Cautelam docet Dyn. *in cons. incip. Tholema9*, qvam seqvitur Flo. *in d. §. arbitrorum.* &, prout seqvitur Lanf. *in loco superius alleg.* & seqvitur Jo. And. *in addi. Spec. in tit. de arb. §. si Vers. item qvod si compromissum.* dicens, qvod ista Cautela multum freqventatur in Tuscia.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXCIX.

§. Notabilis ad hoc, qvòd compromittentes non possint habere recursum ad arbitrium boni viri.

SUMMARIA.

1. *Arbitri arbitramento vel laudo, qvòd non possit peti reductio ad boni viri arbitrium, est ferè impossibile.*
2. *Dolo futuro renunciari non potest.*
3. *Minor læsus restitutionem in integrum petere potest.*
4. *Qvi in casu principali fuit judex, in appellationis causa esse non potest.*

1 DIfficile * est dare modum, per qvem possit fieri compromissum in arbitrum, & arbitratorem, ita qvòd ab ejus laudo, seu arbitramento non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, *ut not. Doct. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & in l. cùm antea. C. de arbit. & per Dyn. in regula, scienti. de regul. jur. in sexto, & per Canonistas cap. Qvinta Vallis. extra, de jurejur. in tantum, qvod Bald. in d. l. cùm antea. & l. si unus. §. illud. ff. de pact.* dicit, qvòd per qvamcunq; verborum Cautelam fieri non potest, ut tolla-
2 tur reductio ad arbitrium boni viri per istam rationem: * qvia dolo futuro renunciari non potest, ne qvis invitetur ad delinqvendum, *ut habetur in d. §. illud.* sed tolleretur reductio, & arbiter & arbitrator læderet in maxima parte, præsumeretur fuisse in dolo, *ut [illegible] Barto. in d. §. arbitrorum. & in l. si qvis alter. circa princ. ff. de verb. obligat. & in l. alio. in 6. col. de aliment. & cibar. leg. & per l. omnes §. Lucius. ff. de his qvæ in fraudem credit.*

§. Sed tu potes adhibere unam Cautelam, per qvam cessabit ista ratio, & per conseqvens valebit renunciatio, videlicet

licet qvando fiet compromissum, in qvo dicatur, qvando partes promittant stare sententiæ sive laudo, & promittant non contravenire de jure, vel de facto, & renuncient reductioni ad arbitrium boni viri, & si esset læsio in magna qvantitate, & etiam in toto, volunt qvòd arbiter & arbitrator teneantur ferre sententiam, sive laudum, secundum consilium sapientis, ex qvo cogitur de consensu partium seqvi illud consilium, non poterit dici, qvòd ipse arbiter fuerit in dolo vero præsumpto, imò nec in aliqva culpa, *ut probat. in l. si convenerit. & ibi hoc not. Bart. ff. de jud. facit. l. 1. §. & post operis. ff. de novi ope. nunciat.* & ideo cùm dolus imputari non possit arbitratori, & renunciatio sit facta generalis, ut suprà valebit renunciatio, *& ita in effectu tenet Rapha. in l. 1. circa finē princ. ff. de appell.* & puta consilium esse verissimum, * & prædicta cautela procedit, nisi minor esset læsus, tunc posset petere restitutionem in integrum. *l. nam postea. §. si minor. ff. de jurejur.* vel nisi dolus partis intervenisset, *secundū Rapha. in d. l. 1. ff. de appell.* Sed adverte, qvia illud de restitutione posset tolli, si juratum esset de non contraveniendo, etiam ratione minoris ætatis & alia qvacunq; ratione, *ut in authent. sacramenta puberum. C. si advers. vend. & habetur in l. 2. C. de rescind. vend. & in l. si qvis cùm aliter. ff. de verb. oblig.* Item videtur, qvòd dicta Cautela non sit sufficiens, qvia ratio, qvare non valet renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri, est, ne qvis invitetur ad delinqvendum, *ut suprà dixi.* Sed per prædictam Cautelā, licet non invitetur arbiter & arbitrator ad delinqvendum, tamē mutatur consultor. qvi sciet non posse peti reductionē ad arbitriū boni viri, ideo ut omnis tollatur dubitatio, facias, qvòd consultor nesciat de ista renunciatione, qvo casu teneo, qvòd Caut. sit sufficiēs, aliàs nō per prędicta. 3

§. Posset etiam adhiberi alia Cautela, ut cum effectu renunciatio reductionis ad arbitriū boni viri valeat, videlicet, qvòd partes sibi invicem ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc cedant omnia jura, qvę habent, vel habituræ sunt qvoqvo modo, causa, & occasione reductionis ad arbitriū boni viri, in qvo casu feratur sententia, s. laudū per arbitros & arbitr. qvę cessio regulariter fieri potest, & valet, *ut l. 1. cū ibi not. C. de act. & obl. & not. in l. per div. C. man.* & facias, qvòd in instr. dicatur, qvas qvidē cessiones fecerunt dictæ partes ex sua mera, pura, & simplici, spontanea volun-

 tate,

tate,& ex certa scientia,qvia eis sic placuit,*ut docet Bart.in d.l.per diversas in princip.3. C. man.*

§.Tertia Cautela,circa prædictam renunciationem reductionis ad arbitrium boni viri potest esse, hoc modo, qvòd partes renuncient dictæ reductioni, & sibi in vicem promittant,qvòd in casu, qvo per alteram partem petatur reductio ad arbitrium boni viri,& reducatur,qvòd in vicem reductionis condemnetur in plus,vel in minus,qvàm judicatum fuerit per arbitrium & arbitratorem ex nunc prout extunc: & extunc prout ex nunc,totum illud plus,vel minus donat liberè,sponte,ex certa scientia alteri parti,contra qvam judex fecit reductionem, *argumen. l. qvidam decedens. in fin. princip. ubi videtur esse casus.ff. de administratio.tut.* Sed Barto. & Dyn. ibi videntur restringere illum text.ad culpam, & dolum præteritum,non autem in dolo futuro, *de qvo vide plenè per Bart.in l.Aurelio.§. Cajus.ubi idem tenet.ff.de lib.leg.*

§. Qvarta Cautela potest etiam in hoc adhiberi, ut scilicet dicatur in instrumento compromissi, renunciaverunt reductioni,& cætera.& in casu,qvo petatur reductio,& esset necessaria ex nunc prout extunc, & extunc prout exnunc, communi consensu, ipsæ partes elegerunt in bonum virum ipsos eosdem arbitros,& compromissores,eidem reductioni stare promiserunt.In contrarium tamen videtur, qvòd ille,
4 * qvi fuit judex in causa principali, non potest esse in causa appellationis, *ut nota per glo.in verbo,provocatũ,in l eos. in princ.C.de app.& ibi per Doct. & Glo.in cap. qverelam. in princ. extra, de electio.* tamen hoc non obstante teneo, qvòd dicta Cautela procedat non obstante Glos. præcedenti,qvia non habet locum,qvando utraqve pars litigans consentiret,qvòd judex,qvi fuit in causa princ.sit in appellatione, qvia tunc valeret dictus consensus, *ut est casus, qvi hoc optimè probat in cap. accepta.extr. de app. & ibi per Doct. & vide, qvòd not.per glo. fi. in l. filius. ff. de inoff. testa. & ibi etiam per Doctores a.*

ADDITIO.

a Doct.) *Adde tres alias Cautelas: Reductione petatur. Cautela est, qvòd duo extranei promittant pœnã invicem, qvòd partes non petant reductionem,* vide Dyn. in consil. Ptolemæus,&c. Lanfr. in tract. de arb. septima parte. 14. q. vers. ex omnibus præmissis Flor. in §. arbitrorum. & ibi Alexand.

lexand. 6. col. & Oldra.conſ.157. Ioannes Andre. in addit. Spec. de arb. §.fin. verſic.item ſi compromiſſum. & Bald.in cap. Qvintavallis. Adde dictum Bartol.in leg. qvod de bonis.§.fin.ff.ad legem Falcid. *Alia Cautela.Clauſula in compromiſſo, ut bonum virum, operatur, ut læſus reductionem petere non poſſit.* Bartol.in l.3.§.tametſi in fin. ff.de arb. *Alia Cautela, clauſula in compromiſſo Lædere in parva, vel magna qvantitate, tollit reductionem ad arbitrium boni viri.* Bald.in cap.cum Autem.in 5.columη.in verſicul. qværo ergo,ſi in compromiſſo. Cod. de arbitr. Lud. in Rubr. de arbit. 23.colum.Hoſtien.in cap.humilis. Ant.de But.*in cap. Qvintavallis. de jurejur.dicit contrarium.*

Adde tu amplius, & vide Tho.Fer. in ſua Caut. 8. poſt med.*ubi dicit,omnes haſce Capollæ Cautelas claudicare,nec de jure procedere. Et dat ipſe duas alias Cautelas,per qvas talis reductio poſſit impediri.*

DE CONDUCTORE.

R. FICHARDI CAUTELA XIIX.

§. Pro conductore, ne poſſit expelli à locatore.

LOCATOREM conſtat ſemper habere facultatem expellendi conductorem, etiam ante tempus locationis finitum, ſi propriis uſib. rem locatam ſibi neceſſariam eſſe probaverit. *l.3.C.de locat.& conduct.* Contra hoc verò cautelam tradit Io. Sichardus *in d. l. 3. nu. 7. imitatus Angel. ibid.* ut nimirum conductor ita contrahat initio cum locatore, qvod non debeat ipſum expellere, qvia contractus ita debent interpretari, ut aliqvid operentur. *l. ſi qvando.de legat.1.*

R. FICHARDI CAUT. XIX.

§. Pro conductore,ne ab emtore expelli poſſit.

EMptor fundi locati non tenetur ſtare locationi factæ à venditore, niſi probetur ipſum, ſi non in ſcripto, ſaltem pacto aliqvo, conſenſiſſe tempore emptionis in locationem. *l. emptorem. C. de locat. & conduct.* ut verò conductor de eo tutus eſſe poſſit, Cautela traditur, ut initio contractus dicat locatori, ſe pro penſione annua ipſi obligare velle omnia ſua bona, & petat, ut locator viciſſim ipſi obliget omnia ſua bona ad obſervantiam contractus, in qvo ſi locator conſentiat, & poſtea fundum ante tempus locationis finitum vendat, emptor

Digitized

non poterit conductorem expellere, qvia conductor dicet, se retinere & occupare fundum jure hypothecæ pro observantia contractus (ut loqvuntur) sibi igitur imputet, qvi rem hypothecatam emerit. &c. Sichar. post alios, *in d. l. emptorem. nu.* 12. ubi pro hac Cautela allegat Bar. ibi. dicentem, qvòd sic de facto in practica obtinuerit.

CONFESSIO.

§. Ut Confessio adversarii debitoris habeatur, Cautela notabilis est *suprà in Bancharii.*

§. Si confessio debitoris sine causa facta sit, qvæ sit Cautela, *vide suprà in Cautio.*

DE CONTRACTIBUS.

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXXI.

§. Qvòd semper contrahatur in præsentia judicis.

SUMMARIUM.

1. Contractus judicis auctoritate celebratus, valet.

1 SEMPER allegatur doctrina Bart. post Gloss. *in l. 1. C. de præd. dec. lib.* 10. * qvòd contractus celebratus judicis auctoritate valet, qvia omnis cessat præsumptio doli. unde sis cautus tu, qvòd qvando contrahis, ut facias judicem auctorari, *per no. in leg. bonorum. Cod. qvi admit.* judex enim tenetur auctorari, secundum Bartol. *in l. sæpè de decur.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CXLI.

§. Ad contrahendum cum tutore.

SUMMARIUM.

1. Tutor tutorio nomine & etiam suo se obligare potest.

1 CYnus *in l. post mortem. §. tutor. ff. qvando ex fact.* dat Cautelam, qvod volens contrahere cum tutore: * faciat illum obligari tutorio nomine, & suo, qvod benè no.

B. CÆPOLLA CAUTELA. XIX.

§. Ad excludendam vel causandam simulationem Contractus.

SUMMARIUM.

1. Contractus, qvando in scriptis celebrari dicatur, remissivè.

SI contractus venditionis, vel alius celebratur sine scriptura, simulatio potest probari per testes. Sed si in scri-
1 ptis *a* sit contractus celebratus, non potest probari con-

contractus per testes. *ita no. Bart. notabiliter in l. generaliter. & ibi per Doct. C. de non num. pecu.* & ideo cautela est, ut venditio, seu contractus fiat in scriptis, ut de dic. simulatione facilè constare possit. hoc non dico, ut utaris in malam partem. Sed qvando essent veri contractus, & dubitaretur, ne aliqvando possit opponi de simulatione, tunc facias, qvod contractus celebretur in scriptis. * Qvando autem dicitur contractus celebrari in scriptis, habetur per text Glos. Cyn. & Doct. *in l. contractus. C. de fide instr.* & de ista cautela vide, qvod plenè dixi in tractatu meo, de simulatione contractuum. 1

Additio.

a In scriptis.) *Simulatio contractus in scriptis celebrati, non potest probari per testes, sed celebrati sine scriptis, sic.* vide Cyn. in l. generaliter C. de non num. pecun. facit glos. in ver. in scriptis & Doct. in l. contractus. de fide instr. Bald. in l. multum. in 1. colum. in ver. sed qvomodo probatur. C. si qvis alteri vel sibi. Doct. Mod. & Pet. de Suz. in l. in exercendis. C de fide instr. in l. cum precibus. de probatio. Bal. *plenè in l. 1. in 2. col. in vers. denuò qvaro. C. plus vale. qvid agi.*

B. Caepolla Cautela CVI.

§. Instruens qvomodo debemus allegare contra libellum & contractum, qvem *a* ineptum vel simulatum dicimus. a

SUMMARIA.

1. *Exceptio generalis & dubia nihil relevat, nisi à parte opponatur.*
2. *Libellus non potest mutari, nisi usq; ad litem contestatam.*

QVando libellus est obscurus, incertus, vel generalis in aliqva parte, & reus vult opponere exceptionem, non debet opponere, sicut communiter fit, dicendo, qvòd libellus est incertus, *b* dubius, varius, obscurus, * qvia exceptio generalis, & dubia nihil relevat: nisi opponatur à parte, *ut l. fi. C. de annali exce. & ibi not.* & ideo sit cautus reus, qvando vult, qvòd non procedatur super eodem libello actoris, opponat exceptionem in specie, in qvo loco & in qva parte obscurus & incertus, & si opponit in genere, actor debet esse cautus, ut replicet, qvia exceptio rei est varia, dubia, & incerta, & petit declarari, in qvo loco libellus suus non procedit, ut dixi plenè in libello meo de simul. b 1

con-

2 contract.& facit qvod dicam in seq. * libellus actoris producitur in judicio, & ineptus non procedit, & non potest mutari, nisi usqve ad litem cont. *ut habetur in l. qvi fa her. judicio. & ibi glos. & Docto. ff. famil. hercis. & in §. si minus. Instit. de act. & in l. edita. C. de eden. & in cap. examinata. de judic.*

§. Sed in hoc datur duplex Cautela, qvòd non possit revocari vel mutari libellus ineptus. Prima est, qvòd reus accepit in specie libellum productũ, *ut no. Bart. in l. cùm pretum. C. de lib. caus.* non autem sufficeret acceptare in genere dicendo, accepto dictum libellum in parte, & partibus pro me facientibus. facit qvod dixi in præcedenti Cautela, *& ita tenuit Ang. de Aret. Instit. de exc. §. 1. in 6. q.* Alia Cautela est, qvòd reus viso libello inepto, incontinenti dicat coram judice: Nego narrata prout narrantur, vera, & petita prout petuntur, dico fieri non debere animo litem negativè contestandi, juxta no. *per Bartol. in l. si dubitetur. §. 1. ff. de fidejuss.* salvo jure producendi in scriptis, &c. & deinde poterit deducere suas exceptiones, & ita faciunt boni practici. ille, qvi dicit contractum esse simulatum, debet esse cautus, ut deducat speciem simulationis, qvia si diceret contractum simpliciter esse simulatum, succumberet, qvia plures sunt species simulationis, ut no. singulariter Bart. in suo consilio, qvod incipit, Petrus Nicole. qvod procedit, qvando per adversarium facta esset oppositio specialis de incertitudine libelli, *ut no. Bald. in l. ab Anastasio. C. mandati. de qvo dic, ut plenè* dixi in dicto *libello de simulatio. contract.*

ADDITIO.

a Ineptum.) *Libellus ineptus dicitur, qvi concludit malè* Bal. in l. fin. C. de in int. rest. mino.

b Incertus.) *Libellus incertus procedit, nisi opponatur contra eum, qvo casu non procedit.* gl. in l. si. C. de anna. excep. & tex. in c. fin. de lib. ob. & Bartol & Ang. in l. 3. Cod. de senten. qvæ sine cer. qvanti profe. & Bald. in mar. versi libellus. versi. 9. *qvod verum est, nisi actor sit incertus ex facto rei, qvia tunc valet etiam, si opponatur. Innoc.* in c. significantib. de lib. ob. & Bart. & Angel. *in l. 1. ff. de eden.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXLIII.

§. De valido contractu simulato, & aliis invalidis contractibus.

SUM-

SUMMARIA.

1. Simulationis species tres esse dicuntur.

2. Statutum est Veronæ: qvod nullus Doctorum collegium intrare possit, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes Bart. lecturas.

TRes sunt * species simulationis, una, qvando unum agitur tacitè inter contrahentes, & aliud exprimitur, & de ista loqvitur totꝰ titulus. *C. plus valere qvod agitur, qvàm qvod si. con. & cap. ad naturam. extr. de empt. & vend. & cap. illo vos. de pign. & l. jurigentium. §. dolo malo. in fin. ff. de pactis, cum similibus.* 1

§. Secunda species est, qvando aliqvid simulatè exprimitur, & nil in effectu agitur inter partes. Exemplum, si rusticus donat vel vendit qvotidie possessionem suam civi, ut evitet onera & factiones, tamen tacitè agitur, qvòd contractus sit nullus, qvia non intendunt, qvòd sit donatio, vel venditio, & de ista loqvitur *l. nuda. C. de contrahenda stipula. & l. imaginaria. ff. de regu. jur.*

§. Tertia species est, qvando partes intendunt verè aliqvid agere, sed contractus modico tempore est duraturus; & propterea præsumitur simulatus. Exemplum, qvod mihi Bononiæ contigit, dum ibi esset bellum maximum, & unꝰ, qvi habebat salvum conductum pro persona & rebus suis, volebat portare sub salvo conductu libros meos, & volebat, qvòd sibi donarem verè, ad hoc, ut posset jurare libros esse suos, & postea dum esset Ferrariæ, mihi restitueret, qvod tamen facere nolui: nam si fecissem, fuisset tertia species simulationis. Vel pone aliud exemplum, qvod vidi de facto.

2 * Statutum est in civitate Veronæ, qvòd nullus possit intrare collegium Doctorum, nisi inter alia habeat Summam Azonis, & omnes lecturas Barto. Unus, qvi non habet lecturam Azonis, vel omnes Bartol. facit istam simulationem, qvia dicit amico: Dones mihi tuam summam Azonis, & Bartol. pro die tantùm examinis mei, & qvòd donatio non durat ultra, ad hoc, ut possim jurare, cum veritate me habere summam Azonis & Bartol. postea tibi restituam. Nam hæc est tertia species simulationis, de qva loqvitur *l. 4. §. si ab ignoto ff. de maum. tit. gener ali.* De istis tribus speciebus simulationis vide in eleganti consil. Bart. qvòd incipit,

cipit, Petr. Nicol. & per Paul. de Castr. *in dicta leg. jurigentium. §. dolo malo.* & istæ tres species simulationis sunt de actu prohibito ad permissum, & sunt de jure prohibitæ, ut patet ex prædictis.

§. Potest addi qvarta species simulationis, qvæ fit de contractu permisso: qvia de uno tacitè agitur, qvi erat permis-
1 sus, & exprimitur alius, qvi similiter est permissus. Exemplum, volo tibi mutuare centum verè, & iste contractus est licitus, sed nolo, qvòd fiat instrumentum de mutuo, sed de deposito, ad hoc, ut facilius possim te convincere, *per leg.*
2 *fin. Cod. deposi.* certe talis simulatio est licita, *a* ex qvo fit de permisso ad permissum. Vel pone aliud exemplum, maritus, qvi non habuit totam dotem, fecit instrumentum de tota dote recepta solenniter, sed qvia verè deficiebant aurei, puta centum, voluit, qvòd socer confiteretur se habere in depositum centum aureos, cùm in veritate esset debitor ex causa dotis, certe valet ista simulatio, *ut probatur in leg. Lucius Titius cùm haberet ff. deposi. & notat Baldus in Rubric. Cod. eodem titu.* Et ideo ex prædictis sis cautus, qvando vis contrahere cum uno verè, & ex illo contractu non esset tibi sufficienter, vel faciliter succursum, ut tu possis instrumentum facere, vel de alio contractu, qvi habeat faciliorem expeditionem, sicut fit contractus depositi, ut dixi, qvia nullus contractus est prohibitus, & nemo decipitur. & ita sæpius observatur.

ADDITIO.

a Simulatio est licita.) *Simulatio in persona & veritas in actu est, qvando unus pro altero recipit instrumentum, & ex eo acqviritur jus veræ personæ, & non fictæ, & valet actus. Baldus* in l. cum precibus. in fin. Cod. de probatio. *Simulatio non præsumitur, si constat de veritate actuum.* Baldus in l. ei qvi ad fin. C. de distract. pig. nec in dubio. l. qvamvis. & ibi Bal. C. si qvis alteri, vel sibi.

DE CREDITORE.

Vide qvædam infrà in solutio.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXIII.

§. Pro Creditore recipiente à debitore rem in solutum.

SUMMARIUM.

1. *Solutione ejus qvod debetur, omnis obligatio tollitur.*

aliqvis est debitor alterius sub obligatione, & hypo-
heca, vel cum fidejussoribus, vel det in solutum credi-
i aliqvam rem, volente creditore, liberatur à debito
ncipali, & liberantur etiam fidejussores, & tolluntur
pothecæ,* qvia solutione ejus, qvod debetur, tollitur o- 1
nis obligatio. Instit qvib. mod. tollitur oblig. in princip.
ideo si contingeret, qvòd postea res data in solutum e-
incatur per tertium à creditore, non poterit debitor am-
liùs agere contra fidejussores: qvi per dationem in solu-
um jam sunt liberati, nec poterit agere hypothecaria, qvia
lla etiam est sublata, ut dixi, & si debitor non haberet unde
solveret, nullum remedium creditori competeret. & ideo
Cautela est, qvando debitor vult tibi dare aliqvid in solu-
tum, qvod tu recipias cum reservatione, & protestatione,
videlicet, qvòd tu non intendis per illam dationem in so-
lutum recedere ab hypotheca, neq; ab obligatione fidejus-
sorum: nam si tunc res evinceretur, duraret obligatio hy-
pothecæ, & fidejussorum, *& hoc probatur in l. si qvis aliam. & ibi no. per* a *Bart. & Doctor. ff. de sol. qvod not.* qvia
multi accipiunt in solutum, & remanent decepti.

ADDITIO.

a Per Bart.) *Qvem ibi vide pleniùs. & Paul. de Cast. qvia hac Cautela est nimis generalis, licet per dictos Do. pleniùs instrui poteris in d. l.* si qvis aliam.

PRO CREDITORE, QVI NON POTEST PROBARE, ADVERSARIUM SIBI DEBERE NISI EX CONFESSIONE ADVERSARII, QVOMODO FACIENDUM EST CAUTELA NOTABILIS SUPRA IN BANCHARII CIRCA FINEM.

R. FICHARDI CAUTELA XX.

§. Pro creditore, ut à debitore suo summam ad certos terminos promissam, ante lapsum eorundem eam petere possit.

SI debitor promiserit summam aliqvam certis temporibus vel terminis solvere, & in primo vel secundo termino fidem fallat, non ideo statim poterit creditor totam summam repetere, sed cogitur finem terminorum expectare, *per text. in l. si necessarias. ff. de act. pign. §. omnis. Instit. de verb. obligat.* Igitur consultũ est, hoc casu cum debitore ex-
presse

pressè pacisci, ut si qva pecunia, sua die soluta non fuerit, statim integra summa debeatur, & repeti possit. *argum. d. §. si annua. in fin. qvem vide.* Si tamen fortassis debitor nolit ita pacisci, & tibi tamen nihilominus cautum esse velis, ut semel fide falsa, totum repetere possis, Cautela est, ut facias debitorem, qvi simpliciter sine pœna aliqva solutionem ad certa tempora promisit, jurare super illa sua promissione, hoc enim non facile recusare poterit, ne videatur qvòd non velit præstare fidem. Si igitur ita juraverit, ut vel prima vel altera aliqva vice fidem fefellerit, statim poteris ab ipso summam totam restantem petere, non expectato reliqvis terminis præscriptis, idq; tanqvam à perjuro. *Ita tradit ex Joan. Bapt. de S. Sever. in tract. transactionum, q. 15. Catell. Cotta. in suis memoralib. in verb. Emphyteuta. vers. Et eos. cum pluribus ibid. allegat.* Et notandum est, qvòd ibid. in præcedent. vers. asserit, tantam esse vim juramenti, ut in instrumento Emphyteotico appositum, faciat Emphyteutam statim cadere feudo, si semel cassaverit in solutione debita *secundum Bald. in cap. qvarel. versicul. nota qvod propter duas extra de jurejur. Alex. consilio 85. lib. 1. Corset. in repetit. rubric. de jurejur. in privileg. 11.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXIV.

§. Qvòd secundus creditor præferatur primo, cum limitationibus, *a* & ampliationibus regulæ, qvi prior est tempore, &c.

a

SUMMARIA.

1. *Regula: qvi prior est tempore, potior est jure, qvibus in casibus non procedat.*
2. *Debitor qvispiam si primò obligaverit creditori omnia bona sua generaliter: & ego sibi fundum meum vendiderim, & habuerim fidem de pretio, ac mihi omnia bona sua obligaverit in dicta re sibi per me vendita, qvis potior erit.*
3. *Creditores mariti matrimonio constante: an mariti bona occupari possint pro jure creditorum: dotem tamen uxori offerre volentes.*

VVlgaris est regula juris, qvòd qvi prior est tempore, potior est jure: ubi est obligatio bonorum, *ut in regula, qvi prior. de reg. ju. in 6. & leg. potior. l. qvi balneum. ff. qvi pot.*

in pig-ha. & l.privilegia ff. de pri.cre. & ista regula
cedit, etiamsi res debitoris sit empta ex pecunia posteri-
creditoris; *ut habetur in l. qvod qvis, eodem tit. & in*
tb qvo jure. C. qvi pot. in pig. & ideo si mutuavi pecuni-
laboratoribus, ut emerent boves pro vecturando, & la-
ratores haberent creditores anteriores cum hypotheca,
creditores præferentur, & possunt per hypothecam avo-
re dictos boves, cùm idem juris sit censendum de istis bo-
us, sicut de aliis bonis creditoris. Item procedit d. regula,
tiamsi posterior creditor venderet res suas, puta mercan-
ias debitori habita fide de pretio: qvia in illis, ille qvi est
otior in tempore, erit potior, & non vendens; *ut est casus*
ing. secundum aliqvos in l. qvidam ff. de in rem ver. & ita
dicit Angel. in l. licet. qvi potio. in pig. ha. sed tu allega simi-
lem tex. in l. procuratoris. §. sed si dedi mercem. ff. de trib. &
ibi etiam not. Paul. de Castr. & not. Ang. & Doct. in l. 1 § fin.
ff. de sol. * Sed illud fallit, primò in dote, ut est casus ibid. 1

§. Secundò, qvando emptor esset fugitivus: & jam cogi-
taverat fugam, anteqvam emeret, & sic dolus dedit causam
ad habendum fidem de pretio: nam tunc habetur fides pro
non habita: *ut habetur in l. 3. qva incipit: si qvasi. ff. de pig.*
act. secundum. Ang. qvi ita singulariter no. in d. l. si qvasi &
dicit, qvòd ista qvæstio fuit de facto Bononiæ. Addite, qvòd
si venditor non habuisset fidem de pretio, & hoc posset con-
stare aliter: qvia tunc non transeat dominium, & sibi com-
peteret vendicatio, *ut habetur in l. in civilem. C. de rei*
vend. & §. vendita. Inst. de re. di. Et qvando dicatur habita
fides: vel non, vide Glo. *in d. l. in civilem. & ibi per Bald.*
& Doct. in d. l. si. qvasi.

§. Fallit: qvando ex pecunia creditoris posterioris res es-
set empta, & eidem specialiter obligata, qvia tunc esset po-
tior iste mutuans omnib. creditoribus, *ut est casus multum*
no. in l. licet. C. qvi po. in pig. hab. qvem omninò circa illam
materiam vide, qvi subjicit, qvòd non præferentur mulieres
in dote.

§. Ex qvo not. unam Cautelam utilem: qvòd si vis mutu-
are tuam pecuniam uni laboratori pro emendis bobus ad
laborandum tuam possessionem, mutues ei hac conditi-
one, qvòd illi boves sint tibi specialiter obligati, qvia tunc
tu mutuans eris potior in illis bob. aliis creditoribus etiam
anterioribus, alias si simpliciter mutuares pro emendis bo-

bus,

bus,& non diceres,qvòd essent tibi specialiter obligati,creditores anteriores præferentur,& idem dicas in similibus.

§. Potes etiam ex prædictis aliam colligere Cautelam,si tu emisti rem ab uno, qvi est gravatus ære alieno, & dubites,qvòd res tibi vendita non evincatur à suis creditoribus, qvia tunc debes dicere venditori: Volo, qvòd pro pecunia mea ematur fundus,qvi mihi specialiter sit obligatus pro evictione, nam tunc si evincetur res vendita, ille emptor erit potior omnibus creditoribus in illo fundo empto de pecunia tua,qvod bene not. Et adde,qvod *Albe.de Rof.in l.obligatione generali.in fin.ff.de pign.* dixit secundum Uber.de Bo.qvòd etiam d.l. licet.habet locum, si res empta non sit specialiter obligata, dummodò ille emptor obligaverit venditori omnia bona sua, de qvo dic, *ut dicam in seqventi Cautela.* Item adverte: qvia Bart. *in l.interdum.ff.qvi pot.in pig.ha.* videtur hic limitare,ut mutuans pecuniam præferatur in re empta ex pecunia mutuata aliis creditoribus anteriorib.nam dicit ipse,qvòd illud fallit in dote,qvia non præferetur mulieri dotem habenti,qvia iste mutuans habet solummodò tacitam hypothecam,per ea qvæ no. ibi per ipsum. Sed in casu nostro non credo illud verum esse, nam qvando mutuans pecuniam, ut ematur res ex ea cum ista conditione & pacto,qvòd res inde empta sit specialiter obligata mutuanti,mutuans debet habere expressam hypothecam,& non tacitam.ex qvo expressè ita conventum est, *& pro hoc leg.unica.§.1. C.de rei uxor.ac.* & talis mutuans propter istam hypothecam expressam, posterioribus debet præferri omnibus creditoribus,& etiam anterioribus & etiam mulieri in dote sua,*ut probatur expressè in d.l.licet.C.qvi pot.in pign.hab.*nam si præfertur omnibus creditoribus habentibus etiam expressam hypothecam,ut ibi & etiam illis,qvi præferentur mulieri in dote,ita dictæ mulieri præferendus est,*per l.filium. cum ibi not.C.qvi pot. in pign. hab.*

2 * Si qvis primo obligavit creditori omnia bona sua generaliter,& ego sibi vendidi fundum meum, & habui fidem de pretio,& obligavit mihi omnia bona sua,qvis erit potior in dicta re sibi per me vendita? Et videtur qvòd primus creditor, qvia qvam primùm habui fidem, transtuli in eum dominium, *ut est casus in l.qvidam.ff.de in rem ver. & in l.procuratoris. §.sed si dedi mercem. ff. de tri. & dixi in præced.Cautela,* Tamen Ubc. de Bo, qvem seqvitur Alb. de

Rof.

tenet contrarium *per l. licet. C. qui po. in pig. ha.* & licet ista lex loqvatur qvando specialiter obligatur, tamē dicunt ipsi, qvod non refert, an generaliter, vel specialiter obligetur, *ut C. de pi. l. & quia.* Item præferuntur præfati ex jure generali, sicut ex speciali obligatione, *ff. qui pot. in pig. l. si pignus. C. de pig. l. si ignorante.* nam ille, ex cujus pecunia navis est salva, præfertur, *ut l. interdum. ff. qui pot. in pig. hab.* ergo iste venditor, cujus res fuit, fortius debet præferri, *argum. est optimum, & quasi expressum in l. quod quis. ff. de privil. cred.* Ad tollendum tum omne dubium consulunt ipsi, & dant Cautelam, qvod venditor dominium retineat, qvousq; sibi satisfiat de pretio. & ita communiter fit, & observatur secundum eos, & benè. Qvotidie contingit, qvòd emit qvis rem ab aliqvo, qvi malè utitur substantia sua, & ære alieno gravatus est, & habet creditores anteriores hypothecam habentes, & dubitat, qvòd si solveret pretium, res sibi vendita evinceretur à creditoribus venditoris anterioribus, si eminet evictio in limine contractus, possūt petere à vendente, ut sibi caveat de evictione, anteqvam solvat pretium, *ut l. si post perfectam. C. de evict.* & si non possunt cavere, neq; securum reddere emptorem, & emtor velit omninò retinere rem emptam, dic qvòd Cautela est, qvòd pretium solvat uni priori creditori, qvi omnibus præfertur vigore suæ hypothecæ, & tempore solutionis, & antè conveniatur, qvàm ipse creditor anterior ponat ipsum emptorem in locum suum ad suam hypothecam & obligationem, & ita etiam tempore dictæ solutionis, vel pòst, ille creditor anterior cedat jura sua, & omnem suam hypothecam & obligationem sibi emptori, *juxta l. Modestinus. cūm not. per glos. & Doctores. ff. de solut.* qvo casu prior creditor habebit pretium, & emtor solvens sibi pretium, habebit hypothecam, & præfertur omnibus creditoribus ipso anterioribus, sed posterioribus illo, cui solvit, *ut probatur in l. penult. & final. & per totum. C. de his qui in pri. cre. lo. succe. & est glo. ord. in l. 1. & in l. Aristo. quæ res pig. oblig. poss. & ibi per Bart. & Doctores.* *Sed nunqvid creditores mariti constante matrimonio possunt occupare bona mariti pro jure creditorum, volentes offerre dotem uxori? Videtur qvòd non, qvia adhuc actio de dote non competit, neq; est casus, in qvo dos possit solvi constante matrimonio, *& not. in toto titu. C. si dos con-* 3

stante matrimon. & not. in l. 1. si constante in princ. ff. soluto matrimon. bona mariti creditores possunt occupare, offerentes dotem uxori, *ut l. cùm tibi. C. qvi pot. in pign. hab.* & hoc tenet ibi Bartol. secundum Jacob. de Aret. qvod dicit esse menti tenendum perpetuò. & idem tenet Bart. *in l. si constante. in princ. in 7. qvæstio. princip. tertiæ partis. in ver. ex his ergo respondetur.* & Ang. Bald. Paul. de Castr. *in dict. l. si constante. in princ.* videtur tenere contrarium. Sed tu dic, aut est solutum matrimonium, & tunc est locus restitutioni dotis, & tunc omnes concordant, qvòd creditor posterior potest offerre dotem uxori anteriori in hypotheca. & in ejus locum succedere, *ut dict. l. cùm tibi. & l. 1. & per totum. C. de his qvi in prio. cre. lo. succe.* vel non est solutum matrimonium, sed maritus vergit ad inopiam, & mulier incipit agere contra maritum pro dote sua, *l. si constante præalleg. & l. ubi adhuc. C. de jure. do.* & tunc idem, qvia ex qvo mulier ageret, & agere potest pro dote, ita potest offerri dos pro sua per anteriorem creditorem, per jura præalleg. & isto modo intelligetur *qvod not. Ang. & Doctores prædicti.* Aut non est dotis petendæ, qvia maritus viveret, nec vergat ad inopiam, & tunc teneo opinionem Jacob. de Aret. & Bartol. qvia sicut non potest peti vel restitui dos, ita nec etiam potest alteri creditori cedi, & offerenti dictam dotem. Et creditorem posse offerre pecuniam dotis mulieri, intelligo, nisi instrumento dotis diceretur, qvod in casu dotis restituendæ, mulier posset petere dotem suam in pecunia, vel in bonis mariti electione ipsius mulieris, qvia tunc creditores ea invita, non possunt offerre pecuniam ea nolente, sed volente sic, ne sibi tollatur electio data in instrumento dotis, qvod not. qvia qvotidianum.

ADDITIO.

a Præferatur primo.) *Creditor secundus præfertur priori in re hypothecata, solvendo priori debitum, & prior cedat ei actionem. nota.* in l. mulier. ff. qvi pot. in pig. hab. & in l. 1. & ibi Bald. C. eod. tit. & in l. secundus. & ibi Bald. Cod. de pig. Petr. de Su. in l. jubemus. in fin. C. ad Vel. & ibi Doct.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXXI.

§. Qvòd melius sit creditori vendicanti rem debitoris sui sibi obligatam, qvòd potius intentet Salvianum interdictum, qvam hypothecariam.

SUM-

SUMMARIA.

[S]alvianum interdictum pro qvibus competat, & ad qvid etiam utile est.

Sententia lata in causa momentanea possessionis appellari neqvit.

[Q]Vando qvis vult vendicare vel revocare rem sui debitoris alteri alienatam, qvæ sibi obligata est, Cautela [es]t, qvòd potius intentet Salvianum interdictum, *a* qvàm [ac]tionem hypothecariam, * qvia Salvianum utile interdi- a
[ct]um competit cuilibet creditori, directum autem pro rebus 1
[c]oloni invectis & illatis. Item utile pro rebus inqvilini [c]ompetit locatori, & etiam cuilibet alteri creditori. *Videtur casus in lege prima. C. de Sal. int.* in eo, qvod dicit debitor. & ibi hoc not. Bart. & in eo qvod dicit, debitor qvasi Serviana, qvæ competit cuilibet creditori, *ut habetur in* §. *item Serviana. Instit. de act. & per glos. in dict. l.* Item competit Salvianum interdictum non tantùm contra debitorem, & ejus hæredem, *ut dict. l.* 1. *& ibi Bald.* sed etiam competit contra qvemlibet extraneum possessorem, *ut est text. in lege prima.* §. 1. *ibi, adversus extraneos. ff. de Sal. int. & hoc tenet Bartol. & Saly. in dict. lege prima. Cod. eodem tit.* & utilitate hujus etiam in hoc, qvia Salvianum interdictum est possessorium, & hypothecarium, licet avocet possessionem, *ut habetur in leg. si cùm venditor. ff. de evict.* tamen non est momentaneæ possessionis, sed sapit naturã possessorii. *ita dixit sin. Bal. & Sal. dict. leg. prima. Cod. de Sal. int. & Bar. in dict. lege prima. ff. eo. tit.* * 2
Ex qvo seqvitur, qvòd cùm à sententia lata in causa mo. pos. non possit app. *ut l. unica. Cod. si de mom. pos. fue. app.* qvòd à sententia lata in Salviano interdicto appellari non poterit, sed à sententia lata super hypothecaria sic, *ut no. Bar. in d. l.* 1. *ff. de Sal. inter.* Item est alia utilitas in modo probandi, qvia intentans Salvianum interdictum, qvod est merè possessorium, non habet necesse dicere, rem esse obligatam, & docere de obligatione, sed sufficit probare rem esse possessam ab illo, qvi obligavit, sed in hypothecaria debet probare rem, qvæ petitur, fuisse hypothecatam. & fuisse in bonis debitoris, ut habetur plenissimè *per glo. Cyn. & Doct. in l. cùm res. C. si alie. res. pign. da. sue. & per Barto. in l. si rem alienam. ff. de pign. act.* & propterea non intentes

hypothecariam, sed Salvianum interdictum, si concurrunt ea, qvæ habentur *in d.l.1.ff.& C.de Sal.interd.*

ADDITIO.

a Salvia. interd.) *Agens Salviano interdicto non debet narrare rem fuisse in bonis tempore hypotheca, sed sufficit, qvòd probet de possesione sola debitoris. Paul.de Castr.* consil.6.in 3.col. *& Cyn. & Salyc. & Docto.* in l. cùm res. C. de prob. *& Alex.post Bart.* in l.rem alienam. de pig.act. *Adde etiam Spec.*tit.de lo.§.5.ver.ad hoc.& ff.&C.de Sal.interd.

CURATOR.

R. FICHARDI CAUT. XXIV.

§. Pro Curatore, vel etiam Tutore, exonerando, qvoad redditionem rationum administratæ tutelæ vel curæ.

SATIS notum est, idqve vel ipsa naturalis ratio dictitat, qvoscunqve Tutores & Curatores ad reddendam rationem administratæ tutelæ, vel curæ, ea finita, teneri, *l. adversus. & l. rationu. Cod. de admin. tute.* adeò qvidem, ut illud nec per Testatorem eis remitti posit. *Iaso.in l. actione.C.de trans. Carol.Ruin. consil. 70. nu.8. volum. 4. cum concordan. ibidem.* Si tamen ipse testator tantoperè fidei Tutoris, aut Curatoris à se in testamento dati, consideret (ut in Anglia consvetum esse audio) & eum omninò liberatum ab omni molestia, vel periculo reddendæ rationis vellet (qvod tamen ego raró contingere, nec qvemqvam etiam virum bonum, qvi Tutelæ, sive Curæ onus in se volens recipit, expetere arbitror.) Cautela est, ut Testator ille in testamento suo leget ei omnem eam summam, in qva redditæ administrationis ratione, eum apparebit remanere debitorem suo pupillo. Illa enim dispositio valet, cùm qvilibet liberam habeat de rebus suis disponendi facultatem. *§. disponat. auth. de nupt. Et ita tradit Alexand.consil.164. præsuppono.num.2.vol.5. Et seqvitur novissimè Anto. Pragius in tract.de Tuto. & Cura.q.19.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXL.

§. Pro debitore, ad fraudandum creditores.

SUMMARIUM.

1. Sententia contra debitorem lata, qvo casu etiam creditori nocere habeat.

AD hoc, ut debitor fraudet creditores suos, ut nihil habere possint. Cautela est, ut desinat possidere, & postea agat

agat rei vendicatione contra possidentem, & patiatur se vinci. * nam hoc casu, si creditor scivit super tali remo- 1
veri litem per debitorem, vel debitori, & patiatur debitorem litigare, sententia lata adversus debitorem in tali re, nocebit etiam creditori, tamen si apparet de collusione debitoris, nihil prodesset talis Cautela. *l. si suspect. a. in princ. ff. de inofficios. testamen. & l. si prolusorio. in princ. ff. de appel. alias sic, ut l. si superatus. circa fin. ff. de pigno. & hanc cautelam ponit Angel. in dict. l. si superatus & Bald. in l. penult. ff. de peti. hæredita.* qvam Cautelam tibi non trado, ut ea utaris ad malum, sed ut scias cavere à volente uti contra te.

§. Contra debitorem, ut debitum confiteatur, *Vide Cautelam notab. suprà in Bancharii.*

DE DECRETO INTERPONENDO in Alienatione rei minoris.

Vide suprà in Alienatio rei minoris.

DE DEPOSITO.

I. De Arnono Caut. XLIV.

§. Ut in regno contradicas probationi faciendæ per testes in causa depositi ultra libram auri.

DEDIMUS unam Cautelam in singularibus nostris, singulari qvadragesimo nono, incipiente, retento supra dicto themate ad constitutionem regni in causa depositi, & qvòd etsi ultra libram auri in regno non possit probari depositum, nisi per publicum instrumentum, tamen Cautela est, ut probetur per qvinqve testes, qvi æqvivalent instrumento publico, *propter singulare dictum Cyni in l. optimam. C. de Contr. & Com. stipul.* Nunc subjicimus aliam ad dictam constitutionem: nam si pars probaverit depositum ultra libram auri per duos, tres, aut qvatuor testes, & tali probationi non fuerit contradictum, certè valebit & tenebit talis probatio. *Ita Bart. Ludo. & Alex. in l. certi condictio. § qvoniam. & ibidem. Ias. in 5. colum. ff. si certum petatur. refert & seqvitur Francis. de Aret. in capitu. 2. in 6. colum. extra, de probat.*

§. Et ideo Cautela est, ut qvando vides adversarium tuum velle probare per testes depositum ultra libram auri, qvòd tu contradicas per supradicta. & hoc intellige, nisi ille vel-

let probare per qvinq; testes propter dictum Cyni superiùs allegatum, qvia tunc posset, non obstante contradictione tua.

I. De Arnono Caut. XLV.

§. Adhuc ad dictam constitutionem in causa depositi, qvòd probatio per testes.

Stante supradictæ constitutionis dispositione, qvòd ultra libram auri non possit probari depositum, nisi per publicum instrumentum, Cautela est, ut fiat probatio per testes non ad finem, ut depositarius condemnetur, qvia non posset fieri: sed ad finem, ut per testes cogatur facere instrumentum, qvo confecto possit condemnari. *Ita singulariter Salic. in l. si qvis argentū. § si C. de don. per illū text. in ver. monumentorum*, & licet dictam decisionē impugnet dom. Jas. *in l. certi condictio. § qvoniam. in 6. col. ff si certum petat.* nihilominus ego eam seqvor propter authoritatem Sali. & ad motiva Jasonis posset sine magno sudore responderi.

DETENTATOR.

R. Fichardi Cautela XXIIX.

§. Pro detentatore ejecto, vel spoliato, ut restituatur.

QVANDOQVIDEM Detentator non dicitur propriè possidere, sed tantum possessionem habere. *l. 3. § genera. ff. de acq. posses. Decius in capitulo consultationibus. nu. 4. de officio delegat.* Ideoq; per remediū aliqvod possessorium ipsi non succurritur, qvia non possidet, *glossa in l. si de fundo. C. locati.* ut igitur ipsi nihilominus succurratur, Cautela est, ut non agat ex Interdict. uti possidetis, vel unde vi, aut simili, sed ad officium Judicis, vel ad remedium capit. redintegra. *Ita tradit Cas. Contar. super l. unic. C. si de mo. poss. fuer. appel. Limita. 21. nu. 11.*

DONATIO.

R. Fichardi Cautela LVII.

§. Pro patre, donante aliqvid filio, nondum emancipato, ut donatio illa firma sit.

DONATIONEM à patre filio, nondum emancipato factam, nisi morte confirmetur, non tenere, *patet l. 2. C. de inoffic. donat. & ibi Doctores communiter.* Contra hoc Cautelam tradit ex Angel. Joann. Sichar. *in l. 2. C. de condict. ob caus. num. 2.* ut nimirum pater donationi addat conditionem aliqvam, veluti si diceret: Dono tibi 100. ut in

Gal-

negotieris per biennium, vel ſtudeas,&c. illa enim
protinus valida erit,qvia non eſt mera donatio,ſed
m facta, & cum gravamine donatarii introducta,
ius valebit,qvam ſi à qvovis extraneo eſſet facta.

B. PERUSINI CAUTELA XIII.

valis cautela poſſit adhiberi, ut frater habeat præci-
tribus à patre donata.

ecimo qværitur,qvalis cautela poteſt adhiberi, ut
er vel qvi aliqvid præcipuum à patre habuit, forte
ium emancipationis non teneatur illud conferre
tribus,qvando agitur de collatione facienda. Et dic,
lis,ut filius qvi habet præmium anteqvam veniat ad
nem cum fratribus,det illud filiæ ſuæ, vel aliter di-
ita qvòd tempore collationis, vel mortis præſens
eniatur in bonis filii ſeu fratris, unde ad illud con-
m non cogatur,ſive non cogetur. *ff.de colla.do.lege & nota C. de collatione. l. ita demum.* Et eſt ratio:
s non eſt in bonis patris, *ut C. de revoc. his qui do. ucceſsione.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXIII.

vòd donans ſemper juret,niſi in caſu ſeqventi.

SUMMARIUM.

tio ſimplex regulariter non valet. 1

è * not. in Auth. ex teſtamen. C.de colla. qvòd ſim- 1
donatio non valet. qvod verum eſt, niſi jurata, *a* 2
nc valet. Unde Cautela eſt,qvòd donans juret, *ſecun-
d. no. in l.3. C. pro do.* Si vis facere, qvod donatio
etiam jurata non valeat, ſis cautus, ut qvando do-
,jures,qvòd non vis donare: nam poſtea licet do-
res,prævalet primum juramentum, & etiam do-
on valet, *per gl. ſing. in c. licet. in fi.de jureju.l.6.*

ADDITIO.

i jurata.) *Donatio non inſinuata intra terminum etiam juramento non firmatur, & ideo poteſt con- iri tam per donatorem,qvàm per ejus hæredem.* Fe-
e conſ.253.inc. cauſa talis eſt. & d.Anto. de Piſaura
omnipotentis, & ineffabilis Dei. & Alex. in l. poſt
n. de ado. & per Alex. plenius conſ. 156. 2. par. & in
4 part.& in l. cùm de indeb. § ſed hoc.de prob. & in
s pro eo,de fidejuſ.& per Alexand.conſil.12. 1. parte.

& in conſ. 125. eadem parte. *Doctor. Canon. communiter tenent contrarium* in c. cùm contingat. de jurejur. & Paul. de Caſtr. conſ. 98. & conſ. 103. per Bald. in l. illud C. de ſacroſan. eccle. & adde omninò per Bald. in l. fin. C. de peric. & commo. rei vend. & in l. cùm à matre. de rei ven. & in l. cùm profitearis. C. de re. do.

T. FERRATUS CAUT. XXXIII.

§. Ad faciendum, qvòd donatio valeat, licet non fuerit inſinuata.

SUMMARIA.

1. Donatio excedens ſummam qvingentorum aureorum, ſi non inſinuatur, ipſo jure nulla eſt.

2. Verba enunciativa bene meritorum in donatione poſita, qvid operentur.

1 DOnatio * excedens ſummam qvingentorum aureorum, ſi non inſinuatur, ipſo jure eſt nulla, *ut eſt caſus in l. pen. C. de dona.* & ſi talis donatio fieret inter conjunctos, *ut l. data. C. eod.* ſed communiter per ſtatuta Italiæ, talis ſumma qvingentorum aureorum eſt reſtricta: nam in noſtra civitate Brixiæ, vigore ſtatuti poſiti *ſub Rubr. de donationib. inter vivos*, non tenet niſi usqve ad 25. libras pluraliter. Modò qværitur per Scribentes, nunqvid ſit dare remedium, qvòd poſſit fieri donatio, qvæ valeat, licet non fuerit inſinuata, & dicunt qvod ſic, videlicet qvod in inſtrumento donationis dicatur, qvòd intelligantur tot donationes eſſe, qvot ſunt ſummæ 25. librarum, loqvendo in caſu ſtatuti noſtri Brixienſis, qvia cùm tot ſint donationes, qvot ſint ſummæ 25. librarum, & qvælibet ſumma non indigeat inſinuatione, ſeqvitur, qvòd in tali donatione non reqviritur aliqva inſinuatio. Sed iſta Cautela eſt communiter damnata, qvia talis clauſula nihil operatur, ſed intelligitur poſita in fraudem legis & ſtatuti, prout tenet Spec. *in tit. de dona. §. 1. verſic. qvid ſi aliqvis dat, qvem refert & ſeqvitur Bal. in l. illud. ver. 6. qværitur ſi actum eſt, de ſacr. eccl. & ut tenet Bart. in l. Modeſtinus. ff. de don. & Bald. poſt Iac. de Are. in l. ſancimus. §. ſi qvis autem. C. de don. ubi dicit, qvòd ita communiter tenetur. & in l. 1. circa princ. C. qvan. dies leg. ced. Paul. de Caſt. in l. ſcire debemus. in fin. de verbor. obligat. Rom. in conſil. 26. incip.*

tro decisione eorum, de qvibus dubitatur. ubi dicit, lla est omnium opinio. & Alexand. in consil. 68. incip. uobus elegantissimis. in 3. colum. versic. benefacitata per Bart. in 1. volum.

liud remedium tradunt, scilicet qvod renuncietur tioni: & insuper imponatur juramentum de non veniendo, qvia tale juramentum supplet defectũ inonis omissæ, tamen etiam istud remedium non est otutum, qvia qvam plures Doctores supremæ auctotenuerunt contrarium, qvòd juramentum non supnsinuationem omissam, & passus est adeò dubius, alic. *in l. pen. C. de don.* tangens istam q. & arguens es, reliqvit eam indecisam. & similiter Angel. *de A-i. alia Inst. de don.* dixit, qvòd nunqvam voluit conpro aliqva parte, & istam partem, qvòd juramentum ppleat defectum omissæ insinuationis, amplexus est Oldr. *in consil. 173. incip. qvidam habens unicum filivi* Old. tempore suo fuit tantæ auctoritatis, qvòd pagum nuncupabatur, *ut refert Paul. de Cast. in l. is qvi ff. de acqvir. hared. & Soci. in consil. 129. incip. prassimi juris interpres. in 1. colum. & in consi. 146. incip. rocessu agitato. in 5. colum.* tenuit eam Bald. post Guil. 1. *in l. illud. ver. qvintò qvaro, an ratione juramenle sacrosanct. eccles.* idem Bald. *in consil. 29. incip. casus, navit uxori. in 2. col. vers. seqveretur, qvòd donatio legitimam summam. in 3. part. & in cons. 101. in fi. domina Antonia dedit. in ead. 3. part. & in cons. 28. inrtũ est, qvòd filia in bonis patris, alias incipit, factum ponitur, in 5. part. Angel. & Alb. de Ros. in dict. l. ile sacrosanct. eccles. & Angel. in l. si qvis pro eo. ff. de fi-& in consil. 59. incip. qvidam paterfamilias habens fœminas.* ubi dixit, *qvòd ita alias Bald. germanus sunsuluerat in civitate Castelli, cui consilio tunc adhasit, unc vehementius insistit tanqvam juramento, & lan consil. 179. incip. visis pradictis instrumentis in 6. col. c. venio ad tertium principale. Paul. de Castr. in con-03. incip. circa bona, qva fuerunt domini Huberti, noum est, in ult. colum. vers. unum omiseram, circa pram articulum & latius in consil. 99. incip. visa qvadam tura. per totum. Cum. & Rom. in dict. l. Modestinus. ff. de*

ff. de dona. ubi Cum dixit, qvòd ita tenent fere omnes. tenuit Rom. in conf. 12. inc. Viso facto proposito ceterúq; consiliis. tenuit solennis Doct. Ant. de Can. in suo tracta. de insinuatione. in 63. q. hanc similiter expressè sentit Jo. Fab. §. alia. Inst. de don. seqvitur Barb. in suo cons. 15. incip. praclarè scribitur. in 1. Volum. & latius in cons. 66. inter consilia Fran. de Cur. incip. sapienter optimè dixit Psalmista, circa fi. ubi dixit qvòd ista est communis òpin. seqvitur Prapo. Medi. nunc Card. Alex. meritissimus in suo cons. 67. inter consilia dicti Franc. de Curt. incip. circa hoc videtur, qvòd illa assertio bene meritorum. cui consilio se subscripserunt celeberrimi Doct. Hiero. Tortus, Jacob. de Put. & d. Nicolinus de S. Nazario. & sic apparet, qvòd istud remedium juramenti ad tollendum defectum insinuationis, non omninò tutum propter magnas auctoritates, qvæ sunt in contrarium.

§. Sed tu, cui vult fieri aliqva donatio, si vis qvòd valeat, licet non fuerit insinuata, accipe Cautelam, scilicet qvòd in instrumento dicatur, qvòd donator facit ipsam donationem pro beneficiis in servitiis, recompensatione & remuneratione dignis, acceptis ab ipso donatario: qvia per ista verba, donatio assumit naturam donationis remuneratoriæ, in qva non reqviritur insinuatio, *ut jam dicetur*. Istam Cautelam expressè docet do. Lancelo. Deci. *in l. si donatione. C. de colla.* dicens hanc fuisse cautelam ibi traditam per Jo. Petrutii. & Bapt. de S. Severino, moti: * qvia licet verba enunciativa benemeritorum, posita in donatione, non probent inter personas, qvæ aliàs liberè non possunt donationem facere, ut est in patre, qvi vult donare filio, & in viro, qvi vult donare uxori, qvamvis in donatione facerent mentionem de bene meritis, tamen talis mentio benemeritorum non facit fidem ipsa benemerita præcessisse, nisi specificè probentur, ut no. gl. Bar. & omnes *in d. l. si donatione. C. de colla. & in auth. unde si parens, C. de inoffic. testam.* tamen secus est in illis personis, qvæ liberè possunt donare: qvia talia verba enunciativa benemeritorum, bene probant ipsa benemerita præcessisse, ut est doctrina Bart. *in l. si fortè per text. ibi ff. de cust. pec. & in auth. si qvis in aliqvo docum. C. de eden. & in l. per divers. C. mand.* Stante ergo, qvòd talia verba benemeritorum, faciant fidem inter personas non prohibitas donare, seqvitur dicendum, qvod est mirabile *secundum Lancel. in loco superiùs allegat.* qvòd talis non sit donatio simplex, sed

emuneratoria, in a qva donatione remuneratoria, non
ixitur insinuatio *ut not. per glo. Bart. & alios in l. A-
geos Regulus. ff. de don. per Bart. & Paul. de Cast. in l. si
ir. § si qvis aliqvem. ff. eod. per Bald. in d. l. illud versic.
irto qvaero. an donatio ob merita. de sacrosan. eccles. per
n. in cons. 26. inc. pro decisione eorũ, de qvib9 dubitatur.
in cons. 95. inc. viso prius donationis instru.* Adverte ta-
n, licet do. Lancel. non dicat, qvod multi tenuerunt, si
rba enunciativa benemeritorum, posita in instrumento
nationis, debent facere fidem, ipsa benemerita praecessisse
iam inter personas permissas donare, qvòd non sufficit fa-
re mentionem de benemeritis in genere, sed opus est de-
enire ad particularitates, *prout tenuit Bald. in d. l. illud. in
. q. & in l. fina. ff. de exerc. & Old. in cons. 5. incip. Titius
ledit & Socin. in cons. 295. inc. in causa contra filios & ha-
redes Pet. in 2 col. vers. circa secundam difficultatem.* & sic
volunt praedicti, qvòd dictum Bart. *in d. l. si fortè. ff. de castr.
pec.* patiatur hanc limitationem. sed est verum, qvòd eorum
opinionem reprobat praestantissimus Doctor, & praeceptor
meus in Canonibus, do. Phil. Deci. *in suo cons. 20. incip.
in causa istorum fratrum de Laseta. per totum.*

ADDITIO.

a In qva donatione remuneratoria non reqvir. insinuatio.) *Adde Practicum Papiensem, ita tenentem in forma libelli, qvo agitur pro donatione, in verbo, solenniter. Adde etiam dom. Alex. de Imol.* in cons. 120. in tertia parte suorum consiliorum. *per Ang.* in cons. 179. aliàs 181. *per Paul. de Cast.* in consil. 105. *per Bald.* in l. 2. ad fin. C. ne lit. pen. facit textus in l. fin. C. de jure dot. *& semel obtinui, dum Venetiis allegarem coram magnificis dominis provisoribus fisci, in hoc passu, pro hac parte, in favorẽ qvorundã Vincentinorũ.*

B. CAEPOLLA CAUT. CXII.

§. Ad firmandam donationem inter virum & uxorem.

SUMMARIA.

1. *Donatio inter virum & uxorem regulariter prohibita est.*
2. *Donatio inter virum & uxorem per temporum etiam intervalla nulla est.*
3. *Donatio mutua conditionalis inter virum & uxorem, qvo casu valeat.*

4. Bo-

4. Bonos contra mores aliqvid fieri, duobus modis dicitur.

1 DOnatio * inter virum & uxorem regulariter est prohibita, *ut in toto tit. ff. & C. de don. inter vir. & uxo. & c. donatio. extra, eo.* etiam si interveniat traditio, est ipso jure nulla, nec est alicuj9 momenti, *ut est text. in l. 3. § iten- dum. ff. eod. tit.* qvod intelligitur, qvando donans efficitur pauperior, & alter locupletior, *ut l. 3. in prin. & l. si sponsus. § concessa. & §. seqven. ff. de don. inter vir. & uxor & d. c. donatio.* & est ratio, ne mutuo amore se spolient, *ut l. 1. ff. eod. tit.* Sed possunt adhiberi circa hoc aliqvæ Cautelæ, ut valeat talis donatio, & non possit revocari.

§. Prima Cautela est, qvòd conjuges faciant sibi mutuam donationem, hoc est, sibi invicem reciprocent, videlicet, si contingit alterum mori, alter superstes habeat bona sua, qvia tunc propter dubium eventum valet donatio, *ut probatur in l. si pater puella. C. de inoffic. testam. & ibi hoc singulariter not. Cyn. qvem Doct. ibi seqvuntur. & pro hoc vide bonam glo. l. licet inter privatos. in fin. C. de pact. & probatur in l. qvod autem. in §. si vir & uxor. ff. de donatio. inter virum & uxorem.* (& hoc ibi tenet Lud. de Ros. in qvodam suo singulari, qvod incipit, prohibiti inter se donare, non intelliguntur prohibiti facere inter se donare, non intelliguntur prohibiti facere inter se donationem reciprocam.) Et ista Cautela debet intelligi, & limitari, qvando donatio unius seqvitur donationem alterius incontinenti, secus si ex intervallo, qvia tunc esset invalida donatio reciproca, *ut est textus singu. in l. qvi jam nupta. ff. de dona. inter virum & uxor. secundum Lud. in dict. singulari*, ubi subdit per illum text. * qvod si ego donassem uxori meæ
2 mille, & postea hæc ad decennium donasset mihi fundum, utraq; donatio est invalida. Item intellige hanc Cautelam, qvòd donatio mutua, &c. non intelligatur esse prohibita, etiamsi dicatur, qvòd sit donatio inter vivos, & non posset revocari. *secundum l. ubi ita donatur. ff. de don. causa mor.* qvia talis donatio statim valida erit, & non indiget confirmatione, & per conseqvens etiam non interveniente traditione post mortem poterunt bona peti. *ita no. intellexit Paul. de Castr. declarando dictum text. in l. si pater puellæ. in fi.* Sed adverte, qvia hoc ultimum non videtur esse verum,

tamen videtur, qvòd imò non valeat donatio, etiam mutua, nec etiam morte confirmetur, nisi ambobus simul decedentibus, vel qvando alter moritur, confirmetur illa, qvæ est facta superviventi, *ut est casus de utroq; in l. cùm hic status. in §. si ambo. ff. de do. inter vir. & uxo. ibi, cùm simul decesserint. & in ver. perinde. ibi, utrasq; donationes valere*, & ibi, *si simul decesserint. & ibi, qvia neuter alteri.* A contrario sensu, si alter supervixerit, donatio, qvam fecisset, non valeret. *Sed dic, qvòd qvando est donatio, mutua sub conditione, & unus præmoriatur alteri, dicitur valere tanqvam donatio inter vivos conditionalis, nimirum si conditio evenit tantùm in uno, valet in alio, qvia deficit conditio. & ita intelligitur dictum Cyn. & Paul. de Castr. Sed si facta esset donatio reciproca, sive mutua purè inter vir. & uxor. & unus moritur, vel fiat divortium, an donatio validetur vel confirmetur. *Vide text. in l. qvod autem. §. si vir & uxor. in l. cum hic status. §. qvod ait. & in §. si ambo. eod. tit.* 3

§. Secunda Cautela est, qvòd fiat donatio cum juramento, *a* qvia per tale juramentum validari videtur donatio, vel saltem qvòd non possit contraveniri, ex qvo servari potest tale juramentum, sine interitu salutis æternæ, ut in c. si verò. text. de jureju. & etiam sine dispendio salutis æternæ, *ut in c. cùm contingat. eod. tit. & istud tenet Bar. in l. si qvis pro eo ff. de fidejuss. & in l. Sejus. Auger. in sing. ad legem Falcid. & fuit opinio originaliter Guil. de Cu. in l. sed etsi possessori. §. item si juravero. ff. de jurejuran. & istam opinionem tenet etiam* Joan. *de Imol. in l. si qvis inqvilinos. §. fin. de legat. 1. & dicit ita se consuluisse. & ita reperio esse consultum per alios Doctores, & per do. Recuperatum de S. Gem. & per Miniatum de Perusio, & consilium incipit, factum tale est Pet. don. inter vivos. & per qvendam Bonifacium, consilium incipit, idem mihi Bonifacio.* Sed idem Bart. tenuit contrarium *in l. 1. ff de dona. inter vir. & uxo.* motus ex ratione, qvia est contra bonos mores. *ut ibi, in d. l. si qvis pro eo. post. princ. & in l. cùm qvis decedens. §. Titia. de legat. 3. & ita reperio consultum per* Joan. *Papiensem, & consilium incip. Qvicqvid dicunt barbacuti, qvi nesciunt seimias fabas comedisse, nisi cùm dolent ventre, &c. & per Rayn. de Peru. & Ray. de Monte, ubi ista qvæstio est valde dubia.* Ego nunc teneo sine disputatione, qvòd ista Cautela sufficiat, qvia saltem jurans tenetur de observantia juramen- 2

men.

menti, *ut tenet Anton. de Butr. in q. nostra, in d. c. cùm contingat. circa medium. in versic. ex his deciditur qvod ab donatione.* & fortè etiam juramentum adjuvat ipsum contractum, & ipsum firmat. *argu. glos. no. in cap. ex parte. in vers. aliena. ibi, sed si juraverit non contravenire, tenet venditio extra, de consu. & ubi etiam de hoc no.* & licet dicatur, qvòd sit contra bonos mores. *l. 1. de dona. inter vir. & uxo.* & sic non valeat *per c. non est obligatorium. de reg.*
4 *jur. l. 6.* * Tamen dico, qvòd contra bonos mores dicitur qvid fieri, duobus modis. Uno modo contra bonos mores naturales, ut si juro interficere hominem, *ut l. veluti. & l. generaliter ff. de verb. obl.* & isto modo juramentum non valet. & ita loqvitur cap. non est obligatorium. Alio modo dicitur contra bonos mores civiles, qvia lex præsupponit, qvòd sit contra bonos mores, ut in pacto de futura successione, & in donat. inter virum & uxor. & isto modo juramentum validat contractum *per c. cùm contingat, & c. si verò. præalleg. per c. qvamvis. de pact. l. 6.* & ista distinctio est contra bonos mores naturales, & civiles. *& ponitur per Bald. in l. pactum qvod dotali. in 19. q. C. de coll. & per Ant. de Ros. in d. c. cùm contingat. in sua repe. & de ista qvæstione vide ibi per omnes Doct. & per Canon. etiam in c. donatio. extra. de dona. inter virum & uxor. & vide omninò Fed. de Senis. consil. 135 ubi firmat, qvod suprà dixi. & examinat saltem ple. & not. etiam in l. 1. C. de sacros. eccles.*

§. Tertia Cautela potest sumi hoc modo, videlicet, qvod facta donatione, & ille, cui donatum est, allegat etiam aliam causam, qvæ sufficiat ad donationem validandam, & donans non opponat aliqvam exceptionem in contrarium, & pronuncietur donationem valere, & donatarius absolvatur, qvia tunc si donans vellet postea contravenire, submoveri posset exceptione rei judicatæ, *ut est casus cum glo. valde nota. in l. si sponsus. in §. si uxor vel maritus. ff. de donat. inter virum & uxorem. facit lex tertia, §. item qvari potest. ff. de re judica. & qvod ibi not. per Abba.* Sed si pronunciaretur per judicem donationem inter virum & uxorem, sine alia justa causa valere, sententia esset ipso jure nulla: *ut lege tertia. §. sciendum. ff. eod. tit. & not. i. glo. singula. in d. §. si uxor vel maritus.* Et adverte, qvòd istaCautela non videtur sufficiens, qvia licet sententia valeret, & obstaret exceptio rei judicatæ, & videatur impedire repetitionem soluti, *ut leg.*

leg. Julianus verum debitorem. & l. judex de conditio. indeb. tamen dico, qvòd solutum potest per condictionem indeb. repeti: qvia d. l. Julia. & d. l. judex. non procedit in sententia, qvæ est lata pro eo, cui alter ex litigatoribus donare prohibetur. *casus est singul. in d. §. si uxor. vel maritus. secundum Bald. in l. cùm allegas. C. de usu. & Ludo. Ro. in singula. 311. qvod incipit: Tu scis, qvòd donatio.* Item si posset probari, qvòd illa lis fuit facta, dicta sententia non valebit, *ut l. cùm hi. §. si cùm lis. & ibi no. ff. de transact.*

ADDITIO.

a Juramen.) *Donatio inter conjuges cum juramento facta, valet.* Bart. in l. si qvis pro eo. in fin. princ. ff. de fidejuss. & in l. Sejus. in 2. colum. ver. qværo qvid in donatione. ad l. Falc. contrarium tenet Bald. in l. 1. ff. de donat. inter virũ & uxorem. *& Paul. de Cast.* in cons. 63. *ubi dicit hanc esse communem opinionem, qvod non firmetur juramento. Sed idem Pau. tenet primam opinionem,* in consil. 99. & vide in consil. suo 96. *Card.* in Clem. 1. §. fin. 5. q. de jurejur. *dicit ideo valere, cùm non sit jure cautum* & c. 2. de pactis, in 6. & c. cùm contingat. de jurejur. *non debent extendi: qvia deviant à jure communi, sed qvòd in dubio non debet venire contra tale juramentum sine superioris auctoritate,* per cap. venera. de cle. *Donatio inter conjuges, ut alter distribuat in piam causam, valet. Flo. in l. mulier. ad l. Aqviliam.*

T. FERRATUS CAUT. XXX.

§. Ad illaqveandum donantem causa mortis, ut non possit ipsam donationem revocare.

SUMMARIA.

1. *Donatio causa mortis qvandocunq; per donantem ex pœnitentia revocari potest.*
2. *Juramentũ, qvòd sine interitu salutis æternæ servari potest, servandũ est.*
3. *Revocabilia, qvæ ex pœnitentia sunt, si juramentum interveniat, irrevocabilia fiũt.*
4. *Contractib9 innominatis respectivis regulariter pœnitentia admittitur.*

SCitur * vulgò, qvòd donatio causa mortis, potest qvandocunq; per donantem ex pœnitentia revocari, *ut l. qvæ mortis. & l. senatus. §. sed de mortis causa. & l. Seia ff. de donatione causa mortis. & Institutio. de donatio. in princ.* & illa dicitur donatio causa mortis, in qva sit facta mentio mortis, *ut not. glo. & Bart. in l. Seia. ff. de dot. præleg.* 1

& not. Bart. & Bald. in l. fi. C. de pact. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, in 5. col. vers. in qvantum. tamen dixi de verb. obl. Bart. Bald. Imol. Alexander, & communiter Doctor. in l. qva dotis. ff. solut. matrim. secus autem in donatione inter vivos, qvia ipsa ex pœnitentia revocari non potest. *ut l. possessionem. & l. fin. C. de revo. dona. & c. fi. extra, eod.* nam donatio inter vivos semel perfecta, etiam prætextu Imperialis rescripti non revocatur, *ut dicit text. in l. si donatio, C. de revo. dona.* & similiter donatio semel perfecta, conditionalis fieri non potest, *ut l. perfecta. C. de do. qva sub modo.* Tu autem cui vult fieri aliqva donatio causa mortis, si vis taliter negotiari, qvòd talis donatio per donantem non possit revocari, Cautela est, qvòd facias, ut notarius instrumento apponat illa verba, qvæ per notarios multoties apponi solent, scil promittens dictus donator omnia, & singula suprà scripta attendere, observare, & in aliqvo non contravenire: qvia per talia verba donatio causa mortis, qvæ de natura sua est revocabilis, efficitur irrevocabilis: nam qvando in donatione causa mortis facta est promissio de ea non revocanda, tunc assumit naturam donationis inter vivos, & donatio inter vivos appellatur. *iste est casus in l. si alienam, in fin. & in l. ubi ita donatur. & ibi not. Bart. ff. de don. caus. mort. not. glos. in l. sed interim. in princ. in glo. magn. ff. de don. inter virum & uxorem. Bald. in l. 2. C. de jur. dot. Aret. in cons. 41. incip. diligenter & maturè pensata consultatione. in 2. col. vers. qvin imò.* etiam si non esset appositum verbum, & in terminis qvæstionis superius formatæ, licet ille donaverit causa mortis, qvod tamen per illa verba, de qvibus suprà censeatur donatio inter vivos. *ita consulendo tenuit Paul. de Cast. in suo cons. mihi 98. inc. in ista donatione fuit actum. & in cons. 101. incip. notandũ est, qvod præfatum statutum. in 2. col. vers. qvantum verò ad secundum.* & licet contrariam partem, qvòd per illa verba, de qvibus suprà, censeatur donatio causa mortis (& sic qvod possit revocari) tenuerit glo, *in d. l. si alienam. in verbo, accepit, ff. de don. causa mortis.* & Bal. ubi arguit ad partes. *in l. cum qvis. ff. de cond. ob causam.* & Alex. *in l. qva dotis. in 4. col. vers. sed juxta hoc cadit dubitatio multum probabilis. ff. solut. matrim.* & Angel. *in cons. 253. inc.* dom: Anton. de Florentia. & eam etiam videatur sentire Bald. *in cons. 107. incip. Laurent. fuit confessus in prima parte.* &

Phil.

Digitized by Google

Phil.Corn. *in conf.126.incip. licet in hac consultatione videatur prima fronte dicendum.per totum.in primo volum.* Tamen primam opinion,qvòd per illa verba, de qvibus suprà,censeatur donatio inter vivos,& sic non possit revocari, tenuit consulendo Angel. sibimet contrarius *in cons. 299. incip.visis prædictis instrumentis. in 6. col. vers. ex hoc seqvitur decisio.* & Alex.similiter sibi contrari9 *in cons.14.incip.circa primum dubium,qvo qværitur.in prima col.vers. prædicta etiam materia. in 1.vol.* qvam opin.etiam sentit expresse Bart. *in l. fi. in 3. col. vers.& primò examinemus, an sit donatio causa mortis.C.de pactis.* clarè Socin. *in cons. 222.incip.multum eleganter,& similiter in 1. col. vers.* adduco etiam in proposito. & eam similiter intrepidè tenet Jas.dicens,qvòd si casus accideret,qvòd ita consuleret, *in l. non omnis.in 1.col.versic. sed hic offertur qvotidianum & utile dubium. ff. si cert.petat.* subjungens istam conclusionem,putarem multo fortig esse verissimam,si ultra d.verba juramentum intervenisset. prout etiam tenet Paul.deCast. *in præalleg.cons.101. incip. notandum est, qvod præfatum statutum.prope fin.*& Aret. *in cons. 74. incip. diligenter & maturè ponderatis his.in 2.col. vers.prima ratio fundatur juramento. allegans c.2. in verb.contravenire.de jurejur. in 6.* ut etiam tenuit Socin.*in cons. 53. computatis consiliis Mariæ.patris sui, qvod incipit, in præsenti consultatione ex themate præmisso.in 2.col. vers.& prædicta sufficerent.* Qvæ opinio procul dubio est tenenda,qvòd si in donatione causa mortis sint apposita verba,de qvibus suprà, & insuper ipsum juramentum,qvòd talis donatio sit irrevocabilis.Primò per illam regulam tritam in jure, * qvòd omne juramentum,qvod potest servari sine interitu salutis æternæ, 2
servandum est,*ut habetur in c.cùm contingat.de jurejur.& in c.licet mulieres.eod.tit. l.6.& in c.qvamvis.de pact. eo. l.6.* Sed si promitto cum juramento donationem cau.mort. non revocare, sed contravenire, qvod tantum importat, qvia qvi revocat actum, contravenit ipsi actui, ut patet ad sensum,certè tale juramentum potest servari sine interitu salutis æternæ,ergo servandum. Secundò & fortiter,* qvia 3
videmus qvod ea,qvæ de natura sua ex pœnitentia sunt revocabilia, si juramentum interveniat, fiunt irrevocabilia: nam si qvis facit pactum de prorogata jurisdictio.sui judicis,& sic litigare coram judice non suo,tamen non obstante

pacto, ante litem contestatam potest pœnitere, *ut l. si convenerit. cum ibi nota. ff. de jurisdict. omn. jud. & cap. 1. secundum communem intellectum, extra, de jud.* sed si ultra pactum interpositum fuerit juramentum, tunc etiam ante litem contestatam non est locus pœnitentiæ: *ita tenent Angel. Fulg. Paul. de Cast. Alexand. & d. Jas. in d. l. si convenerit. Im. in d. c. 1. de jud. & ibi Fel. in qvarta col. vers. 3. fallit. Anto. Cors. in repet. Rubr. ext. de jurejuran. in 16. privileg. juramenti. Petr. de Anch. in cons. mihi 192. incip. in auxilium veritatis. in 2. col. ubi dixit, istud esse novum, ad intellectum d. l. si convenerit. & ista est communis, qvicqvid dixerint Anton. de But. & Abba. in 7. col. in d. cap. 1. de jud.* Secundò, qvòd ea, qvæ de natura sua sunt ex pœnitentia revocabilia,
4 per juramentum efficiantur irrevocabilia, probatur, * nam in contractibus innominatis respectivis, regulariter re integra admittitur pœnitentia, *ut not. in l. si pecuniam. ff. de condit. ob causam. & per glo. & Doct. in l. jurisgent. in prin. ff. de pact.* sed si aliqvis fecit contractum innominatum, in qvo intervenerit juramentum, tunc non est locus pœnitentiæ. *ista est glo. in d. l. si pecuniam, in verbo, necesse habeas. qvam ad hoc sing. reputat Bald. in c. qva in ecclesiarum. in 7. col. de constit. & Imo. in l. secunda. §. sed & si qvis. ff. de dona. Jas. in d. l. si pecuniam. in tertia col. vers. undecimò limita. & in pen. col. vers. 2. collige ex hac glo. & ut tenet Barb. in c. juravit. in 15. colum. versic. item dicit hic Bald. de probat. allegans ita similiter tenere Salic. in d. l. si pecuniam. tenet Anto. Corset. in præalleg. repe. Rubr. extra, de jurejur. in 2. privilegio juramenti.* Stabit ergo firma conclusio, qvòd si in instrumento donat. causa mor. fuerint apposita illa verba, de qvibus suprà, & multo fortius, si juramentum interveniet, qvòd dona. causa mor. non poterit per donantem ex pœnitentia revocari. Secunda Cautela & occultissima est, ut facias, qvòd per notarium in instrumento donationis, fiat mentio hæredum donatarii, videlicet, talis persona donavit talem rem Sempronio pro se, & hæredib. suis. nam isto casu, qvando in donatione causa mort. est facta mentio hæredum donatarii, talis donatio censetur donatio inter vivos, non autem causa mortis, & ratio est, qvia donatio inter vivos bene transmittitur ad hæredes, secus autem in donatione causa mortis, qvia illa non transmittitur,

tur, si contingat donatarium mori ante ipsum donatorem, unde cùm in ipsa donatione sit facta mentio hæredum, donatio in dubio censetur donatio inter vivos. ita singulariter tenet Bald. *in l.2. in 2. col. vers. qvid enim si iste filius stipularetur pro se, & hæredibus suis. C. de jure do. & ibi etiam Sal. ver. sed nunc insurgit dubium. tenet Ias. in d.l. non omnis. in 4. col. vers. 2. infero. ff. si cert. pet. Alex. in præal. leg. cons. 14. inc. circa primũ dubiũ, qvo qværitur, in 2. col. vers postremò etiam ex alio colligitur. in 1. vol. Are. in d. cons. 24. inc. diligenter & maturè ponderatis his. in 2. col. vers. 3. moveor, qvia notarius. & d. Lancel. Decius in l. qva dotis. in 5. col. ff. sol. matr.* Si vis ergo taliter facere, qvòd donatio cau. mor. non possit ex pœnitentia revocari, & qvòd donator non advertat, nisi esset persona in jura perita, non tradas oblivioni prædictas Cautelas, & specialiter secundam. Qvomodo autem concipiatur donatio causa mortis, & qvæ sit ejus forma, ponit Spec. in titul. de donat.

I. De Arnono Caut. LXXIII.

§. Ad l. si unqvam, C. de revoc. donat.

Certum est, & si aliqvis non habens filios donat, si postea nascantur filii, per talem nativitatem filiorum ipso jure revocatur donatio. *l. si unqvam. C. de revoc. donat. 17. q. 4. cap. ult. glo. 13. q. 2.* si qvis irascitur, an beneficio d.l. possit renunciari? Oldr. Laud. *in cons. 173. inc. qvidam habens unicum filium,* tenuit indubitanter, qvòd non. Idem tenet Ioan And. in addit. Spec. *in tit. de instr. edit. §. porrò. in addit. qva inc. hoc autem certum est, seqvitur* Lud. Rom. in cons. *279. incipiente, non est dubium qvòd donatio.* ubi subdit seqvendam esse opinionem Jo. And. abjectis falsitatibus aliorum. Idem tenet Salicetus. *in d. l. si unqvam.* & Io. Petr. *in practica Pap. in forma libelli,* qvando agitur pro donatione.

§. In contrarium est veritas, & contrarium tenuit Barto. *in l. Titia. 2. §. imperator. in penult. col. ff. de legat. 2. Bald. in l. 1. circa fin. C. de inoffic. donat. & in addit. Specul. in tit. de instru. edit. in ultim. col. vers. si qvis dona. Albe. de Ros. in d. l. si unqvam. Petr. de Anch. in c. fin. vers. qværit etiam ibi, in 5. colum. de donat.* & ibidem etiam Ioan. de Imol. in 19. col. Idem tenet Lud. Ro. *sibi contrariꝰ in consilio, incipiente, pro decisione eorum, de qvibus dubitatur, in 2. col. Raph. Cum. in d. l. Titia, §. imperator. in pen. col. Refert & seqvitur*

dom. Jas. in l. si qvis in conscribendo, in 2. col. in fi. C. de pact. ubi dicit, se ita consuluisse in civitate Papia de facto anno praeterito pro qvodam nobili Mantuano, & se subscripserunt multi Docto. illius civitatis.

§. Cautela est igitur, ut in instrumento donationis renuncietur expressè dict. *l. si unqvam*, & erit tutus donatarius per suprà dicta. Et istam Cautelam not. in practica: qvia qvotidie occurrit.

DE DOLO ACTIO.

B. CAEPOLLA CAUTELA CVII.

§. Pro personis, qvæ non possunt intentare actionem de dolo, qvod intentent actionem in factum.

SUMMARIA.

1. *Actio de dolo filio contra patrẽ. servo contra dominũ, & c. dari non potest.*
2. *Exceptio doli licet non infamet infamia juris, attamen infamat infamia facti.*

FILIO contra * patrem, & servo contra dominum & hu-
1 jusmodi humili sive plebejo, contra eum, qvi est positus in dignitate, alteri contra eum, qvi est vitæ emendatioris, non datur, nec dari potest actio de dolo, licet dolum commiserit, *ut est text. sing. in l. non debet. ff. de do.* & per conseqvens, eis non competit exceptio de dolo. Et ideo Cautela est tunc, qvod ipse intentet actionem vel exceptionem in factum verbis temperatis, non faciendo mentionem doli, qvia ista judicantur à pari, actio & exceptio, in qvantũ ad hoc, *ut l. apud Cels. §. advers. ff. de doli excep. juncta l. non debet. ff. de dolo.* qvod perpetuò tene menti contra hujusmodi plebejos, vel viles personas. Et potest esse ratio in ex-
2 ceptione doli, * qvia exceptio doli, licet non infamet infamia juris, tamen infamat infamia facti, *ut d. §. advers.* & hoc no. Raph. Cu. & ideo talis exceptio, qvæ saltem de facto infamat, non datur contra prædictas personas, *ut patet in d. §. advers. ibi, apud bonos mores sugillet. & hoc tenet Angel. de Are. Inst. de excep. in prin. in ver. qvaero an contra parentes.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXII.

§. Pro illis, qvi non possunt agere actione de dolo, qvod agant actione in factum, & est repetita.

SUMMARIUM.

1. *Actio doli de facto infamat, non autem actio in factũ.*

DIcas unum singulare, qvòd actio de dolo non potest inten-

tentari per vilem personam contra nobilem, nec contra patrem per filium, & ideo sint cauti viles, ut agant actione in factum, & non actione de dolo, *a* qvia eorum libellus, in qvo faciunt mentionem de dolo, non valet. *casus est singularis in . non debet. ff. de dolo:* * qvia talis actio doli infamat de facto, *ut no. in l. apud Celsum. in §. adversus. & ita Raph. de dol. excep. ita dicit Angel. de Aret. Inst. de exc. in princ. vers. qvaero an contra parentes.* a I

ADDITIO.

a Act. de dol.) *Actio de dolo* qv*omodo cognoscatur ab actione in factum*, per Bart. in l. si oleum. §. merito, ff. de dolo, *actio de dolo non datur contra patrem.* l. si superstite. & ibi Bart. C. de dolo.

UT DOS ALIENARI A MULIERE POSSIT.

Vide suprà in Alienatio.

B. CÆPOLLA CAUTELA. CXV.

§. Qvomodo pater constante matrimonio possit filio securè dare dotem, qvando cum filio ad dotem restituendam se obligavit: & qvomodo pater perdit omne commodum usufructus filii emancipati.

SUMMARIA.

1. Dos constante matrimonio restitui non debet.

2. Emancipare si pater filium nollet, sed ipsum de domo expellere, an ad emancipandum cogi posset.

3. Emancipet, si pater filium voluntariè, usufructus dimidiam retinere potest, secus si aliàs.

MULTI sunt filii, qvi non possunt pacificè cum patre vivere, & recedunt à patre, vel pater expellit filium de domo, & petitur per filium, qvòd pater sibi restituat dotem uxoris suæ, qvam ipse pater recepit, & se obligavit pariter cum filio ad dotem restituendam, in omnem casum, & eventum dotis restituendæ, *juxta no. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matr.* pater dubitat, si debet dotem restituere, * qvia dos constante matrimonio restitui non debet, *ut in tot. tit. C. si dos constante matrim.* & filius consumeret dotem, nollet pater teneri ad eam restituendam amplius. & de hoc sæpissimè est qvæstio. Sed tu dicas, si consultus fueris, qvòd triplex Cautela seu consilium dari possit, ut pater securè dotem restituere possit. I

§. Prima Cautela est, qvòd restituat solummodò ex causis legi-

legitimis & à jure expressis, de qvib. habetur *in l. qvamvis. & in l. seq. ff. sol. mat.* & non habebit aliqvam dubitationem.

§. Secunda Cautela est, qvod restituat alteri de mandato mulieris, tunc enim ipsa mulier tenebitur actione mandati, unde conventus socer poterit ei ad dotem compensationem opponere. *argumen. ff. de jure do. l. sane.*

§. Tertia Cautela est, qvòd pater emancipet filium, nam tunc sicut filio mortuo pater debet nurui restituere dotem. ita hic filio emancipato. *argu. ff. de jure do. l. si pater filiæ nomine. & ita consuluit* Jacob. *de Are.* & Ray. dicebat primam veriorem Cautelam, hoc etiam *no. glo. in l. si filius. in qvarta col. in vers. sed & si pater. ff. famil. hercisc. in apostil.*
2 * Sed hoc est dubium, qvòd si pater nollet filium emancipare, & expulit ipsum de domo, an possit cogere ipsum ad emancipandũ. Et videtur qvòd non, qvia regulariter pater ad hoc cogi non potest, *ut no. Inst. qvib. modis ju. pat. potest. sol. §. fin.* Sed dicas contrarium, qvia ex qvo pater malè tractat ipsum, expellendo eum de domo, & tractando ipsum ita, qvòd secum vivere non possit, constat patrem facere contra pietatem, non tractare ipsum ut filium. *argumen. l. qvidam cùm filium. cum ibi not. ff. de verborum obligat. conjuncta l. divus. ff. si qvis à paren. fuerit manumiss.* & hoc casu talis emancipatio debet peti impetrata venia, *juxta l. venia. C. de in jus vocan.* qvia emancipatione obtenta, & bona dotalia, & non dotalia, ut bona materna, ei sunt restituenda.
3 * Et licet qvando pater voluntariè emancipet filium, possit dimidiam usufructus retinere, *ut C. de bonis qva libe. l. cùm oportet.* propter qvandam remunerationem, ut ibi, tamen qvando propter sævitiam vel injuriam, aut defectum patris cogitur ipsum emancipare, debet pater omne commodum ususfructus amittere: qvia dictus ususfructus servatur patri propter remunerationem. *per. d. l. cùm oportet.* qvæ remuneratio hoc casu non debetur, *ut l. divus. ff. si qvis à parentibus fuerit manumiss. & ita singulariter tenuit Rapha. consulendo Rayn. consil. suo, qvòd incipit, in Christi nomine amen. Inspectis causis præmissis, poterunt filii cogere patrem, &c.* Et qvidẽ dictum est de dote, puto idem dicendum esse de donariis factis à patre nurui, ut illa etiam debeant restitui filio. Sed si propter defectum filii, & non patris, non posset simul vivere, pater non cogeretur ipsum emancipare, non subsistente aliqva causa ex his, qvæ ha-

habentur *in d. §. fi.* qvod no. & tene menti, qvia qvotidie eris interrogatus.

B. Perusini Cautela VI.

§. Qvomodo possit mulieri esse cautum de dote, qvando maritus non est solvendo.

QVintò qværitur * qvid si maritus, qvi dotem recipit, non sit idoneus in solvendo, qvalis Cautela poterit adhiberi, ut mulier sit cauta de dote, maximè qvando consistit in rebus mobilibus. Nam fidejussor vel mandator dari non possũt, dari nõ valent, *ut C. ne fidej. man. do. den. in ru. & nig.* sed qvidã intelligunt de dote conservanda prodessent, non de restituenda: qvia tales dari non possũnt. arg. *ff. de exce. l. exce. q. 2. respon.* ubi dicit, qvòd datio fidejussoris pro dote à marito valet: qvia fuit in tempore restitu. dotis. solut. ma. Sed ego vidi hanc Cautelam adhiberi, scilicet, qvòd aliqvis se obliget uxori pro dote sua hoc modo: Nam post stipulationem contractus dicit in instrumento. Et insuper dubitant, si sufficerent pro obligatione dictæ dotis, talis sciens alias se non teneri bona sua principaliter obligavit dictæ dominæ pro dictis dotibus, qvæ bona tempore restitutionis prædictæ possit ingredi propria authoritate capere, &c. Et hoc videtur tenere gloss. *in d. l.* 1. qvo casu videtur fieri posse exact. Maximè qvando voluntate mariti, & uxoris bona tertii obligantur. Sin autem cautio de dote exigatur in judicio à marito, qvam dare recusat, vel negat se dare posse. tunc videtur recurrendum ad remedium depositi, videlicet, ut pecunia deponatur, & ex licito lucro ipsius recipiat maritus fructus, *ut extra de do. inter vi. & ux. c. pen.* Ad suprà dictum qvoq; instrumentum obligationis bonorum tertii poterit addi robur juramenti, ut juret ille tertius non venire contra. * Nam jure canonico juramentum habet roborare omnem contractum, *a* Et si sit præter vel contra legem, dummodo non vergat ad dispendium salutis æternæ, ut de jurejur. cap. cum contingat, & ibi plenè extra de pac. cap. 2. l. 6. In minore erit forma juramenti, ut juret non venire cõtra rationem minoris ætatis, vel alia qvacunq; causa, aliàs juramentum præstitum excluderet jurantem à beneficio juris comunis, *ut plenè no. extra de excep. c. cum causa. in ult. gl. & c. & in authen. sacramenta puberum. C. de adv. vend.*

Additio.

a Omnes contractus.) *Non tamen à jure reprobatũ.* Pet. de

Digitized by

de Anch. in cap. tuas. nu. 1. extra de usu. *Nec etiam pactum, idem* in c. si diligenti. num. 5. & 9. de foro compe.

DE ELECTIONE ABBATIS FUTURA.

Vide suprà in Abbas.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCVI.

§. Qvibus verbis utetur superior, qvando vult, qvòd inferior non possit eligere, & qvòd electio sit nulla.

SUMMARIUM.

1. Petrus de Luna, qvi in partibus Ultramontanis Papa appellabatur, qvibus verbis inhabilitabat Cardinales, ne electionem facere possent.

QVANDO superior vult prohibere inferiori, ne eligat, & vult qvòd electio sit nulla in casu, qvo velit eligere, cautela est, qvòd dicat, ut statim, qvod incipiunt eligere, sint excommunicati, vel inhabiles, & tunc non poterunt eam perficere: sed si inhabilitat eos, si elegerint, tunc electio valebit, sed postea efficiuntur inhabiles ad aliam electionem, ut probatur *in l. interdum verbo, incipiunt. ff. qvib. mod. usufr. amit. qva est singularis ad hoc, secundũ Paul.* de Cast. in l. *filius familiàs. §, divi. in pen. col. ff. de leg.* 1. qvi dicit,
1 qvòd ita semel vidit fieri per Petrum de Luna, *qvia appellabatur Papa in partib. Ultramontanis, Cardinalibus suis existentib9 in Liburno pro congregando Concilio: nam inhabilitabat eos, cùm inciperent eligere, & idem tu dicas in similib.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXXXII.

§. Qvando dubitatur, an aliqvis debeat interesse electioni, Cautela est, qvòd admittatur cum protestatione.

SUMMARIUM.

1. Electioni aliàs legitimæ non nocet: si non habentes vocem, cum aliis admissi fuerint.

CUm dubitatur, an aliqvi debeant interesse electioni, & tempus instat, ita qvod commodè non possit recipi probatio, an de jure hoc eis competat, Cautela est, ut admitti debeant cum protestatione, ut eorum voces valeant, si & in qvantum appareat, postmodum eos debuisse interesse, *ut*
1 *cap. Cuma. de elect. & in c. in Genesi. eo. tit.* * Non enim nocet electioni, aliàs legitime, si non habentes vocem, fuerint admissi cum aliis. *ita dicit Abb. Sicu. in d. c. Cumana.*

in

inprin. Verſ.6.not. Cautelam & practicam, qvod tu no. pro electione ſummi Pontificis, vel Rectoris ſcholarium, ut ſi dubitatur, an aliqvi Cardinales poſſent dare vocem, vel aliqvis ſcholaris, ne differatur electio, poſſent admitti cum dict. proteſtatione.

B. CÆPOLLA CAUTELA XCVI.

§. Qvomodo qvis poſſit eligere ſeipſum.

SUMMARIUM.

1. Eligere regulariter ſeipſum non poteſt ille, cui ſibi eligendi poteſtas data eſt.

VIdimus pridie in c. cùm in jure. de elect. gloſ. qvæ dicit, * qvòd qvis non poteſt eligere ſeipſum, qvando datur ſibi poteſtas eligendi, *& eſt gl. ſimilis in l. planè. ff. qvod cujusq; univ. no. & alia 8. q. 1. qvi epiſcopatum & probatur in l. ſi mandav. §. ſi tibi. ff manda. & in c. fin. extr. de inſt.* Sed qvando eſſent plures electionarii, qvi haberent eligere, poſſet unus electionarius, ſi eligeretur ab aliis, conſentire electioni *a* de ſe factæ, & talis conſenſus connumerabitur in numero electorum, ut eſt caſus in d. c. cùm in jure, qvia hodie non eſt correctum, & procedit, niſi electio eſſet per viam ſcrutini: qvia tunc non poſſet conſentire, vel eligere ſeipſum, *ut eſt caſus in c. Cumana, de elect. qvod ita debet intelligi, ut ibi not. per Doct.* ſed qvando unꝰ electionarius ſperat, qvòd aliqvi electores eligant ipſum, non ſit primus, qvi faciat electionem, ſi poteſt, qvia non poteſt eligere ſeipſũ, reputaretur enim ambitioſꝰ, *ut no. in d. c. cùm in jure.* ſed expectet, ſi eligitur per alios, & tunc conſentiat electioni de ſe factæ, vel ſi cogitur primò eligere, qvia fortè habet primã vocem in Capitulo, *juxta ca. auditis. de elect.* debet eſſe cautus, ut eligat illum, qvem veriſimiliter, vel nullus, vel minor pars eligeret, qvia ſi poſtea eligitur ab aliis, poterit variare, & recedere ab electione facta per ipſum, & conſentire electioni factæ de ſe, & ſic erunt qvatuor, & per conſeqvens major pars. *& hæc probantur in dict. cap. cùm in jure. in text. & glo. & ibi per Joan. And. & Ang. & Docto.* qvod no. tu ſcholaris, qvando fiunt electionarii, ſis cautus, ut electio cadat ſuper te.

(margin: 1, 2)

ADDITIO.

a Conſent. elect.) *Electionarius non poteſt eligere ſeipſum glo. & Bart. in l. planè. ff. qvod cujuſ. uni. no. ubi dicit Verum,*

Verum, si sibi soli commissa est electio, non si sibi & aliis. & tenet Bartol. in l. si consul. in fin. ff. de adop. Mar. Sil. in l. si mandavero. §. si tibi. ff. mandati. suprà q. 1. qvi episcopatum. cap. cùm in jur. de elect. cap. fin. de inst. *sed bene potest consentire electioni de se facta ab aliis, etiamsi ipse priùs alium elegerit.* Doct. & Joan. And. in dict. cap. cùm in jure. & per gl. & Sicul. in ca. consuluit. de jure patron.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXIX.

§. Qvomodo fiat electio absenti majori parte.

SUMMARIUM.

1. Electio unius solius, qvonam pacto valere possit.

IN electionibus qvidam adhibent istam Cautelam, nam convenientibus Canonicis, vel aliis, ad qvos spectat electio de jure, scilicet ex commissione inter eos facta, faciunt deliberari, ut hora tertiarum, vel hora missæ, vel alia certa hora, ut conveniant in tali loco ad electionem celebrandam,
1 dam, & hoc scribi faciunt. unde si postea illa hora unus, a vel aliqvi ipsorum conveniant, eligant, valet electio, etiam aliis absentibus, *& etiam not. Inno. in cap. cùm nobis. de elect. in gloss. sed nunqvid.* & ita tenet Tancred. de Cor. *in qvodam suo opere judiciali, in ult. par. in versi. decimo*
1 *qvintò qværitur. in fin.* * ubi dicit, ita vidi servari de facto in qvadam electione, in qva duo electores statuerant hora vespertina electionem celebrare, postea uno eorum aliqvantulum retardante in veniendo, alter fecit pulsare ad vesperas, qvi priùs venerat, & elegit solus, & ejus electio fuit confirmata, qvod singulariter no. & maximè, qvando sunt plures fratres, qvi volunt venire ad divisionem, & statuunt certam horam, qva debeant interesse, nam si unus vel aliqvi eorum non reperirentur hora deputata, alii possent facere divisionem, & valeret divisio. & idem dic de simil.

ADDITIO.

a Unus.) *Electio facta ab uno nomine plurium per verba singularis numeri, valet.* cap. cùm ab uno. de sen. & re judica. in 6. & in Spec. de elect. §. 1. ver. & no. & per totum. *Electio si fiat contra consvetudinem Ecclesiæ, qvaliter formetur libellus. in Spec. de consvetudine. in princip.*

I. DE ARNO NO CAUTELA LIV.

§. Ut minor pars collegii expectet, & qvòd major pars eligat indignum.

Vul-

Digitized by Google

VUlgata est ista regula & conclusio, qvòd electus à majore parte Collegii, vel Capituli debet confirmari, & præferri electo à minori. Sed hoc non habet locum, qvando major pars elegisset indignum: qvia tunc præfertur & confirmatur electus à minori. Hoc intellige, qvando minor pars expectasset electionem factam à majori parte de indigno. Ratio est in promptu: qvia tunc jus eligendi nondum resedisset in minori: nam major pars ita demum est privata, si fuerit electio subsecuta, *ut in cap. perpetua. de elect. l 6.* Cautela est igitur, ut minor pars expectet, qvòd major pars delinqvat, aliàs neutra electio valeret. *C. de hæred. act. l. ut debitũ.* IstamCautelam didici àBaldo, *in c. congregato. in prin. ibi, & ideo consulo. extr. de elect. no. perpet.*

I. De Arnono Caut. LIII.

§. Pro illo, qvi eligitur ad aliqvam dignitatem, seu prælaturã, ut ante electionem non consentiat, neq; dissentiat.

QVotidie posset ista Cautela occurrere, eligitur qvis ad aliqvam dignitatem sive prælaturam, & anteqvam eligatur, iste consentit electioni de se faciendæ, vel post electionem dissentit, tunc qværo de viribus istius electionis? Respondeo, & dico, qvod talis electio non valet: nam consentiens antè, esset ambitiosus, dissentiens postea non est eligendus, Cautela est igitur, ut expectet electionem, & illi consentiat. Istam Cautelam docet Bald. *in cap. cùm post petitam in fine, de elect.* ubi dicit, not. Cautelam adhibendam per electum, ut anteqvam eligatur, non præbeat assensum: qvia esset ambitiosus, neqve dissensum: qvia dissentiens non est eligendus.

B. Perus. Caut. XVI.

§. Utrum prima electione non habente effectum, possit elector iterũ, eligere. Item an possit peti salarium in officio, cujꝰ electio irritatur, & de cautela electionibus adhibenda.

QVintodecimo in facto electionum qværitur, * qvid si electio facta non habet effectum, nunqvid qvi semel elegit, possit iterum eligere.

§. Et primò videtur, qvòd non: qvia lex dicit, qvòd servi electione legata semel, duntaxat optare possumꝰ. *ff. de leg. 1. servi elect. in princ. & de optio. leg. l. apud.* Sed videtur functꝰ suo officio. *ff. de re judic. l. judex, & extra de officio delega. cap. in literis,* maximè qvando elegit indignum: qvia hoc ipso eligendi potestate privatur, *extra de elect. c.*

cu

cum in cunctis.§.fi.& c. cum innotuit. Item qvia facta unica electione consumptum est jus eligendi. Adeo, qvod aliàs non datur ingressus. *ff. de tributo.l.qvòd in haeredem.§.eligere.* Nam mala electio est in culpa. *ff. de furtis. l. manifestissimi,& d.l. apud aufidium:* qvia sufficit aliqvid de facto fieri. Et sic de jure non sortitur effectum. *ff.de verb.oblig.l. qvidam cum filium,& de statu libe.l.Stichus.*

§. Econtra videtur, qvòd iterum possit eligere, qvando electio facta non habet effectum: qvia ex qvo est inefficax, habenda est, ac si celebrata non fuisset. *arg.ff. qvi satisda. cogan.l.qvoties,& qvod cujusq; juris.l.1.l.fin.3.q.ult. propter illicitam:* qvia non consumitur electio, sive jus eligendi, sive operandi, qvando eligens inutiliter elegit. *ff.de optio.lega. in 2.& 3.* Et ideo præstat impedimentum, qvòd de jure non sortitur effectum, *extra de reg. jur. cap. non praestat.l.6.ff. de regul.jur.l.qvi per salutem.* semper enim videtur litem variare eum, qvi electionem habet. *ff.de act. empt.l.steriles.§. cum per venditorem, & ff.de verborum obl.qvi certarum.§.ult.* Secundo casu qvando prima electio est nulla ipso jure, & tunc iterum possit eligere *per jura primò allegata.*
2 ✱ Ad idem qvia non implet conditionẽ, qvi de facto tenetur implere. *ff.qvan.dies l.cedat l.qvod pupillo,& di.hac conditio.* Et ideo ex integro fit *arg.Co.de accusa.l.4.* Aut prima electio valet, de jure, sed alia de causa deficit: & tunc qvia consumptum est jus eligendi, non potest tunc eligere, *ut dicunt jura primò allegata in dict.l.servi electione.*

§. Sed canonistæ aliter distinguunt: qvia aut electio defertur ab homine, aut à jure, primo casu unica electione qvalitercunq; consumitur juris electionis, *extra de electio. cap.si compromissarius.l.6. & dict. l. servi. cum similibus.* Non obstat dict. l. *qvoties, qvi satisd.cogan.* qvia illud in odium vitiosi, ut iterum satisdet, ut ibi: sin autem differtur à jure, tunc potest septimus eligere, & variare, donec habeat effectum. Et ita loqvuntur jura pro secunda parte allegata: & est ratio, qvia electio in dignitate ecclesiastica vel præbenda habet plures partes, scilicet electionem, & confir-
3 mationem. ✱ Unde ante confirmationem videtur habere, *ut dicit Innoc.extra de praeben. c. dilectus. el. 2. ut not. extra de elect.c.si electio.l.6.* Ideoq; donec confirmetur, durat

jus

jus eligendi, ita qvòd electo recusante vel mortuo iterum eligit Sed jure civili ipso actu electionis confirmatur potestas electionis, ut dictum est.

§. Sed in prædictis qvidam adhibent hanc cautelam : qvia adhibente sub protestatione hoc modo, protestor, qvòd si electio, qvam fecero, non valebit, ex nunc reservo mihi jus eligendi, donec electio per me fienda efficaciter valeat, *ut Co. de fruct. & litis expen. l. terminato, & ff. de servis expor. l. Titius, extra de arb. c. innot. & de jure patro. c. cum dilectus, & de officio, & potest. jud. deleg. c. si delegatus, & c. super qvæstionum. §. cum autem.* semper enim protestatio prodest, *ut dixi suprà de q. circa extraordi. in q. 2.* Nam & invicem possunt simul eligi, ita qvòd si unus succumbat, alius obtineat. Et uno electo dicant electores sic, qvòd si latens forte vitium in persona primi electi appareat electionem ejus invalidam, vel talem ex nunc eligimus, *ut not. 8. q. 3. in scriptis, & 61. dist. studii nostri.*

§. Et circa prædicta potest qværi, utrum qvi eligitur ad aliqvod officium, possit petere salarium illius officii, si electio ejus aliqvo jure irritetur. Et videtur, qvòd sic, cum per eum non stat. *argum. ff. de legat. 1. cum filius. §. cum jure, & C. eod. l. ab administratione.*

§. Sed de illo qværi potest, qvi semel inutiliter elegit, posset cogi, ut iterum eligat. *b* Et dicunt qvidam, qvòd sic. argum. *ff. de arbit. lege tertia. §. 1. & commo. lege in commodato. §. sicut.* item dicit, qvòd elector vel electores non possunt seipsos eligere, *ut not. extra de electione. capitulo cum in jure, & de consor. ejusdem litis. l. 3.* qvia alius debet esse eligens, & alius electus. *arg. extr. de elect. c. venerabilem, & c. cum inter canonicos, & extra de bap. & ejus effec. c. debitum,* sic & alius est contrahens, & alius authoritatem præstans. *ff. ad Treb. l. 1. §. fuerit qvæsitum,* nisi fiat hoc remedio, ut in forma electionis contineatur, ut possint eligere, & seipsos, *ut d. ca. 3.* Item qvando commissio electionis in plures fit : cum hac cautela seu clausula, videlicet, qvòd si unus vel aliqvis ex eis noluerit, vel non possit interesse electioni, *ut argu. ff. de ar. non distingvemus. §. cum in plures, & extr. de offi. del. c. uno. & de offi. & pote. jud. deleg. c. prudentiam. §. adjicimus.* Item in electionibus qvidam adhibent cautelam hanc. Nam intervenientibus cano-

canonicis vel aliis, ad qvos spectat electio, vel de jure, vel ex commissione in eos facta, faciunt interim deliberari horam certam missæ, vel tertiæ, ut conveniant, vel eligant, valet etiam aliis absentibus hoc no. *Innoc. ext. de elec. c. cum nobis in gloss.* Sed nunqvid. ver. sed qværes, &c. Et ita vidi de facto servari in qvadam electione, in qva duo electores statuerunt hora vespertina electionem celebrandam. Et postea uno eorum aliqvantulum in veniendo tardante, alter qvi venerat, fecit pulsari ad vesperas, & elegit solus, cujus electio fuit confirmata.

ADDITIO.

a Et confirmationem.) *Adde Pe. de Ancha. in cap. postqvam. nu. 1. extra de electio.*

b Iterum eligat.) *Adde Pet. de Ancha. in cap. qvod Dei timorem. nu. 4. extra de statu mona.*

EMPTOR.

R. FICHARDI CAUTELA XXX.

§. Pro emptore, qvi emit ab Ecclesia, vel minoribus.

CUM periculosum sit ab Ecclesia, & à minoribus aliqvid emere, siqvidem multis de causis possunt venditionem revocare, ideo Cautela traditur pro ejusmodi emptore, ut solvat creditoribus eorum, vel faciat sibi dari Apocham de soluto, ita enim semper securus erit, *ut dicit Angel. per text. in auth. de alienat. & emphyt. §. ab illu. in fin. collat. 9. & notat Fab. de Mont. S. Sabini. in tract. de empt. & vend. qvæst. 5 num. 107.*

B. CÆPOLLA CAUT. CCVIII.

§. Pro illo, qvi cupit emere aliqvam rem, & ejus dominus non vult eam vendere, qvomodo possit illam habere.

SUMMARIUM.

1. Rem sibi commodatam amittens, ad æstimationem tantum teneri debet.

SI qvis vellet emere rem ab uno domino, qvi nollet eam vendere, potest procurare, ut illa res sibi accommodetur, vel ad ipsum perveniat ex aliqva justa causa, & postea fingat eam perdidisse etiam ex culpa sua, dummodò sine dolo fuerit: nam tunc tenebitur domino rei, vel illi, qvi sibi rem
1 tradidit ad æstimationem dictæ rei: * ad illud enim teneri non potest, postea fingat se eam reperisse in aliqvo loco, vel apud aliqvem, qvo casu erit sua, nec poterit ampliùs conveniri

Digitized by Google

niri rei vendicatione à domino vel ab alio, solvendo æstimationem dictæ rei, videtur ipsam emisse. & hoc dico, qvando culpa diceretur res amissa, secus si dolo: *ut est casus not. in l. si culpa. ff de rei ven. qvo tex.* & Cautela non uteris ad malum, sed qvando subesset aliqva justa causa, puta qvia tibi promisisset vendere, & postea negaret, vel ex alia simili. Est & alia Cautela, qva qvis potest emere rem à nolente vendere, *de qva vide suprà in 24. Cautela.*

UT EMATUR SINE NUMERATIONE PRECII CAUTELA.

Vide suprà in Acqvisitio.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXIII.

§. Pro emente rem alienam à fisco, vel à massario pignorum.

SUMMARIUM.

1. Ratihabitionem emptori habere expedit.

SI venduntur bona per non dominum mihi, & sit casus, in qvo similiter tu emis adversus dominum, puta qvia ille, qvi vendidit mihi, vendendit jure creditoris, & habuit potestatem vendidi, ego possum ad majorem Cautelam implorare judicis officium, ut dominus ratificet venditionem per publicum instrumentum: qvia fortè non semper probari poterit, qvòd ille habuit potestatem vendendi. * Et sic expedit emptori habere expressam ratihabitionem. 1 *Ita dicit Bald. & Pan. de Ca. in auth. si captivi. C. de epis. & cle. per tex. ibi captivi autem si redierint, necesse habeant, &c.* qvod tene menti: qvia est utile pro illis, qvi emunt bona & possessiones à fisco vendente rem alienam, jure creditoris, & pro ementibus ab officio, sive à massario pignorum. *& ad hoc adde gl. no. in l. 2. versic. nec cogitur. in 1. glo. magna, in fin. & qvod ibi no. ff. soluto matrimonio. & qvod not. per Bart. in l. finita. §. eleganter ff. de damno infect.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCLVI.

§. Pro emente bona fide rem alienam, ut possit illam vero domino restituere, non perdendo pretium.

SUMMARIA.

1. Exceptio contra petentem rem alienam, sine mandato domini, an opponi possit.

F 2. Em-

2. Emptor rei alienæ qvomodo de calumnia jurabit, cum scit se malam fidem habere.

3. Actor qvomodo de calumnia jurabit, qvando ab emptore persona supposita fuerit.

4. Juramentum calumniæ tacitè omitti potest.

SI qvis emit bona fide rem alienam, postea cognoscit rem esse alienam, & dominus non movet sibi litem, scis, qvòd non potest agere de evictione contra debitorem, etiamsi rem restitueret vero domino. *l. si rem qvam. §. 1. ff. de evict.* qvomodo ipsi emptori consuletur, ut non stet in peccato retinendo scienter rem alienam. *cap. fi. extra, de præscr.* & non perdat pretium? Dic qvòd Cautela est, ut moneat verum dominum, ut illam rem ab eo petat, vel submittat aliam personam, qvæ petat ab ipso emptore illam rem nomine domini, ut evincat ab eo. *ff. de neg. gest. l. at qvi natura. §. cum me absente.* qvo casu, si evincatur, petere potero à venditore pretium, aliàs non, *ut dicit sing. glo. 34. q. 2. si virgo.*

1 §. Sed remanet dubium, qvare non opposui exceptionem contra petentem, sine mandato domini. Sed dicit ibi gl. qvòd possum omittere exceptionem dilatoriam, *ut l. si fide juss. ff. manda.*

2 §. Item aliud dubium potest esse, qvomodo emptor jurabit de calumnia, cum sciat se malam fidem habere? Respondet gl. qvod potest dici, qvòd sub hac forma jurabit, juro, qvòd veni ad litigandum causa mei juris conservandi *ff. de ope. lib. l. ut jurisjurandi.* Vel potest confiteri, qvòd res non sit sua, qvia pudori suo tenetur parcere, *ut ff. manda. l. Qvintus.* Poterit etiam emptor dicere, qvòd non vult jurare de calumnia, qvia esset juramentum captiosum, *ut not. Bar. in d. §. cum me absente. & in l. manifestæ turpitudinis. ff. de jureju. facit ad hoc qvod eleganter no. Do. de S. Gem. in c. 1. cupientes. in princ. in verbo, malignantium. de elect. l. 6.*

3 §. Sed qvomodo poterit actor jurare de calumnia, ex qvo fuit persona supposita ab emptore? gloss. *in dicto cap. si virgo, in fine. 34. qvæst. 2.* ponit istam dubitationem, & non respondet. Sed potest dici, qvòd reus, qvi est emptor, & supposuit actorem ad agendum, non petet hoc juramentum de calumnia, & valebit judicium, * qvia juramentum calumniæ potest tacitè omitti, licet non expressè, *ut habetur*

4

tur in l.secunda.§.sed qvia veremur. C. de juram. calum. & in capitu.fin.eodem tit & de prædictis vide text.gloss.& Docto.plene in l.at qvi natura.§.cùm me absente.ff.de neg. gest. Adde tamen unum singulare circa prædicta, videlicet, qvòd Cautela suprà dicta est necessaria, qvando venditor rei alienæ fuit in bona fide. Sed si fuisset in mala fide, qvia scienter vendidisset rem alienam, posset emptor re sibi non evicta ab aliqvo, agere contra venditorem de evictione, *ut est casus singularis in l.servum, qvem.§.fi.ff. de act.emp. secundum Doct.ibi,& secundum Bar.& alios in d.§.cùm me absente. in fin.*

B. Cæpolla Caut. XCII.

§. Pro illo, qvi emit fundum sibi debentem decimam, si iterum illum vult revendere, qvomodo faciat ad hoc, qvòd decima sibi remaneat.

Summarium.

1. Exceptio rei alicujus qvid operetur.

SI aliqvis emit agrum vel fundum sibi debentem decimam, & deinde vult revendere dictum fundum, debet esse cautus, * si vult, qvòd remanet sibi decima, qvòd hoc exprimat in venditione sua, aliàs vendendo simpliciter, transiret decima in emptorem, *secundum Jacob de Aret. qvem seqvitur d.Bened.de Plumb.in l.si is cui. in fin.ff. de stat.lib.per illum textum*, licèt Alb.de Ros. teneat contrarium *in leg.Seia.§.matre.ff.de fundo instructo.& in l.inter antiqvam.C.de usufr.ubi omninò vide.* & pro ista opinione videtur esse text.*in l.si qvis ædes. in princ.ff.de servitu.rustic.præd.* & ideo sis cautus, ut dixi, ut in venditione tua excipias decimam. & idem dico de jure patronatus, *ut vuit A.b in d.§.matre.idem dicas de servis per d.l.si qvis ædes.* 1

B. Cæpolla Cautela CXXXI.

§. Qva fit securus emens fundum dotalem.

Summaria.

1. Obligatio qvando inter partes non contrahitur, nec etiam fidejussoria subsistit.

2. Contractus qvando contra legem fi sicut contractus non valet, qvi principalis est, ita etiam non valet promissio de evictione vel pœna, qvæ ejus accessorium existit.

QVis vult emere fundum dotalem, qvi prohibitus est alienari, *ut in to. tit. Cod. de fundo do. & Institut. qvibus alienar. licet vel non. in princ. cum si.* Sed qvæ erit Cautela ut emptor sit securus, vel qvòd saltem pretium non amittat? Aliqvi dicunt, qvòd sive uxor vendat, sive maritus, debet adhiberi fidejussor, qvi erit obligatus, ex qvo ista prohibitio alienationis rei dotalis est favor mulieris, non viri: ergo obligabitur fidejus. *ut l. si is. C. de prad. min. & hoc te-*
1 *net Cyn. in l. si prædium. Cod. de jure dotium.* * Sed adverte: qvia qvando inter partes non contrahitur obligatio, non subsistit etiam fidejussoria, *ut l. cùm lex. ff. de fidejuss. ut not. d. l. si prædium.*

§. Et ideo alii dicunt, qvòd cautela est, ut uxor non vendat: qvia non tenet datio fidejussoris per prædicta, sed vendat marito, qvia tunc ejus fidejussor indistinctè tenebitur, qvia qvo ad eum non est prohibita alienatio, cum tex. tantùm prohibeat favore mulieris, *ut est text. Inst. qvibus alie. licet vel non. in fin. principii, & ita intelligi debet qvod not. Bart. in d. l. cùm lex secundum Baldum. in d. l. si prædium,* qvi dicit, qvòd ista est veritas.

§. Alii ponunt tertiam Cautelam, videlicet qvòd non interveniat fidejussor, sed alius tertius, qvi se obliget principaliter & in solidum, cujus obligatio non erit valida, ex qvo illa obligatio non erit accessoria, & istam etiam tenet Bald. *in d. l. si prædium.* dicens, qvod secundum eum cessat omnis scrupulus. Et si dicatur, nonne maritus vendens tenetur de evictione, & pæna dupli, si in instrumento venditionis apposita sit, *ut in to. tit. ff. de evict. & maximè in l. 1.*
2 *& 2.* Respondetur, qvòd non tenetur: * qvia qvando contractus fit contra legem, sicut contractus non valet, qvi est principalis, ita non valet promissio de evictione vel pœna, qvæ est ejus accessorium, *ut est glossa, singularis in lege si patronus. §. patronum. in vers. Flaviana. ante finem. ff. si qvid in fraudem patron.* & eodem modo non valeret constitutum, sive precarium, si esset appositum in instrumento venditionis, *ut dicit Bald. in c. 1. ante finem. in tit. de feudi datione, in vicem legis commissoria, in usibus feudorum.* & intellige prædicta, qvando contractus est contra legem, ut dixi, secus si esset præter legem: qvia tunc non valeret promissio, sed contractus principalis, valeret tamen pœna ap-

poi

posita, *ut l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. & ita no. Bal. in lege, si qvis in conscribendo in prin. C. de pact. qvod bene not.* B. CÆPOLLA CAUTELA X.

§. Pro Emente rem furtivam vel vi raptam, ut non perdat pretium. SUMMARIUM.

1. Rem furtivam vel vi raptam, si qvispiam à latrunculis emerit, pretium à domino recuperare potest.

SI qvis emit rem furtivam, cogitur restituere eam domino, etiam pretio non restituto à domino, *ut l. in civilem. qvæ est lex 2. C. de furtis. cum similib.* Cautela est, qvòd qvis possit emere securè rem furtivam *a* ita qvòd non teneatur rem restituere, nisi sibi priùs restituto pretio, qvod solvit qvando eam emit, videlicet, ut qvando emit rem furtivam, vel vi raptam, vel alienam, protestetur, qvòd eam emat nomine ejus, cujus est, & paratus est ei restituere, restituto sibi priùs pretio, & interesse à domino, *secundum Host. in summa de pœn. & remis. §. fin. ver. qvid si emit rem depradatam.* & ideo qvando emis rem aliqvam, de qva dubitas, si est furtiva, vel vi rapta, vel aliena, facias prędictam protestationem, & de ea facias fieri publicum instrumentum, vel instrumento emptionis eam scribi facias in princi. qvod not. * Adverte tamen, qvando qvis emit rem furtivam, vel vi raptam, à latrunculis, vel ab hostibus: tunc pretium, qvod solvit, recuperare potest à domino: *ut est casus in l. mulier inopis. ff. de capti.* qvæ omnia benè no. pro limitatione *d. l. in civilem. C. de furtis.* Et tu sis securus, qvando emis aliqvam rem mobilem, & dubitas, an sit furtiva vel vi rapta. qvòd no. a 1

ADDITIO.

a Rem furt.) *Emens rem furtivam à fure, debet eam restituere domino, etiam pretio sibi non restituto.* l. in civilem. C. de fur. & ibi Doct. *qvòd verum: nisi emerit à latrunculis vel hostib.* l. mulier inops. ff. de cap. *Item nisi fuerit protestatus se emere nomine illius, cujus interest. Adde casum* l. latrones. ff. de cap.

B. CAEPOLLA CAUTELA CCXXV.

§. Pro emente ab hærede res hæreditarias, *a* qvòd instrumentum dicat, qvòd solvit illam pecuniam pro satisfaciendo creditoribus, & legatariis, ac ipsis præsentibus. a

SUMMARIUM.

1. Heres si simpliciter vendiderit, non dicendo, causa

satisfaciendi creditoribus, vel legatariis, an tunc emptor conveniri poterit.

QVando qvis emit aliqvam rem hæreditariam ab hærede, qvi conficit inventarium solenniter, non potest conveniri à creditoribus hæreditariis, vel legatariis, *ut l. fin. §. & si præfatam. Cod. de jur. delib. secundum qvod ibi no.* qvod intellige, qvando hæres vendidit dictam rem pro satisfaciendo creditoribus, vel legatariis hæreditatis, *ut in dict. l. fi. §. licentia.* id est, ubi pro solvendis debitis, vel legatis, & qvando pecunia soluta per emptorem, fuit soluta per hæredem creditoribus, vel legatariis, *ut probatur in d. §. si præfatam. in fin. ibi, qvarum pretia in legata, &c.* & si illa duo concurrunt, res non habet dubium *per dict. verba.*

1 §. Sed dubium est, qvid si hæres vendidit simpliciter, non dicendo, causa satisfaciendi creditoribus vel legatariis, an tunc emptor poterit conveniri. Et videtur, qvod sic, qvia qvando qvis vendit rem, in dubio vendere videtur jure proprio, & pro se, *ut not. Bartol. in dict. §. & si præfatam. & Bald. clarius in l. mater. in fin. Cod. de rei vend.* unde non videtur vendidisse pro satisfaciendis creditoribus, vel legatariis, & ideo Pau. de Castr. *in d. §. & si præfatam. in fin.* dicit, qvòd emptor non erit securus, & propterea debet esse cautus, qvando venditur sibi, ut dicatur in instrumento, qvòd venditio sit causa satisfaciendi creditoribus, vel legatariis, qvod teneo esse verum, qvando pecunia non fuisset soluta creditoribus, vel legatariis, *per d. §. & si præfatam in fin. & per dict §. licentia.* Sed si pecunia fuisset soluta creditoribus, vel legatariis, teneo, qvòd ipse emptor erit securus. *& hoc tenet Bald. secundum Odofre. in dict. §. & si. præfatam. in versic. pen. &* maximè hoc procedit, qvando immediatè recepta pecunia hæres solvit creditoribus, vel legatariis, qvia ex isto actu seqventi declaratur voluntas hæredis, qvòd vendiderat causa satisfaciendi, sicut fecit. *per leg. si servus plurium. §. fin. de leg.* 1. Sed si hæres vendidisset pro satisfaciendo creditoribus, vel legatariis, & in veritate non satisfecisset, nunqvid emptor esset secu rus? credo qvòd non, *per dict. §. & si præfatam. in fin.* Et ideo, ut tollantur istæ dubitationes, emptor sit cautus, ut faciat apponere in instrumento venditionis, qvòd hæres vendidit pro satisfaciendo creditoribus, & legatariis, & exburset pecuni-

cuniam ipsi hæredi, præsentibus creditoribus, & legatariis, & recipientibus dictam pecuniam ab hærede, & ita scribatur in instrumento venditionis, sive solutionis pecuniæ factæ per emptorem. & tunc erit securus. *facit qvod not. in authen. hoc jus porrectum. Cod. de sac. eccles. & 10. q. 2. cap. hoc jus porrectum. & leg. ultim. ff. de injusto testam.*

ADDITIO.

a Res hæredi.) *Emptor hæreditatis, an & qvomodo teneatur ad debita venditoris.* glo. Bartol. & Jo. de Pra. in l. si actor. 2. col. ff. de procur. *Item etiam ad ea, qva solvit hæres vendens creditoribus, vel legatariis. Alexan.* contrà, & Pau. de Castr. in l. 2. Cod. de leg.

B. CÆPOLLA CAUTELA XXXIV.

§. Pro illo, qvi securè vult emere rem litigiosam, lite pendente.

SUMMARIUM.

1. Litigium non obest nisi litigantibus tantùm, non autem extraneis.

DEbes scire, qvòd res litigiosa efficitur per libelli porrectionem, & lit. contestationem, ita, qvòd solet dici, qvòd non potest vendi, vel aliter alienari pendente lite, donec duret litigiosa, *ut habetur in toto tit. ff. de litigio. & Cod.* si tamen efficitur res litigiosa, * qvia tale litigium 1
non obest nisi litigantibus tantùm, & non extraneis, ut est gloss. no. in lege prima. versic. non poterant. ff de litigio. unde si inter te & me contendatur de dominio alicujus rei, duo tertii non litigantes poterunt super illa contrahere, nec eis obstaret vitium litigiosi, & ideo sis cautus, qvando vis emere rem litigiosam, ut non emas eam à litigante de dicta re, sed qvodam 3. *secundum Ang. qvi ita not. in authen. de litigiosis. in princ. qvod no. est.*

B. CÆPOLLA CAUTELA. CXCI.

§. De casibus, in qvibus res litigiosa poterit alienari.

SUMMARIUM.

1. Res litigiosa regulariter nec vendi, nec alienari potest.

RES litigiosa* regulariter non potest vendi, vel alienari, 1
ut l. ult. & per totum tit. Cod. de litig. & in c. 1. de confir. uti. vel inuti. Sed tu habes Cautelam, per qvam poteris alienare etiam pendente judicio, videlicet, qvòd jussu vel

licentia prætoris, hoc est judicis alienes, qvia valebit talis alienatio, *ut est casus in leg. divus. ad fin. princ. ibi, sed res tempore peritura permittere debet prætor &c. ff. de petit. hæredit.* & ibi hoc no. Ang. qvi dicit per text. limitari omnia jura dicentia rem litigiosam pendente judicio alienari non posse, qvia de jussu vel consensu prætoris semper alienatio fieri poterit, & intelligo, qvòd judex teneatur permittere, vel jubere, qvando subest causa, puta, qvòd res erat tempore peritura, vel alia similis causa, ut ibi probatur. Et adde aliam limitationem, videlicet, qvòd etiam sine permissu judicis potest res litigiosa alienari, qvando scilicet est judicium universale, & controversiam passus idoneè satisdedit, secundum formam dict. l. divus. secundum Angel. ibi, qvod no. bene ad limitationem tituli, & materiam de litigiosis.

I. De Arnono Caut. IV.

§. Pro emptore, ut apponi faciat in instrumento, constitutum, non precarium.

PEr constitutum in instrumento venditionis, dum venditor constituit se emptoris nomine possidere, transfertur civilis & naturalis possessio in emptorem. *l. qvod meo. in prin. cum ibi no. ff. de acqvir. poss* & no. Bar. *in l. creditores. in 11. col. in fin. versic. sed pone qvod debitor. C. de pign.* ubi dicit notabiliter, qvòd qvando qvis constituit se tenere & possidere simpliciter pro alio, transfertur possessio civilis & naturalis, & sola detentatio remanet apud constituentem. *leg. & habet. §. cum qvi. ff. de procur. Et hoc ultimum etiam tenet Bart. in dict. leg. creditores. in 2. q. princ. in 4. ad fin.* Et idem tenet in utroq; Jo. Pe. de Pap. *in sua practica, in forma libelli, in contractu venditionis, in glo. in versic. constituens ex nunc.* qvi dicit propter hoc utilius esse, qvod qvis constituat simpliciter se alterius nomine possidere, qvàm precario nomine: Et idem tenet Ang. de Aret. *instit. de act. §. actionum. in materia constitut. versicul.* addas tamen, qvòd aliqvi notarii. Ex qvo infertur, qvòd ipse emptor poterit armata manu intrare in fundum emptum, in cujus possessione erat impunè, & per vim etiam venditori renitenti resistere: qvia per hoc non dicitur vim inferre venditori, sed potiùs se defendere. *l. cùm fundum. cum ibi no. ff. de vi & vi arm. & ita singulariter tenet Bart. in d. l. creditores. in 11. col. in fin. ver. sed pone,* qvòd debitor non solum,

Digitized by Google

ſolùm, imò ipſe venditor, non admittendo emptorem redeuntem ad fundum emptum, & ad ſuam poſſeſſionem, dicitur vim inferre ipſi emptori, & ipſe venditor eſſe puniendus de violentia, *ut probatur in l. clam posſidere. §. qvi ad nundinas. ff. de acqvir. poſſeſ.* Et prædicta nota diligenter in actu practico: nam per ea habes intellectum ad regni conſtitutionem inci. violentias ſubjectorum, ſub Rubr. de violentiis circa poſſeſſionem admiſſis, & aliam, qvæ inci. circa violentiarum. de reſtitut. poſſeſſ. Et per hæc vides, qvis erit violentus, vel emptor, vel venditor.

R. Fichardi Cautela XCIV.

§. Pro Venditore rei litigioſæ, ut venditio valeat.

PRohibitum eſt, etiam ſub pœna, rem litigioſam non debere vendi *l. cenſemus. C. de litigioſis. & Auth. de litigioſis. col. 2. per tot.* Contra hoc verò Guid. Pap. *deci. 137. in fi.* Cautelam tradit, eamq; etiam Sichar. *in l. cenſemus. num. 20. C. de litig.* refert, ut nimirum ſi res litigioſa vel vendatur, vel donetur, per ſeqventia, vel ſimilia verba, id fiat: Vendo, vel dono tibi hanc rem, in caſu, vel tum, cùm non amplius erit litigioſa, ut ſic venditio jam facta ſit conditionalis. *per gl. fi. in l. in fuga. C. ad l. Fabiam. de plag.* ubi ſimilis eſt practica, nam qvemadmodū prohibitum eſt ſervum fugitivum vendere, *ut in illa l. fuga. & in l. ſciendum. § 1. ff. ad l. Fabiam. de plag.* tamen poſſunt vendi ſub illa conditione, ut dicamus: Titium ſervum meum fugitivum dono, vel vendo tibi, ſi eum inveneris, vel apprehenderis, ut ſic venditio conferatur in tempus, eoq; apprehenſo, licita ſit venditio, *l. qvod ſæpe. §. ſi qvis amico. ff. de contra. emp.*

T. Ferratus Caut. XLVIII.

§. Ut primus emptor præferatur ſecundo, qvando ſecundo res priùs fuit tradita.

Summaria.

1. *Vendat ſi qviſpiā rem uni, & poſtea ipſam vendit alteri, & prius ſibi tradat, ſecundus emptor ipſius traditionis vigore, emptori primo præfertur.*
2. *Vendat ſi qviſpiam rem alicui, & ei cum juramento promitteret alteri non vendere, tamen ſi poſtea eam venderet, & traderet, ſecundus emptor,*

ptor, non obstante juramento, primo præferetur.

3. Constitutum precarii à constituto simplici, in qvo differat.

4. Hypotheca tantam vim habet, qvòd dominii translationem impedit.

1 SI qvis * vendit rem uni, & postea ipsam vendat alteri, & prius sibi tradat, secundus emptor vigore ipsius traditionis præfertur primo emptori. & sic non habet locum illa vulgata regula, qvi prior est tempore, potior est in jure, *ut de primo est textus in l. qvi tibi C. de har. vel act. vendit. & in l. sive autem. §. si duobus. ff. de pub. & text. & ibi per omnes in l. qvoties. C. de rei vend.* & ista regula est adeò vera, qvòd primus emptor pro suo interesse non posset se opponere, vel impedire, qvo minus secundus emptor in possessionem mitteretur, *ut voluit Iacob. de But. in l. manifestissimi. C. de fur. qvem refert & seqvitur Bald. in c. 1. in 1. col. v. ext. not. in tit. qva sit invest. in us. feud.* & ulterius est adeò
2 vera, * qvòd si aliqvis venderet rem alicui, & ei promitteret cum juramento alteri non vendere, tamen si postea eam venderet, & traderet, secundus emptor, non obstante juramento, præferretur primo, ut in terminis decidit Joan. de Imol. *in repet. cap. cùm contingat. de jurejur. in 1. column. vers.* qvantum autem ad ipsam rem. qvia juramentum non habet vim impediendi translationem dominii, *ut pulchrè tradit Bald. in cons. 397. incip. tres Marchiones, in qvarta parte*, licet talis vendens per talem venditionem incidat in pœnam falsi, *ut est textus, in l. qvi duobus. cum ibi not. ff. de fal.* unde insurrexit communis practica omnium tabellionum, qvòd qvando conficiunt instrumenta alicujus venditionis, utuntur duplici remedio ad hoc, ut primus emptor indifferenter præferatur secundo.

§. Primum remedium est, qvod in instrumento apponunt constitutum, videlicet, qvòd dictus vendens constituit se nomine ipsius emptoris possidere, qvia constitutum habet istam vim, qvòd primus emptor præfertur secundo, *prout fuit originalis decisio Guid. de Suz. in l. fin. C. de sacrosan. ecclesi. & in l. qvoties. C. de rei vend. qvem refert & seqvitur Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de empt. & vend. §. sciendum. versicul. & not. tenet Bald. in Rubr. C. de*

de contrah.empt.in 16 q.Alex.in conf.14.incip.circa primum dubium, qvo qvaritur, nunqvid donatio in fin. in 1. vol.conf.25.inc.viso testamento condito per Angelucium.in ult.col.in 3.vol. & ratio istius decisionis est, qvia dato qvòd constitutum sit actus fictus, tamen per ipsum transfertur dominium & possessio, perinde ac si verè res esset tradita, ut est text. *in l.certè.* §. 1. *vers. propriè possidere videor. ff. de prec per qvem text.* ita tenet Bart. *& Modern.in l.ab emptione.ff.de pact.& Bart.in l.interdum. & in l.qvod meo.* ubi plenè per Alexand. *ff.de acqvir.possess.* & Bart. *in repe.l.creditores.C.de pign.in 3.col.vers.sed qvid si in instrumento & in 8.col.vers. sed pone, qvòd debitor.* * ubi posuit illam notabilem differentiam inter constitutum precarii, hoc est, qvando in instrumento dicitur, qvem fundum dictus venditor constituit precario nomine ipsius emptoris possidere, & inter constitutum simplex, qvando dicitur, qvem fundum dictus venditor constituit se nomine ipsius emptoris possidere. Et sic non adjungitur illud verbum precario. nam primo casu per ipsum constitutū precarii, non transfertur nisi civilis possessio, naturalis verò remanet penes ipsum constituentem. Secundo verò casu, scilicet per constitutum simplex transfertur non solùm civilis, sed etiam ipsa naturalis, adeò qvòd nuda detentatio solummodò remanet penes ipsum constituentem. qvam opinionem seqvitur Angel. de Aret. *in §.actionum.in materia const.vers.advertas tamen qvod aliqvi notarii, Instit.de actio.* dicens, qvòd utilius est pro emptore ad hoc, ut in eum transferatur omnis possessio, qvòd non adjiciatur illud verbum, precario, sed simpliciter dicatur, qvam rem venditam dictus venditor constituit se nomine ipsius emptoris possidere. seqvitur Practicus Papien. *in forma libelli, in contractu venditionis, in verbo, constituens exnunc.* ubi ipse dicit, qvòd utilius est, ut qvis constituat simpliciter se alterius nomine possidere, qvàm precario nomine, *seqvitur Barth. Cap. in suo consil. 4. incip. visa qverela producta per Nicolaum. & Jaso.* licet de prædictis auctoritatibus excepto Angel. non faciat mentionem, *in d.l.ab emptione, in 8.colum ff. de pact.*

§. Secundum remedium est, qvo utuntur notarii, ad hoc, ut primo emptor indifferenter præferatur secundo, qvòd in instrumento apponunt hypothecam, videlicet, qvòd pro ob-

observatione prædictorum dictus vendens obligat ipsi emptori omnia bona sua,& præsertim illam rem, qvia si postea
2 alii venderet,& traderet, *a* primus emptor præferretur o-
4 mnib. aliis, * qvia hypotheca habet tantam vim,qvod impedit translationem dominii, ut est casus secundum veram literam Pisanam, *in l. si creditor, ubi Bart. ff. de distra. pig. ut not. Bart. & alii in ea lege. C. de cond. ob causam. Bart. & Modern. in l. si ita qvis. §. ea lege. de verbor. oblig. & Bart. ubi hoc in terminis dicit, in l. qvi absenti, §. 1. in fi. ff. de acqviren. possess.*

5. Pone modò, qvòd tu emisti aliqvam rem, qvæ res per ipsum venditorem fuit alteri postea vendita, & priùs sibi tradita,& de prima venditione non fuit confecta scriptura, qvæ in contractu emptionis & venditionis, de necessitate non reqviritur, *ut not. Inst. de empt. & vend. in princ.* vel si fuit confecta, non fuit appositum, nec constitutum, nec ipsa hypotheca, qvo casu per ea, qvæ superiùs dicta sunt, secundus emptor vigore traditionis, debebit præferri primo. qvomodo facies, ad conseqvendam dictam rem à te primo loco emptam? Dic qvòd Cautela est, ut coneris probare, qvòd ipse secundus emptor sciebat primam venditionem esse factam, qvia dato, qvòd postea in ipsum per traditionem fuerit translatum dominium, tamen propter fraudem suam, qvâ usus est in emendo, cum sciret primam venditionem, tu primus emptor poteris ipsam rem ab eo revocare per actionem prætoriam, competentem ad revocandum alienata in fraudem: *ita signanter dixit Bal. in Rubr. C. de revo. his, qvæ in frau cred. circa princ. & ita similiter tenet Salic. in d. l. qvoties. de rei vend. in 10. opp. & ibi clarius Albe. de Ros. & Jas. qvi alleg. text. cum ibi not. in l. si ea res. §. fin. ff. de act. empt. & d. Jas. in l. ut inter divinum, in 9. col. versic. item adde, qvod si aliqvis vendit. de sacrosanct. eccles. ubi dicit, hanc esse elegantem decisionem, & menti tenendam.*

ADDITIO.

a Primus emptor.) *Qvod tamen ille emptor, cui primò res est tradita, licet secundus sit, præferatur in emptione, etiamsi tempore venditionis nullum jus habeat venditor, vide per Lu. Ro. in cons. suo 270. qvod incipit, pro decisione propositi thematis, in prin. Nam emptori primo præsumitur facta traditio, si pretium prius solverit, & ideo præfertur secundo.* Bal. singulariter in c. si facta, si de feud. fue. contr. inter do. & agn.

agn.glo.eſt in l. ſive autem.§. ſi duobus.ff.de pub. glo.eſt no.&Bart.in l.fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.per Paul.de Caſtr. in conſil.ſuo.173.per Abb.in cap.ſuggeſtum.de jure patr.vide etiam per Alexand. de Imol. in conſil.ſuo 140. qvod incip.circa primum dubium.per Jaſ.in l.ut inter divinum.ſub num.8.de ſacroſanct.eccleſ.

R. Fichardi Caut. XXXI.

§. Pro emptore, ut ſecurus ſit de Evictione.

Licet regulariter venditor ſemper teneatur emptori de evictione,qvamvis de ea nulla eſſet facta mentio in contractu *l.non dubitatur. C. de evict.* tamen cùm tres potiſſimum ſint caſus,in qvibus ſolus emptor patitur damnum evictionis:nempe,ſi emptor non denunciaverit venditori,ſibi litem motam de re empta: ſecundò, ſi Judex injuſtè judicaverit: tertiò,ſi emptor in judicio,in qvo ipſi lis de evictione mota eſt, non comparuerit, & ita abſens condemnatus fuerit de evictione. *qvi caſus continentur in l.empt. C.de evictio.* Idcirco cauti eſſe debent emptores, ut ſibi in Inſtrumento venditionis de tribus illis caſibus, ne videlicet de illis teneantur, proſpiciant, ut faciant venditorem renunciare denunciationibus faciendis,& aliis qvibuscunqve exceptionibus evictionis cauſa ſibi competentibus. Ponit autem Sichardus *in d.l.emptor.num.*23.talem Cautelæ Inſtrumento inferendæ formulam,nempe ut dicatur,vel ſcribatur: Et licet evicta fuerit res vendita, volo me ſemper teneri,qvamvis mihi denunciatum non ſit:nec volo allegare, vel proponere, qvod ſententia ſit lata per imperitiam, aut injuriam Judicis,nec qvòd emptor fuerit abſens, & cauſam non defenderit, ſed illis omnibus renuncio, & volo me teneri de evictione in omni caſu etiam ad ſumptus,&intereſſe, ſive illi ſumptus ſint facti in judicio, vel extra judicium. Addens tandem illam Cautelam dare etiam Bald.&Ang.*in eadem l. emptor.*

B. Cæpolla Caut. CLXXVII.

§. Pro emptore, qvando res ab eo evincitur, ad hoc, ut poſſit agere ad duplum.

Summarium.

1. *Emptor non poteſt agere ad pœnam dupli pro evictione contra venditorem:niſi priùs res empta, & evicta ſibi ab ipſo abjudicata,& reſtituta fuerit.*

Nota

NOta, * qvia emptor non poteſt priùs agere ad pœnam dupli de evictione contra venditorem, niſi priùs res empta, & evicta ſibi ab ipſo ſit abdicata, & reſtituta evincenti: nec ſufficit, qvòd fuerit condemnatus ad reſtitutionem, niſi reſtituerit. *text. eſt cum gl. in l. ſi ſervum. in ver. abeſſet. de act. empt. & in l. evicta. §. fin. de evict.* Cautela eſt, qvòd emptor expectet, qvòd res ab ipſo auferatur, qvia antè non poteſt agere ad duplum.

I. De Arnono Caut. XCI.

§. Pro emptore ſuccumbente, & cui res empta fuerit evicta, ad regiam Novel. pragmaticam, inci. dubitationem, in fi. ſub Rub. de termino citandi autorem in cauſa reali.

EMiſti fundum à Sempronio, & mediante publico inſtrumento jurato, prout hodie communiter fit, promiſit de evictione & facere victorem, & aſſumere in ſe judicium, &c. Movetur tibi controverſia ſuper dicto fundo per Titium, tu non curas aliter denunciari litem motam ipſi Sempronio venditori ſcienti tum litem eſſe motam, ſuccumbis in cauſa, velles qvòd illa eadem ſententia ſine novo proceſſu mandaretur executioni contra dictũ Sempronium, *ut dicit d. regia pragmatica in fi.* ad qvod ſe obligavit, vel in judicio eccleſiaſtico, ſive alio, in qvo non habet locum d. pragmatica, velles ſic ſuperatus absq; alia denunciatione agere contra venditorem de evictione. Qværo, nunqvid poſſis? Videtur dicendum qvòd non: qvia qvando reqviritur denunciatio, *juxta no. theoricam Bar. in l. denunciaſſe. ff. de adult. de qva per glo. Dy. & Jo. And. in regula, cum qvi certus eſt, de reg. jur. in 6. Et per Abb. in cap. fi. in 2. col. in fi. ext. de empt. & vend.* Sed ſic eſt in propoſito caſu, cùm denunciatio fiat non ſolùm ad ſimplicem ſcientiam, ſed ut veniat ad defendendum emptorem. & ad alia facienda, ad qvæ ſe obligaverat in inſtrumento, ut dicit d. pragmatica, ergo reqviritur denunciatio: nam fortè tu emptor confiſus de tua prudentia, non curas vocare venditorem, in contrarium eſt veritas: nam poterit haberi regreſſus per te ſic ſuperatum contra Sempronium ſcientem absq; alia denunciatione, & per judicem etiam ſine novo proceſſu poterit illa ſententia mandari executioni contra Sempronium, ad qvod ſe obligavit in inſtrumento jurato, dum tamen conſtet ipſi judici de ſcientia Sempronii de lite mota. Hoc probo per illud,

Digitized by Google

lud, qvod decidit Jo.And.do.Ant.& Im. *in c. brevi. de jurejur.* ubi dicunt, qvod si vasallus, vel alius promisit defendere ecclesiam, & ita juravit, si postea talis jurans sciat necessitatem imminere ecclesiæ, non reqviritur alia interpellatio. *Ad hoc allegat dictum Spec. in tit. de advo. §. 1. ver. qvid si is qvi juravit.* Movetur Spec. simpliciter propter stimulum juramenti. Cùm autem hodiè passim in qvolibet instrumento ponatur juramentum, poteris pro Cautela tua allegare juramentum, & agere, ut sup. contra Sempronium venditorem & vide addit. ad Abb. *in d. c. fin. de emp. & vend.* qvæ hoc tenet & dicit, qvòd multum confidendum est de prædictorum auctoritate, no. qvia qvotidie evenit.

T. FERRATUS CAUTELA IV.

§. Qvòd deceptus etiam citra dimidiam justi pretii possit rescindere contractũ, vel petere supplementum justi pretii.

SUMMARIA.

1. *Contrahentibus licitum est naturaliter invicem se circumvenire, & invicem se decipere, & qvòd plus valet, minori pretio emere, & qvòd minus valet, minori pretio vendere.*
2. *Bono viro non licet aliqvem decipere, licet in foro civili, & canonico concessum sit.*
3. *Conscientia idem est qvod bonus vir, & qvod in foro conscientiæ licitum non est, non etiam licitum est bono viro.*
4. *Ementem inter & vendentem difficile est, qvòd non interveniat peccatum.*
5. *Turpitudinem suam nemo detegere cogitur.*

REgula * est in jure, qvòd contrahentibus licitum est naturaliter invicem circumvenire, & invicem se decipere, & qvod plus valet, minori pretio emere, & qvod minus valet, majori pretio vendere, *ut dicit textus in l. in causa la secunda. in fi. ff. de minoribus, & in l. si pretio. §. qvemadmodum. ff. loca.* Qvod tamen sano modo est intelligendum, dummodò qvòd talis deceptio non transcendat dimidiam justi pretii: qvia tunc deceptus potest petere vel rescissionem contractus vel supplementum justi pretii, *ut not. l. 2. C. de rescin. ven. & in cap. cùm dilecti, & in cap. cùm causa in de*

de empt. & Vend. Et sic licet intervenerit deceptio citra dimidiam justi pretii,& dolus non dederit causam contractui, vel inciderit in ipsum contractum, ipse contractus remanet
a firmus& validus, *a* & talis deceptus citra dimidiam justi pretii,non potest de aliqvo conqveri,*ut notatur in locis praal. leg. junctu his, qva habentur in l. eleganter. ff. de dolo. & in l. si qvis cùm aliter. de Verbor. oblig.* Tu autem, qvi fecisti contractum, in qvo es deceptus citra dimidiam justi pretii, & sic per ea, qvæ superius dicta sunt, contractus est firmus & validus, si vis posse facere etiam in foro civili de duobus alterum, vel habere rescissionem ipsius, vel conseqvi ipsum supplementum justi pretii,Cautela est,ut convenias via ordinaria adversarium tuum in judicio.narrando,& exponendo petitionem tuam,*juxta formam, qvam tradit Bart. in d.l.2.C.de rescin.Ven.* lite postea contestata,tempore, qvo producuntur positiones,facias aliqvas positiones petendo officio judicis adversarium tuum debere eis cogi per credulitatem suam respondere confitendo, vel negando, inter qvas inferas unam,qvæ sit istius tenoris,qvòd ipse adversarius est vir bonus, vel facias, qvod judex officio suo ipsum interroget,an sit vir bonus,vel non,*juxta l. ubicunq;. ff. de interrog. act. & juxta c. cum* Jo. *Eremita. post medium. de fide instru.* Nam interrogatus,qvòd debeat respondere,nunqvid sit vir bonus, vel non,in æternum non respondebit qvòd non, qvia hoc modò allegaret propriam turpitudinem: imo judex posset ipsum repellere,*juxta l. congruit. ff. de offic. praes.* Si autem respondebit qvòd sic,qvòd est vir bonus,& probus,vel qvòd reputat se ita esse, tunc habes intentum tuum, qvia iste cogetur facere de duobus alterũ,aut restituere tibi rem tuam, restituto sibi pretio habito, vel supplere justum pretium. Qvia id qvod dicimus, qvòd licitum est contrahentibus,tam in foro civili,qvàm in foro ca-
2 nonico inter se decipere citra dimidiam justi pretii: * tamen istud non habet locum, nec convenit bonis viris. ista est glo. *not. in l. semper in contractibus. de reg. jur. qvam singularem reputat Bald. in cap. si proponente. de res. & in c. qvanto. in 2. col. de jureju. & in authent. ad hac. in pen. col. C. de usur.* per qvam in terminis dixit Jo. de Ana. *in c. in civitate. in 8. col. Vers. alt.* Pro ista parte adduco gl. ordinariam, *extra, de usur.* qvi consulendo apud Ferrariam, tra-

tradidit istam Cautelam, qvòd fierent certæ positiones, inter qvas esset una, qvòd emptor esset bonus vir, qvia si responderet, qvòd sic, tu habebis intentionem tuam, qvia erimus in casu *d. glo. l. semper in contractibus.* Subjungendo, qvòd ita fuit factum, & qvòd ita fuit obtentum, qvem seqvitur Jas. *in l. pen. in 2. col. vers. adde tamen. C. de pact. & in §. alie. in 24. col. Versic. & adverte, qvòd qvamvis contrahentibus, Inst. de actio.* Bene facit pro hoc, qvòd pulchrè dixit Bald. *in c. cùm causa. in fin. de test.* * qvòd conscientia idem est, qvod bonus vir, & qvæ non licent in foro conscientiæ, non licent etiam bono viro. Sed in foro conscientiæ non est licitum contrahentibus inter se decipere, ergo nec bono viro. subdens, qvò vadit ergo anima mercatorum? Et qvòd in foro conscientiæ non sit licitum inter se decipere, tenet Ant. & ibi Abb. *in 9. q. in cap. qvia pleriq; de immu. eccl. Ant. in c. cùm causam. de empt. & vend. Innoc. & Ant. in d. c. in civitate, de usur. ubi latè Jo. de Ana. in cap. 1. in princ. de empt. & vend. & latè etiam Sal. in auth. ad hac. in 21. qvæst. C. de usur.* Hinc est, qvòd dicit Canon: * qvòd inter ementem & vendentem difficile est, qvòd non interveniat peccatum, *ut habetur de pœn. dist. 5. qvalitas.* Ad unum tamen est advertendum: qvòd licet ista Cautela sit pulchra, tamen adversarius si nollet, non posset cogi respondere tali positioni, sive interrogationi, nunqvid sit bonus vir, vel non: qvia si dicit, qvòd non, allegat propriam turpitudinem, * qvam detegere nemo cogitur, *juxta ea, qvæ habentur in l transact. finita. C. de transact. & per glo. Bart. & alios in l. qvi jurasse. §. si pater ff. de jurejur.* Si verò dicit, qvòd sic, incidit in casum dict. gl & sic in qvamcunqve partem se volvit, incidit in laqveum, ex qvo seqvitur, qvòd positio est captiosa, cui positioni seu interrogationi captiosæ nemo respondere tenetur, *ut not. glo. in c. si post præstitum. in verbo, rationabili causa. de confess. l. 6. & Pau. de Castr. ubi declarat, qvæ dicatur positio captiosa. in l. controv. ff. de transact. Bald. in l. 2. §. qvod observari. C. de jura cal. Lanfr. de Orian. in repet. c. qvoniam contra in verbo, responsiones, in 2. col. 7. regula est. extra de proba.* nam alicui non est injiciendus laqveus, *ut dicit tex. de viduis. c. lij. 27. q. 1.*

3 (margin, beside "dixit Bald."), 4 (margin, beside "Hinc est"), 5 (margin, beside "turpitudinem")

ADDITIO.

a Ipse contractus remanet firmus, & validus.) *Limita-*

tamen hoc non esse verum in foro conscientia, notant Abb. & Anto. de But. in cap. qvia pleriq;. de immu. eccles. & per eundem Anto. in c. cum causam. extra. de empt. & vend. & per Inno. & eundem in cap. in civitate. de usur. *nam conscientia est cordis cognitio sui ipsius, & omne, qvod contra conscientiam fit, adificat ad gehennam.* 13. qvæst. 1. §. ex his itaq; ; *conscientia enim est, qva dictat non sic esse faciendũ,* vide per Arch. ubi suprà, conscientiam honoramus. vide in Clemen. 1. de jure patron. latius per Alexan. in suo dicto, per me, nuperrimè recognito, & continuato, in verbo, conscientia: nam dici solet, Conscientia mille testes, Bart. auctore.

EMPHYTEVTA.

R. FICHARDI CAUTELA XXIX.

§. Pro Emphytevta, ut sine consensu Domini alienare possit.

EMPHYTEVTA non posse bona emphyteotica, neqve etiam meliorationes suas, sine consensu Domini, alienare, constat *ex l. fi. C. de jur. emph.* Contra verò, ut possit, tradit Iason *in eadem l. fi. num 6.* Cautelam talem, ut faciat in Instrumento emphyteotica illa verba inseri: Pro se, suis hæredibus, vel qvib. jura sua concedere voluerit. Nam per hæc ultima verba efficitur, ut possit qvandocunqve alienare, etiam sine consensu domini, qvia videtur in initio contractus ita consensisse, *ut ibidem infert Ias.*

B. CÆPOLLA CAUTELA XXII.

§. Pro vasallo seu emphyteota, ut possint rem alienare, Ecclesia, vel domino irreqvisitis.

SUMMARIA.

1. Prima protestatio in judicialibus nihil juvat.

2 Protestatio contraria facto, protestantem non relevat.

3. Vendens fructus domus pro centum annis, an alienare videatur.

CONsilium sive Cautela, qvando vasallus vel emphyteota Ecclesiæ vult vendere vel alienare illud, qvod recognoscit à prælato Ecclesiæ, qvando prælatus scit, & consentit.

§. Et primum consilium est, ut vendat vel alienet cum consensu prælati, & totius Capituli, & vendat ea lege, qva ipse habet, & æqvali personæ, *ut in c. 2. de l. Corradi in usibus*

bus feud. hoc acto in contractu antè, & post, qvòd emptor vel acqvisitor debeat illud ab Ecclesia cognoscere, & sibi servire pro eo, & venditor vel alienans debet refutare. *arg. c. 1. §. 1. in tit. qualiter olim feu. pot. alie.* & secundum hoc emptor vel acqvisitor erat successor & venditor, vel alienans tenebitur de evictione, & Ecclesia non erit læsa, *secundum Iac. de Belv. in tit. de his qui feu. da pos. in prin. & refert Iac. de Alva. in c. 1. §. fi. qui incip. deniq; in 4. col. ante fin. in ver. quare in prædictis qvæstionibus, in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. in usi. feud. cui adde. qvod dicam in seqventi.*

§. Secundum consilium est, & hoc in usu magis freqventatur, qvòd vasallus vel emphyteota, qvi vult vendere, non vendat, sed refutet prælato feudum & ipse investiat eum, qvi empturus est prælato consentiente, & tunc post refutationem vasalli, prælatus ipse investiet eum, qvi empturus est, & ipse recognoscere debet feudum ab Ecclesia, & fidelitatem facere, & si timet evinci investitus, casum evictionis stipulari potest à vasallo, qvi vendidit de indemnitate sua, prout fuerint inconcordes & istud consilium cum præcedenti potest trahi etiam ad vasallos laicorum, & secularium personarum. *ita dicit* Jac. *de Bel. in tit. de his qui feu. da. poss. in prin. & Iac. de Alva. in c. 1. §. deniq; in fin. 3. col. vers. secundum consilium est in tit. quæ fu. princ. causa be. amit.*

§. Consilium sive Cautela, qvando vasallus sive emphyteota vult vendere, vel alienare feudum vel emphyteosim, irreqvisito domino. Primum consilium est, qvòd vasallus, sive emphyteota vendat, vel alienet salvo jure domini, vel Ecclesiæ, & qvòd in instrumento dicat, salvo jure domini, vel Ecclesiæ, alias caderet à jure suo. *ita in effectu vult Bald. in c. 1. §. donare. in ult. col. in tit. qualiter olim feu. po. alie. & vide Bald. in tit. de pace. Constan. in §. libellare. in 25. col. & in l. fin. C. de jur. emph. & Iac. de Alva. in cap. 1. in princ. antepenul. colum. in fin. de prob. feu. alie. per Fede.* Sed idem Bald. *in §. fin. in 3. colum. in ver. sed pone partis. ita dicit in tit. quæ fu. pri. cau. be. amit.* licet sit dictum, salvo jure domini, vel Ecclesiæ, inde tamen si processum est ad traditionem sub illa forma, qvòd illa verba non relevant, qvia cùm non sit denunciatum domino, clàm videtur fieri, & per conseqvens dominus contemni. * Item in judicialibus non 1

juvat protestatio, qvid si adjiciat ista verba, nec aliter, nec alio modo? qvia tunc nihil videtur actum fore, non perderet feudum vel emphyteosim, nam constat, qvòd intendat alienare, nisi possit hoc salvo, & non aliter, *juxta notata in simili, l. si qvidem. C. de excep. & ff. famil. her. l. item Labeo. §. 1. & ff. de manu. test. l. si qvis locuples.* & licet ista Cautela verborum videatur bona, tamen Bald. *in l. unica. in 16. qvæst. C. de his qvæ pen. no. rel.* videtur contrarium dicere, ubi dicit, qvòd licet vasallus dicat: Vendo & trado, reservato consensu domini, & aliter non protestetur, non relevat: qvia in ipso facto reqviritur licentia, & qvia traditio est facti, & sic factum est contrarium protestationi. unde qvando est de furto cogitatum, non excusat delictum. *l. jubemus. C. de sacrosanct. eccle.* unde non alienatio. & qvamvis Bald. *in d. l. unic.* non dicat, salvo jure domini, sed reservato consensu domini, tamen in effectu illa verba in idem tendunt. *& vide de hoc Card. in c. 2. extra de feu. & Iac. de Alua. in c. in pen. col. in tit. qvæ fuit pri. cau. ben. amit.* Unde ex prædictis patet, qvod prædicta consilia non videantur esse tuta.

§. Alii apponunt aliud consilium, videlicet qvòd vasallus vendat, vel alienet, salvo honore domini, per ea, qvæ dicta sunt suprà, salvo jure domini: Tamen contrarium est verum, scilicet qvòd illa verba non relevent, qvoniam propter istam alienationem vasallus feudo privetur, *ut singulariter not. Host. ut refert Bart. in c. eam te. de jureju.* & idem tenet Lud. de Rom. *in 193. singulari, qvòd incipit: Tu habes*
2 *qvòd vasallus*, qvasi dicat, qvod ideo est, * qvia protestatio contraria facto non relevat protestantem, *ut in cap. solicitudinem. extra, de app. & in c. cum M. Ferrariensis extr. de const. & l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. locati. & plenè probatur in l. non solùm. §. morte. ff. de no. ope. nuncia.* Reqviritur enim consensus domini in alienatione feudi, primò ut recognoscat in superiorem, & ne sibi præjudicetur, *ut in c. 1. de alie. feu. facit etiam text. in l. debitor. ff. qvib. mo. pig. vel. hyp. sol.*

§. Datur etiam per aliqvos aliud consilium, videlicet qvòd venditio vel alienatio fiat sub ista conditione: Vendo, vel alieno tibi, si & in qvantum de jure possum, & non aliter. qvo casu licet seqvatur traditio, tamen vasallus alienans non cadit à feudo, *secundum Iac. Arison. de Bart. Veronens. in sua summa, qvi mo. feu. amit. sub. Rub. si vendat sub conditio-*

ditione.ff.de acq. poss.si me in vacuam. post princ. & l. qvi absenti.§.1.& ff.de vi arma.l.cum fundus.C.de episc. audi. qvod est verum secundum Baldum *in c.1.§.hos qvoq;. in penul. col. in tit.de suc. feu.* qvando captio domini posset intervenire per corporalem traditionem, ut puta castri, qvia vix dominus posset recuperare, qvia dolus esset in traditione, qvi debet purgari, per amissionem feu. *ff. de dol.l.eleganter.& ita dicit se ibi consuluisse. & ita etiam tenet Iacob. de Al.in c.1.in prin.pen.colum.circa prin. ver. qvaro, qvid si vasallus vend.in tit.de proh.feud.alie.per Fed.in usi.feu.*

§. Datur alterius aliud consilium, videlicet qvòd vendat sub conditione, si domino placuerit, *per l.si qvis locuples. in fin.ff.de ma.test.& ff. qvi & à qvi. l. 5. in princip. ita dicit prafatus dom. Iacob. de Arisoni de Bartolo, in sua sum. in d.l.qvi mo.feud.amit.in rubricella.si vendidit sub conditione & Bald. in cap.1.§. aqvè.in pen.col. in tit.de suc. feud. & Iac. de Alu.c.1.in prin.in pen.col.in tit.de prohi.feu. alie.per Fed.in usi.feu.*

§. Bart.etiam dat aliud consilium, sive Cautelam.s.qvidē dicatur in instrumento hoc modo: Vendo, vel alieno tibi, si non revocaverit dominus, aliàs sit inempta. *ita dicit Bart.in l.si.qvis locuples.ff. de ma. test.*

§. Posset dari & aliud consilium, qvòd emphyteota vel vasallus vendat perceptionem fructuum per se & suos hæredes, qvo casu non videtur, qvòd cadat à jure suo, qvia concedit vel vendit ipsam perceptionem fructuum, qvæ est qvid facti, non autem suum jus vendit. s. utile vel aliud, *ut probatur in l.necessario.§.si.conjuncta gl.in ver.tuum sit.* hoc est perceptionem fructuum. *ff.de peri.& commo. rei vend. & per text.gl. in l.arboris.§.usufructu.ff. de usuf. & per id qvod no.Bart.in l.cotem ferro.§ qvi maximos.ff.de publica. in l. Aqvi.Regulus ad fi.ff.de don.& hoc videtur tenere Arch. 89.dist.indebitum. in princ.* & illud videtur tenere Bart.in l.codicillos *in l.instituto.ff.de legat. 2.* * ubi dicit, 3
qvòd vendens fructus domus pro centum annis, non videtur alienare, de qvo ibi vide. Sed adverte: qvia secundum consilium non videtur bonum, qvando venderentur fructus pro longo tempore, sed solùm qvando venderentur ad modicum tempus, qvia tunc nō est alienatio, *secundum Bal. in l. voluntas. vers. sed qvid si vasallus. C. de fideic.* Item

iſtud conſilium licet videatur tutum, ſaltem qvando pro modico tempore fructus venduntur, tamen non credo, qvòd ſit tutum, ſi eſſet vaſallus pro aliqva decima, qvia cùm in laico non poſſit cadere decima, nec jus decimandi, ſed ſolùm qvædam facultas potius percipiendi fructus in re decimali, *juxta ea qvæ habentur in c. cauſam, de præſcri. & c. ad hæc, & c. quamvis, extra deci. 16. q. 7. c. 1.* unde hoc caſu, ſi vaſallus venderet totum illud, qvod haberet in re decimali, ſive in decima, qvia nihil habet niſi illam perceptionem, & ſic perinde eſt, ac ſi venderet omne jus, qvod habet, cogita tamen. Ex prædictis aliàs dedi aliud conſilium, videlicet qvòd omnia ſupradicta conſilia ſimul junguntur hoc modo, videlicet; Vendo, vel concedo fructus, vel ipſam perceptionem fructuum, qvæ eſt facti, ut dixi in præceptionem fructuum, qvæ eſt facti, ut dixi in præcedenti conſilio, cum hoc, ſi domino placuerit, vel ſi dominus non revocaverit, & ſic ſalvo & ſalva jurisdictione, & honore, & conſenſu domini, & ſi de jure poſſunt, nec aliter, nec alio modo: ſi autem domino non placuerit, vel ipſe non conſenſerit, vel revocaverit, vel de jure non poſſum, res ſit inempta, vel venditio, vel alienatio ſit irrita, & ipſo jure nulla, & iſta cautela erit tutiſſima, & ideo no. eam.

B. CÆPOLLA CAUT. CXXXV.

§. Contra emphyteotam, qvi non ſoluit canonem, qvòd poſſit purgare moram.

SUMMARIUM.

1. Emphyteota non ſolvens canonem intra biennium, à jure ſuo cadit.

1 TU ſcis, * qvòd emphyteota non ſolvens canonem intra biennium, cadit à jure ſuo, *ut in l. ſecunda C. de jure emphyt.* poteſt tamen purgare moram, *ut cap. potuit. de loca.* ſed eſt Cautela, ut non admittatur ad purgandum moram, qvòd dominus ſtatim elapſo biennio proteſtetur etiam abſente emphyteota, qvòd non intendit ipſum habere amplius pro livellario: qvia tunc non poteſt purgare moram, niſi celeri ſatisfactione, aliàs enim non facta proteſtatione, credo qvòd poſſit purgare moram. & ſic intelligo cap. potuit.

T. FERRATUS CAUT. XX.

§. Ad privandum jure ſuo emphyteotam ceſſantem tantummodò per unum annum à ſolutionie canonis.

SUM-

SUMMARIA.

1. Emphyteota propter canonem non solutum, qvomodo jure suo privari possit.

2. Papa faciens institutionem cum clausula non obstante, non intelligitur derogare, seu tollere actum, seu constitutionem juratam.

3. Papa si casset consvetudines, & omnia statuta, nunqvam intelligitur cassare consvetudines, & statuta jurata.

4. Juramentum cùm ad ecclesiam, & Romanum Pontificem spectet, principes seculares ipsum remittere non possunt neq; super eo dispensare.

5. Papa dispensare potest, qvòd perjurus feudum non perdat.

Notum est * in jure, qvòd si emphyteota debet propter Canonem non solutum, posse privari jure, qvod habet 1
in emphyteosi, reqviritur, si est emphyteota privati, qvòd steterit per triennium, qvòd ipsum canonem non solverit. Si verò est emphyteota ecclesiæ, vel conductor, reqviritur qvòd steterit per biennium, ut de emphyteota privati, *est text. in l. 2. C. de ju. emph.* & de emphyteota ecclesiæ, est tex. *in auth. qvi rem, de sac. eccl. & in c. potuit. de loca.* & de conductore est *text. cum glos.* cum distinctione tamen, de qva ibi per Bart. *in l. qværo. §. inter locatorem. ff. locati.* Tu autem, qvi vis dare rem aliqvam in emphyteosim, & non vis, motus aliqva particulari causa, in contractu apponere pactum expressum, qvod si annuatim emphyteota pensionem non solverit, qvòd cadat à jure suo, qvod pactum valeret: qvia in istis contractibus emphyteoticariis, plurimum attenduntur pacta, & conventiones contrahentium, *ut est text. in d. l. 2. C. de jure emphy.* & libenter per viam directam seu occultam, tale pactum opponeres, Cautela est, qvòd in instrumento ipsius emphyteosis, qvando promisit annuatim ad tale tempus tibi solvere tantam pensionem, facias postea ei deferri juramentum, qvòd omnia, & singula ipse emphyteota attendet & observabit, & in aliqvo non contraveniet. qvo casu, si postea cessabit tantummodo per

unum annum, qvòd pensionem non solvat, poteris ipsum statim propter perjurium privare jure suo, nec tunc expectabitur triennium, seu biennium. *istud fuit elegans, & signandum d. Bald. in c. qverelam. per text. & glo. ibi de jurejurand. qvòd ibi seqvitur Feli. in 4. col. versic.* subdit etiam Bal. hic dicens esse dictum aureum, qvod dictum etiam retulit, & secutus est dicens ipsum singulare, *Jas. in d. l. 2. C. de jure emphyt. in 9. q.* idem tenet Jas. *in l. si qvis major. per textum ibi in 3. col. vers. not. bene. C. de transactionib* 9, subjungens unum notabile verbum, qvòd licet istud nostrum serenissimum ducale dominium Venetorum non velit, qvòd per aliqvam cessationem solutionis qvantocunq; tempore factam, emphyteota privetur jure suo, qvòd tamen talis sua dispositio non vendicaret sibi locum, qvando emphyteota jurasset tali tempore solvere, & non fecisset, qvia isto modo esset aperire viam perjuriis, qvòd non est dicendum esse de mente legislatoris, *juxta l. 1. C. si adversus vendi. & c. si verò de jurejurando.* Qvod dictum habeo pro indubitatio, triplici fundamento.

§. Primò, propter id, qvòd voluit glo. juncta text. *in c. cùm non deceat. de elect. l. 6.* qvam ibi seqvuntur omnes, & qvam mirabilem dixit Panorm. *in c. 1. in 2. col. de his, qvæ fi-*
2 *unt à majori parte capituli*, * qvòd Papa faciens constitutionem derogatoriam, etiam cum clausula, non obstante, qvod tamen non intelligitur velle derogare seu tollere constitutionem, seu actum juratum. qvæ glo. per Scribentes in variis locis celebratur, de qvib. in alio loco fiet mentio.

§. Secundò adduco, qvod notabiliter voluit Angel. *in l. 1.*
3 *§. qvæ oneranda. ff. qva. rer. act. non datur.* * ubi dixit, qvod si Papa seu Imperator casset consvetudines, & omnia statuta, nunqvam intelligitur cassare consvetudines & statuta jurata, *qvem refert & seqvitur Alex. in cons. 27. incip. viso libello producto per procuratorem. circa finem, in 1. vol. & in consil. 37. incipiente, viso, & opportunè discusso processu in 7. col. versic. confirmo per nota. in 2. volum.*

§. Tertiò adduco illam communem opinionem, qvæ est,
4 * qvòd principes seculares non possunt remittere, seu dispensare super juramento, cùm juramentum pertineat ad ecclesiam, & ad Ro. Pontificem, *ut c. per venerabilem. de elect. & c. novit. cum simi. ib. de judic, de qva communi opin. ha-*

betur

gitized by Google

betur per Cyn. in l. fi. & ibi Paul. de Castr. in fin. C. si contra jus, vel uti. pub. per Ant. in c. cùm contingat. versic tertius casus, de jurejur. ubi latè per Imo. in 3. memb. & per Abb. in 8. col. vers. nunc ad prædicta applica. cum concordantiis, de qvibus Jas. in l. fi. ff. qvi satud. cogantur. Et qvòd qvando emphyteota juravit annuatim solvere pensionem, qvòd cessando per unum annum solvere, vigore perjurii cadat à jure suo, nec tunc expectetur biennium, seu triennium. ita etiam consulendo tenuit Alex. *in cons.* 85. *incipiente, non puto id, de qvo qværitur, longam disputationem exigere. in* 1. *vol. qvod consilium est errore duplicatum, consil.* 125. *in* 1. *eodem* 1. *vol. Et istam opinionem similiter tenuit Ant. Corsetus in sua repe. Rub. extra, de jurejur. in* 11. *privileg. juramenti, & in suis notabilibus, notabili sub verbo emphyt. & in suo repert. ad Abb. in verbo, emphy. ver. emphyteota ecclesiæ non solvens canonem, ubi dixit istud idem tenere And. Barb. in dict. cap. potuit. de locato. Tenuit Jas. in auth. qvi rem. in* 3. *col. vers. tertio limita. de sacros. eccles.* Pro qva opinione bene facit dictum singulare Bald. *in cap.* 1. *in fine principii, de for. fidel. in usibus feud.* * ubi voluit, qvòd 5
Papa *a* non possit dispensare, qvòd perjurus non perdat feu- a
dum, allegat ita tenere Jo. And. *in c.* 2. *de renunciat. in Novella.* Et qværis rationem istius pulchræ conclusionis, dic qvòd est: qvia per perjurium qvis cadit à jure, qvòd habet in illa re, super qva interposuit juramentum, *ut est casus singularis in l. si qvis major. C. de transact.* per qvam l. dixit Mathes. *in suis singularibus, sing.* 51. *incipien. nota magnum periculum*, qvòd si vendidi tibi fundum pro decem, & obligavi me pro evictione ad duplum, & tu mihi solvisti qvinqve, & residuum intra tres menses promisisti solvere, & juratum fuerit per contrahentes non contravenire, & tu omisisti solvere in termino, cogeris ad solvendum, & ego ero liberatus à periculo evictionis, subjungens istud dictum esse multum utile, propter eos, qvi faciunt compromissum in arbitratores, & amicabiles compositores, & jurant non contravenire. Arbitratores verò laudant, qvòd unus alteri debeat intra mensem certum qvid facere, alteri verò aliud intra annum: nam primus, qvi contravenit, cogitur servare compromissum alteri, & alter erit liberatus ab eo. Et similiter per illam legem, si qvis major. refert Bart. de S. Severino, *in suo tract. de transact. in* 15. *q.*

Digitized by Google

ſe vidiſſe judicatum in civitate Bononiæ per D. Manfredum de Forolivio, qvòd cùm qvidam ex cauſa transactionis juratę promiſiſſet ſolvere ſeptuaginta ducatos in ſeptem penſionibus ſeu terminis, & primis duob. terminis ſolviſſet, tertio verò termino fuiſſet in mora, qvod poterat compelli ad ſolvendum totum reſiduum, non expectatis aliis dilationib. ratione ipſius perjurii.

ADDITIO.

a Qvod Pap.) *An & qvando Papa poſſit remittere juramentum, & ſuper illis diſpenſare, vide per Lud. Rom. in conſil. ſuo 12. qvod incip. viſo facto propoſito, juramentum eſt res ſpiritualis, de qva non poteſt ſe intromittere* Jus Civile. extra, de ord. cogn. c. tuam. extra, de jud. c. 2. & 3. *via namq; perjuriis aperiretur. qvod eſſe non debet.* ff. de pact. dota. l. convenire. §. 1. extra, de jureju. cùm contingat. cum ſim. *debet igitur peti abſolutio priùs, ut latè in praal. conſ. ibi, unde dicendum eſt, &c.*

DE EXCEPTIONIBUS.

I. DE ARNONO CAUT. LXXXV.

§. Pro eo, contra qvem opponitur exceptio, qvæ eſt actionis excluſio, ut replicet de dolo.

EGISTI actione tutelæ generali, vel negotiorum geſtorum, tamen in judicio unam rem duntaxat proſecutus es, in qva ſuccubuiſti, & fuit lata ſententia generalis abſolutoria à dicta actione generaliter propoſita, tractu temporis egiſti iterum dicta actione tutelæ, vel negotiorum geſtorum, opponitur tibi exceptio ſententiæ, & rei judicatæ, Cautela eſt, ut tu replices & dicas dictam exceptionem non obſtare: qvia licet ſententia fuerit generalis, tamen reſtringitur ad proſecuta, *juxta text. in leg. licet. Cod. de judic.* ubi per illum text. dicunt Ang. & Paul. de Caſtr. no. tu, qvi practicas palatium, qvando opponitur exceptio, qvæ eſt propriè actionis excluſio, debes in actis replicare, ut ibi dicit text. nec judex poſſet ſupplere, qvamvis ex actis ſibi liqveret. Referunt & ſeqvuntur Moder. Pap. *in d. l. licet. in fin.* & reddunt rationem illius tex. in prim. no.

DE EXCOMMUNICATIONE.

I. DE ARNONO CAUTELA XCVI.

§. Pro ſubdito timente injuſtè ſe excomunicari à ſuperiore.

CUM ſententiæ & cenſuræ excommunicationis latæ à ſupe-

Digitized by Google

superiore, trahant secum executionem, & ideo ab eis non possit appellari, *ut habetur in cap. pastoralis. ext. de app.* Cautela est igitur, ut cùm subditus timet injustè se excommunicari à superiore, extrajudicialiter appellat à gravamine verisimiliter futuro. Istam bonam practicam & Cautelam docet Abb, *per illum text. in c. cùm dilectus, in 1. no. extr. de relig. domi.*

DE EXCUSSIONE.

R. Fichardi Cautela XXII.

§. Pro creditore, ne cogatur ipsum principalem primum excutere, sed rem pignoratam alienatam statim à tertio possessore petere possit.

OLIM de jure Codicis, *nempe in l. persecutione. C. de pign. & hypoth.* licebat creditori rem sibi pignoratam, & postea per debitorem alienatam, statim, non excusso principali debitore, apud tertium possessorem condicere, idq; per condictionem ex l fi. de acqvir. poss. postea verò de jure authenticorum constitutum est, ut creditor in tali casu primum conveniat ipsum debitorem, & si qvid apud ipsum conseqvi non possit, in subsidium demum conveniat tertium possessorem rei pignoratæ alienatæ. *auth. hoc si debitor. C. d. ca. de pign. & hypoth.* Ut verò creditor non cogatur observare dispositionem illius auth. Cautela est, ut debitor in ipsa obligatione confiteatur, se rem talem illi creditori suo oppignorasse, & posthac non suo, sed creditoris nomine, eam possidere. nam si debitor tunc alienasset rem pignoratam, videtur ipsum creditorem privasse possessione, qvòd ipsi non licet, *arg. dict. l. fi. C. de acqv. poss.* Hanc Cautelam tradit Joan. Sichard. *in l. persecutione. num.* 18.

B. Cæpolla Cautela XXXI.

§. Qvòd non facta excussione contra debitorem, possit fieri contra debitorem debitoris.

SUMMARIUM.

1. *Debitor qvando constituit se tenere, & possidere nomine creditoris omnia bona sua, si ipse debitor aliqvam rem suam alienaverit, creditor contra possessores agere poterit, nulla excussione ex condictione facta.*

REgulariter qvis non potest agere contra tertium possessorem, vel debitorem debitoris, nisi facta excussione, ut

ut habetur in Auth.hoc si debitor. Cod. de pig. Sed cautela est, qvòd possit agi contra debitorem creditoris, per creditorem non facta excussione etiam hoc modo, videlicet qvòd creditor idemq; debitor mandet, & cedat suas actiones suo creditori, nam tunc ut procurator in rem suam habebit exercitium directorium, contra qvas talis exceptio excussionis non factæ non poterit opponi. & dicit Cyn. *in l. 2. in fi. C. qvando fis. vel pri.* qvòd ad eas mandandas poterit cogi, *per l si convenerit 2. in prin. ff. de pign. act.* Et ideo sis cautꝰ, qvòd in instrumento obligationis bonorum facies adjici, qvòd ex tunc mandat tibi, & cedat actiones contra suos debitores, faciens te procuratorem in rem suam. *ita dicit no. Sali. in l. nomen. circa fin. pe. q. C. qvæ res pig. obl. pos. & dicam in cautela seq.* In præcedenti cautela dictum est, regulariter reqviritur excussio, & ibi dedi unam fallentiam cum una cautela.

1 §. Sed nunc adde aliam, videlicet, qvòd debitor constituat se tenere, & possidere nomine creditoris omnia bona sua, *juxta no. in l. qvòd meo. in prin. ff. de acq. poss. & l. ab emptione ff. de pac.* vel se constituat possidere precario nomine creditoris *juxta l. interdum. ff. de acq. poss.* tunc si debitor alienet aliqvam rem suam, poterit creditor agere contra possessorem nulla facta excussione, non dico hypothecaria, sed condictione ex *l. fin. C. de acq. pos.* & etiam non excussis aliis, si plures erant ad idem debitum obligati, *secundum Jac. But. in Auth. hoc si debitor. Cod. de pig. & ibi etiam ponunt Doct. & idem seqvitur Ang. & Raph. Cu. & Imol. in l. exitus. de acq. pos. & Ang. in d. l. fi. & in c. cùm venissent de causa pos. & proprie. & in repertorio suarum conclusionum, in vers. excussio. & Flo. in d. Auth. hoc si debitor. & Ang. de Are. Insti. de act. §. item si qvis in fraudem.* Præterea semper sis cautus, ut apponi facias in fi. cujuslibet instrumenti, ubi est obligatio bonorum, ut adjiciatur, qvæ bona dictus debitor, vel dictæ partes constituerunt se tenere & possidere omnia bona sua, usq; ad plenam & integram satisfactionem, qvia hoc casu non erit opus excussione: & ita vidi sæpius judicari: & ita in civitate Veronæ practicatur.

DE FEUDIS.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXX.

§. Pro secundo investito de feudo, qvòd sit potior primo, si secundus habet possessionem. SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1. Vasallus si duobus vendidisset, & secundo prius tradidisset possessionem, an tunc secundus præferetur.

SI dominus investivit aliqvem de feudo, cogitur tradere possessionem, vel qvasi, illius feudi, nec liberatur præstando interesse. *casus est in c. si facta, si de feu. fue. controv.* Sed remedium & Cautela est, qvòd dominus non compellatur præcisè ad tradendum possessionem, vel qvasi, videlicet qvòd investiat alium, & ei secundo investito tradat possessionem, qvia prior erit exclusus, & secundus erit potior, *per l. qvoties. C. de rei vendi. secundum Bald. & ita tenet Jacob. de Alvar. in d. c. si facta.* & idem remedium procederet, qvando dominus alienasset feudum uni, & postea alteri, & secundo tradidisset possessionem priùs. *per d. l. qvoties. secundum Bald. in d. cap. si facta.*

1 §. Sed qvid si vasallus vendidisset duobus, & secundo priùs tradidisset possessionem, an tunc secundus præfertur? Dicas, qvòd aut primo vendidit cum consensu domini, & tunc primus præfertur, etiamsi dominus secundæ venditioni consentiat: qvia tunc nullum jus habet consentiendi. *arg. l. qvotiescunq; §. qvi Cajum. ff. de l. 1. & ita tenet Bulgarus in dict. cap. si facta.* per qvod limitatur d. l. qvoties. aut primo dominus non consensit, sed secundo sic, & tunc secundus præfertur indistinctè: qvia prima alienatio facta sine consensu domini nullum jus tribuit, *ut in c. 1. de prohi. feu. alie. per Loth. & in c. 1. de proh. feud. alie. per Federicum simi.*

FIDEJUSSOR.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXVI.

§. Pro fidejussore conducentis domum.

SUMMARIUM.

1. Fidejussor semper in instrumento exprimere debet illud, ad qvod teneri tantùm vult.

ILLE, qvi fidejussit pro scholari, qvi conduxit domum, videtur fidejussisse non solùm propensione domus, sed etiam pro massaritiis fractis, vel consumptis, *ut per Bart. in l. amissi. §. fidejus. secundum unum intellectum gloss. ibi. ff. de fidejus. & ibi tenet Lud. de Ro. in suo singulari 425.*

1 *& ideo sit cautus fidejussor, si vult teneri tantùm de pensione, & illud exprimat. aliàs in dubio tenebitur in totum, *ut supr. dixi.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXXVII.

§. Qvòd qvis possit convenire fidejussorem, vel possessorem pignoris etiam principali debitore non excusso.

SUMMARIUM.

1. Excussio principalis singulariter fieri debet.

EGo do tibi unam singularem Cautelam, ut possis convenire fidejussorem, vel pignoris possessorem, etiam
1 principali debitore non excusso. * debet enim regulariter fieri excussio, *ut Auth. hoc si debitor. Cod. de pig.* nisi esset solvendo, *ut l. fi. ff. si certum peta. & l. 10. de verb. oblig.* vel nisi esset potens, vel in loco inexpugnabili *secundum Bartol. in d. l. fin.* Qvando autem non esset notorium, utaris hac Cautela, videlicet, qvando agis contra fidejussorẽ, vel possessorem, & ille excipiat de non facta excussione principalis, tu replices, qvòd sua non interest fieri excussionem, qvia principalis non est solvendo: nam tenet judicium, cùm ille excipiens non auditur. *glo. est singularis in leg. nisi hoc: actum. ibi, alii dicunt, & c. ff. de pac. secundum Angel. qvi ponit hanc doctrinam in l. si. qvis pecuniam. ff. si qvis omnis. cau. test.*

I. DE ARNONO CAUTELA XXXII.

§. Pro Fidejussore, ut non condemnetur, nisi in qvantum facere potest, deducto, ne egeat.

QVamvis certæ personæ, ut parens, patronus, socius, & donator, non conveniantur, nisi in qvantum facere potest, *ut in §. sunt praterea. vers. sed & si qvis. Instit. de action. Et habetur in l. sunt qvi in id, in ultim. vers. cum l. seqvent. ff. de re jud.* nihilominus hoc beneficium non competit eorum fidejussoribus, *ut in l. & si fidejussor. ff. de re judica. & l. Verum. in princ. ff. pro socio.* Sed Cautela est singularis, & singulare remedium, qvòd fidejussor conventus denunciet reo principali, & principalis veniat, & suscipiat judicium in se, & exponat hanc exceptionem in personam suam, qvod facere potest. *Ita notabiliter Bart. & Bald. in dict. l. Verum. in princ. per text. in l. idemqve. §. generaliter. ff. mand. & idem Bart. in dict. l. & si fidejussor in princ. ff. de re judic. & in leg. Stichum. §. qvod vulgo. ff. de sol. &*

Paul.

Paul. de Cast. in l. maritum. ff. sol. matr. Imo. & alii in l. non tamen. cum seq. ff. de re jud. qvod bene not. ad pract. Et adde de dom. Iasonem. in §. sunt praeterea. in vers. sed & si qvis. in ult. col. ibi, nunqvid autem hoc beneficium. Instit. de action.

FILIUSFAMILIAS.

B. CÆPOLLA CAUTELA XIV.

§. Pro filiofamiliàs, qvòd non teneatur ex contractu, de qvo aliàs teneretur.

SUMMARIUM.

1. *Imperator qvando Romæ coronam recipit, ex consvetudine urbis præfectum ab omnibus suis debitis liberare debet.*

SCIS, qvòd filiusfam. obligatur ex qvolibet contractu, excepto mutuo, in tantùm qvòd potest conveniri, & etiam incarcerari, si non solvat, *ut habetur in l. 3. §. sed utrum. ff. de mi.* Sed cautela est, ne ipse possit incarcerari, & ne ipse teneatur in solidum, sed solùm in tantum, in qvantum facere potest, videlicet qvòd à patre emancipetur: nam filiusfam. qvi prius in solidum tenebatur, nunc per emancipationem non tenetur, nisi in tantum, in qvantum facere potest, *ut est casus no. in l. fin. ff. qvod cum eo. & in l. si ex alio. C. eod. tit. & ibi, hoc not. Bal. & idem no. Io. de Plat. Insti. de actio. §. sunt praeterea. ad fin.* Sed hoc fallit, qvando filiusfam. esset debitor ex delicto, *ut est text. in l. sed si ex parte, §. qvanqvam. ff. qvod cum eo, & no. gloss. in dict. l. 3.*

§. Fallit secundò, qvando post multos annos conveniretur, *ut est text. not. in dict. leg. sed si ex parte. §. pe. qvòd perpetuò not. & tene menti.*

§. Fallit & tertiò, qvando filiusfam. contraxisset multa debita, & postea incontinenti fecit se emancipare, & sic contraxit dicta debita in fraudem. nam emancipatio eum seqvens, non juvat eum, & pro hoc allego text. *in leg. 1. §. 1. & qvòd ibi sing. no. Bald. si qvis test. lib. esse jus. fue.* * ubi di- 1.
cit, qvòd de consvetudine est, qvando Imperator recipit coronam Romæ, qvòd liberat præfectum urbis ab omnib9 debitis suis. & si præfectus sciens adventum Imperatoris, contraxit multa debita, Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Item ad hoc allego text. *in l. omnia. §. cùm ita negatur ff. de l. 2. & l. contra legem. & qvod ibi no. per Doc. ff. de legib.*

B. CÆ-

Digitized by Google

B. CAEPOLLA CAUT. CCXLV.

§. Pro filiis, ne teneantur ad solvendum debita patris, stante statuto, qvòd filii mercatoris teneatur ad debita patris.

SUMMARIA.

1. *Filius pro debito, vel facto patris, regulariter non tenetur.*

2. *Statutum si sit, qvòd filii mercatorum ad patris debita teneantur, etiam si hæredes non probentur, an valeat.*

3. *Exhæredati filii pro mortuis habentur, & inviti à paterna hæreditate repelluntur.*

1 LIcet regulariter * filius pro debito, vel facto patris non teneatur, *ut in toto titu. C. ne filius pro patre. & habetur per gloss. ord. 1. q. 4. in summa, per gl. 24. q. 3. in summa. & in c. non debet. de regulis jur. in 6. & per Salyc. in l. qvisqvis. §. filii. Cod. ad legem Jul. majest.* (in qvibus locis habetur, in
2 qvibus casibus filii teneantur pro patre, vel non) * tamen si statutum est, qvòd filii mercatoris tenentur ad debita patris, etiamsi non probentur hæredes: vel constat, qvòd repudiaverunt hæreditatem patris, qvod statutum valet, licet sit durum: qvia valeret factum inter eos, *juxta no. in Rub. C. de decret. decur. l.* 10. Et procedit etiam illud statutum regulariter, etiamsi filii non essent hæredes patris, *ut sentit gloss. in l. dotis tua. C. de jure dotium, secundum Bal. ibi.* Sed remedium est, qvòd filii non teneantur, videlicet, ut pater
3 exhæredet eos. * Nam exhæredati habentur pro mortuis, & inviti repelluntur ab hæreditate paterna, unde non debet intelligi statutum de illis sed solùm de illis, qvi de jure duodecim tabularum erant sui necessarii, *arg. l. 1. §. penult. ff. de contra tabula. secundum Bald. in d. l. dotis tua. in fin. facit l. 2. ff. qvod cum eo.* Qvod ego intelligo, nisi exhæredatio esset facta in fraudem, in causa ficta, & non vera. *arg. l. 1. §. is qvoq; in fin. ibi, si sine fraude hoc factum sit. ff. de cul. ho. & l. fram. cum ibi not. ff. de legi.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXLVI.

§. Ut filius teneatur pro debito patris, a qvod in instrumento contineatur, qvod pater recepit mutuum pro alendis liberis.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1. *Filii divites alimentorum causa ad patris debita tenentur.*

QVid si pater * est pauper, & accepit pecuniam mutuo, 1
nunqvid sit aliqva via, per qvam filii possint conveniri ex isto contractu? Tu diceres, qvòd non, *per tit. ne filius pro patre.* Dicas qvòd sic: qvia si pater convertit illam pecuniam in alimenta filiorum, qvi postea sunt effecti divites, tenebuntur ad illiud debitum patris, *ita singulariter no. Bar. in l. his solis. arg. illius text. in libro meo est. ff. de cond. indebit. & ibi Doctor. qvem seqvitur Lud. de Rom. in suo singul. 213. qvod incipit, pater erat pauper.* & ideo tu creditor sis cautus, ut dicatur in instrumento, qvòd mutuas pecuniam illam, vel bona illa, ut pater possit alere filios, ad hoc, ut res sit magis clara. *arg. l. fin. ff. de exercito.* qvod not. qvia sæpe evenire potest de facto, tempore, qvo est necessitas victus.

ADDITIO.

a Pro debito patris.) *Mutuum patri factum inopi, potest repeti à filiis etiam non haredibus, in qvorum alimenta versum est, si pater non sit solvendo. Bart.* sing. in l. his solis. ff. de cond. ind. *Mutuũ patri factum tempore caristia prasumitur versum in alimentis suis & familia sua.* Bar. in l. fi. C. ad Maced. in d. l. his solis. in fin. ff. de cond. ind.

FRATRES.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXIIX.

§. Pro fratribus: qvando unus eorum emit rem ex communi pecunia, qvòd hoc dicatur in instrumento.

SUMMARIUM.

1. *Pecunia soluta semper solventis fuisse præsumitur.*

SI unus ex fratribus emit fundum pro se, & fratre suo, & in instrumento continetur, qvòd pretium numeraverit emens, vel dictus venditor confessus fuit habuisse, & recepisse à dicto emptore, nec dicitur ejus propria pecunia, vel etiam de communi, in dubio * intelligitur de pecunia solventis propria, ita qvòd ab alio fratre potest repetere partem fundi, si vult: *ut est casus notab. in l. 2. C. pro soc. & ibi hoc no. Bar. & Bal. & ib. no. Bar. in l. si patruus. C. communia utriusq; judicii. & in l. Titiũ, & Mævium. in §. altero. in prin. 2. colum. ff. de admin. tut.* & ideo sitis cauti, qvi habetis fratres, vel patronos in communione bonorum, & 1

ponatur in instrumento, qvando unus tantum solvit, qvod pretium solvit de communi pecunia. ita dicit Bald. *in d. l. 2.* & dicit hoc esse not. perpetuò: qvia valebit tibi mille aureos, & circa hoc *vide Bal. in l. cum duob. §. si fratres. circa princ. in gl. unde de facto accidit qvòd duo fratres. ff. pro soc.*

I. De Annono Caut. XCIV.

§. Pro fratre contra fratrem, ementem fundum ex communi pecunia, ut ponatur in instrumento, qvod ex communi pecunia fuit solutum pretium.

DOminus Abb. in c. presbyter. in 2. no. extra, de pec. cle. no. ex illo tex. qvod ex pecunia illius præsumitur res empta, cujus nomine instrumentum emptionis confectum est, unde Bar. *in l. 2. C. pro socio*, multum notabiliter dicit per illum tex. qvòd licet unus ex fratrib. emat fundum pro se & pro fratre suo, tamen si in instrumento contineatur, qvòd pretium d. venditor fuit confessus habuisse & recepisse à dicto tali emente nomine suo, & fratris sui, nec aliter dicitur de ejus propria vel communi pecunia, qvòd etiam isto casu in dubio intelligitur de pecunia propria ipsius solventis, ita, qvòd ab alio fratre poterit repetere partem pecuniæ, si vult partem fundi, qvi postea subjungit, qvòd debemus esse cauti, ut ponatur in instrumento, qvòd pretium solvit de communi pecunia. qvod est perpetuò memoriæ commendandum: qvia valebit tibi ad mille aureos.

PRO FUNDANTE CAPELLAM.

Vide Cautelam in Capella suprà.

HOSPITALE.

B. Caepolla Cautela CCXI.

§. Pro illo, qvi vult ædificare hospitale non subjectum, qvibus insignibus tunc hospitale carebit.

Summaria.

1. Hospitale constitui potest cum episcopi auctoritate, & sine.

2. Hospitale si sine episcopi auctoritate factum fuerit, nullam in eo jurisdictionem episcopus habet.

1 HOSPITALE *a* constitui * potest, & cum auctoritate episcopi, & sine, *ut in c. ad hæc, & ca. de Xenodochiis. ext. de relig. do. & Clem. qvia contingit. eod. tit. & in auth. ut nullus fabri. orat. do. circa prin. & in auth. ut in privado.*

do. circa fi. & vide text. cum gl. 10. q. 2. qvidam. & in dubio non præsumitur esse constitutum cum authoritate episcopi: qvia solennitas extrinseca non præsumitur. *l. qvæcunq; ff. de publ. & habetur in l. sciendum. de verb. ob.* sed eo ipso, qvod in eo missa celebratur: præsumitur auctoritate episcopi factum. singulare d. Arch. *de conse. dist. 1. nemo*, qvod est incognitum Legistis, secundum Ludo. de Rom. in qvodam suo singulari, qvod incipit, tu Jacobe Astagnatis, * & 2
in casu: qvo non est factum hospitale auctoritate episcopi, in eo nullam habet jurisdictionem, & ideo cauti debent esse illi, qvi volunt ædificare hospitale, ita, ut episcopus tanqvam superior in eo nullam jurisdictionem habeat: ut ædificent ipsum sine auctoritate episcopi, & non erigant ibi altare consecratum: neq; campanile, neq; cœmiterium: qvia tunc erit in plena potestate ædificantis etiam laici. sed si ædificarent ibi ecclesiam, vel altare consecratum: tunc episcopus esset superior, & sine ejus auctoritate ædificari non posset: *ut probatur in Clem. qvia contingit. in fin. cum ibi no. de relig. do. & patet ex prædictis, & adde omnino qvod no. Pau. de Cast. in cons. suo 294.* qvod bene no. qvia ita fuit servatum Veronæ.

ADDITIO.

a Hospitale.) *Hospitale constructum sine auctoritate episcopi, potest destrui per construentem ad libitum suum*, gl. pen. in Clem. qvia contingit. de religio. do. 17. q. 2. qvidam. c. inter dilectos. de do. & Bal. in l. orphanotrophos. de episc. & cler. *Hospitali non religioso non possunt annecti jura spiritualia: aliàs sic.* Car. in Clem. 2. §. fin. post gloss. de præbendis. *Hospitale privatum potest qvilibet facere in domo propria.* Inno. in cap. ad hoc de reli. do.

INCENDIUM.

T. FERRATUS CAUT. XXXVI.

§. Qvòd qvis non teneatur de damno dato per incendium in domo ortum, & nescitur qvomodo.

SUMMARIA.

1. *Incendium si in domo oriri contingat, & ignoretur unde ortum habuerit, an de damno dato per ipsum incendium dominus domus teneatur.*
2. *Actione l. Aqvil. venit culpa levissima, qvando talis*

culpa committitur faciendo, non autem omittendo seu negligendo.

3. Incendium si in hospitio contingat, & ignoretur, an à familia hospitis, vel à viatoribus ortum habuerit, hospes propter incertitudinem non tenetur.

1 PASSUS * est diffusus, nunqvid si in domo contingat oriri incendium, & nesciatur, unde habuerit ortum, an de damno dato per ipsum incendiũ dominus domus teneatur. inqvo qvidem articulo aliqvi dixerunt, qvòd sic, qvia incendium præsumitur ortum culpa inhabitantium, *ut l. si vendita. ff. de peric. & com. res. ven. & l. 3. §. fi. ff. de off. præf. vig. no. Salic. in l. si creditor. C. de pig. act. Imo. in l. domos. de l. 1. Angel. in cons. 197. inc. ortum est incendium,* ubi dicit, qvod non est solùm præsumptio, qvòd incendium evenerit culpa inhabitantium, sed est vehemens suspicio.

§. Alii dixerunt, qvòd est verum, qvòd præsumitur evenisse culpa inhabitantium, sed qvòd illa culpa est culpa levissima, & qvòd qvis semper non tenetur de levissima, & qvòd illa dicatur culpa levissima. *glo. est in §. præterea. inst. qvi mo. re contrahi. oblig.* per qvam ibi dicit Angel. Are. se aliàs Ferrariæ ita obtinuisse in causa cujusdam dominæ Apoloniæ viduæ, & qvam singularem dixit Salic. *in l. qva fortuitis, circa finem. C. de pig. act.* Et Joan. de Ana. *in cons. 71. incipiente, visis, & diligenter ponderatis his, qvæ in facto proponuntur.*

§. Alii dicunt, qvòd qvantum ad emendationem damni, nihil habet relevare, an qvis teneatur de culpa levi, vel levissima: qvia si non potero me prævalere per aliam actionẽ, intentabo actionem l. Aqvil. in qva venit culpa etiam levissima, *ut l. in l. Aqvila. secunda. ff. ad legem Aqvi. & ita firmat Salicetus in l. data opera. Cod. qvi accus. poss.* Tamen ad

2 istud respondetur, qvod est verum, * qvòd in actione legis Aqviliæ venit culpa levissima, qvando talis culpa committitur faciendo, non autem omittendo, seu negligendo. *ita illam l. intellexit glo. in l. si mora. in gloss. pen. & ibi Bart. ff. solut. matrimon. & idem tenet Imo. in cap. 1. in 7. col. vers. juxta prædicta potest qværi. ext. de com. pro qvo est bonus tex. qvem ibi dicit Angel. meliorem de jure, in l. si usufruct. §. denique. ff. de usufruct. ubi etiam Bart. dicit, qvod ille textus gloss. at totum tit. ff. & C. ad legem Aqvi.*

§. Alii

§. Alii dixerunt, qvòd aut in illa domo, in qva *a* ortum 1
est incendium, stabant plures familiæ, puta una sursum, altera deorsum, & tunc si nescitur, in qva parte habuerit principium, propter incertitudinem nemo tenebitur. *ita per plura consuluit Alexan. in cons. 50. inc. visis & opportunè ponderatis his per totum. in primo vol.* idcirco dixit Bald. *in l. si creditor. C. de pig. act.* * qvòd si contingat hospitium 3
comburi, ut contigit in hospitio Leonis, & ignoretur, an habuerit exordium à familia hospitis, an verò à viatoribus, de qvorum facto hospes non tenetur, *ut l. fin. §. caupo autem præstat. ff. furti adv. nau. cau. & stabu.* qvod isto casu hospes propter incertitudinem non tenetur de damno dato per incendium, & multa alia circa hoc dicuntur, *de qvo qvidem passu in variis locis habetur. præcipuè per Bart. & latius per Modern in l. si qvis ex argentariis, §. prætor ait. ff. de eden. per Bald. in l. data opera. C. qvi acc. non possunt. per Sal. in l. qvæ fortuitis. C. de pig. act. latè per Ang. de Aret. in suo tracta. maleficior. in verb. incendiario. pulchrè per Alexan. in cons. 50. incip. visis, & opportune ponderatis his. in primo vol. per Io. de Ana. in cons. 71. incipiente, visis, & diligenter ponderatis hu, qvæ facto proponuntur, ubi etiam Ludo. Bolog. additio cum aliis concor. de qvibus per Cæp. in suo tract. rust. præd. sub Rubri. de igne, qvæ est Rubr. fi.* Tu autem, in cujus domo ortum est incendium, & ignoratur, qvis fuerit auctor, si vis excludere omnem culpam, & sic indifferenter non teneri de aliqvo damno per ipsum incendium dato, Cautela est, qvòd probes te esse personam vigilem, & in rebus tuis esse diligentem patremfamiliàs: qvia ista probatio habet tantam vim, qvòd excludit omnem culpam, aliàs à jure contra te præsumptam. *ita signanter dixit Bald. in suo cons. 120. incip. qvidam nomine Ristorius de Cortonio. in 5. par. qvem refert & seqvitur Alexand. in l. domos, de leg. 1. & in d. l. si qvis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. & in præallegato cons. 50. in fin. & hanc sententiam simpliciter tenuit Petr. de Alvar. in qvadam sua disput. inc. exorto incendio Paduæ. qvem refert & seqvitur Cæp. in cons. 70. inc. circa primum dubium, an Iudæus teneatur domino. in 2. col. vers.* & ideo si conductor probaret.

ADDITIO.

a. Ortum est incendium.) *Incendium an culpa habitantium factum præsumatur, vel non, & an sit, & reputari debe-*

debeat casum fortuitum, vel non, quando aliunde procedit. & quando non est immissum ab habitantibus, vide ultra consilium 50. dict. Alex. per eundem in alio cons. 217 in 2. vol. ibi sed præmissis non obstantibus. & per dom. Lud Ro. in consilio suo 401. quod consilium incip eo præposito, quòd lite agatur de isto incendio.

INSTRUMENTUM.

B. Perusini Cautela IIX.

§. Utrum in contractu obligationis sint apponenda precaria verba.

1 SEPTIMO quæritur, * an in omni contractu sint apponenda verba precario nomine possidere. Et dic, quòd in contractibus emptionum, venditionum, & similibus, in quibus agitur de dominio transferendo, qui enumerantur. *ff. de acqu. pos. l. 3. §. generaliter.* Prædicta verba precarii de rebus illis, de quibus communiter apponi non debent. Nam agitur ibi, ut dominium rei, ut possessio transferatur, sed expressione precarii agitur contrarium: quia recipiens vel tempus precario nomine dicitur possidere. *ff. de precario. l. cum precario.* Et sic ex hoc acquiritur jus venditori. ff. de pericu. & comō. rei vend. l. antep. de quo contrahentes non intendunt: sed intendūt, ut omne jus illius transferatur in emptorem ex illo contractu. Ergo mentio precarii apponi non debet, sed debet dici, & constituit donator sive venditor rem prædictam, si dicti emptoris nomine possideret. Nam ex hoc dominium transfertur, *ut ff. de rei vend. l. quadam, & not. C. de acq. pos. l. quod meo.* in obligatione autem bonorum ipsorum contrahentium pro conservando quod in pacto devenit, potest & debet apponi precarii rogatio, ut ex hoc qui constituit illa bona obligata possidere videatur: quæ per constit. precarii transfertur, *per d. l. quod meo, & C. de distrac. pig. l. 2.* Prædicta autem fallunt in casu, scilicet quando emptor, qui recipit rem emptam, precium non solvit: quia tunc utile est, ut constituatur precarium in illa re, ut precio non soluto res illa possit transferri impunè. Ad quod *facit. ff. de preca. l. qua ea.* prædicta autem precarii rogatio, & quod meo nomine se possidere constituit: ideo debet apponi, quia alias qui tradidit postea accipiendo esset prædo.
2 *ff. de acquir. possess. lib. si ex stipulatu.* * In aliis autem contractibus, in quibus dominium non transfertur, ut in obli-

obligatione pignoris, commodato, deposito, & similibus, non debet dici constituo me tuo nomine possidere: qvia nihil agitur, cum deficiat causa legitima ad dominium vel possessionem transferendam. Et ideo ob hoc non tenetur, *ut dict. l. qvod meo nomine, ut de acqvir. rer. dom. l. nunqvam.* igitur expedit agere causam precarii. Per qvam in recipiente precario transfertur naturalis, & constituendi precarium remanet civilis, *ut ff. de acqvir. pos. l. qvi pignoris, & de usu. l. non solum. §. ult. in fi. & ff. de precarii. l. & habet. §. cum.* Et utraq; transfertur possessio, scilicet qvando de utroq; transfertur, agitur, *ut in nota.* *Item dic, qvòd 3
debitor potest conducere à creditore rem pignoratam. *ff. de acqvi. poss. l. re pignoris*, & tunc creditor conducens per eum utramq; pos. retinet, ut ibi, & d. l. non solum, & debitor conducens habet nullam, *ut not. C. communia. de usu. l. 1.*

CAUTELA.

§. Ut Instrumentum probet in longinqvis etiam regionibus. *Vide hanc Cautelam in Enchiridio Cautelarum civilium. Tit. 19. de probationibus & fide Instrum. loco fin.*

B. CÆPOLLA CAUT. CCLIV.

§. Qvando partes inter se convenerunt, qvòd per instrumentum tantùm probetur debitum.

SUMMARIA.

1. Pactum an valeat, qvòd debitum nisi per instrumentum probari non possit.

2. Debitor si juraverit, se non probaturum nisi per instrumentum, tale juramentum servandum est.

3. Judex ex officio suo testes examinare potest.

DUbitari *potest, an valeat pactum, qvòd non possit pro- 1
bari debitum, nisi per instrumentum & Glo. *notab. in authen. ut sine prohib. matres debi. & cred. §. qvia verò in gl. magna: post medium. colla. 7.* tenet expressè qvòd non, & eam ibi approbant Ang. Cy. Bart. Bald. *in l. pactum inter haeredem. ff. de pac.* & ibi etiam per Doct. & idem tenet Flor. in l. Aqvilia: *si deletum. ff. ad l. Aqvi.* Et idem tenet Alb. glossator in sua margarita. Et idem tenet Specul. *in titul. de proba. §. videndum restat. in vers. sed qvid si debitor juravit.* qvi subdit, * qvòd si debitor juravit, se non probaturum 2
nisi per instrumentum, tale juramentum erit servandum per c. si verò. ext. de jurejur. & hoc casu dicit consilium esse, ut

ut debitor procuret testes recipi officio judicis, & sic vult qvòd ille, qvi non potest probare per testes, poterit procuratore, ut officio judicis examinetur. & similem Cautelam dedit Bal. *in l. ampliorem. in fin. princ. C. de appell.* videli-
3 cet, * qvando non possunt produci testes, qvia alii testes sunt publicati, ut tu non producas testes: qvia non posses propter timorem subornationis, *ut habetur in l. per hanc. Cod. de tempo. appel. & in c. fraternitatis. extra, de testi. & in Cle. testibus. de testi. cum similib.* Sed Cautela est, ut des nomina testium judici, & te absentes, & qvòd judex officio suo eos examinet, qvia cessabit causa timoris subornationis, & de ista Cautela Bald. dixit *in l. si qvidem est. Cod. de except.* qvòd perpetuò tene menti in practica: & ista Cautela fortè procederet, & proficeret, etiam qvando statutum prohibet fieri probationem per testes eadem ratione. & adde, qvæ dicam in seqventi Cautela.

I. De Arnono Cautela LXVI.

§. Ad præsumendum instrumentum simulatum.

QVotidie poterit tibi ista Cautela inservire: nam si instrumentum, ut qvotidie fit, cantat de mutuo, & in eo sunt apposita ista verba ex causa veri & puri mutui, & sine spe fœnoris, &c. certè erit simulatum. ita Bal. *in l. 3. C. plus val. qvod agitur*, ubi dicit, qvòd si in instrumento dicitur, vendidit & tradidit non in fraudem usurarum, præsumitur instrumentum simulatum. refert & seqvitur dom. Felin. *in c. si cautio. in 18. col. in princ. extra, de fid. instru.* ubi cumulat multos alios modos præsumendi instrumentum simulatum, vide ibi plenè per eum. & not. hanc Cautelam, qvæ est qvotidiana.

B. Cæpolla Cautela CXLIIX.

§. Contra perdentem instrumentum, ut ejus amissionem non probet per juramentum.

SUMMARIUM.

1. *Instrumenti amissio regulariter per juramentū probatur.*

1 REgula * est, qvòd amissio instrumenti probatur per juramentum, *ut l. fin. C. de fide instr. & d. Lud. Pont. in l. qvoties in 5. col. ff. qvi satisd. cog. & Pet. de Peru. in tract. de societate, in 8. par. in qv. 14.* qvod est verum, nisi adversario offerre se velle probare de ejus falsitate, qvia tunc non sufficeret probatio per juramentum, secundum Jo. de Prato, qvi

qvi consultus de facto, ita respondit, unde Cautela est, qvòd cùm qvis petit sibi instrumentum edi, dicat se velle probare de falsitate, qvia tunc adversarius allegans de ejus perditione, non audietur volens probare per juramentum. Tu habes molendinum in flumine publico, sis cautus, qvando illud corruit, & non potes nisi post certum tempus illud reficere. unde pone in loco certa signa, puta palos vel moles in signum veteris molendini, & poteris qvandocunq; illud reficere, *ut per Bart. in l. qvo minus. ff. de flu. & per Ang. in l. fin. ff. de usuc. & per Bald. in Rubr. ff. de rer. divi.*

PRO PERDENTE INSTRUMENTUM, UT CONFESSIONEM ADVERSARII HABEAT.

Vide Cautelam suprà in Bancharii circa finem.

T. FERRATUS CAUTELA L.

§. Contra statutum disponens, qvòd instrumentum post tantum tempus non exeqvatur.

SUMMARIUM.

1. Judicis aliæ partes non sunt, nisi nocentē condemnare.

SI contingat extare statutum disponens, qvòd instrumenta circa talem materiam, puta mutui, non debeant post tantum tempus, puta decennium, mitti executioni, qvomodo facies tu, qvi habes instrumentum mutui contracti ante per decem annos, ad faciendum, qvòd tale instrumentum non obstante dispositione statuti, habeat tibi opitulari? Dic qvòd Cautela est, ut non petas dictum instrumentum mitti executioni, qvia hoc modo obstaret tibi exceptio statuti, sed agas via ordinaria contra tuum debitorem petendo tuum creditum: qvia si debitor confitebitur se esse debitorem, tunc conseqveris tuum creditum, * qvia aliæ non sunt partes judicis, nisi confessum condemnare, *ut l. unica. C. de confess.* si verò negabit, tunc ad liqvidationem jurium tuorum, produces ipsum instrumentum, & hoc modo nascetur sententia, qvæ postea erit ipsa, qvæ mittetur executioni, & sic licet per statutum sit præclusa via ad exeqvendum ipsum instrumentum, tamen non erit præclusa ad probandum. Istam Cautelam tradit Bald. *in l. 3 incip. planè ff. qvod fals. tu au.* dicens ita audivisse à Bar. dum illam legem legeret. qvā Cautelam seqvendo Bald. approbat Fran. de Crema. *in suis sing. 138. incip. statuto cavetur.* & qvam opinionem similiter reperio tenere qvendam Ant. de Canario, *in qvodam*

Digitized by Google

suo tracta. de exe. instr. in 56. *q.* & qvendam Lud. de Barzis, *in qvodam suo tract. de guarentigia. in 6. qvæst. in* 1. *parte.*

B. CÆPOLLA CAUT. CXXVII.

§. Contra statuta disponentia, qvòd contra instrumentum non possit opponi aliqva exceptio, etiam simulationis, qvod agatur coram judice ecclesiastico.

SUMMARIA.

1. *Lex qvantumcunq; dura, servanda est.*
2. *Statuti propter iniqvitatem ad ecclesiæ subsidium recurri potest.*
3. *Statuta nutrientia peccatum, ecclesiæ subjiciuntur.*

STatuta qvandoq; disponunt, ut contra instrumentum non possit opponi aliqva exceptio, qvo casu intelligitur, qvòd non possit opponi etiam exceptio simulationis, *ut no. Bart. in l.* 2. §. 2. *ff. qvod vi, aut clàm. & Bald. in l.* 1. *C. plus val. qvod ag.* & aliqvando expresse dicitur: qvòd exceptio simulationis non posset opponi. qvo casu non est dubium, qvòd non poterit opponi, *ut no. Bald. in l. fi.* §. *in computatione. in fin. C. de ju. delibe.*
1 * qvia lex qvantacunq; dura, servanda est. *l. prospexit. ff. qvi & à qvib.* & qvia paria sunt, non habere exceptionem, vel allegare eam non posse, *ut est glo. sing. in l. qvi habebat. ff. de man. test. & not. Bald. in l. si-vc generalis. C. de sen. pas.* Sed qvod remedium est, ut prædictis statutis non obstantibus possit de jure contraveniri, & opponi exceptio simulationis? dic, qvòd propter iniqvi-
2 tatem statuti potest recurri in subsidium ad ecclesiam, secus autem, si statutum non removeret exceptionem, sed assignaret certum terminum, non dicitur iniqvitas, sed justitia positiva, *ut l.* 1. §. *pueritiam. in verb. ratus. cum glo. ff. de postu. ut sing. no. Bald. in d.* §. *in computatione. in fin.* & intelligo, qvòd potest recurri ad ecclesiam in subsidium, propter iniqvitatem statuti, non propter justitiam denegatam à statuto, & sic poterit procedi coram judice ecclesiastico de simulatione, *juxta c. licet ex suscepto. & c. ex tenore, cum ibi not. ext. de fo. com.* & poterit etiam procedi, si adversarius propter hoc erit in peccato per denunciationem Evange. *jux. no. in c. novit. ext. de jud.* & idem dicas in similib. *
3 ubi statuta essent iniqva, & nutrient peccatum, qvia tunc dictis duobus modis posset ad ecclesiam in subsidium recurri, qvod singulariter & perpetuò tene menti.

IN-

INTERDICTUM UTI POSSIDETIS.

B. Cæpolla Cautela CIII.

§. Pro intentante interdictum: uti possidetis.

Summaria.

1. Interdicti: uti possidetis, in causa positiones, & articuli & probationes de dominio admittuntur.

2. Interdicto, uti possidetis, an ille obtineat, qvi de antiqviori possessione probat.

IN causa * interdicti, uti possidetis, admittuntur positiones & articuli, & probationes de dominio, *ut tenet Jac. de Aret. Cyn. & Dd. in l. 1. C. uti possidetis. & est text. cum gl. in c. licet causam. de probatio.* Ratio est: qvia si probamus æqvaliter de positione, tunc apparebit justior possessio illius, qvi est dominus, & sic habebit vincere. Tu ergo advocate, contra qvem fiunt articuli, seu capitula, seu positiones, si suspicaris adversarium probare de proprietate, sis cautus, ut facias exceptiones & articulos, qvòd ipse possidet clàm à te, respectu possessionis tuæ: si enim diceres, qvòd possedit clàm, similiter nil probabis: qvia sicut simplex conductio in dubio intelligitur respectu proprietatis. *l. si rem aliqvam, in fin. ff. de acq. possess.* sic in dubio ille, qvi possedit clam, intelligitur respectu proprietatis, nisi dicatur expresse, qvòd possidet clàm respectu possessionis, aliàs perderes, & qvòd sic debemus dicere, probatur *in d. l. si rem aliqvam, in fi.* Ita singulariter dicit Bart. *in l. si de eo. §. fi. ff. de acq. poss. qvem seqvuntur ibi Doct. & Ang. de Aret. Inst. de actio. §. qvadruv. in penult. col.* Qvod tene menti in practica, qvando agitur, uti possid. & adversarius tuus habet possessionem juniorem, & probat tit. & tu habes solùm possessionem antiqviorem, ut articules, qvòd ipse possidet clàm, respectu tuæ possessionis, & sic obtinebis, licet adversarius probet de dominio, *a* vel titulo: & ita intelligitur qvod not. Bart. *in l. 1. C. uti possid.* * ubi videtur velle, qvòd ille obtinebit interdicto uti poss. qvi probat de antiqviore possessione: licet alter probet de dominio, vel titulo. Sed si non articulaveris adversarium tuum possidere clam; vel etiam si simpliciter articulaveris, qvòd possidet clàm, nec adjiceres respectu tuæ possessionis; tunc succumberes, & obtineret adversarius tuus, licet probes de possessione antiqviori: qvia possessio adver-

versarii dicitur propriè suum titulum melius justificare: & isto modò intelligas Bart. *in d.l. si duo. in fine. princ. uti possidet.* & Sal. *in l. unica. Vers. tunc revertar ad gl. & qvaro sexto. C. eod. tit.* qvi volunt, qvòd ille, qvi probat de dominio, & possessione posteriori, debet obtinere: licet alter probet de possessione antiqviori tantùm. Et qvomodo debeat articulari, qvòd adversatius possidet clam, vel vi, vel precario, vide per Bar. & Dd. *in d. l. uni. C. uti pos.*

ADDITIO.

a Domin.) *Interdicto: uti possidetis, obtinet reus in possessione antiqviore, licet actor probet de dominio, si reus alleget clàm possedisse, aliàs non. Alex.* in l. si de eo. §. fi. de acq. poss. *ubi etiam dicit: qvòd in hoc interdicto non prodest dominium actori qvæsitum post possessionem reo adeptam.*

JURAMENTUM.

B. CÆPOLLA CAUTELA CIV.

§. Ad interpretandum statutum disponens, qvòd credatur juramento damnum passi.

SUMMARIUM.

1. Probatio nulla melior est, qvàm illa, qvæ per aspectum fit.

MULTA sunt statuta Italiæ, qvæ dicunt, qvòd pro damno dato credatur juramento damnum passi, vel officialis denunciantis usq; ad certam qvantitatem.

§. Sed remedium & Cautela est, qvòd non stetur dicto juramento, videlicet, probando contrarium, nam tale statutum non prohibet contrarium probari, *ut not. per Cyn. & Doct. in l. 1. C. si adver. libert. & in l. 1. C. de re ju. & per*
1 *Bart. in c. 1. si de inve. inter do. & vas. lis or.* maximè probando contrarium per evidentiam facti, * qvia nulla est melior probatio, qvàm illa, qvæ fit per aspectum, *ut not. Azo. in summa. C. ad l. Aqvil. & Bald. in l. contra negantem. in fin. C. ad l. Aqvil. & per Bal. in l. divus. C. de test. mil. & per Ang. in l. qvi restituere. ff. de rei ven. & per Saly. in l. ea qvidem. in 10. q. de accus. & Gaspar. de Cald. & Jo. de Zoch. in c. continebatur. de despon. imp.*

§. Item est aliud remedium, qvia judex potest taxare hujusmodi juramentum, *ut no. Ang. in Auth. de exhi. reu.* §. 1. *in prin.* sed prædicta procedunt, nisi statutum figat pedes, dicendo, qvòd stetur juramento, & ultra non possit inqviri, qvia

qvia tunc non posset probare contrarium,nec taxari per judicem,*ut no. Bald. in d. c. fi. si de inveſt. inter dom. & vaſal. lis oriatur. ad qvod facit optimè gl. in l. si non fuerint. ff. pro ſocio.*

B. CÆPOLLA CAUTELA LX.

§. Qvomodo jurabit ille,qvi ſolvit,nemine præſente,illi qvi mutuavit etiam nemine præſente,& repetitur per eundem.

SUMMARIA.

1. *Mala omnia pati debem9 potiꝰ,qvã malo conſentire.*
2. *Juramentum ſuper una re tantùm,& de eodem tempore indiviſibile dicitur.*

SI mutuavi tibi centum in camera,& tu reſtituiſti mihi ſimiliter nemine præſente,& poſtea peto à te iſta centum, & volo ſtare juramento *a* tuo, vel tibi facio unam petitionem,qvòd tibi mutuavi centum, an licitè, & ſecurè poſſes jurare. Et videtur qvòd non, qvia ſi tu juras, qvòd tibi mutuavi,compelleris ad reſtituendum,etiamſi diceres,ſed ego tibi reſtitui,qvia non crederetur tibi ſuper reſtitutione, *juxta no. per Cyn. in l. 2. C. de don. ante nup. & ſing. per Bart. in l. Aurel. §. idem qvæſiit. ff. de l. leg. & per Bart. in l. una. C. de conf. & per Ant. de But. in c. ex parte de cani. de reſcri.* ſed ſi tu juras,qvòd non mutuavi,juras falſum,ergo,&c. *gl. in c. cupientes. in verſi. malignantium. de elect. in 6.* facit, qvòd poſſit jurare: ex qvò in veritate non tendit in præjudicium alterius, etiam qvia tu habes jus in principali cauſa, & qvia liberas animam fratris à peccato,qvia ſi bis ſolveris, illicite retinebitur,*ut in reg. bona fides. de regul. jur. in 6.* * Potiꝰ debes omnia mala pati, qvam in contrarium, ſcilicet qvàm malo conſentire. *qvod not. cau. in ca. ſacris.* Item, qvia principaliter juramentum præſtatur Deo, cui non eſt mentiendum,*ut not. Petr. de Anch. in d. c. cupientes.* ſed Jo. de Imo. *in d. c. cupientes.* dicit,qvòd poſſet fortè dici, qvòd ille non tenetur reſpondere tali poſitioni,ſubaudi, nec tu jurare, an mutuaverit,ergo,&c. ſed ſolùm debet jurare, an debeat,ſeu debitor ſit,cum hoc perſvadere debeat æqvitas judicantis,ut calumniis & malitiis obvietur, *arg. l. in fundo. ff. de rei vend. facit l. ubicunq; ff. de interro. ac.* poſſet etiam fortè ſecundũ eum jurare: Juro,qvòd ſi mihi mutuaſti, tibi reſtitui,&ſic non fateretur purè intentionẽ actoris,ita,ut ex illa poſſet ſe fundare,ſicut dicitur de opponẽte exceptionẽ,

ut

ut in reg. exceptionem. de reg. jur. lib. 6. facit. qvod not. in l. siqvidem. C. de except. & cap. cum venerabilis. ext. eod. tit. Dicit etiam Jo. de Imol. qvod si judex arctaret te ad respondendum purè super depositione mutui, vel super juramento delato, posses dicere: Juro, qvod non mutuasti mihi aliqvid, propter qvod tibi obligatus sum, & tunc dicit verum, & repellit cavillationem adversarii, *& vide qvod not. Arch. 4. q. 1. nullus & ita in effectu vult Doct. de S. Gem. in d. c. cupientes. de elect. in 6.* qvod not. singulariter, qvia qvotidie potest contingere de facto. Et bene advertat reus, qvia si sibi defertur juramentum simpliciter, si recepit centum in mutuo, qvòd non respondeat, habui, & tibi restitui, qvia respondet ultra delationem sibi factam. nam juramentum non fuit sibi delatum super restitutione, ergo juramentum in illa parte non attenditur. *arg. l. 3. §. 1. ff. de jurejur. cum simil.* licet qvidam dicant, qvòd hoc casu debet in totum stari sacramento, vel in totum non stari, cùm juramentum sit indivisibile, & qvia sicut potuisset negare totum, & non negavit, præsumitur, qvòd in omnibus veritatem dixerit.
2 nam hæc opinio non est vera, *per d. l. 3. §. 1.* * & licet juramentum dicatur indivisibile, verum est super una re tantùm: & de eôdem tempore, sed super diversis rebus, vel factis, vel temporibus, secus, ut hic, & maximè ubi juramentum defertur super uno tantùm. Nec obst. qvòd negare potuisset totum, qvia dubitaverit, ne sibi probaretur, & sic appareret ipsum falsè jurasse, qvia fortè confessus fuerat mutuum sibi factum. sed bene sciebat, qvòd non potuit sibi probare contrarium, si restituat: unde potius voluit confiteri mutuum, sicut erat rei veritas: & dicere se restituisse, qvod erat falsum, qvàm simpliciter negare mutuum: unde ego teneo, qvòd talis responsio posset dividi, & acceptari per deferentem. Sit ergo cautus reus, ut ita juret. *ut suprà dixi secundum Imo. & bene.*

ADDITIO.

a Juramento.) *Juramentum illicitum qvod modis dicitur.* Arch. 22. q. 3. *& qvando sit licitum.* Innoc. in c. venerabilē, de elect. *Juramentum finit rem, & facit dici rem finitam. Item juramentum habet majorem auctoritatem, qvam res judic. Spec.* de excep. § 3. post vers. sed pone in causa. *imò e contrà in Spe.* de rest. in inte. §. 2. v. sed nunqvid contra hoc.

ista

*a forma juramenti servatur & freqventatur in Cu-
ssic. Lugd. & fuerunt superlata multa interlocutoria,
l talis jurandi forma valeat.*

B. CÆPOLLA CAUT. CI.

. Contra illos, qvi obtinent licentiam ab episcopo de-
ndi juramentum.

SUMMARIUM.

*rælati dispensantes super sacramentis perjurii au-
ctores esse possunt.*

N multis contractibus solet opponi juramentum de non contra conveniendo, & adjurantes, qvi volunt contra onvenire ante petitam absolutionem vel relaxationem ju. menti, qvia difficile est eam obtinere, utuntur ista Caute- a, accedunt ad episcopum, & dicunt: Domine episcope, ju- avi in tali contractu, qvòd ego non vellem contravenire, qvia sum læsus, nec possum relaxationis judicium expecta- re, peto, ut detis mihi licentiam contraveniendi, qvoniam submitto me judicio vestro, si apparuerit me injustè venisse contra juramentum: & multi episcopi concedunt istam li- centiam. & ita intelligo, qvod observatur in civitate Brix. & ita vidi aliqvando episcopos observare Veronæ. & ista li- centia potest impetrari etiam altera parte non vocata, ex qvo agitur de viribus juramenti. *& ita etiam videtur vel- le Paul. de Castr. in cons. suo* 325. Sed tu dicas, qvòd ista Cau- tela non est bona, qvia ipsi non possunt concedere hujus- modi licentiam, * qvia concedendo possunt esse auctores perjurii, ut est casus ad literam, in c. si verò. & ibi no. de jureju. & ideo tu sis cautus, qvòd potes venire contra di- ctam licentiam, & impedire judicium, in foro seculari, do- nec cognitum fuerit de juramento, & relaxatione.

JURAMENTUM.

R. FICHARDI CAUT. XLVII.

§. Pro jurante, ne teneatur observare juramentum.

LANFRANCUS *in cap. qvoniam contra nu. 26. extr. de probat.* tradit Cautelam, ut si qvis cupiat sibi provideri, ne teneatur ad observationem juramenti præstiti, curet, ut præstatio juramenti fiat in die feriato, qvia de jure Cano- nico prohibitum est die Dominica præstare Sacramentum. *c. 1. extra de feriis,* illam tamen Cautelam ego tunc tan- tùm obtinere censeo, qvando juramentum illud tanqvam

actus

Digitized by Google

actus aliqvis judicialis, præstitum esset, constat enim die feriato nullum actum judicialem celebrandum. *l.1.de feriis. & l.omnes. in fin.C.eodem tit.* Sed si juramentum illud super contractu, transactione, vel alio aliqvo negotio privato, factum, & alioqvi de jure licitum esset, omninò certè servandum putarem. qvis enim ignorat, qvàm religiosa debeat esse juramenti observatio, maximè in casu alioqvin licito? Sed eqvidem vix video, qvomodo aliqvis illa Cautela etiam in judicialibus, sine dolo & malitia uti possit. Caveat igitur conscientiæ suæ, qvi ea uti velit: nam (ut Petrus Rebuff. *de privil.Scholarium, in privileg.75. nu.7.* rectè admonet) licet *d.c.1.* prohibeat fieri juramenta die dominico, tamen non dicit, tale juramentum præstitum esse nullum: ideoq; rectè sentit ibid. tale juramentum esse servandum, atq; similem Cautelam apud Ferratium: tertiam nimirum, non immeritò reprehendit, per pulchra ibidem allegata, qvæ videas.

R. FICHARDI CAUTELA XLIIX.

§. Pro eo qvi juravit aliqvid vel facere vel omittere, qvomodo ipsi consulendum, ne teneatur illo juramento.

QVamvis magna sit vis & efficacia juramenti præstiti, adeò, ut perjuro tam civiles, qvàm divinæ pœnæ, merito timendæ sint, *l.si qvis major. C.de transact. & l.2. C.de jureju.* Tamen cum sæpius accidat, ut homines ad juramentum præstandum, vel vi, vel dolo, inducantur, aut aliqvis per errorem, ignorantiam facti, vel simile qviddam, ad id moveatur, qvapropter ipsi impunè licet contravenire, & absolutionem petere. *c.si verò. & c.cùm contingat. in fin. extra de jurejur. & l.fi. in fine. C.de jurejur.* traditur circa petitionem ejusmodi absolutionis Cautela, ut consideret, an terra illa subjecta sit Papæ, vel alicui Episcopo, aut Abbati: nam eo casu potest ab eo petere, non solùm absolutionem juramenti simpliciter, sed etiam absolutionem à pœna alicujus legis. Sin verò locus ille subjectus esset alicui Principi, vel Reipublicæ, tunc absolutio juramenti tantùm à Papa, Episcopo, vel Vicario ejus, peti potest. Ut autem etiam absolvaris à pœna legis, (ut exempli gratia in casu transactionis juratæ, à pœna. *l. si qvis major. C.de transact.*) Cautela est, ut eam petas ab ipso Principe, vel ejus Locumtenenti: nam Papa de pœnis legum nihil dispensare potest, neq;

eas

eas tollere, qvoad forum seculare, *secundum glo. ord. in cap. possessor. de reg. jur. & ibi Petrus de Anch.* imò ne mitigare qvidem potest Ius Civile in foro seculari, *secundum But. in c. 2. de adult.* ubi etiam Card. scribit illam decretalem non ligare subjecto Imperio. *per c. si duobus in fi. de appell. Alciat. in c. cùm contingat. de jurej. n. 163. & in d. l. si qvis major num. 42.* Multò minus verò potest Episcopus, vel vicarius, à pœnis legum absolvere, *secundum Gril. in tract. de relaxat. carcer. 2. Spec. relax. q. 6. Feder. Scot. consil. 31. lib. 4. Tom. 2. numer. 21.*

JUDÆUS.
CAUTELA XXIV.

§. Ad evadendum Judæum à morte.

SUMMARIA.

1. *Judæorum causæ an secundum jus commune, an verò secundum suum jus Mosaicum decidi debeant.*
2. *Filiæ fœminæ secundum jus commune cum masculis succedunt, secus tamen de jure Mosàico, qvo, stantibus masculis, filiæ fœminæ non succedunt.*
3. *Judæus si testamentum faciat, & relinqvat uxorem suam dominam, massariam, & usufructuariam: cùm non sit à lege Mosaica decisum, qvid talia verba importent: interpretationi Judæorum stabitur.*
4. *Judæi an teneantur testari secundum solennitatem Iuris Civilis: non autem secundum eorum ritum.*
5. *Legitimam pater invita filia dare non tenetur: secus tamen in Judæo effecto Christiano.*

QVæritur *per Scribentes, nunqvid causæ Judæorum debeant decidi secundum jus commune, an verò secundum jus suum Mosaicum, in qvo qvidem passu resecatis multis, ista videtur communis distinctio, qvòd aut loqvimur in processu causæ, & litis in ipso ordine judiciario, aut in decisione ipsius causæ. Primo casu, debet servari ipsum jus commune, qvoniam qvàm absurdum videretur, qvòd judex in causis Judæorum deberet aliter procedere, qvàm sit stylus sui fori, *secundum clarissimum præceptorem meum in legibus Ioann. Campegium in suo*

tracta. dot. in ult. part. qvæst. ult. dicentem ita deberi intelligi l. Judæi. C. de Jud. Secundo verò casu, aut causa vertitur inter Christianum & Judæum, & tunc similiter debet decidi secundum jus commune, per illam regulam, qvæ est, qvòd ratione mixturæ, maj9 dignum trahit ad se minus dignum, *ut l. præcipimus. §. fi. & ibi Bart. C. de appel. & l. 2. & ibi Bart. C. communia de leg. & c. qvod in dubiis & ibi Paul. de cons. eccle. vel alt. & ut ponit Felin. in Rub. ext. de offic. deleg. in prin.* Aut inter Judæos tantummodò, & tunc aut est casus à jure communi decisus expressè in personis Judæorum, & tunc servatur jus commune: qvia ipsi subjacent populo Rom. *ut l. Judæi Rom. C. de Jud.* aut non est decisus expressè in personis ipsorum, & tunc servatur jus Mosaicum tanqvam suum jus speciale, qvod derogat generali, prout dicimus de statutis, qvæ derogant juri communi, *juxta no.*
2 *in l. omnes populi. de just. & jur.* *hinc est; qvòd licet habeamus de jure communi, qvòd filiæ fœminæ pariter succedant cum masculis, *ut l. maximum vitium. C. de l. præt. & aut. in suc. C. de suis, & leg.* & tamen secus est de jure Mosaico: qvia stantibus masculis filiæ fœminæ non succedunt, *ut habetur Num. 27. incip. accesserunt filiæ Salphaad Moysen*, idcirco si decedit Judæus ab intestato, relictis post se masculis, & fœminis, masculi excludunt fœminas, & sic attenditur in successionibus suis lex Mosaica, non autem jus commune, ut concludit Cald. *in cons. 11. posito sub Rubrica de const. qvod inc. factum super qvo consilium petitur, & in cons. 30. sub Rubrica de testa. qvòd inc. an si Judæ. & qvam opinionem etiam tenet Jas. in l. qvi se patris. in 5. col. ver. & not. qvod inter Judæos. C. de unde l. & Fel. in c. Canonum statuta. in 10. col. ver. qvintò fallit de const. & in cap. Jud. el secundò. de Jud. ubi refert Flor. de S. Petro dicentem, in l. maximum vitium. de l. præt. se ita alias consuluisse unà cum Pet. de Anch. Rapha Fulg. & Gasp. de Cald. in qvadam causa 30000. duc. Et ut etiam tenet Card. Alex. in c. de infidelibus. de consan. vi. affi. & Ioannes Campejus in suo tract. dotis. in ultima parte, in ultim. qvæst. ubi dicit ita fuisse servatum Mantuæ, in arcta qvæstione facti de anno* 1461. Aut est casus non decisus ab ipsa l. Mosaica, nec in specie à jure communi in personis ipsorum Judæorum, & tunc deciditur secundum dispositionem juris communis, juxta id, qvod alias dicimus, qvòd

Digitized by Google

qvòd casus omissus à statuto, revertitur in dispositionem juris communis, *ut l. commodissimè ff. de lib. & posth. & l. si cùm dotem. in prin. ff. sol. matrim.* hinc est, qvòd solennis Doctor. Pau. de monte Pico. *in sua eleganti repet. §. Titia cùm nuberet A. Titia cum testamento. de legat. 2. in 20. q.* dixit unum, qvod alibi in terminis non legi * qvòd si Judæus fecit testamentum, & relinqvat uxorem suam dominam, massariam, & usufructuariam, qvod cùm non sit decisum à lege Mosaica, qvid importent talia verba, idcirco stabitur etiam inter Judæos interpretationi factæ *per Bulg. de qva habetur in d. §. Titia. & in auth. hoc locum. C. si mulier se nup.* est verum, qvod aliqvi tenuerunt in omnibus casibus ipsorum Judæorum debere servari jus commune, non autem ipsum jus Mosaicum, nisi specificè reperiatur provisum circa personas ipsorum, adducentes id, qvod not. Bald. post Iac. de Rave. & Cyn. *in l. item in potestate. cum seq. ff. de his qvi sunt sui, vel alie. jur.* volens, qvòd illa jura, qvæ dicunt patres habere filios in potestate, habent locum etiam in Judæis: qvia & ipsi habent filios in potestate, *ut etiam tenet Glo. in c. Judæorum. 28. q. 1. & Cald. in cons. 3. inc. an filii Iudæorum. sub Rub. de Iud. Car. in Cle. 1. in fi. Commen. de Iuda. Panor. in c. fi. de conver. in fid. Alex. & Are. in l. multum interest. ff. de verb. obl.* (ubi reprehendunt Arch. qvi aliter tenuit. *in c. qvi sincera. 45 dist.* Ex qvo infert Bal. ubi sup. qvòd qvemadmodum filiifamiliàs non possunt testari, *ut l. filius f. ff. de test. & Inst. qvibus non est permis. fac. test. in prin.* ita nec etiam filii Iudæorum, propterea dixit Alex. *in suo cons. 71. inc. ponderatis verbis, in 3. vol.* qvòd filii Iudæorum sunt sui parentib. sicut & Christiani. & Paul. de Castr. *in cons. 395. incip. ad primum videtur. in 1. volum. novorum consiliorum secundum ultimam impressionem,* dixit, * qvòd Iudæi tenentur testari secundum solennitatem Juris Civilis, non autem secundum ritum eorum generaliter in materia proportionabili Christianis, & Judæis; qvòd lex Civilis sit communis utriusqve. *ita tenet Gem. in c. 1. §. fin. in fi. de usur. in 6.* Et multa alia similia adducuntur, tamen communis opinio videtur, *ut primo loco est dictum.* de qvo qvidem passu, an jus commune debeat servari in casibus Judæorum, an verò lex Mosaica, tangitur in multis locis, sed præcipuè per Ioan. de Ana. *in c. Judas, el secundo, de Judæ. per Lau.*

Margin numbers: 3 (beside "dixit unum… qvòd si Judæ-"), 4 (beside "rum secundum ultimam impressionem, dixit, * qvòd Iudæi").

de Pala.in §.cæterùm.inst.de leg.agn.suc.per Paul.de monte Pico, & Campegium in locis superius allegatis per Soc. in suo cons.67.computatis consiliis Mariæ.qvod inc. in præsenti consultatione visis statutis.in 4.col.vers.circa tertiam dubitationem, & in cons. 70.incip. in præsenti consultatione vertitur dubitatio, nunqvid valeat testamentum.per totum. & per Philip.Corn.in suo cons.180.inc.in hac consultatione videtur prima facie dicendum, ver.sed addo, qvòd etiam circumscripta l.in 2.vol. Tu autem Judæe, qvi commisisti aliqvod delictum, propter qvod debes mori, vel alia pœna corporali puniri, vel ex forma statutorum, vel ex dispositione juris comunis, vel juris Mosaici, qvòd jus Mosaicum in multis casibus corporaliter punit, *ut legitur Lev.c.18.& c.24.& similiter Exod.c.21.& 22.* si vis ipsam mortem, vel aliam pœnam corporalem evadere: Cautela est, ut facias te Christianum, qvia baptismus habet tantam efficaciam, & tantam virtutem, qvòd non solùm liberat hominem ab o-
a mni pœna spirituali, qvoad Deum; verùm *a* etiam ab omni corporali, qvoad mundum. *ista est glo.in c. sine pœnitentia de cons. dist. 4.& gl.in c.qvod autem.32.q.& glo.49.dist.in prin.sentit gl.in c.2.de conse.dist.4.& gl.1.dist.si qvis viduã.* & hanc partem, qvòd non solùm pœna spiritualis, qvoad Deum, verùm etiam corporalis, qvoad mundum, tollatur per Baptismum, tenent Cald. Ant. & latius Imol, & Fel. *in c.de his de acc.* cum qvibus etiam ibi videtur transire Ioannes de Ana. Et licet contrariam partem, scilicet qvòd pœna corporalis non tollatur per baptismum, sed tantummodò spiritualis, teneant Abb. Mari. & Aret. *in.d.c.de his.de accu.& Inno. Host.& Abb.in c.gaudemus.de div.& solennis Doctor & præceptor meus in Canonibus, Phil. Decius in suo cons. 130.inc. ex facto proponitur, qvòd Iudæus.* Tamen primam opinionem tenet Arch. 50.*dist. in Summa.& communiter tenent sacri Theologi, videlicet S.Tho.in 4.q.2.art.1.& S.Tho.in 3. par.sua Summa, q.68.art.5.& q.69.art.2.S, Bona.in 4.dist. 4.art.2.Rich.in 4.dist.4.art.2.Pet.Aureol.in 4. dist. 4.q.1. art.2.propos.1. Tho.de Arc.in 4.dist. 4. art. 3. in fin. Alex. de Ales, q.20.membr.2.art.1.Petr.de Thara.in 4.dist.4.in 3. problemate, art.2.* Et si diceres, qvod ipsi loqvuntur de pœna temporali satisfactoria culpæ. Exemplum in jejunio, disciplinis & similibus, qvia dico, qvòd imò loqvuntur de pœ-

na

na imponenda ab hominibus, *ut S. Thom. in 4. dist. 4. q. 2. art. 1. dum in fi.* dicit, qvòd principes isto casu piè faciunt indulgere pœnas, & S. Th. *in 3. parte Summa. q. 68. art. 5.* dum dicit, qvòd restituere malè ablata proximis, est satisfacere de injuriis illatis, & cessare à peccato. qvia hoc ipso qvòd detinent aliena, est proximum lædere, proximum autem læsum non placare, est peccatum, & ideo peccatoribus baptizatis injungendum est, qvòd satisfaciant proximis, sicut & qvòd desinant à peccatis, non autem est eis injungendum, qvòd pro peccatis præteritis aliqvam pœnam patiantur. & hanc opi. etiam tenet Archiepiscopus Floren. *in 2. part. sua Summa. sub Rub. de baptis.* Et ita aliàs fuit hic Paduæ obtentum in causa cujusdam Iudæi, qvi commiserat unum enorme furtum, qvo commisso, fecit se Christianum. in qva causa pro & contra intervenerunt solenniores Docto. totius Gymnasii, & ult. loco fuit liberatus ab omni pœna corporali advocantibus pro ipso clarissimis Doctoribus & partibus meis honorandis Christoph. Alber. Carolo Ruino, & Bertrutio Bagarotto. * 5
Et not. alium mirabilem effectum ipsius baptismi, nam tu habes, qvòd pater in vita sua non tenetur dare legitimam filio, licet dicatur in Evangel. Luc. Da mihi partem substantiæ, qvæ mihi contingit. de jure tamen pater non tenetur. *text. est princ. in l. 1. §. si impuberi. ff. de col. bo. & ita determinat Bart. in Authent. si qva mulier. circa fin. de sacrosanct. eccles. & Bald. in l. qvanqvam. C. ad legem Falc. Bald. Ang. & reliqvi omnes. in l. lex Corne. de vulg. & pup. Albe. de Ros. in l. si lenones. C. de epis. aud.* Imò plus in casibus, in qvibus pater invitus cogitur emancipare filium, qvi enumerantur. *per glo. magistram, in §. fin. Inst. qvibus modis jus pat. pote. solvi.* in illis enim casibus non cogitur pater assignare aliqvam legitimam filio, *ut singulariter voluit Bald. in l. non potest. ff. de ado.* ideo iniqva sunt statuta, qvæ cogunt patrem solvere legitimam pro delicto filii, *secundum Cyn. & Bal. in l. si qva pœna. ff. de his, qvi sunt sui, vel alieni juris. & in l. si filius. per illum tex. C. de bo. prosc. & in d. l. lex. Cor.* ubi tamen videndi sunt Modern. *ff. de vulg. & pup.* nam filius vivo patre nullum jus habet etiam spe in legitima, *secundum Cyn. & Bald. in l. fi. ff. de libe. agno. reprobata gl. in §. si verò non implens. in Auth. de har.*

& Falc. & ut tenet Bar. in l. post emancipationem. in prin. ff. de l. leg. Bald. & Modern. in d. l. lex Cornel. Sed si filius Judæus facit se Christianum, potest vivente patre petere suam legitimam. ita notanter dicunt, Joannes de Ana. & Felin. *in c. Judæi. el secundo. de Judæ.* propterea si filius Judæus vellet ad aliqvem suum finem, habere suam legitimam vivente patre bonum remedium, seu Cautela est, ut faciat se Christianum, & conseqvetur intentionem suam.

ADDITIO.

a Verùm etiam.) *Adverte. qvòd licet per baptismum fiat plena remissio, ut multæ gl. volunt Juris Canonici, qvæ hic allegantur, etiam qvoad pœnam temporalem,* & facit text. de consec. distinct. 4. in cap. 1. in fin. ibi, qvidqvid ab homine, &c. *Sed qvòd contra baptizatum formari possit processus, ut puniatur pro furto, & aliis delictis, facit qvia sacramentum baptismi respicit animam, & tollit peccatum, qvoad Deum, sed non liberat à pœna delicti. prout concludit Ant. de Buth. post gl. seqvuntur Abb. & Innoc. Idem tenet Petr. de Peru.* in d. c. gaudemus, *& Card. in Clem.* 1. §. sanè in 14. q. de usuris. *& ita est communis opinio,* ut dicit Joan. de Ana. in c. de his. de accus.

DE JUDICE DELEGATO.

Vide suprà in Arbiter, in loco secundo in fine.

UT LEGATUM NE ALIENETUR, ALIENARI POSSIT.

Vide suprà in Alienatio Relicti.

DE LEGATO PRINCIPIS.

Vide suprà in Ambasiator.

LEGITIMATIO.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCL.

§. Et intellectus ad c. tanta. qvi filii sint legitimi.

SUMMARIA.

1. Matrimonio concubinæ subseqventi filii legitimantur.

2. Filii non legitimantur per subseqvens matrimonium, nisi talis mulier fuerit, qvæ in uxorem commode haberi posset.

1 DEBES * scire, qvòd si qvis habet concubinam, & ex ea filios procreavit, si postea ipsam ducat in uxorem, & conficiantur dotalia instrumenta, per illud subseqvens matrimonium legitimantur. *l. cùm qvis. & l. nuper. C. de natura-*

Digitized by Google

turalib.liber.& Instit.de nup.§.fi.cum gl.& cap.tanta.extra,qui filii sint legitimi.cum similib. Sed audi unam singularem limitationem, qvoniam istud debet intelligi, si talis mulier erat matrimonio digna, secus verò si digna non fuisset matrimonio,ut qvia fortè meretrix erat,vel mulier vilissimæ conditionis,& pater nobilis,& dives, qvia cùm istud matrimonium non poterit cum honestate contrahi,non legitimantur filii ante matrimonium nati, & concepti; qvoniam tale matrimonium ob mores improbatum est, & ideo non sortitur effectum legitimationis filiorum,ita dicit singulariter Ang.*in auth.qvib.mod.natura. efficia. legitimi.* §.*sed & aliud.per illum text.collatione sexta.*& dicit,qvòd habuit de facto,& ideo tu sis bene cautus,qvi vis infringere legitimationem, & patri tanqvam agnatus, vel cognatus succedere,exclusis filiis tanqvam non bene legitimatis, ut videas, si illa concubina erat digna illo matrimonio, qvod faciliter poterit tibi contingere, qvia ut plurimum concubinæ non honestè vivunt, nec videntur esse dignæ matrimonio propter earum vilitatem. Sed adverte, qvia text *in d.§.sed & aliud*,videtur solum loqvi de illa concubina,qvæ peccavit,puta: qvia meretrix, vel turpiter, & inhonestè vixit,ut ibi,qvæ etiam semetipsam injuriaverat.& infrà ibi,in secundo vero per id,qvod illa peccavit, &c. Et prædictis adde Glo.*notab. in auth.qvib.mod.natural.efficia. legit.§.sit ergo licentia.in princ.in verbo,non permittimus. collat. 6.*
qvæ dicit,*qvòd filii non legitimantur per subseqvens ma- 2
trimonium,nisi sit talis mulier,qvæ possit commodè in uxorem haberi,& idem vult Bal.*in c.illud.in fi.penult.col.extra,de præsumptio.& adde qvæ dicam in seqventi Cautela.*

ADDITIO.

Sig.Ang.nescio si in Curiis ecclesiasticis opinio Angel.servaretur,nam cap.tanta,& loqvitur indistinctè,ad Jus autem Canonicum pertinet tractare de juribus matrimonii plus qvàm ad leges, ideo tu cogita.

I. DE ARNONO CAUT. LXV.

§. Ad facilè probandum qvem esse legitimum.

Titius petebat hæreditatem Sempronii sui patris, vel ex testamento,vel ab intestato, non curo, objiciebatur ei per agnatos dicti Sempronii defectus natalium, Cautela est igitur,ut ipse Titius probet se natum ex dicto Sempronio, &

& matre simul cohabitantibus: qvia sic præsumitur legitimo,qvasi favore legitimationis præsumatur inter illos matrimonium & satis procedit hæc Cautela, si illi vocabant se conjuges, *ut voluit Inno. in c. ex parte. de restitutio. spolia. cujus dictum dicit Abb. in c. lator. in 2. col. qvi filii sint legitim. esse notabile.* nam ex his habes modum facile probandi qvem esse legitimum. Refert & seqvitur do. Fel. *in cap. illud. in ult. colum. propè fin. extr. de præsumpt.*

T. FERRATUS CAUT. I.

§. Pro illo, qvi est de terris ecclesiæ, ut possit legitimari ab Imperatore. SUMMARIA.

1. *Papa an potestatem habeat legitimandi in terris imperii, & econtrà, an Imperator legitimare possit in terris ecclesiæ.*
2. *Legitimare non potest princeps de potestate ordinaria spurios, sive bastardos, stantibus legitimis, & naturalibus.*
3. *Imperator legitimans spurios, stantibus legitimis & naturalibus, est unum pecus.*
4. *Comites sacri Palatii habentes generalem potestatem legitimandi, in præjudicium legitimorum, & naturalium legitimare non possunt.*
5. *Concessione in generali, non veniunt ea, quæ nisi de potestatis plenitudine, fieri non possunt.*
6. *Scholares omnes in studiis publicis studentes, sub imperiali protectione Imperatoris existunt.*
7. *Appellari potest ad Papam de jure Canonico omisso medio, secus tamen de jure Civili: excipiuntur tamen scholares in studiis publicis studentes.*
8. *Scholarium ad defensionem Imperator de speciali gratia sponte se offert.*

1 ANtiqva * & moderna Jurisprudentia, inter se altercata est,nunqvid Papa, qvando disponit in radice matrimonii,habeat potestatem legitimandi in terris imperii, & e contrà,an Imperator possit legitimare in terris ecclesiæ. Et omissis fundamentis, qvæ hinc & inde adducuntur, communis

s opinio est, qvòd cùm inter eos distinctæ sint potesta-
·òd Papa non possit legitimare in terris imperii, nec
ra ipseImperator in terris ecclesiæ, *prout tenet Bal. in*
de jur. aureor. anu. (*ubi dixit, qvòd ita alias consulu-*
vòd ista est veritas,) *tenet idem Bal. & Sal. in proœm.*
in l. eam qvam. in 6. col. vers. consuevit esse q. de fi-
in cons. 37. incip. puncty qvæstionis talis est. in 2. par.
Anch. in cons. mihi 320. incip. primum dubium non
um. Fran. de Cur. in cons. 73. incip. super memorata
arratione. in 23. col. ver. 4. differentia. Alex. in cons.
ip. consideratis his, qvæ in themate narrantur in ult.
. insuper aliter ad aliam facultatē. in 1. vol. ubi di-
od ista est communis opinio, & qvòd ab ea in judican-
est recedendum gl. & Doc. ubi præcipuè Card. Alex.
it. per venerabilem. §. qvod autem. in 77. col. versic.
recitat qvatuor opiniones, extr. qvi filii sint legitimi.
Pone modò, qvòd tu, qvi es te terris ecclesiæ, velles
nari, puta in præjudicium legitimorum, & naturali-
s qvod *a* princeps non potest facere de potestate or- 2
a, ipse enim non legitimat, stantibus legitimis, & a
libus, *ut §. si qvis igitur. & § illud tamen. & §. ge-*
ter. authen. qvibus mod. nat. eff. sui. Unde dixit Bal.
filii nati. si de feu. fuerit controvers. * qvòd Impe- 3
egitimans spurios stantibus legitimis, & naturali-
t unum pecus, non habens præ oculis justitiam pu-
ioneſtatis, nec considerans per solas nuptias conser-
egans genus humanum, *ut in auth. de nup. in prin.*
st qvòd dixit Bald. *in l. cùm filiusfamil. ff. de testam.*
in auth. præterea. C. de naturalib. lib. & Paul. de Cast.
llius. §. & qvid si tantùm. in fi. ff. de lib. & posthum. &
ons. 321. alias 312. incip. super eo qvo prime loco qvæ-
n 4. col. * qvòd Comites sacri Palatii habentes gene- 4
potestatem legitimandi, non possunt legitimare in
icium legitimorum, & naturalium, *ut etiam latè te-*
ex. in cons. 62. incip. visa legitimatione facta de D.
rina. in 7. colum. versicul. 2. ratio est. in 2. volum.
us Franc. de Cur. in cons. 19. incip. viso privilegio se-
Imperatoris Fed. in 5. columm. versicul. circa 3. qvæ-
usqve ad fin. * qvia in generali concessione non 5
t ea, qvæ non possunt fieri, nisi de plenitudi-
 ne

ne potestatis, *ut notabiliter dixit Innoc. in c. innotuit. de elect. Innoc. & Joan. And. in c. dudum. de decimis. Bald. in l. bonorum. la secunda, in 2. notab. Cod. qui adm. Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip.*

§. Pone modò, ut superius dictum est, qvòd tu, qvi es de terris ecclesiæ, velles legitimari, puta in præjudicium legitimorum & naturalium, qvo casu opus est, ut dixi, qvòd adeas Papam, qvi in hoc non vult te exaudire, qvia non vult reputari unum pecus, sed forsitan intentionem tuam posses conseqvi per viam Imperatoris, nisi obstaret tibi defectus jurisdictionis. Qværo, qvomòdo facies ad hoc, ut Imperator valeat te legitimare, & qvòd talis legitimatio porrigat effectum suum in terris ecclesiæ. Dic qvod Cautela est,
6 qvòd facias te scholarē, * qvia cùm omnes scholares in studiis publicis studentes, sint sub speciali protectione Imperatoris, *ut in auth. habita. §. dignũ qvoq; C. ne filiꝰ pro pat.* ipse Imperator habet potestatem legitimandi ipsos scholares, etiamsi sint de terris ecclesiæ tanqvam suos filios speciales, *ita notabiliter dixit Bald. in dict. authen. habita. in 2. colum. per text. ibi. Cod. ne filius pro patre. qvod dictum refert, & seqvitur, dicens esse notandum. Philippi. Fran. in c. si duobus. §. denìq; in prima colum. de appel. Et Præposi. Medio. nunc Card. Alexand. meritißimus, in cap. per venerabilem. 119. columna. extra, qvi. filii sint legitimi.* Et adde qvod Bald. in proposito nostro *in dict. authen. habita. per*
7 *text. ibi*, dixit aliud notabile verbum, * qvòd licet habeamus, qvòd de Jure Canonico qvis possit appellare ad Papam, omisso medio, *ut 2. qvæst. 6. ad Romanam. & eadem qvæst. c. qvisqvis. gloss. & Ioan. Andr. in c. Rom. de Appel. in 6. & Doctor. in dict. c. si duobus. §. denìq; extra, eodem titul.* & similiter possit omisso medio, appellari ad legatum de latere, *ut not. in cap. 1. de off. leg.* & similiter ad Patriarcham, *ut not. Hostien. Innoc. & Panormitan. in cap. antiqva. de privileg. & glos. 22. dist. renovantes. & Specu. in eodem titul. §. non tenemus. vers. sed nunqvid. in fin.* (qvidqvid teneant Ioan. Andre. & Ant. *in d. ca. antiqva*) tamen secus est de jure Civili, qvia non potest omisso medio, appellari ad principem, *ut l. imperatores. ff. eodem.* & not. Bar. *in l. 1. §. si qvis in appel. ff. eodem.* dixit mirabiliter Bart. *in dict. authent.*
8 *habita.* qvòd istud non procedit in scholaribus, * qvia cùm Im-

Imperator de speciali gratia spontè se offerat ad defensionem scholarium, *ut ibi in text. in verbo, defendamus.* hac de re ipsi possunt appellare ad Imperatorem, omisso medio, qvod dictum refert, & notandum putat Philippus Francus *in dicto. §. denique. & Abbas in sua disputatione incipiente Gandulphus clericus. in decima septima. columna versiculo secundum dictum, qvòd licet ad Imperatorem & Cardin. Alexand. in capitulo dilecti filii. el secundo, in 3. columna versiculo unum tamen singulariter tene menti. extra, appellatio.*

ADDITIO.

a Qvod princeps non pot) *Adde, an legitimis existentibus princeps possit spurios legitimare ad successionem*, maximè per dict. Alexan. Imolensem latè. in cons. suo 188. in 5. vol. ibi, tertiò probat. in 9. col. ipsius consilii, *& an valeat legitimatio cum hac modificatione, qvòd non succedat legitimatus, nisi in eo, qvod placuerit patri, vel avo, de cujus hæreditate agitur*, vide in cons. seq. 189. per eundem in eodem vol. 5. est consilium ult. *Sed qvando possit infringi, & annullari legitimatio ex diversis causis, vide etiam diffusè per Ludovic. de Roma.* in consilio suo 194. qvod inc. in proposita consultatione, *& qvando dicatur subreptitia legitimatio per dom. Alex.* in consilio 159. in secundo volumine, & in cons. 62. per eundem in primo vol. Bart. auctore.

B. CAEPOLLA CAUT. CCXXIII.

§. Instruens patrem, volentem filios naturales legitimare.

SUMMARIUM.

1. Matrimonio subseqventi omnes filii legitimantur.

HAbens filios naturales, eos legitimare non potest, *a* a
nisi per matrimonium tantùm subseqvens, qvando eorum mater est talis mulier, qvam pater possit uxorem commodè habere, *ut est tex. cum glo. sing. in auth. qvibus modis natu. effic. legitim. §. sit igitur licentia. qvæ incip. id est, non permittimus. collatione 6. & idem hoc tenet ibi Ang. & Bal. in c. illud in fin. 1. col. extrà, de præsumpti.* Et ideo tu, qvi vis legitimare filios tuos, sis cautus, ut advertas, si potes commodè contrahere cum matre filiorum, qvia oportet cum ea contrahas matrimonium, * qvia per subseqventiam matrimonii legitimabuntur, *l. cùm qvis. & l. nupt. Cod. de nat. lib. & c. tanta, extra, qvi filii sint legi*, vel si non vis eam cape- 1

re

re in uxorem, sed solùm filios legitimare, per rescriptum principis, facias, qvòd dicatur in rescripto, non obstante, qvòd eorum matrem possit pater commodè in uxorem accipere, vel non, obstante *d.§.sit igitur licentia,per ea qva dicta sunt in precedenti Cautela.* Ac etiā sis cautꝰ ulteriùs: si faceres legitimare eos à Comite Palatino, habente potestatem ab Imperatore legitimandi, ut inspicias verba sui privilegii, *juxta cap.porrò.ext.de privile.& l.fidejussores magistratuum. §. Aurel ff.de fidejuss.* ut si in eo non reperies, qvòd habeat potestatem legitimandi naturales, etiam si pater eorum possit matrimonium contrahere cum matre, vel si non est clausula, qvòd possit legitimare, non obstante d.§. sit igitur licentia, qvòd non confidas de d. privilegio, per ea qvæ dicta sunt. Item, & tertiò sis cautus, qvando vis impetrare hujusmodi rescripta ab Imperatore, vel Papa, ut in eis dictam clausulam apponi facias.

ADDITIO.

a Legitimare.) *Legitimatio, qvot & qvibus modis fieri potest. Inst.de hæred.qvæ ab intest.deferun. §.* 1. & in auth. qvib mod.natu.effi.legi. Bald. in l.eam qvam. 9. col. C. de fideicom.& Ant.Ros. infrà legi.

B. CÆPOLLA CAUT. CCLI.

§. Qvibus qvis poterit uti ad legitimandum filium naturalem.

SUMMARIA.

1. *Filiorum legitimatio multis modis fieri potest.*

2. *Legitimare omnes filios an pater intelligatur, si unum ex filiis naturalibus filium appellaverit.*

3. *Filii tunc legitimantur, qvando per patrem fuerint filii in testamento nominati.*

4. *Concubina si in testamento suo, vel instrumento publico filium suum naturalē nuncupaverit, sine ista adjectione, naturalem, an eum legitimasse intelligatur.*

1 Legitimatio * fieri potest multis modis, *de qvibus per Ang.in auth.qvibꝰ mod.nat. effi.sui.§.fin.in fin.& in §. qvod verò.eod.tit.*

§. Et inter alios modos unus est, si pater habens filios naturales de libera muliere, qvæ ejus uxor esse poterat, nominat illum suum simpliciter, non dicendo naturalem in testa-

testamento,vel in scriptura instrumenti, publicè, sive propria manu subscripti, habente subscriptionem trium testium fide dignorum,vel sub gestis monumentorum,id est, in figura judicii,qvia per istam nominationem isti filii naturales efficiuntur legitimi, & eodem jure utuntur, qvod legitimis confertur, *ut est tex. in auth.ut lice. ma. & avia. §.hoc autem & illud col.8. transsumptivè habetur in auth. si qvis.C. de natur. libe.not.gl. magna circa fin. inst. de liber.§.fin. & est tex.cum glo.in verbo,simul.in auth. qvibus mod. nat.effic. leg.§.si verò solummodò. & glo. in §.fin. eod. tit. & not. Ang.in auth.qvib.mod.nat. effi.sui.§.fin.in fin.facit in simili tex.in l. 1. §.simulqve modo.C. de Lati.liber.toll. & c.si aliqvando eum gl.extra,de sent. excom.*

§. Et idem est, si pater unum ex filiis naturalibus appellavit filium; qvia per hoc intelligitur omnes legitimare, 2
ut est tex.in d.§.hoc autem & illud.in d.auth.si qvis.in fin. qvod Bald.ibi dicit esse mirabile.& not. & ideo sit cautus filius naturalis natus ex concubina, ut si potest, procuret, qvòd pater appellet ipsum filium suum in testamento, non dicendo naturalem,vel alio modo nominando,ut suprà dixi,qvia tunc efficeretur legitimus, & similiter pater si vult hujusmodi filios naturales legitimare,& non potest habere copiam Imperatoris, vel Comitis habentis potestatem legitimandi,vel si non vult expendere aliqvid pro legitimatione,ut nominet filium suum eo modo, ut dictum est,& ita aliàs vidi observari Veronæ per qvendam Bertherum Placentinum, notarium valde peritum, dum scriberet testamentum unius,qvi habebat filium naturalem tantùm. Sed tu,qvi vis opponere illi legitimationi,sis cautus, ut respicias,an mater filiorum naturalium fuerit digna *a* matrimo- 3
nio,habito respectu ad conditionem suæ personæ,& ad conditionem amasii sui patris eorum, qvia si non erat digna, non legitimabuntur filii per simplicem nominationem filiorum,sicut nec legitimantur per subseqvens matrimonium,ut dixi in Cautela præcedenti, *& ita vult sing. Ang. in auth. qvib.mod. na.effi.legit.§.* 1.& idem vult etiam Ang. *in d. auth.si qvis.* qvi dixit, qvòd tunc legitimantur filii per nominationem,qvando non erat turpe tali patri illam concubinam in uxorem capere,&ponit exemplũ,qvia concubina erat vilissima,amasius autẽ erat magnus nobilis & dives,
non

non enim erat verisimile voluisse facere illud, qvòd honestè non poterat, *ut l. filiꝰ ff. de cond. inst. facit. l. nepos Proculo. cum ibi not. ff. de verborum significat.* & idem consuluit Bart. & Fran. Tigrini. de epis. & Ang. *de Melia. & Hugo Peloni, ut refert Ang. in d. §. sed & aliud. qvi dicit, qvòd idem tenet* Jo. *And. in c. per tuas. extr. qvi filii sint legiti.* qvi vult,
3 * qvòd legitimentur filii, qvando per patrem fuerint filii nominati in testamento, &c. si mater eorum tunc rebus sic stantibus, poterat contrahere matrimonium simul cum patre, & idem tenet Ang. *in d. §. sed & aliud. circa fin.* & idem tenet *Bal. in d. auth. item si qvis. in fi. per illum text. in verbo, poteras.* qvòd debet intelligi de jure, & de facto, secundum naturam & bonos mores. *alleg. ff. qvi & à qvibus. in l. si rogamꝰ. debuit allegare l. si rogatus. §. matrimonii. ff. de manu. vindi.* aliàs non fieret legitimatio. Et dicit, qvòd ita consuluit Bart. in qvo consilio limitavit illam authen. item si qvis, multis modis.

§. Item adverte etiam, qvia qvod ad hoc, ut filii naturales legitimentur per dictam nominationem, reqviritur, qvòd non extent filii legitimi & naturales, qvia si extarent, non efficerentur legitimi. & ita tenet Glo. *in dict. authen. si qvis. sub dubio forte*, licet secundum eum, hoc non reperiatur in corpore, unde sumitur, qvando extant legitimi, vel non. *& istam opinionem tenet Angel. in authent. qvibus modis natur. effic. legitimi. §. si qvis ergo, per illum tex. & idem vult in auth. qvibꝰ modis nat. effic. sui. §. si. qvis igitur fuerit. & in §. fina. in fin. eodem tit.*

§. Item prædicta intelligo esse vera, nisi pater nominasset filium propter importunitatem filii hoc petentis, *arg. l. 1. C. de pet. bon. subla. lib. decimo. cum ibi no. per Ang. & alios in l. fi. C. si qvis ali. testari proh.* Item qvando pater esset multum occupatꝰ circa alia. *arg. c. si aliqvando. cum ibi not. per gl. & Doct. extra, de sentent. excom.* Item qvando esset in articulo mortis, cogitatione mortis turbatur, *juxta l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. Cod. qvi testam. facere poss.* nisi aliter appareat de spontanea voluntate patris, *per no. in dictis juribus. & in l. jubemus. C. de testa. cum simi.* Item qvòd dixi, oporteret, ut ista concubina possit esse uxor digna, intellige, tunc cùm amasius pater verba protulit, præsumitur enim cum ea contrahere matrimonium, & ideo

deo legitimantur filii,& mulier qvia ſtetit in habitu concubinæ,præſumitur conſentire, *ſecundum Ang. in d. auth. ſi qvis.qvi dicit.no.ſingu.iſtum caſum pro baſtardis.*

4 §. Sed qvid erit de amaſia ſeu concubina, qvæ in teſtamento ſuo, vel inſtrumento publico filium ſuum naturalem nuncupaverat, ſine iſta adjectione naturalem, an intelligatur eum legitimare per iſta verba? Angel. *in d. auth. ſi qvis.* dicit qvòd non: qvia iſta legitimatio inducitur ex matrimonio præſumpto, ut dixi, ſed non eſt ita veriſimile, qvòd amaſius velit amaſiæ matrimonio conſentire. Sed illud qvod dicit Ang. de matrimonio præſumpto, non videtur poſſe procedere, per id qvod no. idem Ang *in auth. qvibus modis nat. effic. leg. §. ſit igitur licentia. in fin.* qvi dicit ſing. per glo. ibi, qvæ incip. id eſt, & non permittimus naturales, juncto tex. ibi, qvòd filius naturalis nullo modo poteſt legitimari per patrem, niſi per ſubſeqvens matrimonium, confectis dotalibus inſtrumentis, qvando matrimonium contrahi poteſt. Et ideo ſubdit, qvòd ſit cautus advocatus, ut videat ſi tempore, qvo pater fecit teſtamentum, in qvo voluit filios ſibi effici legitimos ſucceſſores, vel eos in teſtamento, vel alia legitima diſpoſitione ſolenni filios ſimpliciter appellaverit, ſi vivebat mater filiorum naturalium, necne. Nam ſi vivebat, & pater dicto tempore poterat cum illa contrahere matrimonium, per illa verba non inducitur legitimatio filiorum: qvia ex qvo cum muliere prædicta poterat contrahere matrimonium, non poterunt filii legitimari, niſi per matrimonium ſubſeqvens, & pro iſta opinione dicit eſſe caſum *in §. ſi verò. eodem tit.* Sed ego teneo hoc non eſſe verum, imò per iſtam nominationem legitimantur filii, iſt eſt, declaratur fuiſſe matrimonium contractum inter ipſum, & matrem filiorum, qvæ videbatur concubina ſeu amaſia, & per conſeqvens declaratur filios eorum legitimos, qvia ex illis verbis inducitur matrimoninm præſumptum, propter dictam nominationem matrimonii inter ipſum, & matrem filiorum, ut probatur in auth. *ut lice. ma. & avi. in §. hoc autem & illud. ex hoc enim & cum eorum matre monſtratur matrimonium fuiſſe legitimum. col. 8. de qvibus omnibus vide pleniſſimè per Ant. de Roſ. in ſuo tract. limit. in 1. l. in tit. de matr. præſumpt. ubi latiſſimè examinat materiam hujus Cantelæ, ubi omninò vide. & habetur*

tur plene per Bart. in consilio suo, qvod incipit, habens filium. & in alio. qvod incipit, Nerucius Coraducs, &c. & Jacob. de Belvi. in dict. §. ad hac autem. & Bart. & omnes Docto. in dict. auth. si qvis. Cod. de natura liber. & per gl. & Jo. And. & Canonistas in cap. per tuas. ext. qvi fil. sint legitim. §. final. & per Gofred. in summa, eod. tit. & in §. octo modis, & vide omninò gl. magnam, in fi. qvod ibi notat. Bal. in secunda colum. in principio. in versiculo nono opponitur, & ibi etiam Raphael, C. qvi. res judic. non nocet.

ADDITIO.

a Fuerit dign.) *Dignus præsumitur qvilibet, nisi appareat indignus.* l. servos. de matr. test l. cùm qvidam la secunda. & ibi Bart. & Dy. & Odofre. in apostil. de leg. 2. *Digniores personæ & digniora negotia, qvæ dicantur, vide Spec.* de rescrip. præsenta. §. 9. in princ. *Dignitatem habens à principe, dignior reputatur.* Vide Spec. de cita. §. 5. ver. porrò.

B. CAEPOLLA CAUTELA CXIV.

§. Legitimandi filium spurium ad hoc, ut non succedat nisi in certa parte.

SUMMARIUM.

1. Legitimatio est totius status reintegratio.

CAutela est, qvam sæpe dedi parentibus, qvi habent filios legitimos, & naturales, & volunt unum vel plures spurios legitimari facere, sed nollent, qvòd succederent cum aliis filiis legitimis, naturalibus pariter, nisi certo modo, prout eis parentibus placuerit, nam dixi, qvòd Comes Palatinus vel alius, qvi habet potestatem legitimandi, licet non
1 possit legitimare qvantum ad unum tantùm, * qvia legitimatio est reintegratio totius status, *facit l. qvæsitum. cum ibi no. ff. de adoptio. & l. si pariter. in fi. ff. de l. caus.* tamen potest dispensare, ut possit succedere certo modo, qvia ista non est propriè legitimatio, sed dispensatio, & licet illud non videatur esse commissum Comiti, qvi habet potestatem legitimandi & habilitandi universaliter, *per ea qvæ no. in l. 2. ff. de adop.* bene tamen exerceat rem jure suo, licet non possit plus facere, qvam sibi commissum sit, minus tamen facere potest, qvia non habet servare formam sui privilegii, sicut facere debet judex delegatus. *& ita vult Paulus de Cast. in l. solet prætor. ff. de jurisd. om. jud. qvi dicit se aliàs ita consuluisse, & idem notat ipse in l. pactum qvod dotali.*

Digitized by Google

tali. C. de coll. ubi omnino vide. & vide omnino Bene. de Plum. in l fin. ff. de jure annu. au. & in d. l. si pariter in fin. & in disputatione sua, qvæ incipit. statuto Pisano cavetur. & vide etiam Jo. de Zochis in c. per venerabilem. qvi filii sint legitimi. in §. 1. in 49. col. Et adde qvod dixi in præcedenti: qvod no. pro parentibus, qvi vellent legitimare filios cum hoc, qvòd succederent solùm in certa parte.

DE LITERIS CAMBII.

Vide suprà in Banchariis.

DE LITIGIOSÆ REI ALIENATIONE.

Vide suprà in Alienatio rei in judicio petita.

LOCARE.

I. De Arnono Caut. XLIII.

§. Pro locante & conducente res Ecclesiæ, ut non excedatur terminus triennii inducti ab extravaganti, ambitiosæ, qvæ Paulina solet nuncupari.

IN singularibus nostris, sing. 66. & 72. ad multa utilia fecimus mentionem de extravaganti, ambitiosæ, de rebus ecclesiæ non alienandis. qvæ vulgò solet hodie Paulina nuncupari, per qvam habes, qvòd res ecclesiæ non possunt ultra triennium locari & conduci, pœna, de qva ibi, contrà facientibus imminente. Sed pone, qvòd fiat locatio & conductio ultra triennium, puta ad qvatuor vel qvinq; annos, nunqvid saltem valeat pro triennio? tu diceres forte qvòd sic, per regulam illam, utile per inutile non vitiatur, *ut in reg. utile, de regulis juris, in sexto.* tene contrarium: nam nec in triennium valebit. *Decisionem habes Bal. in l. qvicunq; in secunda col. C. de bonis qvæ lib. & Alex. in consi. suo qvinqvengentesimo tertio, incipiente, viso instrumento locationis. in secunda col. refert & seqvitur dom. Jas. in l. certi condictio. §. qvoniam, in qvarta col. ff. si certum petatur.* Et ideo Cautela est, si vis evitare pœnam, de qva ibi in dict. extravaganti, & qvòd valeat contractus locationis & conductionis, ut non excedas triennium, de qvo ibi, nisi apponas in instrumento locationis, qvòd per talem locationem ultra triennium non intelligatur, in conductorem esse translatum dominium, qvia isto casu poterit etiam fieri ultra triennium, prout latius de hoc diximus *in dic. singulari septuagesimo secundo, qvia suprà.* ubi dedimus optimam declarationem sive limitationem ad dictam extravagantem. Manda memoriæ in actu practico.

LOCATOR.

R. FICHARDI CAUT. L.

§. Pro locatore, ut conductor teneatur solvere pensionem, seu canonem, etiam tempore belli sterilitatis, & pestis, &c.

Conductor, colonus, vel emphyteota, non tenetur solvere pensionem, sive canonem, tempore belli, pestis, vel majoris sterilitatis. *l. ex conducto. §. si vis tempestatis l. si merces. §. vis major. ff. locati c. propter sterilitatem. extr. eod. tit.* ut verò Locator, vel dominus, in hisce casibus tutus sit, ne conductor aliqvid in pensione ea occasione detrahat, & retineat: Cautelam tradit Cæpolla, *in Caute.* 47. ut locator faciat conductorem in instrumento locationis, exceptioni doli mali, & condictioni sine causa etiam justa, *secundùm Alber. de Ros. in l. item qværitur. §. exercitu. ff. locati.* At certè hæc renunciatio non sufficit, sed multò tutior est ea, qvam tradit Catel. Cott. *in Memoratib. suis, sub verbo, conductor non tenetur. cir. med.* nempe, ut in instrumento talia verba ponantur: Et ideo conductor renunciat condictioni sine causa etiam justa, & omnibus exceptionib9, per qvas relevaretur à solutione pensionis, & omni legum & juris auxilio, jurans, &c. Hoc pro singulari citat Jas. *in l. 1. col. 5. vers. limita tamen. & col. pen. versic. per ista remanet. C. de jur. emphyt. Concord.* Joan. *de Ana. consil.* 74. *Alex. cons.* 28. *col. ult. lib.* 1. *& cons.* 31. *volum.* 2.

R. FICHARDI CAUTELA LI.

§. Pro locatore, ut ipsi omnes res conductoris obligatæ maneant, etiam suppellex, vestes, & alia, qvæ ad usum qvotidianum habentur, nec alioqvin pro pignore venirent.

Si qvidem in generali obligatione rerum præsentium & futurarum, non veniunt ea, qvæ verisimile non est qvenqvam specialiter obligaturum fuisse, ut supellex, vestes, mancipia, & qvæ in usum qvotidianum habentur, ut pecunia, libri, & similia. *per textum clarum in leg. obligatione generali. cum seq. ff. de pig.* Ideo Cautela est contra pauperes conductores, qvi nihil ferè habent præter supellectilem & vestes, ut Locator faciat fieri Instrumentum, in qvo conductor dicat, se obligare non solùm omnia sua bona præsentia & futura, sed etiam omnes alias res necessarias, & qvæ in usum qvotidianum habentur, qvalescunq; eæ sint. Hanc Cautelam tradit Jo. Sichard. *in l. certi juris. num.* 10.

C. de

C.de locat. & conduct. Sed ea non opus est contra omnes conductores, qvandoqvidem ex eadem l.certi juris.constat, res Coloni, qvæ cum scientia Domini in fundum inferuntur etiam tacite obligari. Res verò inqvilini similiter tacitè obligari, sive Dominus sciat eas invectas, sive non sciat, modo tamen in ædib. locatis reperiantur, & non extra eas, & ita invectæ sint, ut ibi maneant. *dict.l.certi juris.in fin. & l. debitor. ff.de pig.itemq; l.si non inducta.C.in qvib.cau.pig. taci.contr.cum glo.ibid.qvæ ponit tria reqvisita, qvā vide.*

LUDUS.

B. CÆPOLLA CAUTELA LV.

§. Pro illo, qvi aliqvid perdidit in ludo.

SUMMARIUM.

1. *In ludo aliqvid surripiens, nedum actione pœnali non tenetur, sed nec judicio rei persecutorio.*

SI aliqvis scholaris, vel alius per ludum amisit pecuniam, libros, vel alia bona, *juxta ea, qvæ habentur in Auth.alearum ludus.C.de relig. & sum.fu. & de aleato. & in toto ti.ff. de alea.* ad hoc ut ipse possit recuperare illud, qvod perdidit in ludo, & tantundem: Cautela est utilis, qvòd ille, qvi perdidit, iterum vadat ad ludendum cum illo, qvi vicit, & surripiat: si potest etiam furto, illud qvod perdidit, pecuniam, vel aliqvid de bonis vincentis: dum est in ludo, & isto modo satisfaciat propria auctoritate *a*, & erit securus: qvia a non poterit conveniri ab illo, cui surripuit, qvia non competit actio, *ut est tex.in l.fin.in prin. & ibi hoc not.Ray. & Flo.ff.de alea.* qvi dicunt, qvòd per illum text. Ray. ita consuluit cuidam scholari suo, & dum postea esset accusatus de furto, ipsum defendit ita, qvòd fuit absolutus. * Et adde & 1 intellige: qvòd talis surripiens in ludo non tenetur, nedum actione pœnali, sed nec judicio rei persecutorio, qvia illud edictum de aleatoribus, qvòd denegat judicium, loqvitur simpliciter, & intelligitur tam de judicio pœnali, qvam rei persecutorio, *& ita intelligit Io. An illum tex.in c.ubi periculum.pen.coi.de elect.in 6.in Nov.* & ideo pro hoc concludo, qvòd ille, qvi surripuit in ludo, ut dictum est supra, qvando perdidit, non solùm non poterit conveniri actione de furto, sed etiam nec ad restitutionem rerum furto subtractarum, qvod tene perpetuò menti.

ADDITIO.

a Propria.) *Ludens potest propria auctoritate auferre vel furari, id qvod in ludo amisit, vel aliqvid aqvivalens.* in leg.1.in prin.& ibi Raph.& Flo.ff.de aleato. *nec tenetur pœna furti, vel bono.rap.nec ad restitutionem.Ioan.Andr.fin.* in cap.ubi periculum.de elect.in 6.not.in ult.col. *qvod verum, si furatus est in ipso ludo & tempore ludi, non si post.* Barto.in dict.l.1.sed vide in dict.l.1. §.2.

MARITUS.

B. PERUSINI CAUTELA VII.

§. Utrum maritus sit obligatus pro dote sua, qvam non ipse, sed pater ejus recepit.

SExto qværitur, nunqvid maritus sit obligatus pro dote, qvam pater ejus recepit, & si in Instrumento dotis maritꝰ se non obligavit, sed pater ejus tantum. Et dic, qvòd sic, si sit hæres patris, *ut ff.so.ma.leg. cum dote.§.sed si filius*, vel si à contrahentibus dotem recepit, *ut ff.fa.her.l.si filia*, aliàs autem licet sit maritus non tenetur, *ut ff.so.ma.l.2.*§.1. ubi non nisi constaret maritum possidere dotes, seu res dotales, tunc enim possessione seu facultate restituendi posset conveniri. *C.de rei ven.l.1.& l.officium.* Item qvando contemplatione mariti alius recepisset dotem, *ut no.d.§.sed si filius*, Erit ergo Cautela, ut maritus etiamsi minor sit, obliget se cum socero, vel alio recipiente contractum dotis: qvia cum tractu temporis maritus minor efficitur major, & remanet obligatus, *ut ff.de leg.3.l.Titia.*§.*usuras.*

MATER.

I. DE ARNONO CAUT. LXI.

§. Pro matre, qvæ non petiit tutorem filio pupillo infra annum, ut alleget se fuisse minorem: qvia sic non excludetur à successione filii.

MAter, qvæ non vult acceptare tutelam filii, tenetur tamen infra annum petere tutorem filio pupillo, aliàs privatur successione, nisi mater sit minor, *juxta l.sciant. C. de leg. her.& l.2.* §.*confest. ff. ad Tertull.* Cautela est igitur, ut mater alleget se fuisse minorem, licet nunc, qvando hoc allegat, sit effecta major, anteqvam totus annus transiret, ista est communior conclusio *per glo. in lib. minoribus.in gl.in ver.respondere.C.de his qvibus ut indi.qvicqvid teneat Pau.ibi, ubi hoc tenet Bald. dicens se ita consulu-*

fuluisse, in auth. si captivi, C. de Episc. & cler. & in l. precib. in 5. col. & duabus seqventib. C. de impub. & aliis substit. & in l. 2. ubi Salic. C. si adversus delict. cum concordan. ut per do. Alex. in d. l. minoribus. ubi Fulg. dicit, qvòd ita consuluit, & qvod est freqvens casus ita etiam consuluit Lud. in cons. 279. inc. visis thematis, narrat, &c. Refert & seqvitur do. Ias. in d. l. minoribus. in fin.

MATRIMONIUM.

Vide infrà in Nuptiæ.

DE MERCATORIBUS.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXIIX.

§. Pro mercatoribus, & reperitur, ut suprà, per eundem.

SUMMARIUM.

1. Chirographum non probat, si moriatur unus de testibus in eo subscriptis.

MERCATORES debent esse cauti, qvando recipiunt ab aliis scriptum de manu, & chirographum, ut non recipiant illud, nisi de manu notarii scriptum, & testib. qvia periculosum est illud recipere de manu debitoris, * qvia si moritur unus de testib. non probat, casus est no. *in c. 2. de fi. instr. & ibi per Doctor. & est glo. no. in c. inter dilectos. eod. tit. qvòd perpetuò no.* 1

CONTRA MERCATORES.

§. Contra mercatores & alios pro scholaribus Cautela bona & notabilis est *suprà in Bancharij.*

MINOR.

B. CÆPOLLA CAUTELA VI.

§. Qvomodo minor evitat condemnationem in causa civili.

SUMMARIUM.

1. Minor læsus, qvo casu restitutionem petere poterit.

QVANDO aliqvis litigat vel litigare vult cum minore, & petere ab ipso, Cautela est, qvòd advocatus minori, vel ejus tutor, vel curator qværat tractatum concordiæ, vel transactionis, & curet qvod actor velit concordiam, vel transactionem facere, & aliqvid sibi remittere de eo, in qvo fortè potuisset condemnari dictus minor. Exemplum, si minor potuisset condemnari in centum, verisimiliter offerat ex parte minoris minus, de qvo verisimiliter actor

sit contentus,& deducat actorem ad minorem summam, in qvantum potest,& postea dicat advocatus minoris: Nolo stare dictæ concordiæ,vel transactionis, qvia nimium petis, si aliqvid debes habere,convenias pupillum, vel minorem, unde si minor habebit pro se sententiam, bene erit,si autem habebit eam contra se,tunc poterit pro minori peti restitutio in integrum,usq; ad illam summam, in qva fuerat actor
1 contentus per illam transactionem. * Nam in hoc fuit læsus minor,qvia non stetit dictæ transactioni.unde si in plus fuerit condemnatus,poterit petere restitutionem in integrum,cùm in dicta transactione habeatur pro transacto, *ut est tex.notab.in l.si ex causa.§.nunc videndum.ff. de mino. & ibi hoc sentit Bart.& etiam Bald.clarius*, qvod singulariter no.tu advocate minoris. propter hoc enim poteris semper relevare ipsum minorem, in qvo veniret condemnandus de jure. Et sic etiam tu advocate actoris contra minorem sis bene cautus,ut nunqvam permittas actorem pervenire ad aliqvam transactionem, nisi sis certus, qvod minor vel ejus tutor aut curator velit stare contentus de d. transactione,aliàs de facili pars sua,scilicet actor, deciperetur dicta Cautela.

MOLENDINUM.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXXXV.

§. Qvando molendinum est destructum impetu aqvæ, qvomodo constabit, qvòd non perdidit ejus possessionem.

SUMMARIUM.

1. Molendinum fixum in terra,& sub aqva,si fluminis impetu destructum fuerit,nisi reædificetur, ejus possessio amittitur.

QVIA hoc mane legimus *l.si qvis ex argentarii.§.si initium tabulatum. ff de eden.* ubi glo.fecit mentionem
a de molendino: *a* propterea ponamus unam Cautelam in
1 materia molendinorum. * Nam si aliqvis habuit molendinum fixum in terra sub aqva,qvod impetu fluminis, vel aliter destructum est,si non reædificatur, perditur possessio, *ut habetur in l.fi.ff.de usucap.* Et ideo Cautela est, ut nunqvam perdatur possessio,qvòd fiat protestatio,de qva conficiatur publicum instrumentum,qvòd non obstante destructione,intendit tenere & possidere locum & alveum fluminis,

nis,& debet unum signum facere, puta apponere palos ligneos in aliqvibus locis, vel partibus clausulæ molendini. Nam ex illis lignis, vel antiqvis molendini, vel etiam novis, apparebit ipsum retinere possessionem fluminis, vel alvei pro molendino, maximè stante dicta protestatione, & tunc invito ipso, non poterit aliꝰ occupare dictum flumen, vel ibi ædificare, *ut eleganter dicit Ang. qvem seqvitur Jo. de Imo. in d. l. fi. ff. de usucap. de qva qvæst. vide latius per Bart. & Doct. in d. l. fi. & per Bart. in l. qvo minus. in 16. q. ff. de flumi. ubi plenè tractat materiam molendinorum: & ego dixi plenè de q. in tract. meo de servi. in tit. de aqvadu. in 9. q. princ. circa princ.*

ADDITIO.

a Molendino.) *Molendinum novum, an possit ædificari in flumine, in præjudicium destructi. Bart* in l. fin. ff. de usucapio. & ibi Angel. & Doctor. in l. qvo minus, antepen col. *Molendinorum suprà aqvam positorum materiam ponit Bart.* in d. l. qvo minus. in fin. & gl. & Bar. in l. epistolam. §. si aqvæ ff. de acqvir. rer. do.

MULIER.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXLIX.

§. Pro muliere, qvæ vult emere aliqvid.

SUMMARIUM.

1. Pecunia in dubio præsumitur mariti, ut probatur.

NOTA auream Cautelam pro muliere, qvæ vult emere etiam cùm pecunia mariti, * qvod in dubio præsumitur, *ut probatur in l. Qvintus ff. de dona. inter virum & uxorem.* gratia evitandæ præsumptionis de turpi qvæstu, sit cauta, qvòd faciat, qvòd unus amicus, vel consangvineus sibi det, vel consignet illam pecuniam in præsentia aliqvorum, qvam ei clàm ipsa det, & deinde emat, nam tunc cessat præsumptio in casu dubii. ita dicit Bart. *in l. cùm oportet, in princ. in pen. col. C. de bo. qva li.* 2

ADDITIO.

Bartol.) *Voluit allegare Bald.* in d. l. cùm oportet. in prin. cap. 3. col. prope fin. vers. qværo nunqvid sit aliqvod remedium, &c. *ubi tamen de hac Cautela non multum curat ipse Bald. vide eum ibidem.*

B. CÆPOLLA CAUT. CXXXIIX.

§. Pro muliere consentiente alienationi dotis cum juramento.

SUMMARIUM.

1. *Juramentum matris non afficit hæredem.*

QVando uxor consentit alienationi rerum dotalium fiendæ per maritum suum, & jurat non contravenire, Cautela est: compareat filius, & contraveniat tali contractui: * qvòd illud juramentum matris non afficit hæredem.
1 *ita dicit Bart. & Ang. in l. qvi super. ff. de acq. hær. sed tu adde no. in l. generaliter. in princ. C. de re. cre. & Bal. in Auth. sacramenta puberum. C. si adver. ven.*

R. FICHARDI CAUTELA LIV.

§. Pro muliere, qvæ passa est aliqvid ex rebus dotalibus, vel ex bonis mariti pro illis obligatis venundari.

EST opinio Baldi (post Bartolum) *in l. mater. col. 7. ver. sed hic qværo, qvid in tali. Co. de rei vend.* qvòd si mulier patitur res dotales, vel illa bona mariti pro illis rebus dotalibus obligata, alienari, præsumitur ipsum dimidium pretii recepisse, adeò, ut ipsa deinceps non totum illud alienatum, sed saltem dimidium, utpote cujus pretium ad maritum pervenisse præsumitur, petere possit. *arg. l. reos. § cùm in tabulis. ff. de duobus reis.* Ut igitur illa præsumptio contra ipsam mulierem cesset, in casu, qvòd nihil de pretio participata sit, Cautela est, ut faciat virum confiteri, qvòd ipse solus pretium rei venditæ acceperit, vel ut curet sibi fieri cautionem pro rebus dotalibus, in reliqvis bonis mariti. *Hanc Cautelam ex Bal. in l. si qva mulier. C. ad S. C. Vellejan. refert Math. de Afflict. in decis. 209. num. 2.*

R. FICHARDI CAUTELA XXIII.

§. Pro creditore, ne mulier uti possit beneficio S. C. Vellejani.

OMnibus constat qvale habeant mulieres beneficium, & privilegium contra creditores, qvando ipsæ fidejusserint pro aliqvo, idq; ex S. C. Vellejano. *tot. tit. ff. & C. ad S. C. Vellejanum.* Ne verò ipsæ illo beneficio uti possint, Cautela est *ex l. si mulier. 2. C. ad S. C. Velle.* ut creditor post fidejussionem factam patiatur elabi biennium, eoqve elapso ipsam interroget coram testibus aliqvibus, an non recordetur adhuc illius fidejussionis, & an non adhuc illam ratam habeat, vel in ea obligatione manere velit, & si annuat, tenebitur, nec amplius se per d. benefic. tueri poterit, qvia, *ut tex. in l. d. si mulier. ait:* videtur ex hujusmodi temporis

poris prolixitate,non pro aliena obligatione se illigare,sed pro sua aliqvid agere. Et sibi imputet qvòd sæpius cogitare poterat,& evitare,non fecit,sed ultrò firmavit. Præstaret tamen non solùm verbalem confirmationem,sed etiam postea realem aliqvam cautionem ab ea petere, cum plus cautionis in rem sit, qvam in personam. *l. plus cautionis. de reg. ju.*

MUTUUM.

I. De Arno no Cautela LIIX.

§. Pro illo,qvi vult mutuare,ut conveniat cum amico, qvòd sit depositum, & non mutuum.

SÆpè contingit,qvòd aliqvis vult mutuare aliqvam pecuniæ qvantitatem amico suo,sed Cautela est, ut conveniat cum illo, qvòd sit depositum, & non mutuum, ut multoties fit. *l. Luc.* §. 1. *& l. dies sponsaliorum. & l. publica.* §. 1. *ff. depositi.* nam hujus utilitatis est, qvòd sit depositum & non mutuum: nam instrumentum depositi habet executionem paratam. *l. pen. & ibi Bart, C. depositi.* in mutuo verò secus est, *ut probatur in l. minor. 25. annis cui fideicommissum. Vers. ad initium novæ petitionis redegerat. ff. de min.* item contractus depositi est contractus bonæ fidei, §. *actio. Inst. de act.* & ideo veniunt fructus & interesse à tempore moræ,sed mutuum est contractus stricti juris, & ideo non veniunt fructꝰ,nisi à tempore litis contestatæ, *ut ista traduntur in l. muta. in princ. & in l. Videamꝰ*, §. 1. *ff. de usur.* Item in mutuo habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, *ut in tot. tit. de litig obligatio. & C. de non numera. pec.* secꝰ in deposito, etiam in casu *d. l. Luc. ita no. Bal. in l. in contractibus.* §. 1. *C. de non num. pecu. refert & seqvitur dom. Jas. in l. 1.* §. *mutuum damus. in 1. col. ff. si cert. peta.*

B. Cæpolla Cautela CCXVI.

§. Qvam debes adhibere, qvando vis mutuare ecclesiæ, vel monasterio.

SUMMARIUM.

1. *Ecclesiæ in utilitatem, qvòd pecunia conversa sit: quomodo probetur.*

UNus est modus mutuandi ecclesiis, & monasteriis, per qvem relevatur creditor ab onere probandi, qvòd mutuum sit conversum in utilitatem ecclesiæ, vel monasterii, videlicet, qvòd in Capitulo solenniter

convocato constituatur procurator, sive syndicus cum speciali mandato,& sufficienti ad recipiendum mutuo nomine ecclesiæ,vel monasterii,tantam pecuniæ qvantitatem,à tali creditore, & ad obligandum ipsam ecclesiam, & ejus bona, pro illa qvantitate mutuo assumenda, tunc enim si creditor mutuat tali procuratori,vel syndico, usqve ad qvantitatem in mandato comprehensam, exoneratus erit à probatio-
1 ne,* qvòd sit versa in utilitatem ecclesiæ,*cap. qvod qvibusdam.ext.de fidejus. & ibi hoc no.expressè glo. qva incipit, istud est notabile.in fin. & est glo.no. in auth. hoc jus porrectum.in glo.fin.C.de sacrosanct.eccle. & pro hoc facit glo.in l.certum.§.si qvis absente in vers.domino,ff.de conf. & glo. in auth.de alie. & emphy.§.si verò qvis aut episc.in gl. qva incipit,sed creditoribus profecerunt.collatio.9. & ibi videas Iac. de Bald. & de ista materia vide Alb.de Ros. & Doctor. in d. authent. hoc jus porrectum. & qvod notatur 12. qvæst.2.cap.hoc jus porrectum.*

B. CAEPOLLA CAUT. CCX.

§. Qvando creditor, & debitor non concordant in qvantitate mutui,qvid sit agendum.

SUMMARIUM.

1.Creditorem se esse si qvispiam probaverit:sed non possit probare in qvantũ, an juramento suo credatur.

ALiqvis mutuavit uni frumentum: non potuit probare qvantitatem, sed bene probavit mutuasse per testes, vel debitor confessus est accepisse decem modios frumenti mutuo,sed creditor dicebat,qvòd imò fuerunt viginti, qvomodo consuletur creditori, si non habet probationes de qvantitate? Dic qvòd poterit petere: qvòd sibi deferatur juramentum, ut juret: qvantum fuit, & ei credatur, *secundum Ray.de For.in l.1.ff. de in litem jur. qvi dicit,qvòd ita fuit sententiatum, per d. l.1. & l. in actionibus & per*
1 *l. cùm furti. eodem tit.* * & ideo potest dici: secundum eum, qvòd si probo me creditorem sed non possum probare in qvantum, credetur juramento meo:*per d.l.1. & l. fin. C.de bon.auctor. jud.poss.*& idem in damno dato.*l. si qvando. C. unde vi.*Sed credit, qvòd judex possit tale sacramentum,juxta illud qvod videtur sibi verisimile,& verum fuisse, refrænare.&istud sacramentũ potest appellari in litem veritatis,qvod est valde singulare, & millies de facto occurrit,

Sed

Sed tu vide Bart. *in l. admonendi.in* 11.*col.in.fi.* Verſ.*qvare qviſſi teſtis.ff.de jureju.* ubi videtur velle, qvòd etiam ſit neceſſarium: ut niſi ſint aliæ conjecturæ: aliàs non poſſit deferri ſacramentum. Sed Ray. etiam in effectu idem intellexit, dummodò qvòd judex poſſit refrænare, ſecundum qvòd erit veriſimile, & ita etiam intelligo.

NOTARIUS.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXXXIII.

§. Pro notario, qvi neſcit ordinare inſtrumentum in forma ſolenni, qvòd alter ex contrahentib9 poterit illud dictare.

SUMMARIUM.

1. *Tabelliones ex ſe inſtrumentum inter partes dictare debent, cùm ad hoc teneantur.*

MULTI tabelliones reperiuntur, qvi neſciunt dictare unum inſtrumentum in forma ſolenni, vel ſi ſciunt, vellent evitare laborem in dictando, ideo utuntur iſta Cautela, qvia faciunt formam inſtrumenti per aliqvem contrahentium ordinari, & ipſi poſtea ſcribunt, & in publicam formam redigunt. Qværitur, nunqvid poſſit? dic qvòd ſic, *ut* 12. *q.* 2. *cùm redemptor.ibi, ſcribendam dictavimus*, ipſe tamen notarius per ſe poſtea diligenter conſiderabit ſingula verba, & qvod ei videbitur, emendabit. * Melius tamen 1
eſſet, ſi ipſe per ſe faceret, cum ad hoc teneretur, *ut eleganter not. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. Verſ. qvid de hoc. qvod faciunt qvotidie tabelliones. qvem ſeqvitur Abb. Sicu. in cap. cum P. tabell. in fi. extra, de fide inſtrum.* qvod no. qvia qvotidianum eſt, & ſervatur in practica. & per iſta ſemel defendi qvendam Doct. medicum accuſatum Venetiis, apud officium advocatorum communis, ex eo qvòd dederat copiam literarum commendatitiarum ad dominum notarium Univerſitatis, qvi de verbo ad verbum illam tranſcripſit, & domino miſit.

B. CÆPOLLA CAUT. CXCVI.

§. Qvomodo notarius debeat certiorare filiumfamil. minorem, vel mulierem de privilegiis ſibi de jure competentibus.

SUMMARIA.

1. *Renunciatio non valet, niſi renuncians ſciat id, qvod renunciet.*

2. Cer-

2. Certum aliqvem nemo reddere potest de eo, qvòd ipse ignorat.
3. Memoria hominis labilis est.

NOtarius scripsit instrumentum, in qvo dicitur, qvod minor renunciavit beneficio restitutionis in integrum, & filiusfam. renunciavit beneficio S. C. Maced. vel mulier renunciavit Velleja. & in eodem instrumento dici-
a tur certiorari a per me notarium de juribus restitutionis in integrum. & S.C. Maced.& Vellejan. sicut communiter fit,
1 * ad hoc ut valeat hujuscemodi renunciatio, est opus, qvòd renuncians debet scire id qvod renunciat, alias non valet renunciatio, *ut l. mater. ff. de inoff. testam. & not. glo. no. in auth. qvomodo oportet episcopos. §. igitur. in verbo, interroget. col. 1. & no. glo. in l. fin. §. si mulier. ad Vellejan.* Sed potest adhiberi Cautela, qvòd non valeat renunciatio, non obstante dicta, asserta certioratione, videlicet, qvòd interrogetur notarius, qvid est beneficium restitutionis in integrum, vel Maced. vel Velleja. & si nesciat dicere, non
2 præsumitur bene certiorasse, * qvia nemo potest aliqvem certum reddere, de eo qvod ipse ignorat. & ita dicit Alb. de Ros. *no. in d. l. fin. §. si mulier. ad Velleja.* addens, qvod istam qvæstionem habuit de facto, & fecit interrogari notarium, & qvia nescivit dicere, qvid contineant dicta beneficia: fuit pronunciatum pro ipso, ut renunciatio non valeret, qvòd est bene notandum. Sed Raph. Fulg. ibi dicit, qvòd hoc est periculosum, qvia cùm semel notarius in instrumento confessus fuerit dictam certificationem esse factam, & sic jus fuerit qvæsitum parti, videtur qvòd ejus primo dicto sit standum, & non secundo, aliàs de facili contrahens decipi posset. *ad hoc faciunt no. in l. eos. in fin. ff. de fals.* Præterea posset etiam dici, qvòd tempore contractus notarius sciebat,
3 & tempore, qvo interrogatur in judicio, non: * qvia memoria hominis labilis est, *in l. peregrè. in prin. ff. de acq. pos.* & ideo tutius est, qvòd dicatur in instrumento. Certioravi per judicem, si judex intervenerit, vel melius, & cautius est: ut in instrumento exprimatur, qvòd contineat dicta beneficia, & ita semper observari feci. & vide in Cautela seqventi.

ADDITIO.

a Certiorari.) *Mulier in qvacunq; renunciatione debet certiorari.* Vide Jo. And. sing, in c. 2. de pact. in 6. & Alex. in l. si mulier. ad Velleja, *nisi qvando renunciatum sit de con-*

scien-

scientia legis,ut in auth.matri. & aviæ. C.qvando mul. tut. off.secundum Alex.ubi suprà.& Bal. sing. in l.1. ff. si qvis in jus voc.non ier.& Alex.in l.sciendum.11.col.de verb.obl.

B. CAEPOLLA CAUTELA CXCVII.

§.Qvòd certiorentur minor,mulier, & filiusfam. per judicem,& non per eundem notarium,ne incidamus in ambiguitatem,an notario credatur,vel non de hoc.

SUMMARIA.

1. *Notarii assertioni, videlicet, se certiorasse minorem, vel mulierem,qvando credatur.*
2. *Notario non creditur,nisi de his, qvæ sunt sibi à partibus injuncta, non autem de facto suo.*
3. *Notarius cum sit persona publica, creditur ei de his, qvæ ad ejus officium spectant: sicut regulariter creditur nuncio.*

DIctum est in præcedenti Cautela, qvando notarius in instrumento attestatur,se certiorasse minorem vel mulierem. * Sed dubium est maximum,nunqvid credatur ejus 1
assertioni.& Fed.deSenis. *in cons.suo* 191.*qvod incipit,qværitur an D.Margarit.a,&c.*tenet,qvòd non,qvia attestatur de suo facto proprio, *per l. omnibus.C.de test.& per l. nullus.ff.eod. tit.cum sim.& cum seqvitur Ant.de But. in cap. qvoniam contra falsam.in penul.col.pen.char. ext.de prob. & in c. cùm causam.in 7. col. vers. dubium est de notario. ibi,per qvem dicit,qvòd notarius,qvi glossavit, &c. extra, de testib9.& idem vult in effectu.in c.1. extra.de fide instru.*
* ubi dicitur, qvòd non creditur notario nisi de his, qvæ 2
sunt sibi injuncta à partibus,non de facto suo, *& idem tenet Abb.Sicu.in d.c.cùm causam. & Lud.de Rom.in l.sciendum.de verborum obliga.*Sed contrarium ibi tenet Ang. in repe. Sed Fede de Senis non facit mentionem. & allegat istam rationem, qvia sufficit, qvòd ista solennitas certiorationis potuerit intervenire tempore instrumenti. *per Bart..in d. l. sciendum. & in l.1. C. de fide instr. & jure hast.fisc. lib.* 10. *& idem tenet* Joan. *de Imo. per istam rationem in repe. c. cùm contingat. in ultim.colum. extra, de jurejur. & idem tenet Alber.de Ros.in l.fi.§. si miles. ff. ad Velleja.& pro hoc facit qvod no. Bal.in l.fin.§. cùm igitur. in 3.col.vers.item reqviritur subscriptio. ibi,nunqvid ergo*
de

de tali commissione. C. de jur. delibe. & qvod no. Bart. in l. ex sententia. ff. de test. tut. & in l. jubemus. §. sanè. C. de sacros. eccl. & illud communiter tenetur. Pro qvo adduci potest,
3 * qvòd notarius est persona publica, & creditur ei de his, qvæ spectant ad ejus officium, sicut regulariter creditur nuncio, *sicut habetur in l. magis puto. §. ne autem ff. de reb. eo. & in l. neminem. C. de req. reis. & in c. cùm parati. de app.* Nec obstat ratio Fede. de Senis, qvia verùm est, qvod de facto proprio qvis non debet esse testis, qvia intelligitur ad commodum suum. ita loqvitur. *d. l. omnib9. cum simil.* secus si ad commodum alterius, ut hic. Sed ut tollantur istæ dubitationes, cautius est, ut dixi in præcedenti Cautela, qvòd faciat certiorari per judicem, si est, vel per alium peritum de consensu partium: qvia tunc sine dubio creditur verbis notarii.

T. FERRATUS CAUTELA XXXII.

§. Pro notariis, ad implendam sibi bursam.

SUMMARIA.

1. *Testator si relinqvat alicui usumfructum alicujus fundi, & postea in bonis suis alium hæredem suum pleno jure faciat, ipse hæres concurrit ad ipsum usumfructum, legatum, unà cum legatario, & sic dimidiam habebit.*
2. *Pleno jure verbum in dispositione positum, importat non solum dominium, verùm etiam usumfructum.*
3. *Dictio, alius, alia, aliud, de natura sua includit diversa à specificatis.*
4. *Mortis omne genus potius pati debemus, qvàm mortaliter peccare.*

QVotidie conficiuntur testamenta, in qvibus testatores relinqvunt usumfruct. alicujus partis suorum bonorum alicui personæ, aliam verò personam faciunt suum hæredem universalem, & istud præsertim contingit illis, qvi moriuntur, non relictis liberis: qvia tunc relinqvunt uxorib. suis usumfruct. majoris partis suorum bonorum, ipsis stantibus castis, honestis, & absq; marito, & dotes suas non petentibus: qvo casu certum est, qvòd stante dispositione testatoris, hæres non potest se impedire in illo usuf. legato,

usq;

Digitized by Google

usq; qvo vivit ipse usufructuarius, sive bona sint mobilia, sive immobilia, *ut in usufr. Inst. de usu*. Tu autem tabellio, qvi rogatus es conficere tale testamentum, in qvo aliqvis forsitan tuus amicus instituitur hæres universalis, & alicui alteri personæ relinqvitur ususfr. aliqvorum bonorum, si vis taliter negotiari, qvòd non obstante dispositione testatoris, hæres universalis habeat si non totum illum usumfr. legatum saltem habeat dimidiam, etiam vivente ipso usufructuario, & qvòd testator non advertat, Cautela est, qvòd qvando ulti. loco scribis institutionem hæredis, qvòd ipsam conficias per hæc verba: In omnibꝰ autem bonis suis mobilibus & immobilibus juribus & actionibus instituit pleno jure Sempronium suum hæredem universalem, &c. nam isto casu, per illud verbum, pleno jure, positum in institutione, hæres concurret ad ipsum usumf. legatum simul cum legatario, & sic habebit dimidiam. Ista fuit peregrina, & admiranda decisio Alex. *in suo cons. 56. incip. perlectis verbis testamenti. in vers. videretur prima consideratione dicendum. & in ver. unde cùm in test. in 3. vol.* volentis notabiliter, * qvòd si testator relinqvat usumf. alicujus fundi, & postea in bonis suis faciat alium hæredem suum pleno jure, qvòd isto casu ipse hæres concurret ad ipsum usumf. legatum, unà cum legatario, & sic habebit dimidiam. Et ratio istius singularis decisionis est, * qvia verbum, *pleno jure*, positum in dispositione, importat non solum dominium, verum etiam usumfr. *ut est tex. in l. fœmina. §. illud. C. de secun. nupt. qvem ibi ad hoc dixit meliorem de jure Bal. & dicens, qvòd super hoc fuit interrogatus à do. Papa. & est tex. in l. fi. §. simili modo. C. de bon. qvæ lib. & in auth. hac usus præstatio. de sacros. eccle. & in l. mater. & ibi not. Bal. C. ad Tert. & ponit Are. in cons. 156. incip. diligenter visis & consideratis. in 7. col. vers. sed qvando substitutus. & Soci. in suo cons. 54. computatis consiliis Mariæ. incip. in præsenti consultatione ex themate præmisso, in antep. col. vers. qvinimò probatur prædicta conclusio.* Et in dubio, tale verbum importat dominium, cui nil desit, *ut est text. & ibi not. gl. in l. Jul. la prima. in fi. ff. de rei vend. & tex. in l. 1. C. de revo. do.* hinc est, qvòd tale verbum positum in substitutione, facit ipsam censeri directam, per qvam qvis à seipso capit hæreditatem, *prout dixit Bal. in d. auth. hac usus præstatio. de sacros.*

1 2

crof.eccle. & Ang. in d.l. Jul. ff de rei vend. & in suo conf. 125. ubi eleganter loqvitur, incip. hoc est testamentum Petri qvondam Bart. in fin. Imo. in Comment. ca. Raynutius. de test. in materia compendiosa. in illo artic. an compendiosa facta à pagano filio impuberi, & in potestate, per verba communia, censeatur directa infra tempora pupillaris ætatis, an verò omni tempore sit fideicommissaria. versic. & idem videtur, si dixerit, volo, qvòd bona mea, &c. Et prout similiter tenet Aret. *in l. centurio. in penult. col. versic. similiter, etiamsi testator vellet, de vulg. & pup. & idem Aret. in praall. cons. 156. & in eodem loco.*

§. Modò stante hoc, qvòd verbum pleno *jure*, importet non solùm proprietatem, verùm etiam usumfructum, & per verbum, pleno jure, fuerit facta institutio de omnibus bonis ipsius testatoris, seqvitur dicendum, qvòd ususfructus illorum certorum bonorum, reperitur relictus duabus personis, scilicet hæredi, & legatario, meritò ergo sic, qvilibet eorum, tanqvam collegatarii, per concursum debet habere dimidiam talis usufr. & istam decis. Alex. refert, & pro notabili approbando seqvitur solennis Doctor Paul. de Monte pico, *in sua eleganti repe. §. Titia cùm nuberet. l. Titia cum testamento. de legat. 2. in 21. q.* ubi extendit id, qvod superiùs dictum est habere locum, & procedere non solùm, qvando in institutione esset appositum verbum, pleno jure, verum etiam si esset positum verbum plenariè: qvia similiter institutio facta per verbum, plenariè, importat non solùm proprietatem, sed etiam usumf. allegans ita pulchrè tenere Barb. *in suo cons. 11. incip. sapienter, & praclarè scribitur, in 2. part.* ubi adducit multa similia, ut ibi per eum. Ad unum tamen adverte, qvòd qvando scribis institutionem hæredis, ne in ipsa ponas aliqva verba, per qvæ non possit aliter dici, salva interpretatione recti sermonis, nisi qvòd testator voluerit, qvòd legatarius solus habeat ipsum usumf. puta qvando formares institutionem hoc modo: In omnibus autem aliis suis bonis instituit, &c.
3 * nam cùm dictio, alius, alia, aliud, de natura sui habeat includere diversa à specificatis, *juxta not. in c. sedes Apostolica. de rescri. & in l. si fugitivi. C. de ser. fug. & per Socin. in suo cons. 188. incip. visa bulla Pauli II. in 3. col. ver. 1. per illam dictionem, in aliis, &c.* isto casu posset dici, qvòd mens testatoris fuerit, qvòd lega-

legatarius habeat ipsum usumfructum integrum, idcirco forma institutionem eo modo, qvo superiùs fuit dictum. Et istam Cautelam tu *a* tabellio diligenter tene menti: qvià suo loco, & tempore, si habebis ingenium, poteris tibi implere bursam. Et licet ista, qvoad mundum, sint pulcherrima, tamen, qvantum ad animã, essent pernitiosa, si ipsis uteteris voluntate testatoris extante in contrarium, propterea cave tanqvam ab igne in practicando eà inqvirere: nam ut in sacro habetur Evangelio, qvid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? & transumptivè *in c. Matthæus de Simo.* * potius enim debemus omne genus mortis pati, qvàm mortaliter peccare, *ut dixit text. in c. sacris. qvod met. cau.* & similiter omnia mala pati debemus, qvam malo consentire, *ut 32. q. 5. ita ne:* nam propter paupertatem non debemus aliqvod malum facere, *ut l. palàm. §. ignoscendum. ff. de rit. nupt.* nam fideli totus mundus divitiarum est, infideli verò nec obolus, *ut 14. q. 4. qvid dicam?* & qvi contra conscientiam facit, sciat se ædificare ad gehennam, *ut c. literas. de rest. spolia. & 28. q. 1. omnes, & Ang. in cons. 181. incip. super hoc puncto.* nec ista tradidi, ut malum committatur, sed ut qvis malitiis hominum sciat obviare. a 4

ADDITIO.

a Tu tabelli.) *Sed memento notariè, qvòd est præferenda anima Cautelis: qvia est pretiosior cunctis aliis rebus,* vulgata l. sancimus. de sacros. eccles. *si opi. defuncti sciebas fuisse in contrarium: qvia voluntas attendi debet, & contra ej9 voluntatem apposuisti hujusmodi verba, ut rem utilem faceres alicui pro aliqvali præmio, auferendo illi cuj9 sunt bona, propter hujusmodi verba vel auferendo commodum, teneris ad restitutionem, nec consulo tibi, ut seqvaris hujusmodi Cautelam animæ tuæ pernitiosam, juxta illud, qvid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Cave igitur, & crede Laurar. cùm per sedecim annos artem legerim notariè publicè in almo Patavino Gymnasio. Ducit namq; Cautela ista ad impietatem, & ad damnationem. Cave, & anteqvam vidissem verba seqventia, & licet ista, qvoad mundum, &c. jam apposueram apostillam meam ex hujusmodi doctrina, qvæ nauseam attulit.*

NUPTIÆ.

R. FICHARDI CAUTELA LIIX.

§. Pro patre, ut impediat filium nubere indigno.

QVANDOQVIDEM jura Canonica in contrahendis matrimoniis nimis laxa sunt, ut præfatus Sichard. ait *in l. si. pater. C. de sponsalib. num. 6.* atq; patriæ potestati & authoritati nimium detrahunt, qvia secundum ea solus contrahentium consensus sufficit: *juxta cap. 1. extra de desponsat. impub.* ideoCautelam tradit ibidem Sichard. *n. 8.* ut inTestamento filiam hæredem instituat in 100. cum conditione, ut digno nubat, si verò indigno, ut 10. tantùm habeat. Hoc enim casu non poterit, si indigno nubat, petere supplementum legitimæ, qvia pater poterat ipsam propter tale inconveniens matrimonium omninò exhæredare, si ipso vivo illud contraxisset. *auth. ut cum de appellat. cogn. §. aliud qvòq; versic. præter voluntatem. cum seq.*

CAUTELA.

§. Ut Matrimonium præsumptum probari possit, si duæ mulieres contendant pro uno marito.

Vide de hac cautela in Enchiridio cautelarum civilium ad Tit. XIX. de Positionibus. loc. primo.

B. CÆPOLLA CAUT. CXLIV.

§. Pro illo, qvi matrimonium per metum contraxit.

SUMMARIUM.

1, Testi uni deponenti de metu magis creditur, qvàm pluribus testibus deponentibus alio modo.

TEmpore meo duo scholares Paduæ amboForolivio fuerunt conati desponsare suas amasias, cum eis reperti in domo à consangvineis minantibus eis, &c. pro qvibus est casus in capit. cùm olim de spon. Sed pro eis erit optima cautela: qvòd inveniant etiam unum testem, qvi deponeret de metu: * qvia licet alii plures testes deponant de voluntate, magis creditur illi soli: *ita not. dicit Bald. in l. observare. §. proficisci. in 13. q. ff. de offi. pro cons. & legat. do. Lud. Pont. in Rubr. de arb. in 6. col. post. Innoc: in c. cùm super. de re jud.* Nec refert, an metus præcesserit ante tempus contractus matrimonii, *per no. in l. 1. §. qva onerandæ, ff. qvar. re. ac. non datur. & per Bart. in l. fin. ff. si qvis alt. test. prohi. & Bald. in l. 1. C. eodem.*

T. FERRATUS CAUT. VII.

§. Pro illo, qvi per metum cogitur contrahere matrimonium.

SUMMARIUM.

1. Matrimonium est maris, & fœminæ conjunctio, individuam consvetudinem vitæ retinens.

SÆpissimè contingit, qvòd juvenes deprehensi in domo alicujus puellæ, coguntur à fratribus, & consangvineis ipsius puellæ eam desponsare, & de istis loqvitur cap. cùm locum. de spon. Pone modò, qvòd qvidam scholaris iverat ad suam amasiam, & qvia consangvinei ipsius puellæ præsenserant de hoc, observaverunt eum ingredientem domum una nocte, & ita deprehenderunt eum in domo, & minantur ei mortem, si non accipit eam in uxorem. Ipse autem dubitans de salute sua, videt, qvòd opus est, ut eam desponset. Qværo, an erit dare Cautelam, ut licet secum contrahat, tamen qvòd tale matrimonium sit nullum: dic qvòd sic, videlicet, ut inspiciat, an illi testes, qvi sint ibi præsentes, sint testes: qvi verisimiliter ducti in judicium, sint dicturi veritatem de omnibus ibi gerendis, & si non: qvia non sint nisi consangvinei puellæ, & alii domestici, qvi in judicio verisimiliter non dicerent, nisi ea, qvæ facerent ad propositum suum, tunc ipse scholaris hilari fronte dicat, qvòd libentissimè vult eam accipere in uxorem, sed qvòd mittatur pro aliis duobus vel tribus testibus, puta pro presbytero parochiali cum suo clerico; nam ipsi videntes suam bonam dispositionem, & ad hoc etiã, ut res procedant cum amore, & etiam qvia res suæ erunt clariores, si plures testes tam domestici, qvàm extranei intervenient; complacebunt ei in hoc, & tunc dicat: Domini, vos eritis testes, qvaliter accipio istam puellam in uxorem, tamen qvia mecum commisit stuprum, dubito, ne idem faciat cum aliis, propterea protestor ei, qvòd si adulterabit cum alio; volo posse accipere aliam, ipsa puella; & consangvinei sui existimantes casum protestationis nunqvam verificaturum. Et isto casu non erit matrimonium; qvia qvotiescunq; matrimonium contrahitur sub conditione seu protestatione suspensiva, seu resolutiva ipsius matrimonii; ut est in casu nostro, * qvia matrimonium est maris, & fœminæ conjunctio, individuam vitæ consvetudinem retinens; *ut Inst. de nup. in prin. & 27. q. 2. in summa, ut ponunt* Jo. *And. Ant. & Card. Alex. in Rub. de spons.* talis conditio, seu protestatio non vitiatur, sed vitiat ipsum matrimonium. *iste est casus, & ibi not. omnes in*

c.fin.de cond.appo.per qvod dicit ibi in terminis Card.Zad. se vidisse de facto, qvem ibi etiam refert & seqvitur Card. Alex.in 4.not. qvòd cum qvidam philocaptus vellet accipere qvandam puellam in uxorem, dubitans, ne cum alio adulteraret, ad hoc, ut magis præcaveret, accepit eam in uxorem hoc modo, qvòd si adulterandum se præberet alicui, qvòd posset accipere aliam in uxorem, fuit judicatum tale matrimonium non tenere. *Et istud idem ibi refert & seqvitur Abb.in 1.not. licet Card.Zab.non faciat mentionem.* Ad unum tamen adverte, qvòd si ista Cautela debet habere locum, & procedere, opus est, qvòd ipsa puella expressè consentiat tali protestationi, aliàs secus, & isto casu non sufficeret, si taceret: qvia tacendo favore matrimonii haberetur pro contradicente. *Ita Innoc.cum qvo alii transeunt in d.c.fin.& per hoc dicit ibi Host.qvem referunt Panor.& Alex.* qvòd ista crebro deberent prædicari, ne istæ simplices puellę decipiantur, scilicet, qvando eis fiat talis protestatio, non consentiant, sed taceant: qvia tunc erit matrimonium.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXXXIIX.

§. Pro matre, vel patre transeuntibus ad secunda vota, ut evitent pœnas juris.

SUMMARIUM.

1. *Si mater infra annum luctus, & etiam pater ad secunda vota transeant, qvas pœnas à Jure Civili injunctas patiantur.*

1 SI mater transit * ad secunda vota intra annum à morte primi viri, patitur multas pœnas de Jure Civili, *de qvibus habetur in l.1. C.de sec.nupt.* & si transit post annum, patitur pœnam, *de qva in l. fœmina. C.de secund. nupt.* qvæ est, ut si moriatur unus filius ex primo matrimonio, mater succederet pariter cum filiis, & fratribus defuncti utrinqve conjunctis, in plena proprietate pro virili portione, *ut in Auth.de haredit.qva ab intest.defer.§.1.& in auth.in successione. C.de suis & legit.& in auth. defuncto. C. ad Tertull.* & hoc procedit, si non transivisset ad secunda vota, sed si transivit, anteqvam succederet filio, vel etiam postea, efficitur de proprietaria, in effectu usufructuaria, & eà mortua, omne id in qvo successit, acqviritur filiis primi matrimonii, nec de eo potest testari, vel aliter disponere. *ut est casu in l.fœmina.C.de secundis nupt.in Auth.de non eligendo secun-*

secundo nub. §. 1. col. 1. cum similib. Et idem juris est in parte transeunte ad secunda vota, ut teneatur reservare filiis primi matrimonii id, in qvo successit filio, *ut nota. glo. in Rub. prædicta, de non eligendo secundo nub. & notat Azo in Summa. C. de secun. nupt. & Bart. in d. l. fœmina. & est communis opinio, & ita sæpe consului.* Sed ne pater, aut mater teneantur reservare prædicta bona filiis primi matrimonii, & qvòd remaneant veri proprietarii, Cautela est, ut transeant ad secunda vota, filiis primi matrimonii volentibus, & consentientibus, ut est Glo. *singularis in auth. de non eligendo secundo nub. §. 1. in verb. copulantur. qva dicit invito filio, & non plus.* & illam glossellam aliqvi non habent, sed debet esse, qvæ vult à contrario sensu, qvòd filio non invito, sed volente, secus esset, *de qvo habetur per Ludo. de Rom. in sing. 250. & in cons. 218. & habetur per Bar. in l. 1. C. de his qvæ pæn. no. & per Ang. in auth. de non eligendo secundo nuben. §. 1.*

§. Item est alia Cautela, qvòd qvando alter conjugum vult transire ad secunda vota, ut prius petat licentiam ab altero, qva concessa, si transit ad secunda vota post annum à morte conjugis, non cadit in aliqvam pœnam, secus si intra annum, *ut singulariter not. Bald. in l. 1. C. de secund. nupt. de qvo dicatis, ut ibi per eum.*

MULIER.

R. FICHARDI CAUT. LII.

§. Pro Muliere secundò nubente, ne incidat in pœnam l. fœminæ. C. de secun. nupt.

QVANDOQVIDEM constat ex *l. fœmina. C. de secund. nupt.* mulieres, etiam post tempus luctui statutum, ad secundas nuptias convolantes, qvicqvid ex facultatibus prioris mariti, sive sponsalium jure, sive nuptiarum solennitate, aut per donationem mortis causa factam, aut ex testamento, aut cujuslibet munificæ liberalitatis præmio, consecutæ sint, id totum, qvoad proprietatem, amittant, & ad liberos, qvos ex præcedenti matrimonio habuerint, transmittant. Cautelam pro illis tradit Angel. *in auth. de non elig. sec. nub. colla. 3.* ut nimirum nubant cum consensu liberorum suorum prioris matrimonii. Sed mihi melior videtur esse, hoc casu, Cautela Baronis Schenk à Dautenberg, nempe, ut apud priorem maritum obtineat,

qvòd ipsi liceat pòst annum luctus, ejus consensu, & sine ulla pœna ll. secundò nubere. qvam Cautelam ipse tradit in decis. suis, *decis. 27.*

DE NUMULARIIS.*

Vide suprà in Bancharii.

OBLIGATIO.

B. PERUSINI CAUT. X.

§. Utrum qvis possit sic obligari, ut ubilibet valeat conveniri.

NONO qværitur, qvalis Cautela possit adhiberi, ut debitor possit universaliter conveniri, & dicunt qvidam, qvòd nulla promissio sufficit, nec pœna propter hoc commissa potest conveniri reus: qvia licet promittat sistere & respondere in alio loco, qvam in suo loco vel foro, tamen talis promissio, & pœnæ stipulatio parum operatur, qvominus ante litis contestationem, semper recedere possit. Nam sicut ante litis contesta. non dicitur qvis declinare velle: qvia ante contestationem semper potest declinare, & ideo suus judex. Et si dicas imò committit pœnam: qvia non sistit, ut promittit, respondeo, qvòd parum operatur, qvia mora, & pœnæ commissio porrigitur usq; ad lit. contest. *ut ff. de arbit. l. celsus, & dicam infra eodem. 3. qvæst. 17.* ita qvòd ante contesta. dicet se reus paratum parere foro, qvod declinavit, & ideo semper claudet judicium actionis, & ideo dicunt alii ad plenam obligationem, ut ubicunqve qvis conveniri possit, utendum est in stipulatione talibus verbis, cum debitor convenerit, & ideo debitor convenit eidem creditori stipulanti, & ex pacto promisit dictam qvantitatem solvere in tali loco, & generaliter. Ubicunqve locorum, & coram qvocunqve judice, & assessore, & in qvolibet foro coram qvocunqve, & sub qvocunqve, idem creditor præfatum debitorem convenire voluit coram qvibus, & qvolibet ipsorum: idem debitor promisit solvere qvantitatem prædictam, & personalem, & realem coactionem subire, in judicio sistere, eorum jurisdictioni se submittendo, in qvos tanqvam in suos judices ex nunc ex certa scientia consentit, renunciando privilegio fori, omnibus aliis exceptionibus, & juribus pro eo facientibus, &c, & hæc videtur sufficiens Cautela, contra qvam non potest debitor venire. Nam obligando se soluturum in aliis forum, ibi con-

traxis-

traxisse videtur, *ut l. hares absens ff. de bon. author. ju. pos. l. 2. & de ac. & obl. l. contraxisse*, & ideo non potest tale forum declinari ante lit. contest. sicut forum proprium. *C. de jurisdict. omn. jud. l. nemo.* Et prædicta intelligo, qvia talis renunciatio fori obligat renunciantem, ut ex hoc in illis locis possit conveniri, tamen conveniendo sub uno judice. Nam si clericus est, qvi renunciat, non convenitur sub judice seculari, sed sub ecclesiastico. Et idem in laico, qvi per hoc renunciat foro suo, non suo jud. *ut not. in authent. qva in provincia. C. ubi de crimine agi oport. & de hoc videtur actum, & c. ff. de inoff. test. l. qvo cum tutore.* *Et qvia clericus 2
licet de hoc consentire, tamen non posset renunciare, *a* ut 1
extra de foro compe. c. si diligenti. nec etiam potest in non suum judicem consentire sine consensu sui episcopi. 3. *qvæst. 5. cap. non liceat, extra de foro comp. cap. significasti.*

ADDITIO.

a Non posset renunciare.) *Ade Pet. de Anch.* in c. si diligenti. num. 1. & 8. extra de for. compet.

OFFICIA.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXXXIV.

§. Qvòd qvis non admittatur ad officium, nisi sit civis, facias qvòd unus moveat litem illi, qvòd non sit civis.

SUMMARIUM.

1. Pœna remotionis ab officio, qvantumcunq; imponatur officio durante, de crimine cognosci potest.

SI qvis vult, ut aliqvis non possit admitti ad officium, stante statuto, qvòd qvis non admittatur ad officium, nisi sit civis, facias, qvòd unus moveat litem illi, qvem tu vis non habere officium, qvod non sit civis, qvia pendente illa lite, etiamsi eligatur, non debebit admitti ad illud officium, *ut l. si ut proponis. C. qvando provoc. non est neces. & ibi hoc tenet Bald. per illum textum,* & si tu vis, ut habeat effectum, opponas tempore electionis faciendæ, qvia tunc non poterit expediri illa causa, & interim alius eligatur, & sic remanebit exclusus. Sed si opponeretur, ante non haberet effectum: qvia illa causa deberet expediri infra illud tempus, in qvo facienda esset electio, ad hoc ut possit eligi, si verè esset civis, *per textum notab. in l. 1. ff. de glan. legen. & per ea qvæ ibi notat Bartol. qvod no. & facit. l. jubemus. C. ad legem Iul. repet.* & qvod notat Bal. *in extravagan. de pace*

1 *Constan. in ult. chart. in princ. Vers. & no.* * ubi dicit, qvòd qvantumcunq; imponitur pœna remotionis, durante officio potest cognosci de crimine: nam si expectaremus finem officii, frustra fieret amotio, *ut d. l. jubemus*. Sed non videtur curandum de ista Cautela, qvia donec durat hæc contentio, non currit tempus officii, *per ea quæ no. Bal. & Doc. in l. contra majores. C. de inofficioso testam. & Bart. in l. 2. §. non solùm ff. ad Tertull.* Sed potes dicere, qvòd Cautela procedit, qvando de necessitate de præsenti debet fieri electio successionis.

DE OPERIS NOVI NUNCIATIONE.

T. FERRATUS CAUTELA LIIX.

§. Pro illo, qvi ædificavit spreta nunciatione, ut contra ipsum non competat interdictum demolitorium.

SUMMARIA.

1. *Opus novum si nuncietur, & nunciatus tali nunciatione non obstante in opere procedat, omne id, qvod ædificavit, suis sumptibus demoliri debet.*
2. *Lite contestata judex, qvi super meritis causæ cognoscere cœpit, super toto, non autem super attentato pronunciare debet.*
3. *Appellatione pendente, si litem contestatus fuerim, & à principio non petierim innovata retractari, attamen qvandocunque velim, petere possum, & revocari debent.*
4. *Retractatio attentatorum judicis officio mercenario expeditur, in qvo nec libellus, nec litis contestatio reqviritur.*
5. *Appellationem inter judicialem, & extrajudicialem, qvæ differentia sit.*
6. *Operis novi nunciatio appellationibus extrajudicialibus æqviparari debet.*

1 TEXTUS * sunt expressi, qvòd si nunciatur novum opus, & nunciatus non obstante tali nunciatione, procedat in opere, omne id, qvod ædificavit, debet suis sumptibus demoliri, qvia nunciatio sive justa, sive injusta, spernenda, non est, *ut l. 1. in princ. & §. sed si is. ff. de ope. novi nunciati. & in leg. prætor ait, cum trib. §. seq. ff. eodem titulo. & in c. 2. ex-*

Digitized by Google

extra.eod. pone, qvòd qvis ædificavit spreta nunciatione, qvo casu, ut superiùs dictum est, opus debet demoliri, nunqvid est dare Cautelam, qvòd tale opus non demoliatur? Dic, qvòd sic, videlicet qvòd conetur contestare litem super meritis causæ, anteqvam adversarius petat ædificium demoliri: qvia per ipsam contestationem est præclusa via adversario amplius petendi demolitionem. *ita notabiliter voluit Bal. in suo consilio, incip. proponitur, qvod fuit duplex nunciatio. in 1. col. in 1. parte.* Motus, qvòd nunciatio novi operis, est qvædam provocatio, seu extrajudicialis appellatio, *ut etiam tenet Bar. in l. si. ff. appellatio. recipi.* post qvam provocationem seu extrajudicialem appellationem, innovata retractantur per viam attentati, *ut habetur in c. non solùm. de appellatio. l 6. & toto tit. ff. nihil innoc. appell. penden.* tamen illud innovatum seu attentatum, appellatione pendente, debet peti, ut retractetur, anteqvam lis contestetur super meritis causæ principalis, * nam ea contestata, judex, qvi cœpit cognoscere super meritis causæ, debet pronunciare super toto, non autem de attentato solùm. *alleg. Spec. in tit. de appellatio. § penul. vers. sed pone. & istam decisionem Bal. refert, & pro notabili seqvitur Jas. in l. 1. in 2. col. vers. 4. notabiliter limita. ff. de operis novi nuncia. & ita aliàs hic Padua propter auctoritatem Bal. & d. Jas. fuit de facto obtentum.* Adverte tamen, licet auctoritas Bald. & Jas. magna sit, tamen istam suam conclusionem non puto veram, qvia posito, qvòd nunciatio novi operis sit provocatio seu extrajudicialis appellatio, post qvam appellationem innovata veniant retractanda per viam attentati, tamen non est verum, si sim contestatus litem super meritis causæ principalis, qvòd non possim amplius petere retractari ea, qvæ fuerint attentata appellatione pendente, qvia licet aliqvis tenuerit hanc opinionem, qvòd litis contestatio operetur, qvòd amplius non possit peti retractatio attentatorum, *ut tenuit Spe. in loco superiùs alle. & Arch. in dict. c. non solùm de appel. 6.* Moti, qvòd licet revocatio attentatorum habeat privilegium expediti processus, *ut vult gl. no. in Cle. 2. ut lite pend.* tamen contestando litem super negotio principali, pars videtur huic privilegio renuntiare, nam qvis eligendo unam viam, videtur alteri renunciare, *juxta l. qvod in hæredem. §. eligeri. ff. de tributo. & c. unicum, de postul. præl. in 6.*

2

& c.ut qvis.de electio.eod.lib.6. Nihilominus & vera opin.
3 est in contrarium,* qvòd appellatione pendente, si conte-
a status sum litem,& à principio non petierim *a* innovata retractari,qvod tamen qvandocunq; velim, possum petere, & debent revocari,*ita tenet glo.in dicto c.non solum.in verbo, ante omnia & ibi Jo. Andre.Petr.de Anch.& Dominic.* distingvendo tamen, ut ibi per eum, tenet Jo. Mona. *in ca. cupientes.§.pen. de elect. l. 6. Bald.in l. appellatione. in 1. col. vers. qvaro,an super officio.C.de appell. Phil. Franc.in ca.dilecti filii el secundo,in 2.col.versic. 2. qvaro extra. de app.& ibi etiam Prapo.Mediol.nunc Card.Ale.meritißim9 in 3.col.ver.opera pretium est.Do. de Rot. in sua deci. 185. incip.si pars.Inn.*
4 Et ratio est, * qvia retractatio attentatorum expeditur judicis officio mercenario,in qvo non reqviritur libellus, nec litis contestatio,*ut vult glo.in Cle.2.lit. pen.qvam ibi seqvitur Car.in 1.q.& tenet Bald.in d. l. appellatione.in 1.col.vers.qvaro,utrum attentata.Cod.de appell.& est ad hoc bona glo.in Rub.ff. de interrog. actio.* ideo cùm iste articulus de natura sui examinetur seorsum à principali, *ut d. c.non solùm.* ergo litis contestatio super negotio principali non debet nocere revocationi attentatorum, *ut in simili dicit gl.in l.vinum.ff.si certum pet. & in l. qvi testamento.§.per contrarium.ff.de test. & in §. multis. in verbo,transitu.Inst.de liber. de qva facit festum Bald. in multis locis.* Et si diceretur, qvòd forsitan prædicta, scilicet qvòd contestatio litis super negotio principali non impediat retractationem innovatorum, habeat locum & procedat in attentatis per judicem,& sic qvando intentaretur titulus, nihil novari appellatione pendente. Secus verò in attentatis per partẽ. & sic qvando intentaretur titul. ut lit. penden.qvia datur circa innovata per partem, prout istam differentiam inter unum titulum,& alium *sentit Inno. in c. dilecte* in Christo. *de cept. Bald.& Imol.in l.si qvis filio.§. hi autem.ff.de injust. & irrit.test.Declarant Cardi.& Panorm.in dict.c.dilecte.* qvia dico,qvòd ex utroq; capite, sive ex titul. nil.no. appel. penden.sive ex tit. ut lit. penden. litis contestatio non impedit, qvo minus in principio, in medio,& in fine litis possit peti attentata retractari, dummodò talis petitio fiat ante conclusionem in causa. ita de pendentia lit.tenent do.de Rot.*in sua decisione 7.incip.atten-*

tentata inno. licet Bald. *in lege prima. in 3. col. vers. vel pone aliud exemplum. C. de appel.* videatur sentire contrarium; cum qvo videtur transire præceptor meus in canonibus do. Philipp. Deci. *in ca. consuluit. in 2. col. vers. & notandum. extra eodem, de appellatio.* & si diceretur, qvòd forsitan ea, qvæ superiùs dixi, procedunt in appellatione judiciali, sed Baldus & Jason loqvuntur in nunciatione novi operis, qvæ est qvædam appellatio extrajudicialis, ut suprà dictum est, qvia breviter respondeo, * qvòd licet magna 5
differentia sit inter appellationem judicialem, & extrajudicialem, ut per Abb. Phil. Franc. Card. Alex. & Phil. Deci. *in c bona. de appel.* ubi enumerant 14. differentias, tamen qvantum ad casum nostrum, scilicet qvoad attentata, nulla est differentia, qvia ita attentata post appellationem extrajudicialem, post legitimam inhibitionem judicis, ad qvem, ut est in casu nostro, qvando nunciatus procedit in opere post præceptum judicis, sunt à principio nulla, & gaudent eodem privilegio, qvo gaudent attentata judiciali appellatione pendente, *ut est tex. cum glo. in. d. c. non solùm. §. fi. de appell. l. 6. not. Imol. in d. c. bona. in penult. col. de appellat. ubi etiam Philip. Franc. in 7. conclusione. & Card. Alex. in 19. col. vers. tertiò fallit. & Philip. Franc. in c. significantib. extrà, eodem. Sentiunt dom. de Rota in sua decis. 346. incip. si appellatur. in no. & clarè decis. 234. incip. si rector. in no. super qvibus cogita eo maximè, qvod Bart. in l. in provinciali. §. 1. ff. de ope. no. nuncia. & in l. fin. ff. de appell. recip.* sentit *nunciationem novi operis æqviparari appellationi 6
extrajudiciali. Panormit. verò post Ant. sentit contrarium *in cap. cum nobis. in 3. col. de elect.*

ADDITIO.

a Innovata retractari.) *Attentatorum revocatio appellatione pendente, qvi fieri poßit, & debeat, & qvando non, vide per Alex. de Imo.* in consi suo 99. in 5. vol. in princ. *Et si appellatione pendente appellans excommunicetur, debet excommunicatio retractari per viam attentati, vide Inn. in c. dilecti. in glo. in verbo sententias. & ibi per Imol. & Fel.* in 4. q. extr. de app. *Philip. de Franc.* in 7. de app. extra, circa prin. ibi: *nam sunt excommun. & ibi dixit etiam in apost. & ne credat aliqvis, qvòd ignavia, & culpa mea non fuerint addita apostilla, per me toti operi. de app. ipsius d. Phi.*

d. Ubi. sed culpa bibliopolæ, qui ea imprimi faciebat, qui fregit mihi pacta, destiti justissima causa motus. Sed doleo, sic oleum & operam perdidisse, ut in consiliis Oldr. sic etiam accidit ejusdem liberarii culpa.

ORATORES.

I. De Arnono Cautela XLVII.

§. Pro destinantibus oratores ad principem, ut destinent illi gratos.

SÆPE contingit, qvòd Respublicæ, seu qvivis alii, non curo, destinant oratores ad principem, vel alios superiores, pro aliqvibus negotiis explicandis, seu gratiis obtinendis. Et qvia dicti oratores sunt parum grati, imò fortè odiosi illis, ad qvos destinantur, revertuntur sine effectu, nam dicit *text. no. in c. in gravib. 3. q. 7.* qvòd si is, qvi displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus, ad deteriora provocatur, qvem text. dicit Abb. *in Rubr. de vit. & honest. cleric.* esse not. perpetuò pro Ambassiatoribus destinandis, ut eligantur hi, qvi sunt benevoli, & accepti illi, ad qvem mittuntur; nam si displicent, redibunt sine effectu. Cautela est igitur, ut mittantur benevoli, *per dict. cap. in gravibus. & per illud cap.* potissimè dicit Abba. *in præallegato loco*, qvòd licet malus sacerdos ita conficiat sicut bonus. 1. *q.* 1. multò tamen facilius exaudiuntur boni sacerdotes, qvàm mali. 1. q. 1. Ipsi sacerdotes cùm sint intercessores apud Deum, si displicent Deo, nedum non exaudiuntur, sed potius Deum ad iram provocant.

PACTA.

B. Cæpolla Caut. LXII.

§. Qvòd conjuges ante matrimonium faciant pacta inæ-
a qvalia. *a*

SUMMARIA.

1. *Donatio propter nuptias regulariter æqvalis cum dote esse debet.*
2. *Pacta inæqvalia matrimonio constante, prohibita sunt: qvoniam donationem sapiunt.*

1 DEBES * scire, qvòd regulariter donatio propter nuptias debet esse æqvalis cum dote, & pacta de lucrando dotem, & donationem propter nuptias: in totum vel in partem debent esse æqvalia, aliàs non valerent, *ut habetur in Auth. de æqva. do. in princ. & in l. ex morte. cum Auth.*

Auth. ibi posita, Cod. de pac. conven. & *Inst. de don. §. est & aliud.* & *in cap. donationis. ext. de don. inter virum.* Sed cautela est, qvòd dicta pacta etiam inæqvalia facta valeant, videlicet qvod fiant anteqvam contrahatur matrimonium de præsenti, qvia tunc bene valebit. Et est ratio, * qvia 2
pacta inæqvalia sunt prohibita constante matrimonio, qvia sapiunt donationem, qvæ est prohibita, ne mutuo amore se spolient, *ut lege prima. ff. de do. inter vir.* qvæ ratio cessat ante contractum matrimonium, & *ista est doctrina singularis Inn. in d. c. donatio.* b *qvam seqvitur ibi Ant. de But.* b
& *Ang. fecit festum de ea in dict. l. ex morte. C. de pact. conven.* qvod bene not. qvia nunc est in facto.

ADDITIO.

a Pacta inæqvalia.) *Pacta de lucranda dote, & donatione propter nup. inaeqvalia non valent.* l. ex morte. C. de pact. conven. tam super dote, cum Auth. ibi posita, *nisi fiant ante matrimonium contractum per verba de præsenti.* Inn. in c. donatio. de donatio. inter virum & uxorem. & Ang. in d. l. ex morte. *Et an & qvando pactum de lucranda dote valeat*, vide in l. 1. & 2. ff. de pac. dot. in l. qvod scitis cum gl. de bon. qvæ lib. Doct. in l. 2. soluto matrimon.

b Inn. 53.) *Mirum est de ista cautela, qvia etiam ante matrimonium contractum per verba de præsenti, potest esse ratio prohibenda talis inæqvalis donationis, scilicet immoderatus amor. Nam sæpius videmus ardentiores esse homines ante freqventem conversationē cum uxoribus, qvàm post, satiantur enim viri vel mulieres ex longa habitatione facta invicem, qvare videtur hæc cautela minus sufficiens salva reverentia tantorū virorū: imò & suorū seqventiū.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXLIV.

§. Qvibus casibus pactum legis commissariæ sit validum.

SUMMARIA.

1. *Pactum pignoris & legis commissoriæ à parte debiti factum, à jure reprobatum est.*
2. *Fœneratores Bononienses qvo casu pacto legis commissoriæ abutantur.*

PActum * pignoris & legis commissoriæ factum à parte debiti, est reprobatum à jure, qvando scilicet datur 1
pecunia debitori, vel etiam efficitur debitor ex alia re, & debitor dat pignus creditori cum pacto, qvòd si non

solvit debitum intra certum tempus, pign9 sit emptum pro pretio debiti, qvia lex præsumit, qvòd debitor, qvi indiget alia re, & non posset solvere, daret pignus multo majoris pretii, qvàm sit debitum, & sic faciliter deciperetur, ideo lex vult, ut non valeat: *ut l.1.2. & fin.C.de pactu pign. & l. com.* qvod fallit, qvando illud pactum pignoris fieret ex intervallo post debitum contractum: qvia non præsumitur esse in tantâ necessitate. *ut l. Titius.ff. de consti.pecun. & ibi hoc no.Bart. & alii Doct. & idem no. Bar. & omnes Doc. in l.qvamvis alias incipit, Calipodi9 ff.de solut. & Bar. in l. si fund9. §.fin.ff.de pig.* Item fallit, qvando pactum esset, vel dign9 esset venditum justo pretio: qvia tunc cessaret omnis deceptio præsumpta, *ut est cas9 no. in d.l. si fund9. §.fi. & ibi hoc no.Bart.* & hoc casu fieret æstimatio per judices: *ut habetur per Bart. in l.2. & fi. C.de pact pign. & l.commisso. & l. fi.C.de jure dom.impe. & d.l. si fundus. §.fin. in d.l. qvamvis, & in d.l. Titius.*
2 * Et ex hoc infertur Cautela, qva utuntur fœneratores Bononienses ex consilio advocatorum & procuratorum antiqvorum, videlicet, qvòd fiat pactum pignoris & legis commissoriæ: ut si non solvatur pecunia, pignus sit emptum pretio æstimando per talem, & tales arbitratores, qvos ex tunc partes eligunt; *ut not. dicit Bart. in dict.l.fin.C.de pact. pig. & leg.comm. & in dict. l. si fund9. §.fin.de pigno.* Nam poterunt convenire 1. casu, coram illis arbitratoribus, seu æstimatoribus de æstimando pignus pro pretio debiti, leg 3. multo plus valeret. Sed si de ista conventione constaret, diceretur fieri fraus legi: & non valeret. *per leg.fraus.cum ibi notatis.ff.de legi. & l.non dubium, Cod.eodem tit. conjuncta l.dol.§.diversum.ff.de nova.*

B. CÆPOLLA CAUTELA XXIII.

§. Qvod non obstante l. commissoria, qvæ in pignoribus improbatur, pignus efficiatur creditoris.

SUMMARIUM.

1. Creditor in instrumento debiti pactum apponere non potest.

1 DEbes * scire; qvòd creditor *a* non potest apponere in
a instrumento debiti pactum hoc videlicet, qvòd si non solvatur ad certum tempus, qvòd pignus detur in solutum ipsi creditori pretio, qvo ipse creditor voluerit, vel æstimaverit, *in toto tit.de pac.pig. & de leg. commis.in pigno.rescin-*

scind. Modò, hoc modo potest adhiberi una not. Cautela pro usurariis, qvòd faciant fieri contractum, & apponatur pactum, qvòd debito ad tempus non soluto pignus detur ei in solutum justo pretio æstimando arbitrio talis, vel talis, qvos nunc eligimus in arbitratores, & bonos viros, qvòd no. qvia laudabilis est cautela: nam alii arbitratores illius usurarii erunt amici, & facient æstimationem: prout ipse usurarius voluerit *& hoc per text. in l. si fundus. §. fi. ff. de pig. & ita no. Ang. ibi.* Hanc autem cautelam not. non ut ea utaris ad malum: sed ut scias cognoscere, si alius vellet uti malitia, ut evites.

ADDITIO.

a Creditor.) *Creditor an & qvando potest sibi retinere rem debitoris pro debito, vide Bartol.* in l. si non inducta. C. in qvibus cau. pign. taci. contra.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXXIII.

§. Ad hoc, qvòd valeat pactum de non succedendo factum à filia.

SUMMARIUM.

1. Renunciatio non valet, si filia simpliciter paternæ successioni renunciet.

TU scis, * qvia si filia renunciet successioni paternæ simpliciter, non valet renunciatio. *l. pactũ dotale. C. de coll.* nisi juret, *secundum glos. & Docto ibi, & est text. in cap. 2. de pact. in l. 1. ut Bal. in fi. C. de pact.* ponit Cautelam, ut filia faciat pactum de non petendo aliqvid de bonis paternis, qvia tale pactum etiam non juratum valet. Unde fit cautus pater faciens filiam sibi renunciari, videlicet, ut faciat sibi facere pactum de non petendo.

PARS MINOR.

B. CAEPOLLA CAUT. XXIX.

§. Qvòd valeant gesta à minori parte una de collegio.

SUMMARIUM.

1. Rector scholarium, si duæ partes congregari noluerint, contumaces privare potest, & tunc eorum voces ex translatione penes alios erunt.

IN vocibus etiam habet locum jus electionis, morte, privatione, & suspensione: & ideo, qvi nolunt congregari, possunt eorum voces suspendi, & privari; & sic non erunt

de

de numero electorum: si sunt suspensi ex justa causa, puta per contumaciam. *extra. de const. cap. ex literis. ff. de fideic. liber. l. si legatario. §. 1.*
1 * Et sic potest facere rector scholarium, si duæ partes nolunt congregari, privet contumaces, & tunc voces eorum erunt penes alios: vel potestas vocum ex translatione, qvia ista est privatio, non translatio, & sic rector facta universitatis expediet. *ita not. dixit Bald. in l. unica. in ultim. qvæst. C. qvando non pe. partes.*

DE PATRONATU.

T. Ferratus Caut. XLV.

§. Ut teneat impetratio ecclesiæ patronatæ, licet de jure patr. laicorum non sit facta mentio.

Summaria.

1. *Juribus patronatus laicorum, Romanus Pontifex literis suis nullo pacto præjudicare intendit.*
2. *Impetratio est ipso jure nulla, si qvispiam à Papa impetraret aliqvam ecclesiam, de jure patronatus laicorum expresse mentione non facta.*
3. *Beneficium si episcopus conferat intra tempus patroni, & patronus intra tempus juris aliqvem non præsentet, & alius postea illud beneficium à Papa impetret cum clausula, si non fuerit alteri jus qvæsitum, qvis potior erit.*
4. *Beneficii collatio per ordinarium intra mensem datum si facta fuerit talis collatio, valet, si ipse expectans non acceptaverit.*
5. *Datam primus si nunqvam acceptaverit, provisio secundo facta intra mensem valet.*
6. *Patronus clericus licet in præsentando accumulare non possit, tamen secunda præsentatio ab eo facta de facto reconvalescit etiam eo invito, si primus ab eo præsentatus cesserit.*

SCIENDUM est, qvòd mens, & intentio Rom. Pontificis est, nolle præjudicare per aliqvas literas à se concessas juri patronatus laicorum, prout latè firmat Lap. de Castellio. *in sua alleg. 85. incip. beneficia vacantia in curia Rom.*

Rom. concludens, qvòd reservationes beneficiorum, qvas qvotidie facit Papa, non comprehendunt beneficia patronalia, & inter alia refert Jo. Andr. *in c. dilectus. de offi. lega.* dicentem Host. ibi dicere, se alias vidisse unam bullam Papalem directivam prælatis Angliæ, qvæ continebat, qvòd qvando Papa scribebat pro aliqvo beneficiando, suam intentionem non esse velle includere beneficia, in qvibus laicus habeat jus patronatus, & ratio secundum eum est, qvæ priùs fuit *gl. in c. cum dilectus. in fin. glo. magna, de jure patronat.* qvia si talia beneficia conferrentur per Papam, & per alios prælatos, laici retraherentur à fundatione ecclesiarum, subjungens idem Lapus *in dicta sua alleg.* se vidisse observari per Grego. II. qvòd dum contulisset ecclesiam S. Romuli Florentiæ, non facta mentione de jure patronatus parochianorum, non potuit postea obtinere ille, cui fuerat collata. * Et istam regulam, qvòd in dubio Papa per suas 1
literas non intelligatur velle præjudicare juri patronatus laicorum, tradit etiam Gemi. *post alios in c. 2. in glo. super verbo, collatio. de præbend. in 6. Abbas in c. cùm dilectus in fi. de jure patronatus. Card. in cons. 96. incip. Papa univit qvandam Abbatiam, circa medium, vers. qvoad causam secundam.* & ista regula est adeò vera, qvòd etiamsi in sua supplicatione diceretur, qvaliter nonnulli laici solebant nominare unum episcopum pro rectore, qvando ecclesia vacabat, tamen per ista verba non dicitur facta mentio juris patronatus. Ita Felinus *in suo tracta. qvando lit. apost. noc. patr. ecclesia. circa princ.* dicens ita fuisse judicatum in Rota, tempore Papæ Pauli secundi, per tres sententias conformes, prout affirmabat ille, in favorem, cujus dictæ sententiæ fuerant latæ. Et qvòd ista regula sit indubitata, vide per Feli. *in dict. suo tract.* eam pulchrè ampliantem undecim modis.

§. Ex qvibus apparet, qvòd si aliqvis impetraret à Papa a- 2
liqvam ecclesiam non facta expressa mentione de jure patronatus laicorum, qvòd talis impetratio non teneret, imò esset nulla ipso jure, patrono agente de contemptu, *ut est casus in c. decernimus ibi, irritam esse noverit. 16. q. 7. & ut tenet do. Abb. in c. illud. circ. princ. de jure patronatus. & in c. ex insinuatione. in secundo notabili, eodem tit. & in c. cum Bar. in 3. col. vers. ex hoc notabiliter colligitur. de re ju. ubi etiam hoc tenet Felin. in 5. colum. cum aliis auctoritatibus*

per eum ibi adductus. Et dicunt Card. & Abb. *in d. c. ex insinuatione*, qvòd institutus in ecclesia patronata intra tempus præsentandi sine præsentatione patroni, occupator est, & tanqvam occupator removetur. Modò tu prælate impe-
a trasti unum beneficium, seu unam ecclesiam, *a* non facta mentione juris patronatus alieni, vel malitiosè, vel ex ignorantia, qvo casu propter vitium surreptionis, talis impetratio est ipso jure nulla, ut superiùs dictum est, nunqvid erit dare Cautelam, qvòd tali surreptione non obstante, talis impetratio remaneat firma, & valida? Dic qvòd posset uti illa, qva usus fuit qvidam anno præterito in diœcesi Tarvisina, ut mihi relatum fuit. Qvidam impetraverat à summo Pontifice qvandam ecclesiam, sciens eam esse patronatam, non facta mentione de jure præsentandi competenti seniori de qvadam casata, qva impetratione obtenta, statim dum ipse esset Romæ, misit Tarvisium qvendam suum procuratorem ad exeqvendum duo. Primum ad accipiendam tenutam, seu possessionem ipsius ecclesiæ. Secundum, ad alloqvendum illum, cui competebat jus præsentandi, narrando ei, qvaliter talis impetraverat talem ecclesiam, ignorans eam esse patronatam, sed post collationem ei factam, scivit de suo jure patronatus, & licet suæ bullæ Papales amplè loqvantur, adeò, qvòd sive ecclesia sit patronata, sive non, ipse intendit, qvòd collatio teneat, & valeat. Attamen, qvòd malè libenter veniret secum ad aliqvod litigium, propterea rogabat ipsum, qvòd nihil vellet innovare usq; ad adventum suum, qvem sperabat debere esse intra temp9 breve. Et tunc si ipse patronus nollet condescendere voluntati ipsius, cui fuerat facta collatio, qvod ipse faceret totum oppositum, & qvòd ex nunc ipse nolebat tangere aliqvid de fructibus ipsius beneficii, sed qvòd dabat licentiam ipsi patrono eos percipiendi, & multa alia similia verba, adeò, qvòd patronus promisit expectare adventum dicti beneficiati, qvi eum tantum distulit; qvòd fuerunt elapsi 4. menses, & sic tempus datum à jure laicis ad præsentandum, *juxta c. unicum, de jure pat. in 6.* qvia nec omnes sciunt dispositiones juris. Videns iste patronus illum non venire, præsentavit qvendam ordinario loci, qvi investivit eum de dicto beneficio, istis sic secutis, fuit dubitatum, qvæ istarum duarum collationum deberet prævalere, an illa primo loco facta

facta à summo Pontifice, licet in ea de jure patronatꝰ laicorum non esset facta mentio, an verò secunda facta ab episcopo loci, post elapsum tempus competens patrono laico ad præsentandum, qvæ deberet valere, si non per viam præsentationis, propter elapsum tempus, saltem deberet valere tanqvam collatio ordinaria, prout sonabat investitura. Fuit judicatum primam collationem factam à Papa prævalere, qvia id, qvòd dicimus collationem esse ipso jure nullam, qvando est facta sine præsentatione patroni, *ut d. c. decernimus.16.q.7.* habet locum, & procedit patrono contradicente, secus autem ipso consentiente expreſsè, vel tacitè, & tacitè intelligitur consensisse, cum non præsentet alium intra tempus juris, cùm tunc sit sublata potestas agendi de contemptu, qvæ durat, donec durat potestas præsentandi. nam elapso tempore juris, non potest dici contemptus, sed potius, qvòd ipse jus suum contempsit, *ita signanter in terminis tradit Felin. in dict. suo tract. qvando lit. apost. noce. patr. eccl. in 11. limit. allegans ita tenere d. Card. in Clem. 1. in 15. col. vers. sed post longam cogitationem defendo partem Plebani. de sup. neglig. pral. & Abb. in sua dispu. incip. Augerio, in fi. 2. dubii, vers. aut patronus, neq; consentit, &c. subjungens Fels. istas duas auctoritates Card. & Abb. se plurimi facere, qvoniam sapius secundum eas consuluit, & obtinuit: qvam opin. tenet idem Fels. in cap. cum Bart. de re jud. in 4. col. vers. 3. adverte. ubi dicit hoc esse bene gustandum, & in 5. col. vers. 4. limit. & in c. cùm ex officii. in antepen. & ult. col. de prasc. & ita etiam volunt dom. de Rot. in sua decis. 528. inci. not. intra tempus patroni. in anti.* concludentes, *qvòd si episcopus confert beneficium alicui intra tempus patroni; & patronus intra tempus juris non præsentet aliqvem, & alius postea impetret à Papa illud beneficium cum clausula; si non fuerit alteri jus qvæsitum, qvòd istorum potior erit ille, cui fuerit per episcopum collatum dictum beneficium, distingventes tamen, an episcopus contulerit ipsum beneficium, tanqvam devolutum, an verò simpliciter jure ordinario, primævo, & originali, ut ibi per eos; 3

§. Et qvòd ista opin. sit vera, bene facit, qvod notabiliter *volunt Abb. in d. c. cùm ex officii in ult. col. de prasc.* dicens, *qvòd si facta est collatio per ordinarium intra mensem 4

datum expectantibus, juxta Clem. unicam. de concess. præbend. qvòd talis collatio valet, si expectans non acceptavit, volens similiter, qvòd valeat collatio facta per ordinarium de beneficio, tanqvam devoluto, licet devolutio seqvatur post collationem.

§. Secundò bene facit decisio *Ro. 422. incip. nota. primus*
5 *& secundus in anti.* ubi concluditur, * qvòd si primus data nunqvam acceptavit, provisio facta secundo, intra mensem valet.

§. Tertiò adduci potest alia decisio Rot. *decis. 845. incip.*
6 patronus clericus. in antiqvis. * ubi dicitur, qvod licet clericus patronus non possit accumulare in præsentando, *ut habetur in cap. cum Auth. de jure patronatus*, tamen secunda præsentatio facta ab eo, de facto reconvalescit etiam eo invito, si primus ab eo præsentatus cedat.

§. Qvartò ista opinio potest comprobari per regulam cancellariæ Innoc. 8. qvæ est penult. in regulis expectativarum, qvæ incipit, item idem sanctissimus dominus noster, suorum prædecessorum, &c. volens, qvòd si minus prærogativati acceptent ante magis prærogativos, qvòd acceptationes suæ tenent, si postea ipsi magis prærogativi non prosеqvantur, vel non publicent acceptationes suas. Et intellexi, qvòd ista eadem qvæstio fuit anno præterito ventilata in Rota, & qvòd ita fuit judicatum, dum ista qvæstio verteretur inter duos Ferrarienses. Tu ergo prælate teneas ista menti, qvia si valebis ea practicare, poterunt tibi afferre non mediocrem utilitatem.

ADDITIO.

a Non facta.) *Impetrans an debeat narrare qualitatem beneficii, qvod impetratur, ne impetratio subreptitia videatur. Dic qvòd sic. no.* Jo. *And.* in c. eum cui. de præben. l. 6. in Novell. & in eodem, de rescrip. in c. in nostra. & in decisionibus Rotæ, *juxta Modernum ordinem* in 213. vide in consilio Ludo. de Rom. 362. qvod incipit, *qvoad primum articulum, in qvo qværitur, ibi, qvoad tertium, in qvo qværitur, an bull.*

PIGNUS.

B. CAEPOLLA CAUT. CCII.

§. Pro creditore: qvòd possit pignus debitoris vendere non obst. conventione de non vendendo.

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Tempus vendendi pignoris, lege, vel statuto breviari potest.*

CREDITOR: qvi habet pignus debitoris: si convenit de eo non vendendo: potest facta priùs trina denunciatione vendere: *ut habetur per text. & gl. in l. si convenerit. ff. de pigno. act.* & post dictas tres denunciationes debet expectare per biennium: *per l. ult. C. de jure imp. ut no. in d. l. si convenerit. qvam tenet ibi domi. Bart. & Doct.* nisi de consvetudine, vel statuto * tempus esset abbreviatum. Sed si sumus in civitatibus vel locis, in qvibus servatur jus commune, consilium est, facias condemnari debitorem & post condemnationem adjudicari tibi pignus: & intra duos menses facias ipsum vendere, *ut l. debitores. ff. de re jud.* & sic abbreviabis tempus *secundum Raph. Fulg. in d. l. si convenerit.* vel ut tollatur omnis dubitatio post qvatuor menses: *ut l. fi. C. de usuris rei judica. Bart. Capol.* 1

PETITORIUM ET POSSESSORIUM.

B. CÆPOLLA CAUT. CII.

§. Qvòd priùs agas petitorio qvàm possessorio.

SUMMARIUM.

1. *Possidere commodius est, & adversarium ad petitoris onera compellere, qvàm ab alio possidente petere.*

SI qvis vult rem petere, animadvertere debet, an aliqvo interdicto possit nancisci possessionem, * qvia longè commodius est ipsum possidere, & adversarium ad onera petitoris compellere, qvam ab alio possidente petere. ita instituit Cajus I.C. *in l. is qvi destinavit. ff. de rei vendicat.* & propterea sis cautus, qvòd nunqvam agas petitorio, si priùs potes agere possessorio. 1

POENA CIVILIS.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXI.

§. Qvo tempore aget ille, qvi petit pœnam dupli appositam in contractu.

SUMMARIUM.

1. *Clausula, rato manente pacto, qvid operetur, remis- (sivè.*

REGULARITER in instrumentis venditionum & aliorum contractuum solet apponi pœna dupli, videlicet, & promisit duplum nomine pœnæ, qvam exigit & conseqvi posse voluit, rato manente pacto, * de qva clausula habe- 1

habetur *in l.1.& per totum.ff.de evict. & in l. rescriptum. §.si pact.ff.de pac.& in l.ita stipulatus.la grande.ff.de verbo.obl.ubi ponitur, an pœna & res exigi possit.* Sed advertas, qvòd ista pœna non potest exigi per emptorem etiam re evicta,& sic etiam si esset condemnatus ad rem emptam restituendam,nisi qvando res vendita aberit ab ipso emptore,& sic ab eo fuerit avocata,*ut est textus cum glo.no.in 4.q. incipit,si servum.in prin.vers.abest.ff.de actio.empt. & est textus cum gl.in ver.restituto.in l.evict.§.fi.ff. de evict.facit l.habere licere.eod.tit.* Et ideo tu, qvi vis agere, & petere pœnam dupli appositam in contractu,sis cautus, ut patiaris primò sententiam ferri contra te,ita,qvòd transeat in rem judicatam, & ultra hoc, ut res avocetur ab ipso, ita, qvòd tradit rem vincenti, vel ponatur in possessionem, aliàs si ageres, anteqvam avocetur, succumberes per prædicta,& ita ego aliàs obtinui in qvæstione facti.

B. PERUSINI CAUT. XVII.

§. Qvaliter pœna commissa post moram possit purgari. Et qvando dies pro homine non interpellat. Item an pœna præstita possit recedi à compromisso,vel contractu.

1 SExtodecimo qværitur * condemnatus est aliqvis,ut solvat Titio decem ad pœnam qvinqvaginta, & eo non solvente Titius egit ad pœnam. Modo qværitur nunqvid reus offerendo id,in qvo fuerat condemnatus,possit evitare pœnam. Et communiter tenent doc. ut reus possit purgare moram in pœna,usq; ad litis contestat.*ut ff.de arb.l. si cum dies.in fin.* dummodo jus actionis ex mora non sit factus deterius. *ut eodem tit.l. utiq;* & hoc casu potest esse remedium, ut reus offerat se præstiturum id, in qvo deterioratum est jus actionis, *ut not.in d.l. utiq;.*

Sed Dyn.dicit qvòd hæc non sunt absolutoria, & absolutè vera. Et ideo sic distingvit: Aut apponatur pœna in judiciis,aut in contractibus,primo casu, aut contra præparationem cavere aut contra finem. si contra præparationem, potest purgari qvandocunq; ante litis contest. *ut l.2. si post tres.ff.si qvis cautio.si contra fin.* subdistingve: qvia aut additur dies à lege, aut ab homine,si à lege, ut puta, qvando judex vel arbiter non adjicit diem: nam tunc intelligitur tempus decem dierum, licet non sit adjectum. *ff. de const. pet.l.promissor. Et not.in dict.l.si cum dies.§.fi.& ff. qvando*

do dies legat.cedit.l.cum sine.in fi.& l.si per vim, & ff. de verborum obl.l.si insulam. Sed cum dies adjicitur ab homine, tunc semel commissa non purgatur. ut eodem tit. l. celsus. in princ.ratio diversitatis est, qvia in superiori casu dies non interpellatur pro homine: qvia non fuit adjectus dies, sed à lege subauditur. Et ideo usq; ad lit. contestat. pœna potest semper purgari. Item qvia mitius agitur cum lege, qvàm cum homine, tamen secundo casu scilicet qvando in contractibus, si in contractu additur pœna & dies, tunc pœna semel commissa non purgatur. *arg.ff.de actio.& obligat.l.traject.§.de illo.C.de contrahen.& commit.stipula.l.magnam, & ibi no.* Si autem in contractu adjiciatur pœna, & non dies, & tunc purgatur usq; ad contestationem. *ut dict.l.si insulam. & l. continuus. §. cum qvi. & l. qvi Romæ.§.Flavius.*& idem qvando adjicitur dies nec pœna: qvia purgatur mora super interesse, usq; ad lit. contesta. *ff. de verb. oblig.l.si itaq; §. scientiam.& ff. de doli excep.l.apud celsum.§ labeo.de qvo interesse dic, ut d.l.utiq;.*

* Sed de illo qværitur. Nunqvid facto compromisso cum 2
pœna & arbitrio possit alter ex compromittentibus solvere pœnam, si non vult stare arbitrio, qvod videtur. Nam præstita pœna licet à judicatis recedere. *C.de arb.l.1.& ibi no. & auth.decernimus.eo.tit.* ergo eligendo pœnam solvere satis est. *de verb.oblig.l.qvi ex pluribus.* Sed illud in alternativis non, immo pœna adjicitur qvasi qvoddam robur. *ut dict.l.*1. & ideo non deberi, hæc electio detur adversario, qvi paret arbitrio, ita tamen, qvòd arbitrio sit contentus, ac expressum. *ff.de pac.dot.l.si pater. §.si mulier.* qvia utramqve partem non potest, *ut ibi. & ff. de doli exce. l.apud celsum. §.labeo.* Unde intelligo auth. decernimus, scilicet pœna præstita, &c. qvia tenet utrumq;. *ff. de transact.l. qvi fidem. Et no. extra de arb.cap. dilectus, & qvod no. extra de pœnis.c.1.& dic ut ib.*Item dicit, qvòd secundum canonẽ in defectum probationis dictorum arbitrorum, *& no.extra de arb.c.1. Et etiã no.videtur.C.eo.ne in arbitris.* de pœna autem posita in contractu distingve, qvia si apponitur loco
interesse, *a* potest agi ad pœnam qvanti sua interest. *ut ff.* a
de actio.emp.l.prædia. & l. non solvente alii liberantur, *ut ff.de eo per qvem factum erit.lege prima.§.si plures.* si non loco contumaciæ, & debitor nolit solvere cum possit, præ-

ſtabit utrunq; , ſcilicet rem & pœnam. *ff. de colla. bono. lege prima. §. ſi cum duobus, & de tab. exhib. l. hoc. interdictum. §. locum condemnatio*, ſi autem in fraudem uſurarum non poteſt agi ad pœnam in eo, qvod excedit terminum modum uſurarum. Et de jure civili, *ut ff. de act. empt. l. Julia. ibid.* aliàs iniqvum eſt, ut habeatur ſimul res & pœna. *ff. de doli excep. in d. §. labeo.* niſi expreſsè agatur *ut dixi per dictam legem qvi fidem. Et not. in dict. cap. cum dilectus.*

ADDITIO.

a Loco intereſſe.) *Qvid ſit intereſſe vide Pet. de Anch. in c. ſacro. n. 13. extra de ſentent. excom. & eſſe triplex, ib. n. 14.*

POSSESSIO.

B. CÆPOLLA CAUT. LXIIX.

§. Qvando ille, qvi debet mitti in poſſeſſionem, vel ille, qvi emit rem affinis, facit citari habentem jus, qvibus verbis utetur in citatione.

SUMMARIA.

1. *Statutum, ut eſt Peruſii, & Terviſii, ſi diſpoſuerit, qvòd propinqvi ita demum ad præſentandum admittantur, ſi cives fuerint, intelligitur de illis, qvi onera, & factiones ſuſtinent.*
2. *Exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere: paria ſunt.*
3. *Actor ſeqvitur forum rei.*
4. *Clauſula, ſi ſua putaverit intereſſe, qvam efficaciam habeat.*
5. *Promiſſio centum annorum ubi intervenit, præſcriptio non currit.*

SI petens ſe mitti in poſſeſſionem facit citari contradictorem, & contradictor comparuit, & fuerit expulſus tempore juſſus de mittendo: nunqvam admittetur amplius ad contradicendum tempore juſſionis, nam nec auditur, ſi velit appellare. *l. unica. C. ſi de mom. poſ. fue. app.* qvod ſingulariter limitat Bal. *in l. fi. C. de edi. divi Adr. tol.* videlicet, qvòd ita demum appellet iſte contradictor, qvando ſe oppoſuit non citatus tempore miſſionis, vel etiamſi fuerit citatus ſub conditione, ut ſi habeat jus contradicendi, compareat: ſed ſi fuiſſet citatus ſimpliciter, qvod deberet comparere ad contradicendum: tunc hæres vel alter, qvi fecit eum

eũ citari pro legitimo contradictore, non admitteretur postea ad respondendum, qvod non esset legitimus a contradictor, *allegat no. per Inn. in c. cùm inter. de exc. & idem no. Bar. & Doct. in l. si cui mulier. ff. solut. matr. & Bal. in l. si suspecta de inof. test. & Ant. in c. exhibita, in antep. col. de jud. & Canonistæ in d. c. cum inter. facit qvod no. Bal. in l. testamenta. in fi. C. de test. & Ang. in L. 1. §. hac stipulatio. in 8. col. ff. si cui plus, qvàm per l. Fal.* Et ideo si statutum dicat, qvòd propinqvi, & collaterales possunt se præsentare super venditionib. usq; ad certum tempus, & elapso tempore, emptor denunciat alicui affini, qvòd si se vult præsentare super venditione prædicta, debet comparere, iste affinis comparuit: emptor videns, qvòd affinis comparuit, opponit, qvòd non potest. qvia lapsa sunt tempora comparendi. Dicendum est, qvòd si iste emptor citavit eum pro habili, & citatio fuit facta purè, & non conditionaliter, & specialiter fuit facta illi affini, qvòd emptor non poterit postea opponere exceptionem inhabilitatis. Et idem est dicendum, si statutum dicat, sicut est Paduæ, qvòd affinis vel vicinꝰ non possit præsentare qvendam, nisi sibi denuncietur, & emptor denunciaverit sibi purè; qvia tunc non poterit opponere de inhabilitate, qvia citando ipsum simpliciter, videtur reputare ipsum legitimum contradictorem vel præsentatorem. & idem esset dicendum, si statutum diceret, * sicut est Perusii, & Tervisii, qvòd propinqvi ita demum admittantur ad præsentandum, si sint cives, ut intelligantur esse cives, si sustinuerunt onera, & factiones. & emptor citaverit qvendam civem Tervisinum per privilegium commorantem alibi, & non sustinentem onera, & factiones Tervisii, & citatus comparuit, non poterit citans sibi opponere, qvòd non sit habilis ex forma statuti, ex qvo forma videtur approbasse ipsum citando simpliciter, * qvia paria sunt exceptionem non competere, & non posse ipsam opponere, *ut est gl. no. in l. qvi habebat. ff. de man. test.* Et ideo sis cautus in casibus prædictis, & similibus, qvando vis specialiter aliqvem citari facere, ut concipias conditionaliter citationem hoc modo, videlicet citetur talis, ut compareat, si habet jus comparendi, vel aliqvid faciendi, vel præsentandi, vel si sua putaverit interesse, qvod non creditur, debeat comparere: & non dicas, ut faciunt ignorantes, scil. compareat talis, vel si talis

vult præsentare, debeat comparere ad deponendum pecuniam, vel aliud simile faciendum, qvia tunc videtur approbasse personam suam, ut dictum est, qvod singulariter no. qvia valde utile, & qvotidianum. Cautela præcedens est utilis etiam ad aliud: & ex ea potes sumere aliam cautelam. qvando tu, qvi es laicus, vel etiam clericus, velis convenire
3 unum clericum coram judice seculari, tamen regula est: * qvòd actor seqvitur forum rei, *ut in c. cum sit generale: de for. compet. & in l. 3. C. de jurid. omn. jud.* Et ideo volens convenire clericum, debes adire judicem ecclesiasticum, ut in c. si diligenti. de foro compet. nam potes per indirectum trahere clericum ad forum laici, videlicet hoc modo: citetur clericus non simpliciter, qvia tunc deberet citari coram judice ecclesiastico, ut dixi, sed citetur, si sua putaverit interesse, vel si prætendat aliqvod jus, qvo casu videtur, si compareret, qvòd sit actor, & non reus, & per conseqvens, debet stari judicio laici. Ex qvo seqvitur unum aliud, qvòd si hæres vult facere inventarium, *juxta l. fin. C. de ju. lib.* vel tutor vult facere inventarium pro pupillo, *juxta l. tutor, qvi repertorium. ff. de admin. tut.* vel vult citare creditores, & legatarios, & aliqvi reperiuntur laici, & aliqvi reperiuntur sacerdotes, vel clerici, ne habeant causam adeundi judicem ecclesiasticum, facit eos citari per laicum hoc modo,
4 * si sua putaverint interesse, qvia tunc valebit dicta citatio, ut voluit Ang. *in l. 1. §. hac stipulatio. ff. si cui plus qvàm per l. Fal. in repet. sua. & vide circa hoc qvòd nota. Bal. & Pau. de Cast. in l. testamenta omnia. C. de test.* sed tamen tutius est in casu, ut judex laicus reqvirat judicem ecclesiasticum, ut citet clericum, ut compareat coram ipso, & citet supra dicta conditione, si sua putaverit interesse. nam regulariter qvando unus judex vult citare subditum alterius, tutius est, qvòd non citet, sed reqvirat judicem proprium, qvi citet, *ut habetur in l. omnes. §. verùm si apparitor. C. de epis. & cler. & in l. à divo Pio. ff. de re ju. & per Bar. in l. 1. ff. de req. reu.*

§. Alia cautela est, qvòd qvis promittat post triginta vel centum annos, nam si promitteret etiam post centum vel mille annos, teneretur post dictum tempus, *ut probatur in l. centesimis. ff. de verborum obl.* & ibi hoc not. Ang. qvi te-
5 net, * qvòd si promitteret post centum vel mille annos, anteriori tempore nunqvam præscriberetur per illum text. & alle-

allegat etiam rationem, qvia ante diem agi non potest, ergo non currit præscriptio, *ut l.1.ff.de diversis, & tempora præscriptio.*

§. Potest dari & alia cautela, in casibus, in qvibus potest renunciari præscriptioni, ut judicatur tacita renunciatio, videlicet, qvòd dicatur in instrumento locationis, vel alterius contractus, qvòd debitor promittat contenta in instrumento perpetuò habere rata, & firma, & nunqvā in ullo contrafacere, vel venire aliqva ratione vel causa. Nam per dicta verba perpetuò, &c. inducitur renunciatio præscriptionis. *ita dicit Ang.no.in l.1 ff.de usu. & pro hoc videtur esse text. secundum Angel. & Bal.in l.qvod si nolit.§. sicut ita. ff. de adi.edi.qvi allegatur secundum Bal.ibi.* Qvod ubi in promissione apponitur verbum, qvandocunq;, vel verbum perpetuo, nunqvam currit præscriptio statutaria, vel legalis, qvòd intellige, qvando talis est præscriptio, cui potest renunciari. *& ita consuluit Raph. Ful. seqvendo doct. Ang. qvam dicit esse veram, & singularem. & non allegat dict. §. sicut & Bal. secundum alias rationes, & consilium incipit, proposita q. videtur mihi no. sing. Ang.* qvod bene not. qvia regulariter in instrumentis dicta verba solent apponi.

ADDITIO.

a Legitimus contradictor.) *Legitimè factum qvomodo intelligatur.* Innoc. in c. de libell. oblatione. *Legitimè factum an debeat retractari* post glo. in l. 1. C. de jure fisc. lib.10. Dyn. in reg. in ambiguis. in 6. & c. factum.

I. DE ARNONO CAUT. LXVII.

§. Pro eo, qvi obtinuit à judice licentiam intrandi in possessionem rerum hæreditariarum parte non citata in casu, in qvo reqvirebatur citatio.

Communis est conclusio Doctor. *in l.fi.C.de edict.D.Hadria.tollend.* ex maximè Bart. ibi, qvod si nemo possideat, ex qvo potest propria authoritate apprehendere. *l. cùm hæredes, in princ.ff.de acq.vel amitt.poss.* non reqviritur citatio alicujus, sed si aliqvis possideret vel justè vel injustè, reqviritur ejus citatio, *per l.momentanea.C.unde vi.* tamen si licentia concederetur à judice, parte non citata eo casu, qvo reqviritur citatio, si adversarius petat, qvod revocatur à judice, Cautela est, qvòd ille, qvi obtinuit sic licentiam, petat eam confirmari illa actione, qvia si judex non concessisset,

fiſſet, deberet eam demum concedere. *Iſtam Cautelam & practicam ponunt Angelus & Imol. in l. ſi finita. in princ. per gl. ibi, in verſ. liberet. ff. de damno infect. Bart. in l. 3. §. miſſum ff. ad Carb. Ang. de Aret. in §. qvadrupl. Inſtit. de actio. Refert & ſeqvitur dom. Jaſ. in d. l. fi. C. de edict. Divi Hadr. tollen. in 2. col. & in l. 1. C. eod. tit. non eam in actu practico, & adde Jaſ. in l ſi pacto qvo. in 3. colum. C. de pact.*

R. FICHARDI CAUT. LXI.

§. Pro petente literas ſubſidiales ad alium judicem, pro immiſſione in Poſſeſſionem bonorum defuncti alicujus.

CUM ſæpe contingat alicui deferri bona hæreditaria in alterius territorio ſita, ideoq; Hæres ille opus habeat literis ſubſidialibus ad judicem illius territorii: Cautelam tradit Achil. Perſ. *in tract. adipiſ. poſſeſſ. num. 94.* ut Hæres ille petat in illis literis ſubſidialibus ſcribi, ut ipſe mittatur in poſſeſſionem bonorum tempore mortis defuncti, penes
a eum (defunctum ſcilicet) repertorum, etiam contra violenter reſiſtentem, aliàs enim illum judicem, cui ſcribitur,
1 id non poſſe facere, per Zuccar. *in l. fin. C. de edi. div. Adri. toll. num.* 244. Et judicem reqviſitum ad ſcribendas illas literas, non poſſe denegare eas, ſi verò denegaret, ad illius Superiorem recurrendum, ſecundum Alex. *in l. à divo Pio. §. 1. num. 14. & ibi Jaſ. num. 1. & 19. ff. de re jud. Zuccar. in d. l. fi. num.* 244. qvia non ſcribendo, partem gravaret, & à tali gravamine Petitor appellare, & ad Superiorem per modum qverelæ recurrere poſſet. Cagn. *in l. cùm qvadam pulla. num. 33. ff. de jurisd. omn. judic.* Ego tamen intelligo illam Cautelam ſecundum præcedentia, nempe ſi duo ſub unius judicis jurisdictione, ſibi adverſantes, petiiſſent, ſe pro hæredib. N. declarari, & alter tantùm obtinuiſſet, tunc poſſet Victor contra Victum ejusmodi literas ſubſidiales petere. & hinc puto eſſe qvod ſubjungit, judicem, ſub cujus territorio bona ſita ſunt, non poſſe executionem facere ſine ejusmodi literis ab alio judice, ſecundum *Alex. in d. l. cùm qvadam puella. num. 15. & ibi Jaſ. num. 18. Dec. num. 17. & Cag. num. 33. Zuccar. d. l. fi. num. 240. aliàs executio foret nulla. Cravet. conſil. 134. num. 22. & ſeqven.*

R. FICHARDI CAUT. IV.

§. Pro actore agente ſuper poſſeſſorio ex interdicto, Qvorum bonorum, ſeu, Qvorum legatorum.

Dictum

Dictum est proxima Cautela, qvòd in mero possessorio non liceat appellare. Si igitur contingat aliqvem super possessorio agere ex interdicto, Qvorum bonorum, vel, Qvorum legatorum, aut alia aliqva actione, habente petitorium mixtum cum possessorio, is non tenetur plenè probare titulum allegatorum contra hæredem, vel detentatorem, sed sufficit, si aliqvaliter probet, idq; duplici ratione: primò, qvia si possessorio, & non petitorio, principaliter agat, & vincat, faciet, ut etiam si titulum allegatum non sufficienter probaverit, tamen (qvia super mero possessorio non licet appellare) victus in possessorio, appellare non posset, ut in proxima cautela dictum. Secundò: qvia si vincatur etiam, & succumbat in possessorio, salvum tamen sibi manebit jus suum de petitorio: qvia probationem petitorii non plenè, nec principaliter prosecutus sit. Et ita sententia in possessorio non sibi nocebit in possessorio, qvia sententia lata in causa levioris cognitionis, & levioris probationis, non parit exceptionem rei judicatæ in causa majoris inqvisitionis. *Bellam. in cap. pastoralis. sub num. 13. de cau. pos. per tex. l. si ante. ff. de excep. rei jud.* Hanc Cautelam qvoad dictum secundum effectum, tradit Cæs. Contar. *in l. unic. C. si de mo. pos. fue. app. limit. 2. §. 9. num. 13. &* 14. subjungens in num. seq. etiam aliam Cautelam in hac materia secundi effectus. nempe, ut actor protestetur, qvòd non intendat deducere petitorium, nisi ad confortationem possessorii. *per cap. 2. de ord. cognit. Boer. decis.* 238. *Vers. & hoc num. 5. Bero. q. 71. num.* 1.

B. Caepolla Cautela CLXI.

§. Pro illo, qvi negat te possidere.

SUMMARIUM.

1. *Judex in possessionem tanqvam vacantem aliqvem immittere potest.*

1 QVANDO * aliqvis negat te possidere, tu dic, qvòd judex te faciat immitti in possessionem tanqvam vacantem. *ita dicit Angel. se practicasse, in lib. fin. §. de rei Vend.*

I. De Arnono Cautela XIIX.

§. Contra illum, qvi allegat se possedisse longum tempus cum bona fide.

TRita est ista conclusio, qvòd possessor malæ fidei nullo

unqvam tempore præscribit, *ut in regula, possessor. de regulis juris in 6. & in c. si. de praescript.* & procedit ista conclusio in utroq; foro, *ut per Doctores in dictis locis.* Modò qvidam possedit fundum tuum per longum tempus, & dum illum revendicas, ille excipit de præscriptione longi temporis cum bona fide. Cautela est, ut probes famam, qvòd ab illo tempore, qvo ipse possedit, semper viguit, & adhuc viget fama, qvòd ille fundus spectat ad te, & sic submovebis illum. *ita Bal. in l. si tutor. C. de peric. tut. refert & seqvitur dom. Felin. in cap. cùm contingat. in 2. colum. de rescript.*

R. Fichardi Cautela V.

§. Pro actore agente pro recuperanda possessione.

SIqvidem ex præmissis patet, qvanti intersit, agere potius possessorio, qvàm petitorio, actor diligenter considerare debet, cujus naturæ sit actio, ex qva agere vult, an scilicet possessorii, vel petitorii judicii. Et proinde Cautela traditur, qvòd pro recuperanda possessione agens, non facilè intentet remedium, qvod metus causa: qvia foret judicium petitorium, sed debet experiri aliqvo remedio merè possessorio. *Rip. in §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acq. vel amit. pos. Cont. in d. l. uni. C. si. de mom. pos. fu. app. q. 13. n. 83.*

R. Fichardi Cautela LXII.

§. Pro eo, qvi cupit potior haberi in possessione.

ACcidit interdum, ut uterq; litigantium contendat se possidere, cum tamen neuter verè possideat, neq; etiam judex discernere possit, uter in possessione potior sit. Cùm verò magnum sit commodum possessionis, *ut per Doct. in l. in pari causa. ff. de regul. jur. cum simil.* & ne hoc casu judex faciat bona litigiosa seqvestrari, id qvod ipsi licet, *ut suprà in Caut. 59. diximus*, maximè secundum Menochium *in loco ibid. citato, cum suis allegationibus.* Ideo Cautelam tradit idem Menoch. *de adipisc. poss. Remed. 6. n. 33.* ut is, qvi potentior sit, manu armata possessionem ingrediatur, anteqvam judex provideat, & deinde adversarium moneat, si è re sua esse putaverit, in possessionem veniat, nam si ita admonitus non venerit, qvia repelli posse suspicatur, statim possessionem, si aliqvalem habuerit, amittit, & is, qvi ingressus est, potior in possessione habebitur. Illam Cautelam dicit considerasse Spec. *in tit. de possessorio & petitor. vers. notu tamen diligenter.* illumq; secuti sunt Abb. *in cap. licet*

causam. col. pen. de prob. & *Dec. in l. ult. C. de edi. div. Adr. toll. n. 7. Zuccar. ibi, num. 134. vers.* & *isto casu.* etsi Aret. *in d. cap. licet causam. n. 13. dissentiat.* Posset tamen minus potens contra hanc Cautelam uti ea Cautela, qvæ suprà in numero est 59. ut etiam contra potentiorem ea utendum tradit Menoch. *in d. Remed. 6. num. 19.*

§. Sed qvid si minus potens peteret potentiorem à sua intentione prohiberi, & bona litigiosa cum fructibus annuis seqvestrari? Distingvendum eo casu puto: an nimirum sub sit futuri scandali timor, vel suspicio. Nam si subesset, decidit Menoch. *in d. Remed. 6. num. 12. in fin.* qvòd judex, etiam non reqvisitus, se intromittere posset, & contendentibus mandare, ut arma deponant, & possessionem adipiscendam non accedant seqvestrationem interim faciendo. *secundum Bar. in l. si ususfr. §. sed si inter duos. ff. de usufr.* & *in l. ordinarij. in fi. C. de rei ven. Bal. in d. l. ult. num. 3.* & *Dec. num. 6. C. de ed. div. Adr. toll.* & *ibid. Zuccar. n. 123. Cur. Sen. in l. uni. num. 13. C. de prohib. seqvest. pecu. Goz. cons. 10. n. 9.* & *Plot. in l. si qvando. n. 94. C. unde vi.* Ex qvo ego infero, qvòd si non reqvisitus judex se intromittere possit, multò magis certè, si reqvisitus esset, qvòd etiam Menoch. in princ. d. n. 10. velle videtur, ubi ait, judicem non reqvisitum non debere se intromittere. Ergo, à contrario sensu, reqvisitus potest, & debet, propter scandalum videlicet præcavendum ut sup. dictum est. anteqvam tamen prohibitionem illam, & seqvestrum faciat, tenetur judex sumere informationes, qvòd futuri scandali suspicio & timor subsit, *secundum Dec. in d. l. ult. n. 6. in fi.* & *Zuccard. ibidem num. 124. Marsil. sin. 543.* Cæterum si de tali timore & suspicione judici non satis constaret, non facilè audiendus esset Petitor, qvia seqvestrando & prohibendo, vigilanti possessori non leve præjudicium fieret, contra ignavum & dormientem petitorem; *ut dicit Menoch. in dict. Remed. 6. num. 14.* Imò ut tradit præcedenti n. 12. talis possessor: qvia alterum prævenit, in adepta possessione sua conservandus, atq; manutenendus foret, *secundum Zuccard. in d. l. ult. n. 123. post Bal. ibid. n. 3.* & *etiam n. 7. Curtium Senior. cons. 61. collat. 2. Goz. ad. cons. 10. num. 42.* & *Marsil. in dict. sing. n. 43. Achil. Pers. in tract. adipisc. poss. n. 38. sub fi. cum seqvent.* Salvò tamen semper jure ordinariè agendi tam in possessorio, qvam peti=

petitorio, ut ibid. Perso. tradit. Si qvis igitur potentiorem in adipiscenda possessione nec prævenire, neq; simili vi armorum arcere possit, cautus eris, ut per officium judicis saltem prædictis modis, vel similibus, à possessione illum prohiberi curet, & ita facile poterit illudere dictam Cautelam potentioris.

I. De Arnono Caut. LXIV.

§. Pro episcopo ad regulam cancellariæ apostolicæ trigesimam tertiam in ordine, incip. item statuit.

Regula Cancellariæ Apostolicæ *trigesima tertia in ordine, incip. item statuit*, vult qvòd si qvis possederit beneficium pacificè per triennium, habet præsumptionem justi tituli. Sed Cautela est, ut episcopus assumat in se onus probandi defectum tituli, & ita poterit illum beneficiatum inqvietare. Et ita intelligitur dicta regula cancellariæ, & ita eam intelligit dom. Felin. *in c. illud. in 4. col. circa medium. ibi, tertio est advertendum extra, de præsumpt.* qvod no. ad intellectum dictæ regulæ cancellariæ, ita celebris. & ibi do. Felin. ponit modum probandi nullitatem tituli, puta qvia probaretur collatio facta in tali loco, in qvo semper registrantur collationes, & ostenderetur illa, de qva asseritur, non registrata, ut ibi notabiliter per eum.

POSSESSIO.

R. Fichardi Cautela LXIII.

§. Pro possessore novo, contra antiqviorem litigante.

Præsumptio juris est, qvòd qvi olim possedit, & hodie possideat. *per gl. Bart. & Doct. communiter in l. sive possidetis. C. de probatio. de qva latissimè per Alciat. in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt.* 21. qvæ præsumptio multum facit pro possessoribus antiqvioribus. Contrà verò pro novis possessoribus, communis Doct. doctrina est, qvòd qvilibet in sua possessione de præsenti, etiam injusta & asinaria (ut loqvuntur) manutenendus sit. *Spec. in tit. de libel. con. ep. n.* 14. *Bal. in l. fi. C. de edic. divi Adr. tol. n.* 10. *& ibid. Dec. n.* 7. *Zuchard. n.* 3. *&* 123. *Jas. in l. qvidam existimaverunt. n.* 4. *ff. si certum petat. Capici. decis.* 96. *n.* 11. *& decis.* 13. *cum addit. ibid. in princ. Menoch. in tract. de adipisc. pos. Remed.* 6. *n.* 12. *Achil. Pers. in tracta. adipisc. possess. num.* 43. *in fi. allegans Soc. Jun. con. s.* 146. *n.* 32. *Plot. in l. si qvando. num.* 99. *C. unde vi.* neq; etiam eo casu tunc ob periculum armorum

licet

licet judici à juris tramitibus recedere, *ut ait idem Achil. Person. in d. tract. adipisc. possess. num. 39. ubi allegat ad hoc Bald. in l. æqvissimum. ff. de usufr. & in c. 1. col. 2. & 3. extra de seqvestr. poss. & fruct. Alex. in addit. ad Bartol. in l. si usufr. §. sed si inter duos. ff. de usufrutt. Guid. Papa q. 246.* Qvia tamen possessores antiqviores sæpius ipsi qvoq; allegant, se possidere in præsenti, atq; etiam probant, aliqvo modo, ut qvidem fieri potest eos fortè possidere ex parte aliqva, ex qvo sibi totam possessionem attribuere conantur. qvo casu certè novus Possessor, etiamsi haberet titulum possessionis suæ, momentaneo possessorii judicio succumberet, & fieret actor, *secundum Ach. Pers. in d. tract. adipisc. pos. num. 42. & n. 47. cum plurimis ibid. per eum allegatis.* qvia stante antiqviore Possessore cum præsente, novus ille censetur suum titulum ab injusto authore habere: *Marant. in tract. de ord. jud. in 4. part. distinct. 7. num. 17. Plot. in dict. l. si qvando. num. 100. Rub. consil. 4. num. 12. & Socin. Jun. consil. 146. num. 30. lib. 1.*

§. In ejusmodi igitur casu difficillimo Cautela est, ut Novus possessor animadvertat duo: primò, an antiqvior ille prætensam suam possessionem de præsenti sufficienter & legitimè probaverit. Nam si possessionem ex intervallo tantùm, & non etiam præsentem simul cum antiqviore, probet, nihil præstabit, *secundum Plot. in d. l. si qvando. num. 99. in fi.* qvia (ut Person. ait *in d. tract. adipisc. poss. n. 41.*) si Possessor antiqvior tolerasset alium retentiorem ipso possedisse, illeq; adhuc novus Possessor in possessione de præsenti reperiretur, eo in casu novus Possessor in judicio merè possessorio præfertur antiqviori, *secundum Dec. in cap. licet causam. num. 9. de proba. Paris consil. 112. num. 75. & seq. lib. 1. Soc.* Jun. *consil. 146. num. 31. lib. 1.*

§. Secundò, & qvidem principaliter, observabit, an antiqvior ille articulaverit, qvòd ipse novus possessor, vi, vel clàm, respectu suæ possessionis, possideat: nisi enim hoc singulariter articulet, & probet, facilè succumbet, *secundum Bar. communiter receptum, in l. si de eo. §. si servum. num. 4. ff. de acq. pos. Dec. in d. c. licet causam. num. 9. Plot. in d. l. si qvando. n. 100. Marant. in d. dist. 7. n. 7. Alex. consil. 110. n. 4. lib. 1. Rubr. cons. 4. num. 12. Soc.* Jun. *consil. 146. num. 36. lib. 1. & hanc communem esse Dd. opinionem, nemine*

reluctante, dicit Achil. Person. in d. tracta. adipisc. poss. nu. 49. ad qvod allegat Crav. cons. 258. n. 23. & addit ibidem, non sufficere, ut antiqvior ille simpliciter dicat, Novum clàm possedisse, nisi qvoq; illa verba adjiciat: Respectu suæ antiqvioris possessionis. *allegans Bart. in d. §. si servum. num. 4. & Socin. in d. consil. 46. num. 26.*

R. FICHARDI CAUT. LXIV.

§. Pro possessore, qvi possessionem cepit, anteqvam ipsi præceptum Judicis, de non capienda, nunciatum sit.

DIctum est suprà, in Cautela 59. qvòd judici liceat ex officio suo nobili, qvoties videt imminere scandalum aliqvod inter Contendentes, prohibere utriq;, ne possessionem capiant, & ideo fruct9 seqvestrari facere, qvòd qvidem adeò validum est, ut nõ possit per partes revocari, nec ab eo appellari, in judicio merè possessorio & summarissimo, ut vocant, *ut similiter dictum est in dicta Cautela* 59. Si tamen fortè contingat alterutrum ad possessionem venire, anteqvam ipsi de tali præcepto judicis qvicqvam nunciatum sit, Cautelam pro illo tradi Achil. Person. *in tracta. de adipisc. possess. num.* 27. ut non petat revocationem illius præcepti, (qvia, ut dictum est, revocationi non est locus) sed tantùm petat se declarari, bonorum defuncti possessorem esse, & in illa se defendi, adversarioq; illius præcipi, ne illum in ea molestet, idq; secundum Zuccard. *in l. fi. C. de edict. divi Adria. toll. num.* 102. *versic. & advertendum.*

PRIVILEGIA.

T. FERRATUS CAUTELA XXIX.

§. Pro impetrante privilegium exemptionis pro se, & descendentibus suis, ut tale privilegium circa personas sit amplum.

SUMMARIA.

1. *Princeps, an si alicui immunitatem, & exemptionem pro se, & descendentibus suis, tam masculis, qvàm fœminis concesserit, talis immunitas etiam ad filias maritatas extendatur.*
2 *Jura sangvinis nullo Civili Jure dirimi possũt.*
3 *Mulier innupta de agnatione, & sui patris familia dicitur.*
4. *Statutum si disposuerit, qvòd forensis non possit acqvirere bona immobilia in civitate, nec districtu, an*

tali

tali statuto non obstante, filia extra territorium maritata, bona immobilia acqvirere poterit.

DUM Venetiis una vice epranderem cum magnifico, & eqvite aurato, D. Paulo Trivisano qvondam nostro potestate Brixiæ, cujus anima nunc reqviescat in pace, interrogavit me, dicens, * an si princeps concedat alicui immunitatem, & exemptionem pro se, & descendentibus suis, tam masculis, qvàm fœminis, nunqvid talis immunitas extendatur etiam ad filias maritatas? Respondi, qvòd istam qvæstionem non memineram vidisse in terminis, sed tamen qvòd loqvendo ab improviso absq; revolutione chartarum, tenebam duplici ratione, qvòd sub tali privilegio immunitatis includantur etiam filiæ maritatæ. Prima, qvia privilegium principis dicitur beneficium ipsius principis, *ut declarat Bar. in l. 1. in 1. col. ff. de constitut. princ.* qvòd beneficium principis latissimè est interpretandum, qvando tractatur de damno tantummodò ipsius principis, ut in casu nostro, *ut d. l. 1. de constitut. princ. & cap. cùm dilecti. cum ibi not. de donatio.* Cùm ergo in privilegio dicatur pro se, & descendentibus suis, tam masculis, qvàm fœminis, qvòd verbum fœminis est aptum comprehendere etiam maritatas, seqvitur dicendum, qvòd iste intellectus, ut comprehendat etiam maritatas, debet sumi. Secundam rationem dicebam esse, qvia licet matrimonium trahat mulierem ad originem viri, *ut l. mulieres. C. de incol. lib. 10. & ut not. Bal. in Rubr. ff. solut. matrim. circa princ. & in leg. 2. in fi. C. de jurisdict. omn. jud.* & similiter per ipsum matrimonium mulier seqvatur forum viri, *ut l. ea qvæ desponsata. ff. ad munic. & l. exigere dotem. ff. de jud. & l. cùm qvædam puella. cum ibi not. ff. de jurisd. omn. judic.* Tamen propter hoc non seqvitur, qvo minus non dicatur, & sit de descendentibus: * qvia jura sangvinis nullo Jure Civili dirimi possunt, *ut l. jura sangvinis. ff. de regul. juris. & l. jus agnationis. ff. de pa.* Mulier enim per matrimonium transit in potestatem mariti qvoad tria, scilicet qvoad residentiam, qvoad operas, & qvoad debitum carnis, in reliqvis remanet in potestate patris, *ut dicit Bar. in l. si uxorem. post glo. ibi. C. de cond. inser. de qvo etiam aliqvid per eundem Bal. in l. 1. C. de bonis, qvæ li. & etiam per Bart. & melius per Paul. de Castr. in l. rei jud. §. socero. ff. solut. matrim.* * Nam mulier licèt sit nupta, nihil-

(margin numbers: 1 beside "rogavit me, dicens"; 2 beside "qvo minus non dicatur"; 3 beside "Nam mulier licèt")

hilominus dicitur de agnatione,& familia sui patris, *prout not. Bal. Paul. de Castr. d. Jas. & Philipp. Corn. in l. Voluntas. per text. ibi. C. de C. de fideicomm. & Socin. in suo cons. 227. incip. præsens consultatio pulchra est, & subtilis. in 7. col. Versic. circa secundam q. videbatur concludendum, & idem Soc. in cons. 40. inter consilia Franc. de Curt. incip. cùm in præsentiarum. de interpretanda in 2. col. Vers.* Item est una de successoribus de intestato. imò qvòd est plus, fœmina per matrimonium non solùm non perdit agnationem & 4 familiam patris, verùm etiam non perdit civitatem,* idcirco stante statuto, qvòd forensis non possit acqvirere bona immobilia in civitate, nec districtu, tamen tali statuto non obstante, filia extra territorium maritata poterit acqvirere bona immobilia: qvia per ipsum matrimonium non desinit esse civis suæ civitatis, & non judicatur persona forensis, *ut notabiliter determinat Bart. in l. fin. §. pen. ff. ad municip. & Paul. de Castr. in d. l. rei judicatæ. §. socero. ff. solut. matrimon. & Felyn. in c. 1. de sponsal. & Alex. in consil. 20. incip. Viso processu causæ vertentis inter Catharinam. in fin. in 2. Volum.* nisi tale statutum reqvireret aliqvam actualitatem facti, puta, qvòd diceret, qvòd nullus forensis possit acqvirere bona immobilia, nisi in civitate sustineat onera & factiones, qvia tunc tale statutum bene excluderet filiam extra territorium nuptam. *& solenniter consuluit do. Card. in consil. 135. incip. Titius civis Feltrensis, per totum*, & sic dicebam per istas duas rationes succinctè ei adductas, privilegium, de qvo suprà, includere etiam filias maritatas. Tunc sua magnificentia dixit, qvòd libenter scivisset, qvid vellet dispositio legum nostrarum, qvia tunc de facto, ista qvæstio dependebat coram serenissimo domino in causa cujusdam de Polesino, cum postea fuit reversus Paduam, inveni istam qvæstionem in terminis ponere Bart. *in l. qvoties. C. de privilegiis scholar. l. 12.* ubi notabiliter dicit, qvòd tale privilegium concessum alicui pro se & descendentibus suis, tam masculis, qvàm fœminis, qvòd ita demum fœminæ gaudent tali privilegio, si sunt virgines, aut viduæ, secus autem si sunt maritatæ: qvia ipsæ mutant statum, & seqvuntur forum viri. qvam opin. tenent etiam ibi in d. l. qvoties, Ang. & Jo. de Plate. & licet istud di. Bart. reprobat Alex. *in l. cum qvædam puella. ff. de jurisd. omn. judic.* & Felin.

in

in cap. super eo. el secundo. de test. & Mar. *in qvodam suo consilio incip. Reverendus do. B. Revella.* de qvo meminit Fel. in loco inferiùs allegando, tamen opin. Bartol. tenent Rom. & Jas. *in d. l. cum qvadam puella. & Ro. in l. 1. in fi. prin. ff. de constit. prin.* Fel. *in c. novit. circa princ. vers. fortius* dixit Bar. *de jud.* Lauren. de Palat. *in §. caterum. Inst. de legit. agn. suc. in 49. col. versic. & adde, qvod si concederet,* & Georgi Nat. *in repet. cap. qvamvis in ult. col. versic. 21. qvaro, de pact. l. 6.* & Brixiensis *in suo repert. in verbo, posteri.* ubi dixit illud dictum Baldi esse multum singulare & qvòd ita fuit de facto obtentum. Sis ergo cautus, qvi impetras privilegium pro te & descendentibus tuis, tam masculis, qvàm fœminis, si vis qvod tale privilegium extendatur ad fœminas etiam maritatas, qvod in privilegio istud facias specificari, aliàs ipsas maritatas non comprehenderet.

B. CÆPOLLA CAUTELA LVI.

§. Pro illo, qvi impetrat à principe, qvòd non teneatur solvere onera, seu alias præstationes.

SUMMARIA.

1. *Concessiones Imperatoriæ per importunitatem factæ esse præsumuntur.*
2. *Bona alicujus rebellis, si qvispiam à principe impetraverit, impetratio & concessio non valet.*

ET est Cautela pulchra, qvàm multi sæpenumerò, & maximè milites impetrant à principibus vel dominis, qvia non tenentur solvere onera, & præstationes, & simpliciter ea impetratio est nulla ipso jure, *ut est casus no. in l. navicularis. C. de decu. l.* 10. * ubi Imperator vult, qvòd con- 1
cessiones & exemptiones factæ etiam per Imperatorem, non valeant: & præsumantur esse factæ potius per importunitatem, qvàm qvòd Imperator ita voluerit, *per text. in l. 1. C. de pe. bo. subla. l.* 10. * ubi habetur, qvòd si aliqvis impetret 2
bona alicujus rebellis, non valet impetratio, & concessio. Sed Cautela est, ut similes impetrationes valeant, qvod dicatur in privilegio, & concessione exemptionis in specie, nõ obstante *l. navicularis. C. de dec.* & in 2. casu in impetratione bonorum rebellis dicatur, non obstante *l. 1. C. de pe. bo. subl.* qvia tunc bene valerent dictæ concessiones, *ut no. Bar. in d. l. 1.* & est singulariter no. contra similes impetrationes. & vide in seq.

B. Cæpolla Cautela LXIII.

§. Qvibus verbis utatur princeps in privilegio, ad hoc ut intelligatur ab omnib. muneribus aliqvem liberasse.

Summaria.

1. Privilegium immunitatis generale, in muneribus & honoribus, de personalibus tantùm intelligitur.

3. Munera ordinaria, & extraord. qvæ sint.

1 QVia * privilegium immunitatis, sive exemptionis generale intelligitur de personalibus tantum muneribꝰ, & oneribus, *ut est tex. cum glo. ord. in l. 3. C. de Mun. patrim. lib.* 10. ideo cautela est, qvòd in privilegio dicatur, qvòd princeps concedit immunitatem, & exemptionem ab omnibus muneribus, & oneribus, etiam personalib. *secundum Bart. in l. vacuatis. C. de dec. lib.* 10.

§. Item cautela est, ut dicatur de muneribus, & oneribus, *ut est tex. in l. cum muneris pub. ff. de mun. & one. & Bart. in d. l. vacuatis.*

§. Item cautela est, qvòd dicatur: ordinariis & extraord. alias in dubio solum extraordinaria viderentur remissa, *ut est tex. l. is qvi muneris pub. ff. de vac. mu. & est tex. cum gl. in l. criminalis. C. de dec. l. 10. & no. Bart. in d. l. vacuatis. &*
2 *in l. 2. ff. de jur. imm. ubi de his omnibus dicit.* * Qvæ autem sunt munera ordinaria, & extraord. vide Bart. *in l. 2. de jur. im. & in l. omnes omninò. C. de an. & trib. l. 10. & vide omninò Bar. in l. 1. in ult. col. in prin. C. de mu. in qvo lo. & in l. unic. C. de vac. mu. pu. eo. l. & in l. fi. C. de agri. & censi. l. 11. & in l. licitatio, §. mercatores. ff. de pu.* per Bal. *in l. 1. §. in qvibꝰ. in ult. col. ver. qvartò punitur. ff. qvod cujꝰq; uni. no.*

§. Item est alia cautela, qvòd dicatur etiam de muneribꝰ, qvæ imponerentur ratione gverræ, aliàs in dubio ab illis qvis non videtur exemptus per privilegium, *ut eleganter no. Cy. & Alb. in l. si ex toto in princ. ff. de leg. 1. qvod est valde no.* Et ex prædictis omnib. ut privilegium exemptionis omnia includat, dicatur sic: Talis concessit privilegium exemptionis & immunitatis ab omnibus & singulis muneribus, & oneribus, & realibus, & personalibus, & mixtis, & ordinariis, & extraordinariis, & ab illis etiam qvæ imponerentur ratione guerræ, & de omnibus aliis cujuscunq; generis, qvocunq; modo, & qvalitercunq; imponerentur, vel inducerentur in genere, & in specie. non obstante l. vacuatis.

tis. *C.de decu.* & ista forma complectitur plenissimè exemptionem, qvam bene not.

ADDITIO.

a Privilegio.) *Privilegium qualiter sit impetrandum.* in Specul. de præsc. præsenta.§. Privilegium derogans statuto, *intelligitur etiam de statuto futuro.* Vide Flor. not. in l. si servus. in princ. de ser. urb. præ & Bald. in l. si mihi & tibi.§. in legatis. de leg. 1. versic. ult. dist. & tenet Ray. de for. in l. si ita legatum esset. de auro & arg. leg.

B. CÆPOLLA CAUT. XLVII.

§. Ad hoc, qvòd privilegium *a* non intelligatur revocatum per legem generalem illius, qvi illud ante concessit, scilicet qvòd annectatur, & incorporetur statutis. a

SUMMARIUM.

1. Privilegium principis statutis additum, qvam efficaciam habeat.

DOmini & principes sæpenumerò concedunt privilegia immunitatis, & exemptionis alicui benemerito de Repub. & processu temporis, per legem generalem, cassant & annullant omnia privilegia exemptionis per eos concessa. Cautela est, qvòd non possit revocari, videlicet qvòd faciat inseri in libello statutorum civitatis, qvando ei conceditur hoc privilegium, & hoc debet inseri, qvando reformantur statuta, vel si non reformantur, dicetur: * & hoc privilegium addatur statutis nostris, & pro statuto etiam intelligatur, nam hoc casu, qvandocunq; dominus vel princeps cassaret omnia privilegia, tamen nunqvam de isto intelligetur in statutis inserto, nisi de eo fieret expressa mentio. *istud probatur per gloss. in Authen. qva in provincia. C. ubi de cri. agi opo. & ibi hoc tenet d. Paul. de Castr.* 1

ADDITIO.

a Privilegium.) *Privilegium speciale non censetur revocatum per generalem revocationem privilegiorum.* gl. fin. in l. decurionib. C. de silient. l. 12. & sentit Bald. in l. non plures. de sacros. eccl. & in l. 1. C. de Inst. C. consi. & in Auth. habita. C. ne fil. pro patre. & in l. 2. 1. col. ff. de constit. princ. & And. Barb. cons. scripsit. 7. col. qvod est cons. 105. Alex. 4. parte. & And. Barba. in cons. ult. in d. 4. parte ad finem.

PRÆSCRIPTIO.

B. CÆPOLLA CAUTELA XLVI.

§. Qvòd valet præscriptio cum mala fide.

SUMMARIUM.

1. Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.

1 VIdimus * in c. fin. de præscr. qvòd possessor malæ fidei, nullo tempore præscribit. & istud debet observari etiam in foro civili, secundum veram opinionem. ut ibi dixi, sed cautela est secundum Bald. ad hoc, ut aliqvis laicus possit præscribere, etiam cum mala fide, & qvòd omnes præscriptiones sint licitæ, qvòd fiat statutum in civitate generale, qvòd omnia statuta loqventia de præscriptionibus, habeant vim contractus, & consensus utriusq; partis, ibi non potest dici, qvòd propriè sit mala fides. *ff. de regul. jur. l. non fraudantur. facit l. cum donationis. C. de transact.* & probabiliter anima salvatur, & voluntas civium, & bonum publicum observatur, & hoc consilium est de ingenio meo, ita dicit Bald. *in d. c. fi. de præsc. ubi vide.*

T. FERRATUS CAUT. XXXIIX.

§. Ad faciendum, qvòd currat præscriptio cum mala fide.

SUMMARIA.

1. Præscriptio aliqva sive 30. seu 40. annorum de Jure Canonico non currit.

2. Statutum an valeat, quod qui non petierit creditum suum intra tale tempus, puta intra decennium, amplius petere non possit.

3. Fides mala defuncti taliter hæredi nocet: qvòd nunqvam etiam ex persona sua præscribere possit.

4. Fides mala esse non potest, ubicunqve utriusqve partis consensus fuerit.

5. Pœnæ de Jure Canonico peti possunt.

1 EXplorati * juris est, qvòd hodie de Jure Canonico aliqva præscriptio, sive 30. sive 40. año. nõ currit cum mala fide, ut habetur *in c. vigilanti. & cap. si diligenti. & cap. fi. de præscript. & in regula possessor, de regulis juris. in 6.* dispositio, cujus Juris Canonici habet locum etiam in foro civili: qvia omnia jura civilia disponentia præscriptionem aliqvam currere cum mala fide, *ut l. omnes. & l. sicut de præscript. triginta vel qvadraginta annorum*, hodie de jure canonum sunt correcta, *prout tenent glo. innoc. Anton. Imo. Panorm.*

Panorm. & alij in d. cap. fin. de praescript. ut tenent Angel. & Imo. in l. seqvitur. §. si viam. ff. de usuc. glo. in dict. regu. possessor. Bal. in leg. qvibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. Alex. in consil. 185. incip. viso tit. q. in 12. col. versic. Venio ad secundum in secundo volumine. & cons. 34. incip. viso processu causa. in 1. col. in 3. volum. & istud procedit non solùm in actionibus realibus, verùm etiam in personalibus, prout tenent omnes in locis superiùs allegatis, reprobata opinione Bar. *in dict. l. seqvitur. §. si viam. ff. de usuc.* Hinc est, qvòd communis opinio Scribentium est, * qvòd si in civitate extet statutum disponens, qvòd qvi non petierit creditum suum intra tale tempus, puta intra decennium, qvòd amplius ipsum non possit petere, qvòd tale statutum non valet tanqvam nutritium peccati, *prout tenet Bar. in l. omnes populi. in 3. q. prin. vers. ecce aliàs dicit statutum. ff. de just. & jur. do. Ant. & Panor. in c. cura pastoralis. de jure patr. Pet. de Anch. in cons. 5. incip. pro parte nobilis viri D. Ruberti Maureceno. vers. istud est pulchrum dubium. Ro. in suo cons. 102. incip. super eo, qvo primò qvaritur, cum aliis concord. traditis per Alex. in cons. 185. incip. viso tit. q. in 12. col. vers. qvinimò statutum. in 2. vol.* (licet Cuma. credo causâ ingenii sui demonstrandi, teneat contrarium, & malè, *in suo cons. 67. incip. statuto civitatis Vincentia*) Imò qvòd est plus, si hæres bona fide præscripsisset debitum sui defuncti, tamen non posset se tueri ex persona sua ex dispositione d. statuti: * qvia mala fides defuncti nocet hæredi taliter, qvòd nunqvam potest *a* præscribere, etiam ex a persona sua, *ut not. d. Abb. post Ant. de Butr. in dict. c. si diligenti. de praescript. in 5. col. versic. sed circa pradicta movet. Ant. dubium qvotidianum, ubi dicit istud esse bene notandum. volu it idem Abb. in cap. nihil in 1. col. eod. tit. Paul. de Cast. l. 4. §. hæres. ff. de usuc. Rom. in cons. 14. incip. conclusionem pradict. Doct. ubi dicit opinionem Dyn. qvi tenuit contrarium in regula. possess. de. regulis juris. in 6. esse falsam. Alex. in cons. 4. incip. videretur, inspectis his, qva in themate suprà scripto proponuntur, in ult. col. in 2. vol. ubi dixit istā esse communem opi. cum aliis concord. de qvib9 per Fel. in d. c. si diligenti. in 4. co. ver. contra opi. famosā ipse Dyn. ubi dixit, qvod ista est communiter sententia, & qvòd pauci sunt, qvi recedunt ab ipsa, & cum aliis, de qvib9 etiam habetur*

2 (margin, at "qvòd si in civitate"); 3 (margin, at "nocet hæredi")

per do. Jas. in l. Pomponius. §. si qvis adminiculo. ff. de acqv. poss. qvia hæres tenetur exonerare animam sui defuncti, *ut cap. fin. de sepul. & in cap. literis. de rapto.* qvod aliter fieri non potest, nisi debito satisfaciat. & ita in terminis prædicti statuti tenet Alex. *in consil. 51. incipiente, Videretur pro decisi. hæsitationis in 5. col. Versic. qvinimò dato qvod etiam lapsi essent anni triginta, in qvinto Volumine.* licet Paul. de Castr. de qvo ipse non meminit in terminis ipsius statuti, teneat contrarium, per rationem, de qva ibi per eum, *in l. si qvis sub conditione, in fi. ff. de cond. inst. & in d. l. seqvitur. §. si viam. qvasi circa fi. ff. de usuca. & in cons. 190. incipiente, hæreditas dicta puella, sed prima opinio est communior.*

§. Modò videamus, an sit dare Cautelam, qvòd tale statutum, de qvo suprà, valeat, & sic qvòd possit currere præscriptio cum mala fide. Bald. *in dict. cap. fina. in 2. col. Versi. si qvis tamen vellet facere. de præscrip.* tradit unam Cautelam, videlicet, qvòd fiat statutum generale, qvòd omnia statuta loqventia de præscriptione, habeant vim contractus, &
4 consensus utriusq; partis:* nam ubi est consensus utriusq; partis, ibi non potest esse mala fides, *ut lege non fraudantur. ff. de regulis jur.* & ibi per hoc dicit ipse, qvòd anima & voluntas civium, & bonum publicum conservatur, subjungens, qvòd istud consilium est de ingenio suo. & istam Cautelam reassumit Bart. Veronen. *in sua Cautela. 46. incipiente, Vidimus.* sed eam reprobat Barb. *in dic. c. fi. prout ibi refert Fel. in 4. col.* Tu autem accipe tres alias, per qvas poterit fieri, qvòd valeat statutum disponens, qvòd qvi non petierit creditum suum, puta per decenniũ, illud ampliùs petere non possit, & sic qvòd currat præscriptio cum mala fide.

§. Prima est, qvòd fiat statutum, & incipiatur à præcedenti monitione, dicendo, monemus omnes creditores & dominos, ut agant intra tantum tempus, aliàs privamus eos suo jure: qvia hoc modo sublata erit omnis obligatio, & isto casu non exigitur bona fides debitoris, sed mora creditoris, ita dicit Bal. *in c. debitores. de jureju.* dicens, qvòd istud est valde no. qvia secundum eum, aliud est in simplici præscriptione, ubi præscribitur facultati agendi, & aliud in monitione.

§. Secunda Cautela est, qvòd fiat statutum, qvòd qvi non petierit creditum suum intra tantum tempus, intelligatur fecis-

fecisse factum de non petendo, vel intelligatur liberasse debitorem per acceptilationem, vel in effectu sibi esse solutum: qvia hoc casu omnis obligatio civilis, & etiam naturalis, saltem qvoad effectum, intelligitur sublata, & sic non poterit ad ecclesiam recurri per viam denunciationis Evangelicæ. *ita notabiliter tradit Bal. in dict. c. 1. §. si qvis per 30. si de feud. fuer. contro. in 3. col. versic. sed qværo, nunqvid statutum possit tollere naturalem obligationem, cum qvo transit Abb. in Rub. ext. de præscr.*

§. Tertia Cautela est, qvòd fiat statutum dirigens verba non in debitorem, sed in creditorem, videlicet, qvòd creditor non petens creditum suum intra tale tempus, cadat ab actione, sicut dicunt jura, qvòd qvi non utitur servitute rustica, vel personali per longum tempus, perdit eam: nam isto casu, si creditor non petat intra illud tempus à statuto limitatum, non poterit ampliùs petere, nec ad ecclesiam recurrere, non ex isto respectu, qvia debitor dicatur propriè præscripsisse: sed qvia creditor mulctatur ab ipso statuto hac pœna, propter negligentiam suam in petendo, & sic talis pœna debet cedere lucro debitoris, *juxta l. id qvod pœnæ. ff. de solut.* constat enim, qvòd statutum potest afficere sibi subjectum, & inferre ei pœnam, ergo debitor non peccat allegando pœnam statuti: * qvia etiam de Jure Canonico pœnæ possunt peti, *ut not. in c. constitutus. & in cap. tuam. de pœn. & in cap. dilecti filii, de arbit. ita eleganter voluit Pau. de Castr. dicens istud putare verum sicut Evangelium, in d. l. seqvitur. §. si viam in fin. ff. de usucap. & in l. hac autem jura ff. de seru. urban. prædior.* 5

§. Et sic habes tres Cautelas ad faciendum, qvòd præscriptio currat etiam de Jure Canonico cum mala fide. Sed contra istas tres facit solenne dictum Bal. *in auth. ad hac in 3. col. versic. sed ponamus. qvod statuto cavetur. Cod. de usur. & in cap. contingit. in 1. col. de dolo & contu.* ubi dixit, qvòd auctoritas statuti non potest enervare naturalem actionem, & ipsam veritatem, & si loqvatur per qvæcunq; verba vult loqvi: sive disponendo, sive fingendo, non potest ipsam veram justitiam abolere, in qva fundatur Evangelica denunciatio, *alleg. not. per Innoc. in cap. qva in ecclesiarum. de const. & in c. qvia pleriq;. de immu. eccles. & per Bart. in extravag. ad reprimen. in verbo, denunciationem. vers. sed qvid*

qvid de obligatione, qva tollitur præscriptio. Unde ſuper hoc cogita, qvia idem Bald. in hoc ultimo tenuit contrarium, in cap. eccleſia S. Mariæ. in fin. de conſtit.

ADDITIO.

a Qvod nunqvam poteſt præſcribere.) *An mala fidei poſſeſſor etiam per longiſſimum tempus de Jure Civili præſcribat, cùm de peccato agatur, & ſervari debeat Jus Canonicum,* vide Alex. de Imo. in conſ. 34. in tertio volumine conſiliorum ſuorum. *Et an mala fides auctoris noceat ſingulari, vel univerſali ſucceſſori, per eundem Alex.* in alio ſuo conſil. 4. ſecundæ partis, circa princ. *Sed an mala fides defuncti noceat hæredi exiſtenti in bona fide, ut ex ſua perſona præſcribere volenti. dic, qvòd non, vide per eundem do. Alex.* in conſ. 99. in qvarta parte. *de Jure tamen Canonico aliud eſt propter materiam peccati, cùm in dubio tenenda ſit opinio, per qvam peccatum tollitur,* cap. juvenis de ſpon.

B. CÆPOLLA CAUTELA CIIX.

§. Pro præſcribente, qvi non habet titulum.

SUMMARIUM.

1. Præſcriptio per tantum tempus, cujus initii memoria in contrarium non exiſtat, ſine mala fide vim tituli habere dicitur.

IN præſcribenda ſervitute, qvæ habet cauſam continuam, vel qvia ſufficit poſſeſſio 10. ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſed ſi habet cauſam diſcontinuam, reqviritur tantum tempus, qvòd non extet memoria in contrarium, *ut l. hoc jure. §. ductus aqvæ. ff. de aqva qvoti. & æſt. & no. glo. in l. ſervitut. la grande. ff. de ſerv. tit. gene.*

§. Sed Cautela eſt, qvod ille, qvi allegat ſervitutem ſibi debitam, qvæ habet cauſam diſcontinuam, dicat ſe habere titulum ab illo, qvi potuit concedere, licet illum non probet, ſi tamen probat ſe poſſediſſe ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſufficit, & obtinebit in cauſa. *arg. l. cum de in rem verſo. & qvod ibi not. per glo. & Docto. ff. de uſur. & in l. ſi certis annis. C. de pac. & iſtam Cautelam docet gl. no. qvam ſeqvuntur ibi Docto. in d. l. ſervitutes. qvod perpetuò tene menti.*

§. Et propter hanc materiam vidi multos libellantes in materia præſcriptionis decimarum, qvæ ſecundum aliqvos nun-

nunqvam possunt habere locum, qvia contra jus divinum. Vel secundum aliqvos potest præscribi sine mala fide per tantum tempus, cujus initii memoria non existat in contrarium, * qvia tale tempus habet vim tituli, *ut probatur in cap. super qvibusdam. §. præterea. de verb. significat. & in cap. 1. de præscript. lib. 6.* & istud est verius secundum libellantes, ut possint probare præscriptionem decimarum breviori tempore, dicunt & allegant se habuisse titulum exceptionis à summo Pontifice, propter aliqvam causam coloratam, & ad probandum illum titulum deducunt possessionem, vel qvasi decem, vel viginti, vel triginta annorum, per not. *in dict. l. servitutes.* qvod est qvotidianum. 1

B. Cæpolla Cautela XX.

§. Ad prorogandum tempus introductum à statuto in præscriptione.

Summarium.

1. *Instrumentum, qvo casu vi juramenti executionem paratam habere poterit.*

SI ex forma statuti, vel juris, debito, vel actioni debitæ præscribatur aliqvo tempore brevi, vel etiam 10. vel 20. annis, Cautela est, qvod etiam debitum, vel actio perpetuetur usq; ad triginta ann. ad hoc videlicet, qvòd creditor faciat opponere per debitorem, qvi confiteatur per suum juramentum se esse debitorem in tanta qvantitate: qvia hoc casu perpetuabitur. ita dicit *Bar. & Ang. in l. nam & postea. §. si is. ff. de jurejur.* per illum tex. * Item juramentum illud etiam aliud operabitur, videlicet qvòd tale instrumentum poterit executioni mandari, & sic habebit executionem paratam, *ut not. Bart. in l. 2. in fin. ff. eo. tit.* qvòd dicit, qvòd miratur, qvòd consvetudo hoc servet. & vide circa hoc Matth. de Mat. in 11. suo notabili, ubi idem tenet. 1

B. Caepolla Cautela LXV.

§. Ad hoc, qvod decem annorum præscriptio, qvæ communiter introducitur per statuta, non obstet.

Summaria.

1. *Agendo vel excipiendo in multis casibus qvispiam repellitur, neqve præscriptioni renunciare potest.*
2. *Statuto si caveatur, qvod debito 10. annis præscribatur,*

tur, licet renunciari non possit, tamen aliud remedium competere potest.

1 IN multis * casibus qvis repellitur ab agendo vel excipiendo propter præscriptionem legalem vel statutariam, & tamen præscriptioni renunciare non potest, *ut no. in l.1 ff. de usuc. & in l. nemo potest. ff. de leg.1.*

§. Sed cautela est, qvòd nec præscriptio possit obesse, ut agatur, & conveniatur in instrumento, qvod finita præscriptione iterum deberi incipiat, & toties incipiat deberi, qvoties præscriptio completa fuerit, *ut probatur no. in l. sicut in annos. in prin. ibi adjiciatur qvoties qvis, & c. ut ff. qvib. mod. usufr. amit.* & ita dicit Bar. *in dict. l. nemo potest in penul. col. vers. qværo statutum est, qvod præscribatur.* ubi di-
2 cit, * qvòd licèt statut. qvo cavetur, qvòd præscribatur debito decem annis, non posset renunciari, tamen remedium est: qvòd agatur & conveniatur, qvòd finita dicta obligatione decem annorum, iterum deberi incipiat, *per dict. l. sicut in annos: in prin. & ita no.* per Bal. *in l. cùm Rempublicam. C. ut in poss. leg.* ubi etiam idem dicit in legato, & qvoties scriptum fuerit, toties lego, *ut dict. l. sicut in annos, & idem no. Flor. in l. si usumfructus alternis annis. ff. qvib. mod. usus fr. amit. & pro hoc vide omninò qvod no. Ang. in l. centesimis in fi. in prin. ff. de verborum obl. qvod not. Bart. & Doctor. in l. 1. ff. de usufr. & qvod dicam in cautela seqventi.*

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXV.

§. Ad evitandum præscriptionem, & repetita per eundem.

SUMMARIUM.

1. Præscriptioni inductæ mero negligentis odio renunciari non potest.

CAutela, qvòd in contractu non noceat præscriptio, videlicet, qvòd in instrumento dicatur: Promitto tibi mille, & qvòd possis me convenire qvandocunq; velis, *& est casus secundum Ang. & ibi dicit in 3. no. in l. qvod si nolit. §. si qvid ff. de adi. edict. facit qvod not. in l. item illa §. qvod adjicitur. ff. de const. pe.* & hoc intellige in qvalibet præscriptione inducta in defectum provisionis hominis, cui possit renunciari: secus in præscriptione inducta mero odio negligentis: * qvia non potest illi renunciari, *secundum Ang. in dict. l. sicut ita de qvo per Bart. & Doctor. in leg. nemo potest. de legat.*

legat. 1. & per Bald. leg. item illa. ff. de constit. pec. & per Bartol. & Doctor. in lege prima. ff. de usur.

I. De Arnono Caut. LXIX.

§. Pro ignorante, cui cucurrit tempus, puta præscriptio 30. annorum, ut petat restitutionem in integrum.

LIcet ignoranter cucurrit tempus, puta præscrip. 30. annorum, Cautela tamen est, ut ipse ignorans petat se restitui in integrum, adversus dictam præscriptionem: qvia debet admitti, cum ignorantia tribuat justum impedimentum. istam Cautelam, qvæ solet in practica à Doctoribus & advocatis aurea reputari, didici à Bart. *in l. 1. §. si qvis autem propter inundationem. per illum tex. ff. de itin. actuq; priva. & seqvitur ibi Ang. idem tenet Spec. in tit. de præscript. §. 1. vers. sed pone. colonus. & Ang. in l. fin. ff. si qvis testa. lib. esse juss. fue. & Bal. & Ang. in l. si. C. de præsc. long. temp. & notab. Imo. in repet. c. si. in 10. char. extra, de præscript. & in l. Panthonius. ff. de acq. hæred. & Panorm. in c. vigilanti. extra, de præsc. cum aliis alleg. per dom. Jas. in l. 2 in 67. col. ibi, pro confirmatione accedat. Co. de jur. emphyt. ubi dicit dictum Bart. in d. §. si qvis autem, esse verum & servari.*

PRODIGUS FILIUS.

R. Fichardi Cautela XXXIII.

§. Pro filiis prodigis & perditis, ne illorum bona paterna perveniant ad Fiscum, casu qvòd relegarentur, vel alio modo propter delictum aliqvod post mortem patris punirentur.

SI pater aliqvis habeat immorigerum filium, & vereatur, ne fortassis imposterum bona paterna dilapidet, aut aliqvid delinqvat, propter qvod bona illa publicentur, aut ut fisco applicentur, *juxta leg. prim. ff. de bon. dam.* atq; ita non solum ipse filius, sed etiam ex eo nepotes (si qvi fortè nati essent) bonis paternis & avitis, privarentur. Cautela est, ut pater testamento, vel alio modo prohibeat, ne bona sua extra familiam à qvoqvam alienentur. Nam res prohibita alienari, non potest devenire in fiscum ex bonorum confiscatione, *ut singulariter tradit Bart. in l. Imperator. de fideic. libert. qvem consulendo secuti sunt Alex. consil. 23. lib. 1. & Socin. consil. 114. lib. 2. Jas. in leg. ult. §. sed qvia nostra. Cod. com. de legat. Doctor. communiter (ut affirmat Cat. Cotta, in*

in memoralib. sub verb. testamentum. vers. & ideo) in l. 3. §. res qvæ ff. ad Trebell. Putat tamen Cotta ibi præstare, ut tale testamentum confirmetur à Principe. Proderit autem Cautela etiam in casu, qvòd filius in vita patris committeret aliqvod homicidium (facta tamen prius illa prohibitione) *ut tenet Bart. in l. in fraudem. ff. de jure fisc. & gl. in l. cum qvidam eod. tit. Nellus in tract. bannit. in 1. part. 2. tem. q. 30. Aret. in l. si qvis in bona. §. si qvis planè. ff. de acq. hær.*

PROMISSIO

T. FERRATUS CAUT. XLIII.

§. Pro illo, qvi promisit factum alienum sub pœna, si illud non potest adimplere, ut evitet pœnam.

SUMMARIA.

1. *Promissio facti alieni, licet teneat qvando pœna intervenit, ex qvo factum promittitur, qvòd in promittentis potestate non consistit: promittens faciendo id, qvod potest, pœnam promissam evitare potest.*
2. *Pœnam difficultas excusat.*
3. *Factum alienum sub pœna qvando qvis promiserit, pœna non committitur, si promissor, qvantum in eo fuerit, fecerit.*

ANNO præterito evenit hic Paduæ, qvòd qvidam rustici vulneraverunt qvosdam alios, propter qvæ vulnera orta fuit inter eos maxima inimicitia, tandem medio amicorum facta fuit reconciliatio, & unus de dictis rusticis promisit alteri sub pœna certæ qvantitatis pecuniæ, qvod faceret, qvòd qvædam sua neptis, qvæ habebat certa bona paterna, cùm esset nubilis annis, acciperet in maritum qvendam filium illius, qvi stipulabatur pœnam. contigit postea, qvòd illa puella facta major conclusivè noluit satisfacere voluntati patrui. qvo casu iste patruus erat valde anxius propter pœnam, in qvam debebat incurrere, matrimonio non sortiente effectum, & tanto magis, qvod adversarius qvotidie minabatur, qvod volebat ab eo dictam pœnam exigere. Tunc cùm in præsentia mea casum prædictum narraret, dixi ei, qvòd deberet ire, & adhibere omnem curam, & diligentiam qvam poterat ad hoc, ut illa sua neptis contraheret illud matrimonium, & tunc adhibita tali cura, & diligentia, nollet postea amplius de dicta pœna dubitare, licet matri-

mo-

monium non seqvatur, sed adverteret taliter negotiari, qvòd posset illam diligentiam, si opus esset, probare. ista est decisio Abb. post Ant. de But. *ibi in c. gemma. de spon.* ubi in terminis movet qvæstionem nostram. Titius promisit sub pœna, qvòd Berta contrahet matrimonium cum Sempronio: Titius fecit tantum, qvantum in eo fuit, ut matrimonium seqveretur, concludit, qvòd pœna non committitur, & ra- 1
tio istius pulchræ decisionis est, * qvia licet promissio facti alieni teneat, qvando pœna intervenit, *ut no. in §. si qvis alium. juncto §. versa vice. Inst. de inuti. stip. & in l. stipulatio ista, habere licere. in princ. & in §. qvæsitum de verb. oblig.* tamen ex qvo promittitur factum, qvod non consistit in potestate promittentis, seqvitur qvòd promittens faciendo omne id, qvod potest, debet evitare pœnam promissam. * 2
Qvia regula est, qvòd difficultas excusat à pœna, *ut est tex. in l. si vehenda. in fi. ff. ad l. Rhod. de jac. & in l. 2. ff. si qvis cau. & no. Bar. in l. continuus. §. illud inspiciendum. de verbo. oblig.* & istam opin. * qvòd qvando qvis promisit factum 3
alienum sub pœna, qvòd pœna non committatur, si promissor fecit qvantum in eo fuit. tenuit Fed. de Senis *in cons. 122. qvod fuit consilium Jo. Palariensis, incip. Martinus promisit se facturum. tenuit Abb. in c. significantibus. in fi. per gl. ibi de offi. deleg. Franc. de Aret. in l. si ita stipulatus fuero, te sisti. §. possum. de verb. oblig.* ubi non obstante sua impugnatione, qvam ibi facit, dixit, qvòd ista opi. est communis, & qvod in practica servaretur. idem Franc. de Aret. *in cons. 142. incip. ex facto proponitur, qvòd illustris, & excelsus princeps Franc. Sfortia dux Mediolani. in 4. col. vers. venio igitur ad primum. tenet Feli. in c. ex rescripto in 6. column. versic. & not. qvod promittens factum alienum. extra, de jurejur.* licet Jas. *in dict. l. stipulatio ista, habere licere. in 6. col. versic. sed juxta hoc cadit solennis, & utilis dubitatio, ff. de verbo. oblig.* teneat opinio. contrariam, dicens, qvòd si casus accideret, qvòd ita consuleret, scilicet qvòd ille, qvi promisit factum alienum cum pœna, licet adhibuerit omnem diligentiam ad hoc, ut factum promissum sortiretur effectum, qvòd si non sortitum fuerit, promissor non evitet pœnam. est bene verum, qvod fatetur, qvòd omnes Canonistæ tenent primam opin. & qvòd ab eo nemo discrepat. sis ergo cautus tu, qvi promisisti factum

alienum sub pœna, qvòd facias qvantum potes, ut factum adimpleatur, si vis pœnam evitare.

B. CAEPOLLA CAUT. CCXLI.

§. Pro illo, qvi promisit alicui turpe qvid facere, est Cautela, ut potius per pignora, qvàm rem.

SUMMARIA.

1. Datum si aliqvid fuerit uni ex causa turpi, ex parte utriusq; scilicet tam dantis, qvàm recipientis, repeti non potest, secus si pignora data fuerint.

2. Spoliatus ante omnia restituendus est, etiamsi esset prædo, nisi intentet conditionem ob turpem causam, qvoniam tunc audiri non debet.

3. Hæres infra tempora conficiendi inventarium, conveniri non potest, nisi reali actione conveniatur.

4. Scholares facientes conventiculas contra Doctores, si dent libros, vel aliam rem propter suffragium promittant, repetere non possunt, sed bene fiscus auferre.

Legimus hodie *l. jurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de*
1 *pact.* ubi est una gloss. not. qvæ dicit, * qvòd si aliqvid est datum uni ex causa turpi, ex parte utriusq;, scilicet tam dantis, qvam recipientis, puta, ut homicidium faciat, *juxta l. generaliter. & l. si plagii. ff. de Verborum oblig.* vel datum est aliqvid officiali, qvi tenetur denunciare maleficia, ne denunciet maleficium commissum, qvod est turpe ex parte utriusq;, *ut l. si à reo. § fin. & ibi Bart. & Doctor. ff. de fidejuss.* vel si est data pecunia judici pro sua indemnitate, in casu, qvo condemnetur in syndicatu, si malè judicaverit, qvib9 casib9 illud, qvod est solutum, repeti non potest, qvia in pari causa turpi, melior est conditio possidentis, *ut est casus in l. pen. ff. de cond. ob turpem cau. & no. per glo. in d. §. si ob maleficium.* Sed si sunt data pignora, pro dict. causis, vel aliqva earum, etiam secuto implemento ex parte recipientis, potest ille, qvi tradidit pignus, agere rei vendicatione contra detinentem pignus, tanqvam contra qvemlibet extraneum possidentem, vel retinentem rem non suam, *juxta l. officium. ff. de rei vend. gl. in dict. §. si. ob malefic. per l. de eo §. pen. & si. ff. ad exhibendum.* licèt non posset repetere per condictionem ob turpem causam, ut dixi. & sic est vis in

in modo agendi pro repetitione, sicut dicitur in simili, * qvòd licet spoliatus sit ante omnia restituendus. *leg si qvis ad se fundum. Cod. ad l. Jul. de vi.* (etiamsi esset prædo. *c. literis extra, de restitut. spol.*) tamen si intentaret condictionem ob turpem causam, non debeat audiri, *ut no. Bart. & Doct. in d. l. pen. ff. de condictio ob turpem cau.* & sic dicitur in simili de marito, qvi si convenitur actione de dote, non tenetur nisi in qvantum facere potest. *l. si maritus, sol. mat.* secus si conveniatur rei vendicatione, *ut habetur in l. Nesennio. §. fundum. ff de re jud. & in l. ex diversis. ff sol. mat.* 2

§. Similiter dicitur in hærede conficiente inventarium, qvia non potest conveniri intra tempora conficiendi inventarium, secus si conveniatur actione reali, *ut habetur in l si. §. donec. Cod. de jur delib.* & licèt non possit repeti, qvod datum est per condictionem ob turpem causam, qvando turpitudo est ex parte utriusq;, *ut l. pen. ff. de cond. ob turpem causam.* tamen si data sunt pignora, possunt vendicari, & fiscus auferre potest ab indigno, *ut dicit gl. in d. § si ob maleficium. in fi.* qvod intellige secundum Bal. ibi, qvando fuit translatum dominium & acqvisitum indigno, *juxta not. in l. 1. C. de hæredib. inst. & ita loqvitur l. Lucius. ff. de jure fisci. secus.* si non transivit dominium, sicut est in pignore dato. *leg. pignus. C. de pign. actio.* * ideo si scholares faciunt conventiculas illicitas, putà de cassando aliqvem doctorem legentem absq; legitima causa, si dant pecuniam, vel libros, vel aliam rem, ut promittatur sibi vox vel suffragium, non potest repetere ille, qvi dedit, qvia in pari causa melior est conditio possidentis, sed fiscus potest auferre ab illo indigno recipiente, & applicabitur ipsi fisco, *ut d. l. Lucius. secundum gl. in d. §. si ob maleficium.* Sed si dedit pignora, ex qvo non transtulit dominium, poterit illa repetere per rei vendicationem, per prædicta, nec fiscus poterit auferre ab indigno dante, vel recipiente, alia & ideo Cautela est pro promittente, ut potius det pignora, qvam det rem, transferendo dominium, qvia dando pignora, sine periculo poterit recuperare, sed transferendo dominium non poterit, nec recipiens poterit retinere, qvia auferetur ab eo, & applicabitur fisco, qvod est notandum. 3 4

PROPRIETARIUS.

I. De Arno no Cautela XI.

§. Pro illo, qvi negatur proprietarius directus alicujus fun-

fundi, ut probet solutionem pensionis, & econtrà.

ACcidit sæpe de facto, qvòd dominus directus amisit instrumenta emphyteutica, & non potest probare se dominum directum alicujus fundi, sed Cautela est, ut alleget, qvòd probet solutionem pensionis & canonis pro illo fundo: qvia tunc sufficit per regulam, qvam tradit Baldus *in l. si certis annis, in 4. columm. C. de pact.* qvòd qvalis apparet solutio, talis præsumitur confessio, qvod est multum not. secundum eum etiam pro emphyteuta, qvi perdiderat instrumenta emphyteutica. *& idem Baldus in l. indicia in 1. colum. C. de rei vendicat. not. post Jas. de Are.* qvòd ex solutione census præsumitur, qvòd ille, cui solvitur, sit proprietarius, & ideo si solvi tibi pensionem de aliqvo fundo, indicium est, qvòd à te habui, qvòd proprietas sit tua. *l. litibus. C. de agricol. & censit. libro undecimo, secundum eum.* Et hoc habui in facto proprio ecclesiæ meæ alio die, & obtinui: qvia probavi solutionem tanti temporis, cùm tamen non potuissem aliter probare de proprietate.

PUPILLUS.

I. De Arnono Caut. C.

§. Pro pupillis, vel adultis contra tutores vel curatores eorum.

MOritur pater relictis filiis ejus pupillis tutoribus vel curatoribus, & qvia dolo de futuro non potest renunciari, *ut habetur in l. si qvis rationes. ff. de lib. leg. & in gloß. in l. qvidam decedens. in vers. senserat. & ibi Bar. ff. de administ. tut.* tamen testator sic dixit: Ego ordino filiis meis tales tutores vel curatores, & mando, qvòd finita tutela, vel cura non possit ab eis exigi aliqva ratio administrationis, etsi contingeret, qvòd ab eis exigeretur ratio, & propter hoc condemnarentur, ex nunc ego lego de bonis meis propriis eis, qvantum est illud, in qvo fuerint condemnati ratione tutelæ vel curæ administratæ. Ego qværo, nunqvid valeat ista clausula, qvæ freqventer apponitur per notarios in testamentis? Dico, qvòd ista clausula fuit inventa à Dyn. *in addit. in d. l. qvidam decedens. & in cons. 194. inci. Brunellus notarius.* & à Ray. de Forli. *in d. l. si qvis rationes.* Et eam refert do. Alexan. sed non firmat *in cons. 121. incip. circa id qvod qværitur, an stante dispositione.* Nihilominus dicas, qvòd non valet talis clausula, qvia dolus de futuro nullo modo remitti potest. *l. si unq. §. illud. ff. de*

ff.de pac. qvia per indirectum daretur materia delinqvendi, & spoliandi miseros pupillos. & ita expressè contra Dyn & Rayn. consuluit Jo. de Ana. *in cons. 80. incip. visis & intellectu his, qvæ in themate narrantur.* Et ita latius ante eum tenet per qvinq; fundamenta Sal. referens se ita consuluisse, ut occurratur fraudibus tutorum, *in l. cum necessitatem. C. de fideicom. ita Ang. in cons. 144. incip. revocatur in dubium. Refert & seqvitur dom. Jas. in l. actione, in fin C. de transa.* Ex his possunt pupilli sumere Cautelam, ut nô obstante dicta clausula, non exigant à tutoribus & curatoribꝰ administrationem tutelæ vel curæ. & ista Cautela poterit tibi millies inservire, & valebit tibi ad mille aureos. qvare not. & non tradas eam oblivioni. Et sic cum Dei laude est impositus finis huic centiloqvio Cautelarum.

RATIHABITIO.

B. CÆPOLLA CAUTELA XV.

§. Qvòd dominus non possit ratificare gesta per suum illegitimum procuratorem.

SUMMARIA.

1. *Ratihabitio domini gestorum procuratoris superveniens: qvo casu nihil operetur.*

LICET regulariter gesta per procuratorem, qvi non habet mandatum, idem si habet, sed non sufficiens, possint per dominum ratificari, ita qvòd valeant. *l. licet. ff. de jud.* tamen Cautela est, qvòd non possint ratificari, videlicet, qvòd adversarius à principio protestetur, qvòd non intendit cum ipso litigare, nisi si, & in qvantum haberet legitimum mandatum, & sufficiens: nam hoc casu, si habeat mandatum sufficiens, vel nullum habeat, * ratihabitio domini super- 1
veniens, nihil operatur, ut est casus secundum unum intellectum *in l. si qvos. §. alieno. ff. de dam. infect. secundum Lud. de Rom. in qvodam suo singulari, qvod incipit, qværo, nunqvid gesta per falsum procuratorem. in fi. & ita tenet Ang. in d. §. alieno. & Bald. ibi in Apostil. & ita allegavi optimè aliàs, & obtinui in civitate Veronensi.*

DE REDUCTIONE AD ARBITRIUM BONI VIRI.

Vide suprà in Arbiter, in loco finali.

REGNUM.

B. CÆPOLLA CAUT. XCV.

§. Pro illo, qvi est de domo regia, qvod possit regnum petere.

SUMMARIUM.

1. Regnum usq; ad qvem gradum successionis transmittatur.

EST dubium, an regnum transeat per successionem, vel per electionem. de hoc habetur in capit. venerabilem. de elect. tamen in qvibusdam regnis est consvetudo, qvòd
a transeant per successionem. & ita communiter est in *a* Ita-
1 lia. * Sed majus dubium est, usq; ad qvem gradum successionis transmittatur regnum. Et videtur, qvòd usqve ad sextum, vel usq; ad decimum ad plus. *juxta no. Inst. de serv. cog. §. fi. & in l. jurisconsultus. ff. de gradibus.* Sed dicas, qvòd transit in infinitum usqve ad centesimum gradum, & ultra, in tantùm, si moritur rex vel Princeps alicujus regni, deficientibus agnatis suis, vel cognatis, si reperitur unus de sua familia seu domo, ille debet succedere in regno: *ut singulariter not. Bald. & Jac. de Alva. & not.* qvando moritur Princeps, qvia tunc ille, qvi est de sua domo, licèt sit pauper, tamen debet esse cautus, & petere regnum.

ADDITIO.

a In Italia.) *Imò verò etiam in Christianissimo regno Francorum.*

RENUNCIATIO.

I. DE ARNONO CAUT. LXXIIX.

§. Ad inanem & frivolam clausulam notariorum, per qvam partes renunciant probationibus testium.

INANIS & frivola est clausula illa, qvam notarii hodie apponunt in instrumentis, per qvam partes renunciant probationibus testium, videlicet, qvòd debitor non possit probare solutionem, nisi per instrumentum, & non per testes, *ut dicit gloss. singula. in §. qvia verò. in auth. ut sine prohibitione matre. Qvam seqvuntur Bartolus & Doctores in authen. jubemus. Cod. de jud. cum qva glo. tenent Jacobus de Belu. & Angel. ibi, in d. §. qvia verò. & Paulus de Cast. in l. pactum. inter hæredes. ff. de pact. ubi reputant illam gloss. singularem. Et eam etiam seqvitur Paul. de Cast. in l. final. ff. de prætor. stipul. Canonistæ in c. si diligenti. de foro competen. & dixi in singularibus meis, singulari 48. incipiente depositum penes te regnicolam.*

§. Cau

§. Cautela tamen est, ut in dict. instrumento, in qvo est apposita clausula, apponatur juramentum, cap. si verò, extr. de jurejuran. Referunt & seqvuntur Moderni Papiens. dict. *auth. jubemus. in 1. colu.* ubi tamen dicunt cogitandum. Sed ego tenerem simpliciter dictam Cautelam per rationem dicti cap. si verò, qvæ est, qvòd ubicunq; juramentum potest servari sine interitu salutis æternæ, semper servandum est, sed qvia hodie passim in qvolibet instrumento solet apponi juramentum, dicta clausula non esset inanis, & frivola, sed procederet Cautela in casu, in qvo juramentum non apponeretur, ut vidi qvandoqve non apponi.

CAUTELA.

§. Pro Rustico in responsionibus apud judicem futuris, *Vide in Enchiridio Cautelar. civili. tit. 19. loc. 3.*

DE SCHOLARI.

Vide infrà in studiosus.

SCRIPTURA.

B. CÆPOLLA CAUT. CXCII.

§. Qvando actus debet fieri in scriptis, debet priùs tota scriptura scribi, & postea legi, licet malè observetur.

SUMMARIUM.

1. *Actus, qvi in scriptis celebrantur, ante omnia dictari debent, deinde scribi, & demum legi, neq; postea notario aliqvid mutare licet.*

NOTA, qvòd ea, qvæ celebrantur in scriptis, sicut sunt contract9 in scriptis, & similia, debent primò tota scribi, & postea legi, *ut est casus in l. contractus. C. de fide instru.* & ibi ex hoc not. Barto. & dicit ex hoc notandum esse, per notarium, qvi postqvàm est rogatus de appellatione, qvæ debet interponi in scriptis, *ut habetur in l. fin. cũ l. seqven. ff. de appella.* vel de sententia, qvæ similiter debet esse in scriptis regulariter, *ut l. ult. C. de senten. ex brevicu. recitan.* non potest aliqvid addere, vel detrahere. Unde errore notarii dicunt se rogatos de appellatione interposita in scriptis, & postea dicunt, dictabis ea, & dabis mihi. * Nam 1
ante omnia debet esse dicta, & scripta, & postqvam est lecta, nihil potest addi. *ita dicit Bart. singulariter in dict. l. contractus. in princ. C. de fide instrum. & idem tenet Bald. in l. in minoribus. C. de his qvibus ut indignis. & in l. jusjuran. & ad pecunias. §. fina. ff. de jurejuran. & Angel. de Are. in*

l.1.§.libelli.ff.de appellati.& idem no.Joannes Andr.& Doc. Canonista. in cap.pervenit secundò.extra, de appel.facit qvod no.Ludo.de Ro.in l.1.in decima colu.ff.de arb.& vide Ang. de Perusi. in l. qvicqvid astringenda ff. de verborum obligat. & propterea sint cauti notarii, ne addant, vel addi patiantur actis, vel scripturis suis, qvæ in scriptis debent fieri, postqvam de eis rogati sunt, vel eas legerint. & eodem modo sint cauti litigantes, ut videant, scripturas dictatas, vel scriptas, qvæ debent esse in scriptis, & petant copiam incontinenti, ne possit addi, vel minui, qvod nota: qvia vidi sæpissimè servari contrarium, & malè.

DE SENTENTIA.

De Sententia arbitri vide suprà in arbiter.

SOCIUS.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXXV.

§. Qvaliter socius teneatur socio reficienti rem communem.

SUMMARIUM.

1. Socius si rem communem pro parte sua reficere voluerit, partis suæ dominium perdit.

SAEPE contingit, qvòd sint duo fratres, vel socii, qvi habent rem communem, puta domum vel molendinum, qvæ res indiget reparatione, & unus eorum vult reficere, & alter eorum non vult contribuere ad expensas. Cautela est multum singularis, & utilis, qvòd ille reficiat rem, qvi vult
1 suis sumtibus, & petat sumtus sibi restitui ab alio socio: * qvia si socius recusarit reficere rem, nolendo contribuere pro parte sua, & facta refectione per alium non satisfecerit pro parte sua reficienti etiam cum usuris vel interesse, perdet dominium suæ partis post qvatuor menses, & applicatur reficienti, *ut est casus valde no. in l.4.Co.de pri. adi. & in l.si duobus.§.idem respondit.ff.pro soc.& ita no. & tenet Ang. de Aret. Instit. de act.§. seqvens.* ideo sint bene cauti socii tam reficientes, qvàm nolentes reficere, per prædicta.

ADDITIO.

§. Practica istius Cautelæ semel evenit coram magnifico viro juris peritissimo domino Guidone de Rupe Forti egregio Franciæ Cancellario. Nam cùm qvidam Referendarius Cancellariæ Regiæ vellet impetrare literas regias, ut compelleretur socius socio refundere expensas factas per unum

so-

sociorum in qvodam molendino, interrogavit dominus Cancellarius, qvot sunt menses elapsi post hanc refectionem factam in dicto molendino? Respondit Referendarius: Domine, qvatuor menses. Tunc dominus Cancel. ut erat vir promtissimi ingenii dixit: Non est opus literis huic socio, qvi fecit hanc refectionem in molendino: qvia factus est dominus d. molendini, eò qvòd socius suus non refudit expensas dictæ refectionis infra qvatuor menses. Et hæc facta fuére me Johanne de Gradib9 in regia Cancellaria præsente.

SOLUTIONES.

B. Caepolla Cautela LXXX.

§. In materia excommunicationis ad hoc, ut debitor facilius inducatur ad solvendum.

Summaria.

1 Excommunicationẽ minorẽ incurrunt communicãtes cum excommunicato excommunicatione majori.

2. A sententia excommunicationis appellari non potest, qvia ipsa lata secum executionem trahit.

3. In excommunicatione per annum perseverans, si litiget, amittit causam, itẽ beneficium si qvod habet, item habetur hæreticus.

VOlo tibi dare qvatuor Cautelas notabiles, & utiles in materia excommunicationis. Et prima sit ista, per qvam tu habeas optimum remedium compescendi laicos, & inducendi eos ad satisfactionem pro injuria personali illata clerico: nam judex ecclesiasticus ad clerici qverelam potest denunciare illum malefactorem excommunicatum, *ut 17. q. 4. si qvis svadente.* & compellere populum ad illum evitandum.

§. Et dico, qvòd ista erit optima Cautela, ut judex tempore denunciationis excommunicet omnes, qvi secum communicaverunt ante absolutionem. Nam timore majoris excommunicationis evitabitur ab omnibus, ubi hodie communiter non evitatur,* qvia communicantes non incurrunt nisi minorẽ excõmunicationem, *ut in c. 2. de exc.* & qvòd talis sententia possit ferri, *vide Jo. And. in c. statutum. de sent. excom. in 6. licet ibi text.* bene ponderatus videatur prima facie velle contrariũ, *ut dicit Nic. Alb. Sicu. in c. per tuas. 1. de sent. exc.* & tu idẽ facias in similib9, qvãdo habes 1

debitorem tuum excommunicatum. qvia non vult solvere, non facias eum denunciari simpliciter excommunicatum, ita, qvod ab omnibus evitetur, *juxta cap. pastor. §. 1. de app.* qvia tunc talis denunciatio parum solet timeri, ex qvo communicantes cum excommunicato incurrunt solummodò minorem excommunicationem, *ut habetur in d. c. 2.* & sis cautus, ut facias ultra denunciationem evitationis qvod denuncietur, & qvòd si qvis communicaverit cum eo, sit excommunicatus, qvia tunc intelligitur excommunicatus excommunicatione majori, *ut in c. si qvem. qvod. est pe. de sent. excom.* & sic magis timetur, qvòd not.

2 §. Secunda Cautela est, * qvia regulariter qvando qvis est excommunicatus, non potest appellare à sententia excommunicationis etiam infrà 10. dies, qvia qvam primùm est lata trahit secum executionem, *ut est casus in d. c. pasto. §. 1. & no. in c. ad reprimendam. de off. ord.*

§. Sed Cautela est secundum Abb. Antiqvum, qvem seqvuntur omnes Doct. *in d. c. ad reprimendam.* qvòd excommunicatus infra 10. dies compareat coram excommunicatore, & petat se absolvi, & qvia excommunicatio est injusta, si non absolvat eum ab ista denegata justitia, & sic ab isto secundo gravamine poterit appellare, qvod est no.

§. Tertia Cautela est, qvando in delegatione apponitur clausula, appellatione remota, vel qvando in statutis dicitur, qvòd in tali causa non poterit appellari & in illa feratur sententia contra unum: nam tunc non obst. d. clausula, vel d. statuto, poterit per viam qværelæ adiri superior, qvi si viderit, qvòd appellans fuerit gravatus injustè, poterit hujusmodi gravamen emendare, ut est casus, qvi ita intelligitur *secundum unum intellectum d. c. pastor. in princ. de app.* Sed prout intelligo illum tex. alia Cautela est & utilior, qvòd gravatus per sententiam appellet, & adeat superiorem judicem appellationis, & sibi ostendat, qvòd sit gravatus per sententiam injustè, qvia tunc judex appellationis poterit & debebit emendare gravamen, & pronunciare malè judicatum, & sic ista appellatio proderit respectu judicis appellationis, licèt non respèctu judicis a qvo, qvia ille judex à qvo, interim anteqvam pronuncietur per judicem appellationis, poterit suam sententiam exeqvi non obstante appellatione, & hoc operabitur d. clausula, & d. statutum

pro

prohibens appellationem, & iste est propriè casus, qvi ita debet intelligi *in d.c.past.in prin.& a sàs disputando sustinui.*

§. Qvarta Cautela est, qvando habes debitorem tuum excommunicatum, qvia tibi non vult solvere, qvia de excommunicatione non curat, & dubitas, ne tibi infringatur sententia condemnatoria, Cautela est, qvòd tu expectes, qvòd dilabatur annus à die excommunicationis, * qvia ex 3
qvo per annum stetit in excommunicatione, perdit causam, *ut habetur* 11.q.3. rursus qvod intellige, si potuit invenire excommunicatorem suum infra annum, alias secus, *ut ibi habetur. & no.glo.pe.in fi.d.c.past.§.praterea.de off.ord.* Item debet privari beneficio suo, si qvòd habet: *ut in d.c.rursus.& hoc etiam no.gl.in c.cum bon.ver.triennio.de atate & qvali. & ibi ponitur ista materia.* Item habetur hæreticus, *ut est tex.cum gl.fi.in c.cum contumacia. de har. in 6.* & ideo sit cautus ille, qvi est excomunicatus propter debita vel aliam causam, ut procuret se absolvi infra annum, si potest habere suum excommunicatorem, ne incidat in pœnas prædictas.

R. Fichardi Cautela XXI.

§. Pro creditore, ne ipse in mora recipiendi constituatur.

Cum obligatio debitoris verbalis constituat creditorem accipere recusantem in mora, *secundum Bal.in l.1.col.3.vers.modo qvaro.C.ne liceat una eadem.causa tert.provoc.Aret.in l.qvis Roma,in princ.ff.de verb.obl.* Contra hoc tamen remedium datur, ut si debitor dicat, sum paratus solvere, creditor respondeat, & ego sum paratus recipere. Are. *in d.l.qvis Roma, Alex.in l.si mora.solut.matrim.col.5.ver. omnes tamen.* Ut autem creditor non solùm non constituatur in mora, sed econtra debitorem à tempore obligationis in mora constituat, consultissimum est, ut creditor ita dicat. Et ego paratus sum nunc recipere, vel, da mihi nunc. *juxta notab.dictum Bar.in* l. *solidum, in princ.de leg.2. Jas.in* l. *qvidam existimaverunt, ff.si. cert.pet.* qvia tali casu debitor per obligationem verbalem non relevatur. l. *decem. vers. idem respondit. de solut. Alex cons.16.col.4.vers.non obstat etiam.lib.3.& cons.39.col.1. lib.5.Catel.Cott.in memoral.sub verb.obligatio.*

B. Cæpolla Caut. XXVII.

§. Pro debitore ad prolongandum solutionem debiti.

SUM-

SUMMARIA.

1. Promiserit si qvispiam vel sit condemnatus alicui solvere id, qvod debet ad certum tempus sub certa pœna, si debitum non fuerit liqvidum, ne in pœnam incidat: qvid agere debeat.

NOta, qvòd ubi debitum non est liqvidum, exemplum in eo, qvi est jussus reddere rationem per judicem, vel arbitrum, & sub pœna & infra certum tempus sive terminum, & sunt rationes intricatæ, ut mercatorum, qvòd non potest condemnatus videre, an esset creditor vel debitor, tunc sufficit, qvòd condemnatus compareat, & dicat, qvòd calculatis & visis rationibus dico me esse debitorem in uno denario, & ecce illum, & si appareat plus me debere, ecce fidejussorem pro residuo, & sic debet deponere unum denarium & præstare fidejussorem de residuo, & erit securus. *text. est singularis secundum Dyn. in l. statuliberum. ff. de statulib. secundum Ang. qvi ita no. in l. 4. §. ait prætor ff. de reg. jur. qvi alle. aliam. l. sociam. in l. servus si hær. §. fi. ff. de statulib. & vide omninò Ang. in l. si residuam. C. de distra. pig. & in l. 2. C. debi. ven. pig. impe. non po. & in l. 2. C. de usufr. leg. & Bal. in l. 1. §. 1. in princ. 4. col. in tit. de l. Corra. in usi. feu.* Et ex prædictis collige cautelam, * qvòd si aliqvis promisit, vel est condemnatus alicui solvere id, qvod debet ad certum tempus, sub certa pœna, si debitum non est liqvidum, dicat se esse debitorem in uno numero, & illum offerat in judicio deponendo, & præstet fidejussorem, qvi se obligat de solvendo omne id, in qvo apparebit ipsum esse debitorem, & petat, qvod eligantur arbitri & calculatores: qvo facto, etiam si labatur terminus solvendi, non incidit in pœnam, donec debitum non fuerit liqvidum, qvod est not. pro mercatoribus & negotiorum factoribus.

1

Aliqvis emit unam rem, & promisit solvere pretium sub pœna, vel simpliciter, non potest illud solvere, Cautela est, ut excusetur, si non solvit si vidit, qvòd venditor non est potens ad satisdandum, submittat amicum suum, qvi litem moverit, & petat, qvòd sibi satisdetur: nam si venditor non satisdederit propter impotentiam, non tenebitur emptor solvere pretium, secundum Angel. *qvi ita no. in l. 2. §. stipulatio dupli. ff. de præto. stipu.* qvi subdit, qvòd adversus hanc fraudem est remedium duplex. Primum, qvòd emptor

juret

juret de calumnia, *arg. l. atqui natura, §. cùm me absente. ff. de negot. gest. & idem not. Jo. de Pla. Inst. de suspect. tut. §. fin. vers. sed quaro qualiter.* Sed dicit Ang. in d. §. stipulatio dupli. qvòd istud remedium hodie est derisorium, cùm homines sint valde proni ad dejerandum, & ideo solum remedium est, si venditor objicit de calumnia, in examinatione judicis est, qvod non audiat emptorem, si verisimiliter inspiciatur litem per calumniam motam. *arg. l. fidejussor. cum glo. in ver. sed erit. qua exponit*, scilicet in animo judicis, ff. qvi satisd. cog. hanc tamen cautelam docui, ut non ea utaris ad malum.

I. De Arnono Caut. LXIIX.

§. Pro illo, cui est facta verbalis oblatio in casu, in qvo sola verbalis sufficit.

POnitur pro vera conclusione, etiam communi, qvod qvantum ad evitandum pœnam caducitatis, & sic, qvantùm ad hoc, ut emphyteuta expelli non possit, juxta materiam. *l. 2. C. de jure emph. & c. potuit. de locat.* sufficit sola verbalis oblatio, *ut l. acceptam. & in l. si patre. C. de usur. & not. in l. Celsus. in fi. de arbit. & in l. si servum. §. seqvitur. ff. de verb. obl.* sed Cautela est singularis, & singulare remedium, ut verbalis oblatio nihil operetur, qvod qvando debitor dicit, ego sum paratus solvere, & creditor dicat, ego sum paratus accipere: qvia tunc illo actualiter non solvente, talis oblatio nihil operatur, & tunc talis debitor offerens pro verbis verba reportat. *ut dicit text. in §. his ita 13. q. 1. Istam sing. Cautelam ponit Bar. in l. fi. ff. de distract. pig. ita etiam dicit Imol. licet de auctoritate Bar. non meminerit. in l. si. mora. in prin. ff. solut. matr. & in l. si servus communis. ff. de vulg. & pup.* facit qvod not. Bart. *in l. de pupillo. §. si qvis paratus. ad fin. ff. de oper. no. nunc refert & seqvitur dom. Jas. in l. 2. 66. col. ibi, circa tamen illud. C. de jure emphyt.* ubi vult istud esse not. diligenter in pract. & hoc habet locum in omni casu, in qvo sola verbalis oblatio sufficit. nota & manda memoriæ.

B. Cæpolla Cautela XI.

§. Pro obligato ad solvendum qvantitatem magnam; qvòd parva qvantitate soluta liberetur.

Summarium.

1. Solutiones plures de aliqvo debito singulatim factæ, qvam efficaciam habeant.

Si

SI qvis habet solvere magnam qvantitatem pecuniæ, & eam non habet integraliter, & volet conficere instrumentum de tota integrali,& reali solut. qvia partes sunt in concordia. Cautela est, si ver. grat. debes mihi mille,& non habes nisi centum,qvòd tu numeres decies illa centum creditori & ille creditor postea tibi restituat:& deinde illa iterum solvas creditori tuo,& sic de singulis usq; ad c. dies, *ut probatur per text. in l. si qvis duos. §. . ff. de sol. & ibi per Doct. & ita not. Paul. de Cast. in l. Mævium. §. duob. ad fin. ff. de leg. 2.* qvi subdit, qvòd dubium stat in hoc,si notarius nollet conficere instrumentum, ne de falso redargueretur, sed non potest redargui, teneatur modus prædictus. Et potest fieri ad tollendum omne dubium, qvòd tot instrumenta adhibeantur, qvot sunt solutiones, & qvòd unus notarius nesciat de alio, & maximè de hoc secundo posset esse major expensa propter instrumenta plura,qvia secundum primum modum, unum instrumentum sufficeret, sed secundus modus tutior est.

B. CÆPOLLA CAUT. CXXI.

§. Pro debitore in magna summa obligato,qvòd solvendo parvam liberetur.

SUMMARIUM.

1. Dictio, pro resto, cujus efficaciæ sit.

EGo do tibi unam Cautelam mirabilem,qvam tene menti perpetuò, qvia est de pane lucrando. nam si debes alicui centum, solvendo ei decem, dicas, * pro resto, qvia
1 solvendo pro resto præsumitur ante aliam qvantitatem esse solutam, qvia aliàs non diceretur pro resto, unde si creditor conveniat te ad alia nonaginta, est præsumtio pro te, qvòd illa solveris. *ita dicit Paul. de Castr. in l. 2. C. de hæred. instit. per glo. not. in l. si ex pluribus. in princip. ff. de solut.* & econtrà sint cauti creditores recipientes solutionem, ne faciant apponi instrumento vel libro mercantiæ, qvod pro resto recipiunt, secundum Paul. ibi.

ADDITIO.

Ista Cautela est damnabilis, ideo nullus debet ipsa uti, qvi vult videri vir bonus & justus. Tamen bonum est omnia scire, ut evitentur mala, bonaq; fiant, juxta Prophetam dicentem: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

B. Cæpolla Caut. CCXXXVII.

§. Qvomodo solutio per partes valeat.

Summarium.

1. *Creditor particularem debiti solutionem recipere non cogitur.*

Creditor * non cogitur recipere particularem solutio- 1
nem debiti. *l. tutor. §. Lucius. ff. de usu. & l. qvidam existimaverunt. ff. si certum pet. & ibi hoc plenè no.* Et est ratio, qvia particularis solutio solet parere multa incommoda creditori, *ut l. planè. ff. famil. herciscund. & not. glo. 16. qvæst. 1. revertimini. in princ. in verbo, expletus. & habetur in l. cùm hi. §. in causa. ff. de transact.* & econtrà solet parere multa incommoda ipsi debitori solventi. *ad qvòd vide, qvod no. Bart. in l. 2. in princ. de debito. civi. C. lib.* 11. Sed cautela est, qvòd creditor cogatur recipere particularem solutionem. Nam si sunt dati fidejussores per debitorem, creditor tunc nomine unius fidejussoris, cogetur recipere particularem solutionem, & ideo debitor solvat nomine unius, qvia poterit, *ut est text. singularis in* l. *in his si duos. ff. de fidejuss. & ita no. dicit Angel. in* l. *qvi pignori. ff. de pigno. & in* l. *fina. ff. qvibus modis pign. vel hypothe. sol.* Et similiter etiam sis cautus, qvando creditori tuo pignorasti plures res, qvia licèt non teneatur unam relaxare, nec pignus pro ea re liberare, nisi soluto toto debito, *ut* l. *qvi pignori. &* l. *qvamdiu. C. de distr. pig.* tamen si erunt dati fidejussores, solvendo pro uno, liberabitur una res pignorata pro illa summa soluta. Et prædicta intellige vera, qvando fidejussores essent obligati simpliciter, qvia tunc haberent beneficium divisionis, *juxta notata in auth. præsente. C. de fidejuss. & in corpore unde sumitur.* vel qvando se pro certa parte obligarunt, secus si se obligassent in solidum, renunciando beneficio epistolæ divi Adriani, & Authen. præsenti. de fidejussori. & beneficio de duobus reis debendi, sicut communiter fit per fidejussores, qvia isto casu qvilibet fidejussorum teneretur in solidum. & hoc casu sicut creditor non cogeretur recipere particularem solutionem ab uno fidejussore, ita nec etiam à debitore pro eo. Unde sis cautus, qvando vis posse solvere particulariter, des plures fidejussores, qvi se obligent simpliciter, vel qvilibet eorum pro certa parte.

B. Cæ-

B. Cæpolla Cautela CCLVII.

§. Pro creditore habente plures debitores, qvòd recipiendo ab uno partem, alii maneant obligati.

SUMMARIUM.

1. Debitores plures si qvis in solidum habeat, si ab uno partem receperit, non propter hoc alios liberasse videtur.

2. Clausula, salvo jure solidi, qvid significet, multi ignorant.

1 QVando * qvis habet tres, vel qvatuor debitores obligatos in solidum, puta in centum, si recipit, ab uno, puta 25. simpliciter non videtur propter hoc ipsum solventem liberasse à reliqvo, nec divisisse debitum inter debitores, qvia poterit non obstante receptione partis, ipsum, vel alios in solidum convenire pro reliqvo, *ut probatur in l. inter eos. §. 1. ff. de fidejuss. & in l. si stipulatus, qvæ est in 1. char. ff. de solu.* Sed si creditor diceret, qvòd recipit illa 25. pro parte sua, scilicet solventis, videtur tacitè ipsum liberasse à reliqvo, & sic qvantum ad 25. erit liberatus ipso jure. *Inst. qvib. mod. toll. obl. in princ.* Qvantum ad alia usq; ad centum, videtur liberatus vi taciti pacti, qvia dicendo creditori, recipio pro parte tua, videtur tacitè pacisci, qvòd teneatur ultra, & qvòd illa 25. tantùm sit pars sua, *ut est casus in l. si creditores. C. de pact. & ibi hoc no. Dd.* Imò plus ex illa receptione pro parte sua solventis, videtur tacitè facta divisio inter alios debitores, videlicet, ut qvilibet eorum teneatur similiter tantùm pro parte sua in 25. vigore taciti pacti, qvod prodest etiam absenti. *l. 2. C. de pact.* Et de hoc est casus secundum unam lecturam, qvæ est vera, *in d. l. si creditores secundum Dd. ibi maximè Albe. de Ros. Bal. & Pau. de Cast. qvod est menti tenendum.* Qvia prima facie qvilibet diceret contrarium, videlicet, qvòd qvilibet deberet remanere obligatus in solidum, &, ne incidamus in istud periculum, vel dubium, Cautela est, qvòd creditor recipiat simpliciter partem debiti ab uno, vel si diceret pro parte sua, debet addere, salvo jure solidi, *ut dicit Alb. & Pau. in d. l. si creditores. qvi dicunt se hac habuisse de facto.*
2 Et subjicit ibi Paul. hoc esse notandum, * qvia multi ignorant, qvid significant illa verba, salvo jure solidi. Vel potest creditor sibi providere, ne propter subtilitatem *d. l. si creditores;*

tores, & similium, sibi præjudicetur, hoc modo præstando, qvòd per receptionem partis non intendit dividere, sed jus suum sibi salvum fore, & ita sibi reservat, *ut ff. qvib. mod. pignus, vel hypothe. solvi. l. si debitor. §. 1. secundum Bal. in d. l. si creditores. in fi. cui subdit, qvod ita dicunt omnes Doc. super isto puncto de reservatione.* qvod not. tu, qvi es creditor plurimorum debitorum in solidum, vel habes plures livellarios in solidum obligatos, qvando recipies partem solutionis ab uno.

I DE ARNONO CAUT. LXXXI.

§. Pro creditore habente plures debitores in solidum, & recipiente ab uno debitore sortem suam, ut recipiat, salvo jure solidi.

SCitis materiam *l. si creditores. C. de pact.* per qvam habetis, qvòd ex receptione partis debiti soluti per unum ex obligatis insolidum, inducitur divisio, ex qva oritur taciti pacti exceptio. Sed hoc non habet locum, qvando creditor recepisset ab uno ex correis partem suam de sorte principali, salvo jure solidi, *secundum Guil. de Zuzar. Cyn. in ult. no. Albe. Bald. in fin. Salicet. & Paul. de Castr. in dict. l. si creditores. ubi dicit Albe. qvod ita vidit de facto fieri. & idem Pau. de Castr.* Cautela est igitur, ut creditor recipiat salvo jure solidi, per prædicta. Idem & multo magis, si creditor clarè protestaretur, & per talem receptionem non intendit sibi præjudicare, qvin residuum possit à qvocunq; petere, *secundum Bar. in dict. l. si creditores. in 1. lect. & alios ibi. Refert & seqvitur dom. Jas. in d. l. si creditores, in 2. col. ibi, qvartò limita.*

R. FICHARDI CAUTELA XXVII.

§. Pro debitore, qvi se obligavit solutionem per Instrumentum incisum probare.

SImilem ferè Cautelam in eodem *cons. 72. n. 26. volum. 1.* tradit idem Hippolyt. de Masi. pro debitore, qvi se obligavit, vel juravit, solutionem factam non nisi per Instrumentum incisum (qvod tamen, fortè qvia perditum producere non possit) probare, ut tunc similiter procuret Judicem aliqvos testes ex officio recipere, ita, ut tamen non omninò destituatur probatione solutionis allegatæ, ad qvod allegat Spec. *in tit. de probationib. §. videndum. vers. sed qvid si debitor.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXXVI.

§ Pro debitore, qvi non poteſt probare ſolutionem, qvia ſolvit in ſecreto.

SUMMARIUM.

1. Juramentum factum, ſi mihi mutuaſti, tibi reſtitui, qvid operetur.

SI debitor ſolvit ſecreto, & cùm iterum convenitur, non poteſt de ſolutione probare: qvomodo ergo ſubvenitur ſibi, qvando creditor refert ei juramentum, ut juret, an ſit debitor ſuus vel non. dicit Jo. de Imo. *no. in c. cupientes. in glo. in verbo, malignantium. de electio. in 6.* qvod ſit cautè debitor in tali caſu, qvòd juret hoc modo, qvod nil debeo tibi, per qvod ſim obligatus tibi: qvia tunc ſalvat conſcientiam tuam. pro qvo etiam vide Arch. *4. q. 1. nullus. qvod eſſet ſing. not. ſecundum Dom. in d. c. cupientes.* Caveat etiam debitor, ne juret: qvia ſi non crederetur, ex qvo videretur fateri debitum, teneretur. *arg. l. 2. §. 1. de jurejur. cal.* Poſſet
1 etiam debitor ſic jurare,* qvòd ſi mihi mutuaſti, tibi reſtituiſti, *ſecundum* Jo. *de Imol. ubi ſuprà. qvod ſingulariter no. qvia eſt qvotidianum. & ad hoc vide glo. & Doctor. in l. ſi qvidem. C. de excep. & Bal. in l. qvinqvaginta. ff. de probat.*

DEBITOR.

R. FICHARDI CAUT. XXV.

§. Pro debitore, qvi in ſecreto ſolvit creditori, nulla recepta Apocha.

SÆpè contingit, ut debitor aliqvis bonus & ſincerus ſolvat creditori debitum, nec petat, vel ſi petat, non tamen ſtatim accipiat, apocham: imò etiam aliqvando obliviſcatur repetere obligationem ſuam à creditore, vel creditores ſimulant ſe perdidiſſe obligationem illam (ut Judæi plerunq; dolosè ſolent prætendere.) unde contingit, qvòd creditores maligni ſæpè denuò repetant debitum, & in petendo utantur narratione captioſa, ita, ut niſi cautè reſpondeat debitor, facilè ipſum reum, propter confeſſionem judicialem, ad probationē cogere poſſint, ut ſi ſimpliciter narret, ſe Calen. Mar. mutuo dediſſe Cajo centum, ad Calen. April. reſtituenda, illis igitur Calendis elapſis, petat Cajum ad ſolutionem illorum centum compellere. Jam ſi debitor reſponderet, ſibi qvidem ipſis Cal. Mart. ab actore mutuo data eſſe centum, ſed eadem ſe poſtea præſcripte-

ten

tempore restituisse, certè per talem responsionem, tanqvam confessionem judicialem, actor probavit suam narrationem de dato mutuo. Cùm verò debitor excipiendo prætendat solutionem, creditor autem illam neget, cogitur debitor probare, cùm excipiendo actor fiat. Qvomodo verò probabit, qvi apocham non habet, neq; testes producere possit, cum solutioni factæ nulli interfuerint, sed solus soli bona fide solverit? Ne igitur se respondendo in probationem præcipitet, Cautela datur ejusmodi debitori, qvi creditori debitum in secreto, nullaq; recepta apocha solverit, ut ad narrationem super mutuo respondeat, se nihil ab actore mutuo accepisse, pro qvo ipsi sit obligatus. Nam hac ratione cogetur actor probare, qvòd Reus ipsi adhuc sit obligatus, nec transferet onus probandi solutionem in Reum, qvia Reus nullam solutionem prætendit, sed simpliciter negavit se actori pro mutuo aliqvo obligatum. ita actori, tanqvam asserenti, non Reo neganti incumbet probatio. *l. 2. ff. de probat.* Ita tradit Marant. *de ord. jud. part. 6. tit. de confess. num. 28. allegans ad hoc Franc. de Aret. in l. 1. col. 2. in fin. ff. si certum peta.* Porrò cautus qvoq; sit debitor, si fortè actor ulterius interrogaret, cur ipsi non sit obligatus, ne ipse respondeat: qvia tibi solvi, nam per talem responsionem ipse similiter statim transferret in se onus probandi. dicat igitur, se non teneri super tali interrogatione, tanqvam negativè, respondere, sed ipsi actori potius incumbere, ut ipse probet affirmativam, nempe qvòd, & cur Reus ipsi sit obligatus *per dict. l. 2. ff. de probat.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CXLVII.

§. Qvomodo res data in solutum efficiatur salva creditori.

SUMMARIUM.

1. *Filiusfam. de jure communi nisi de castrensi, vel quasi, testari non potest.*

EST magna qvæstio, si res data in solutum evincatur, qvomodo succurrendum sit creditori, an primæva actione, 1 an verò de evictione. *de qvo habetur in l. libera. C. de sent. & Ang. ibi Spec. de Pet.* dat aliam Cautel. post gl. qvòd semper in datione in solutum apponatur pactum, qvòd non recedatur, nec recedi intelligatur à priori contractu, si contingat rem in solutum datam evinci, nam tunc succur-

curratur sibi veteri actione, qvod bene not. in practica.

§. Alia Cautela, jure communi filiusfamil. non potes testari nisi de castrensi, vel qvasi, *ut l. fin. C. qvi testament. face. poss. vel non.* non autem de adventitiis, in qvibus pater habet usumfructum, *l. pen. eod. tit. & l. cùm non solùm. § filiis. C. de bon. qvæ libe.* Sed Cautela est, qvòd pater ipsum emancipet qvoad illum actum testandi tantùm, *qvod no. singulariter Bart. in l. 1. §. in filii. ff. ad Trebellian. licet. Bal. contrà, & malè, secundum Doctores in l. senium. §. fin. C. qvi testam. fac. poss.*

DE STATIS.

T. FERRATUS CAUT. XVI.

§. Ad faciendum, qvòd statuentes valeant disponere super juramento.

SUMMARIUM.

1. *Principes seculares per statuta sua juramenti vires enervare non possunt.*

1 COmmunis * & vera opinio Scriben. est, qvòd principes seculares per statuta sua non possint juramenti vires enervare, etiamsi talis Princeps esset Christianiss. Rex Franciæ, qvamvis super omnes Reges Christianorum portet coronã libertatis, & gloriæ, ut eleganter & verè dicit Bald. *in suo cons. 415. incip. petita venia, flexisq; genibus loqvar. in prima parte.* & etiamsi esset ipse Imperator, qvamvis tantæ sublimitatis sit, qvòd in hoc mundo sit veluti unus Deus corporalis, & super omnes emineat tanqvam stella matutina in medio nebulæ meridionalis, *prout dixit Bald. in cap. 1. §. fin. in ultim. col. in tit. de prohi. alie. feud. per Fed.* & qvamvis etiã sit tantæ auctoritatis, qvòd qvi præceptum contemnit, sibiipsi judicium acqvirit, & inter homines pœnas luit, & apud Deum frontem non habet, *ut cantat text. 11. q. 3. Imperatores,* & qvamvis similiter omnia possit, qvæ sunt secundum, contra, & præter legem, *ut dicit Bald. in cons. 15. incip. in q. proposita. vers. secundò dico, qvòd Imperator. in secunda parte,* & totius orbis monarchiam obtineat, *ut dicit text. 12. q. 1. futuram,* adeò, qvòd qvi diceret contrarium, hæreticus censeretur, *ut pulchrè dixit Bart. in l. hostes. in 2. colum. ff. de capt. & postli. rever.* Attamen non
a habet *a* potestatem disponendi super juramento: qvia à

sola

solum ecclesiam, & Rom. Pontificem dignoscitur pertinere, *ut c. venerabilem. de elect. & c. novit. de jud. & 96. dist inc. si imperator. de qua communi opinione habetur per Bart. in l. omnes populi. & de just. & jur. in 3. q. princ. & de qua habetur per Ant. in c. cùm contingat. vers. 3. casu de jurejurau. & ibi latè per Imo. in 3. membro. & etiam per Abb. in d. cel. Vers. nunc ad prædicta applico. & per Salic. & Paul. de Castr. in authent. sacrament. pub. C. si adversus vend. & plenè per Alex. in cons. 59. incip. viso instrumento. & titu. ... per totum in 1. vol. & in cons. 39. incip. viso statuto, & themate. in 4. vol. cum aliis concordantiis traditis per ipsum Alex. & Jas. in l. qui jurato, qua est lex fin. ff. qui satisd. cog. & cum multis aliis, de quibus per Franc. de Cur. in cons. 43. incip. super contingentia facti. in 6. col. vers. & consequenter concludimus, quod Rex Francorum Christianiss. & in ulti. col. versic. statutũ nulla inserta causa.* ✱ Ex quibus infertur, qvòd stante statuto, qvòd contractus celebratus cum minore, cum filio familiàs, cum muliere, absq; tali solennitate, puta absqve præsentia duorum consangvineorum, non valeat nec teneat, etiamsi juramentum super ipso contractu fuerit interpositum, tamen si minor sit filiusfa. & mulier faciens contractum, sine illa solennitate, jurando ipsum contractum habere, & tenere firmum, & in nihilo nõ contravenire, contractus non obstante statuto, tenebit & valebit, qvia de jure Canonum omne juramentum, qvòd potest servari, sine interitu salutis æternæ servandum est, *ut habetur in c. cùm contingat. de jurejur. & in cap. mulieres. eod. tit. lib. 6. & in c. qvamvis. de pact. eo. lib. 6.* & qvotiescunq; tractatur de pacto, dispositioni Canonum, etiam in foro civili, *ut no. in c. fin. de præscr. & in regula, possessor. de regul. jur. in c. 1. & 2. de ope. novi nunciat. & per Bart. & alios in l. privilegia. de sacrosanct. eccle.* Si autem statuentes volunt omninò voluntatem suam adimplere, valendi juramentum tollere, & super ipso disponere, etsi non per directum, saltem per indirectum, Cautela est, qvòd qvando in statuto dixerunt, statuimus, & ordinamus, qvòd aliqvis minor, aliqva mulier, aliqvis filiusfa. non possit contrahere, vel aliter se obligare absqve decreto judicis, & consensu duorum propinqvorum, vel prout aliter ipsis statuentibus videtur. non dicant postea, & si aliter factum fue-

fuerit, contractus, & obligatio non teneat, nec valeat, etiamsi juramentum interveniat: qvia talia verba nil relevant, qvo minus jurando super contractu, talis contractus non teneat, non obstante dispositione statuti, ut superiùs dictum est, sed dicant, & si aliter factum fuerit, omnis obligatio censeatur, & habeatur pro ficta, & simulata, & per vim, & dolum extorta: qvia hoc modo, licèt postea super contractu fuerit juratum, tamen tale juramentum nihil operabitur, si solemnitas, de qva in statuto, non interveniet. *Ita notanter dixit Bart. in d.l. omnes popul. in 2.q.5.qvæst.princ. in fin. ubi dixit, se ita vidisse judicatum. Et hanc opinionem similiter tenuit Bald. in auth. sacramenta puberum. C. si adver. vend. ubi dicitur, qvod ista Cautela est valde bona. & ibi Salicet. in penult. col. tenuit Paul. de Castr. in l. fin. ff. qvi satisd. cog. Abb. post d. Car. in d. c. cum contingat. in 9. colum. versic. 2. membro prin. & Abb. in sua disput. incip. stante statuto condito in Italia. in 9. col. v. 3. membrum. & licet hanc opinionem Bart. in d.l. omnes popul. reprobet ibi Bald. in 5. col. versic. item qvaro, an valeat statutum, dicendo, qvòd est truffa,* & licet similiter Angel. in l. 1. ff. de const. princ. dicat, qvòd ista opinio Bart. sunt ambages, & contra ipsum etiam teneat Paul. de Castr. *in l. si qvis pro eo. in fin. de fidej. & in d. authen. sacramenta puber. & in l. qva sub conditio. ff. de cond. inst.* tamen opin. Bart. qvòd juramentum, seu statutum possit per indirectum prohiberi, fingendo ipsum simulatum, & per vim, & dolum extortum. tenet Bald. in sua repet. *l. 2. ff. de jur. in 44. colum. vers. super 5. q. & in 60. col. vers. 4. remedium est*, ubi assi-
3 gnat rationem, * qvòd sicut sententia hominis super simulatione lata facit fidem, qvòd non sit contractum perjurium. *ut C. pl9 val. qvod ag. l. emtione*, sic sententia legis, qvi facit fidem inter subditos, etiam in foro ecclesiastico. *allegat. no. in l. ex ea. ff. de post & no. in c. si de exc. lib. 6. tenet idem Bald. in l. non dubium. in antepenult. colum. versi. si de jure cano. C. de legib. & in l. nec patronis. C. de ope. libe. & in d. c. cùm contingat. in 3. col. vers. sed nunqvid statutum municipale. Jas. in d. authen. sacramenta puberum. in pe. & ulti. colum. ubi in utroqve loco dixit ita communiter tenere Doctor. & ita etiam consulendo tenet Rom. in cons. 12. incip. viso facto proposito, ceterisqve consiliis. & Abb.*

con

consi.72.incip. qvinq; dubia. & Petrus de Anch. in cons.333. incip. visa copia ejusdem instrumenti. circa finem Franc. de Cur. licet non ita clarè, in consil. 43. incip. super continentia facti. in penult. colum. vers. adde Bald. ubi alleg. Rom. in suprà dicto consil. 12. seqvitur Philip. Cor. in suo consil. 136. incip. visis articulis, & attestationibus, in primo volum. ubi allegat hanc etiam tenere Fulgos. in d. authen. sacramenta puberum. dicentem hanc esse communem opinionem. Hanc expressè sentit Bald. *in cap. 1. §. item sacramenta. versic. qvid ergo nunqvid possunt statuta terrarum. in tit. de pace juramen. firman. in usibus feudorum,* ubi vult, qvòd per statutum possit tolli illa fictio, qvæ est, qvòd per juramentum minor efficiatur, major est verum, qvòd multi de prænominatis volunt, qvòd opinio Bartoli, de qva supra, tanto magis procedat, qvanto statuentes moverentur aliqva justa de causa, puta, qvòd in illo loco homines essent proni ad decipiendum minores, propterea bonum esset, qvòd statuentes in principio statuti ita exordientur, qvoniam qvotidie minores, filius familias, & mulieres inducuntur dolo ad contrahendum, & in ipsis contractibus qvotidie decipiuntur, idcirco volentes malitiis, & fraudibus hominum obviare, statuimus, & ordinamus, &c. Et ratio istius pulchræ conclusionis Bart. est, qvia certum est, * qvòd 4
statuta possunt inducere fictionem, *juxta no. per glo. & Doctor. in l. sive possidetis. C. de probat. & cap. is qvi fidem de sponsl. clarè per Bart. in sua divina repet. l. si is qvi pro emptore. in 1. qvæst. post mediũ. ff. de usuc. ap.* contra qvam fictionem non admittitur probatio in contrarium. *ut no. glo. in d. l. sive possidetis. & Bart. in l. si duo. ff. de acqviren. hæred. & in l. fina. ff. qvod metus causa.* Modò tantùm operatur fictio in casu ficto, qvantum veritas in casu vero, *ut notat Bart. in l. 1. §. hoc autẽ senatus ff. ad Sillan. & in filio qvem. ff. de liber. & posthum.* sed etiam de jure canonum, qvando in veritate juramentum est interpositum super contractu celebrato per vim, vel dolum, tale juramentum non obligat, ergo idem dicendum est in casu nostro, cũ fictio habeatur loco veritatis, & qvod sit verum, qvòd juramentum interpositum in contractu celebrato per vim, vel dolum, non liget, *[illegible] est in sæpe allegato cap. cùm contingat. & in d. c. licet mulieres. & in d. cap. qvamvis.* Qvod etiam habet

 locum

locum, *b* qvando juramentum est interpositum super contractu simulato: qvia similiter de jure Pontificio, tale juramentum non ligat, *ut est glo. qvam Bald. & alii seqvuntur in l. emp. C. plus valere qvod agitur: qvam singularem dixit Pan. in c. ad nostram. ver. nota, qvòd instrumentum non judicatur. de emt. & ven.* & qvam etiam seqvitur Paul. de Castr. *in d. l. si qvis pro eo. in 3. colum. versic. adde qvintum casum. ff. de fidejusso.* ubi dixit, qvòd cùm tale juramentum non habet consensum, dicitur carere anima. *Bald. in d. l. nec*
5 *patronus, C. de ope. lib.* ✱ ubi dicit, qvòd in casibus, in qvibus lex præsumit simulationem, juramentum nihil operatur, nec est necesse pro ejus relaxatione adire Episcopum, seqvitur Imol. cum concordantiis, de qvibus ibi per Alex. cum distinctione tamen: de qva ibi per eos. *in l. Sejus Augerius. ff. ad Falcid.* Sed contra istam Cautelam Bart. Abb. *in d. c. cùm contingat. in 9. colum. versi. & idem opinor, & in dicta sua disput. incipiente, stante statuto condito, in Italia.* dat unum remedium, scilicet, qvòd ipse minor filiusfamiliàs, mulier, & similes personæ prohibitæ contrahere, interrogentur cum juramento, an sit verum, qvòd contractus initus cum eis, fuerit in veritate simulatus, vel per vim, sine dolum celebratus: qvia si metu juramenti dicent veritatem, scilicet dictum contractum non fuisse simulatum, nec per vim, & dolum celebratum, tunc non obstante dispositione statuti, cogentur personæ, de qvibus suprà, stare contractui. Et ratio secundum eum est: qvia dato, qvòd per statutum induceretur præsumtio juris, & de jure, qvòd obligatio contracta absq; dicta solennitate esset fictitia, &c. licèt contra præsumtionem juris, & de jure non admittatur regulariter probatio in contrarium, *ut l. antiqva. C. ad Vellejan. & l. unica. in princ. C. de rei uxor. actio. & cap. is qvi fidem. de sponsa.* tamen contra eam benè admittitur probatio per confessionem partis, *ut not. glo. Cyn. Bart. Bald. & alii in Authen. sed jam necesse. C. de donat. ante nuptias. & glo. in l. in contractibus, in verbo, nullo modo. C. de non num. pec. Inno. in cap. qvia plerîq; de immunita. eccle. & Bart. in l. absentem cum concord. ff. de pœn.* Adverte tamen: qvòd licet nemo pungat istud dictum Abb. tamen puto sanè fore intelligendum: qvia aut statutum inducit præsumtionem juris, & de jure, & tunc dictum suum procedit uno concurrente, videlicet, qvòd dictæ personæ, de qvibus in sta-

statuto, vellent jurare, aliàs si non vellent, non possent ad
hoc cogi, qvia qvotiescunq; qvis habet præsumtionem ju-
ris, & de jure pro se: non potest cogi ad confitendum cum
jurejur. nunqvid res aliter se habeat, *prout fuit singulariter*
d. Bald. in repet. l. 2. 8. col. ff. de jurejuran. qvem refert &
seqvitur solennis Doct. Franc. de Crema. in suis sing. singula.
253. incip. contra præsumtionem juris. & de jure. ubi dicit
tale dictum esse literis aureis scribendum. Qvæ conclusio
etiam ratione potest probari: *qvia qvotiescunq; qvis pro 6
bat intentionem suam per præsumtiones juris, dicitur eam
probare per probationes liqvidas, *ut est glos. qva reputatur*
singularis: & ibi Baldus in l. si tutor. C. de peric. tut. &
glos. & ibi Ang. in l. 2. C. de pet. hæred. no. Ang. Ro. & Alex.
in lege prima. per text. ibi Cod. de testam. mil. & Imo. in l.
qvæsitum. cum aliis suis concordantiis. ff. de re jud. imò dicit
Jas. in dict. lege prima. Cod. de testam. milit. qvòd præsum-
tio juris dicitur ipsa veritas. allegat ad hoc bonum *text.*
juncta glo. in l. fin. §. fin. de proba. dicens illum text. didicis-
se à qvodam magno advocato Papi. Modò ego habeo, qvòd
qvotiescunq; qvis plenè probavit intentionem suam, non
cogitat aliqvod juramentum veritatis subire, ut est casus in
capit. 2. ubi reprobatur omnis consvetudo, qvæ esset in con-
trarium. extra, de probationibus. Aut statutum inducit fi-
ctionem: qvia fingat ipsum contractum celebratum cum
personis, de qvibus supra esse simulatum, &c. & tunc con-
tra talem fictionem non admittitur aliqva probatio, etiam
per confessionem partis, *ut not. Bald. in conclusionibus. Spe-*
cul. in titu. de conf. ver. contra fictionem. & Bal. in l. non i-
gnorat. in secunda colum. Cod. qvi accusar. non poss. & Ant.
in capitu. is qvi finem. in secunda colum. de sponsalibus.

§. Secunda Cautela est, si statuentes volunt obviare, qvòd
contractus celebratus cum personis, de qvibus suprà, non
firmetur juramento, si solennitas, de qva in suo statuto non
interveniat, qvòd per statutum interdicatur bonis mino-
rum, salvo & excepto, si contrahent cum auctoritate cura-
toris, vel aliter, prout statuentibus placet. * Nam certum 7
est, qvòd lex potest interdicere bonis, *ut leg. Imperator. ff.*
ad Trebel. & leg. is cui bonis. de verbor. oblig. & lege prima.
& per totum. ff. de cura. furio. & isto casu, si in contractu nō
interveniet solennitas, de qva in statuto, contractus non

 fir-

firmabitur juramento. Istam Cautelam tradit Bald. *in repet. legis secundæ. ff. de jurejuran. in 59. colum. versicu. sed nunqvid est dare aliqvod remedium*: qvia juramentum interpositum ab interdicto super contractu, non validat ipsum contractum, *prout ibi not. Bald. post Jacob. de Aret. in leg. qvi habet. ff. de curator. furio. & Francisc. de Crema. in suo singu. 117. incip. tu scis. qvod prodigo. & Bartol. cum concordantiis, de qvibus ibi per Alex. & Jas. in d. l. is cui bonis de verb. oblig.*

ADDITIO.

a Non habet.) *Sed an juramentum possit remitti per statutum, ita qvod statutum terminat actum non valere non obstante juramento, dic qvòd non: qvia disponere super juramento non spectat ad leges civiles, vel seculares, cùm juramentum principaliter dirigatur in Deum.* cap. debitores. cap. etsi Christus, de Jurejuran. vide per dict. Alexand. in consi. pulcherrimo 126. in 1. volum. per totum, & est consilium qvotidianum, & facit ad statutum Paduæ.

b Qvando jur.) *Qvid si interveniat in contractu, in qvo qvis est enormiter læsus, an sit servandum, vel non, cùm non debeat esse iniqvitatis vinculum, & cùm regulariter sit servandum, qvando servari potest sine interitu salutis æternæ? Vide elegantissimum consil. Alexand.* Imo. 402. in volum. 4. *ibi qvia stante deceptione, &c. & ibi fortius est, & ibi: nam propter juramentum, & circa fin. ibi, non obstat, qvod juramentum, &c.*

T. FERRATUS CAUT. IIII.

§. Pro illo, qvi tenetur jurare servare statuta, qvòd licet juret, & non observet, propter hoc non sit perjurus.

SUMMARIA.

1. *Statutum si disponat, qvòd rectores & Judices teneantur servare statuta: an valeat.*

COmmuniter per civitates Italiæ extant statuta, qvod rectores & judices euntes ad gubernandam civitatem, teneantur jurare servare statuta, * qvo casu certum est,
1 qvòd tale statutum valet & tenet: qvia etiam talia juramenta præstantur de jure communi, ut in auth. jusjurandum, qvod præstatur ab his, per totum. *& in leg. rem non novam. & authen. hodie. Cod. de jud. & cap. venientes. de jurejuran.* Tu autem qvi vadis rector, vel judex ad aliqvam civi-

civitatem, & teneris jurare statuta, si vis facere, qvòd non obstante juramento, si contingeret te facere contra aliqvod ex ipsis statutis, non incurras in perjurium, Cautela est, qvòd facias ingressum tuum in die feriata in honorem Dei, & illa eadem die jures servare dicta statuta: qvia dato qvòd postea non observes, propter hoc non eris perjurus, ita pulchrè & in specie dixit Lanfr. de Orian. *in sua repe. cap. qvoniam contra. circa fin. princ. extrà, de prob.* dicens, qvòd ubi rector civitatis ingreditur officium suum in die feriata, & jurat servare statuta, ut moris est, qvòd tale juramentum non valet. Et ille, tanqvam non juraverit, poterit contravenire, *motus per c. 1. de fer.* qvo cavetur, qvòd omnia juramenta præstita in die feriata in honorem Dei, regulariter non tenent. Et per hoc aliqvando dixi, qvòd cùm eveniret, qvòd aliqvis scholaris in diebus festivis, in honore Dei obviaret notario universitatis nostræ, dicebat ei: Domine notarie, mementote ponere me in Matricula, qvi notarius habito nomine, & cognomine suo, deferebat ei juramentum de servando statuta, & de parendo domino rectori, juxta formam statutorum nostræ universitatis: nam dicebant, qvòd tale juramentum non tenebat, & sic contraveniendo, non cadebat in perjurium, & similiter dicebam de rectoribus nostrorum Juristarum, qvi hic Paduæ in die S. Laurentii sumunt captivum, & illo eodem actu jurant servare statuta: qvòd si per ipsa statuta, vel per literas ducales non sit cautum, qvòd plus illo diè, qvàm una alia debeant sumere ipsum captivum, & illo eodem actu jurare, ut suprà, qvòd licet postea non observent, propter hoc non sunt perjuri, qvia cùm tale juramentum sit contra Canonum dispositionem sumtum, seqvitur, qvòd non habet ligandi potestatem.

ADDITIO.

Sed hanc Ferratii Cautelam reprobat Petrus Rebuff. in tract. 1. de privileg. scholarium, privi. 75. nu. 7. & meritò.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXLIX.

SUMMARIA.

1. *Auctor contractus, vel statuti ante pœnam commissam, totius distractus auctor esse poterit.*
2. *Nemo sibi ipsi legem imponere potest.*
3. *Statutum si simpliciter aliqvid proponi. vel peti prohiberet,*

hiberet, an si esset contra ipsum statutum aliqva reformatio facta, valere deberet.

4. *Petitio cujus prohibetur, ejus etiam prohibetur concessio.*

ALia Cautela similis præcedenti potest adhiberi, puta dicit statutum communis Florentiæ, qvòd in favorem rebellium nihil possit proponi, vel statui, vel per statutum suspendi, & si secus fiat, statuentes eo ipso sint rebelles, & eorum bona sint cameræ fiscalis, nunqvid poterunt cives suspendere contra statutum prohibens suspendi? Dic qvòd sic, *ut l. 2. C. de ser. expor.* qvia ante pœnam commissam commune Florentiæ est suæ rei moderator & arbiter. *leg. in re mandata. Cod. mand. & ff. de servis expor. leg. si qvis hac lege.* Nam suum negotium est, non ecclesiæ, & ante pœnam commissam licitum est statuere super principali, ergo & super pœna. *ff. de eo qvod certo loco. leg. fin.* commissa autem
1 pœna secus esset, * unde auctor contractus, vel statuti ante pœnam commissam, potest esse auctor totius distractus, *ut singulariter no. Bal. in dict. l. 3. Cod. de servis expor.* qvod perpetuò tene menti. & adde qvod dicam in seqventi Cautela, pro complemento, & ampliori declaratione isti9. Potest tertiò Caut. etiam adhiberi in materia legis, vel statuti prohibentis aliqvid proponi, vel arrogari in aliqvo casu sub pœna, & sub annullatione actus, etiamsi statutum diceret, qvòd non possit suspendi ipsum statutum, videlicet, qvòd primò proponatur per aliqvem de consilio, vel Collegio, qvòd illa pars statuti, qvæ dicit, qvòd suspendi possit, non suspendatur saltem pro illa vice tantùm, qvod fieri potest impunè: qvia illi de consilio, vel collegio non potuerunt sibi legem imponere, à qva nullo modo recedere liceret. *leg. si qvis in principio testamenti, in prin. de legat. 3. no. & Cano. in c. dilecto. extra, de prabend.* qva suspensione facta remanebit statutum sine prohibitione suspensionis, & tunc secundo loco debebit statutum suspendi, vel in totum, vel in parte, prout voluerint convenire, qvod fieri potest, *prout eleganter vult Pau. de Castr. in lege prima. in princ. in 2. col. ff. ad leg. Falc. allegando Bartol. in lege prima. Cod. de peti. bon. sub lib.* 10. licèt in meo Bartol. nihil dicatur de suspensione. Sed dictum est in se verum, per ea, qvæ suprà dixi, & facta secunda suspensione de dicto statuto pro-

prohibitorio, poterit qvis loqvi contra statutum in toto, vel in parte, qvia pro tunc nullo modo obstabit, ex qvo interim est suspensum, & reformatio facta contra statutum, donec stabit suspensum, valebit dictum statutum, *& ita vult. Paul. de Castr. in dict. lege prima. in princ. ff. ad lege falc.* & si in statuto esset una alia clausula, videlicet, qvòd non possit suspendi illa pars statuti, qvæ dicit, qvòd statutum non possit suspendi, tunc esset necesse, qvòd primo loco suspenderetur illa clausula, & facta suspensione de ea, postea deberet suspendi illa, qvæ diceret, qvòd statutum non possit suspendi, & sic successivè, ut suprà dictum est, etiamsi essent mille prohibitiones, qvæ prohiberent suspensionem: qvia non possunt tot opponi prohibitiones etiam suspensionis, qvin possint illæ suspendi, ut suprà dictum est: * qvia nemo potest sibi imponere legem, &c. ut suprà 2
dixi, qvod perpetuò tene menti, qvia habui de facto in collegio Doctorum Paduæ, ubi erat statutum, qvòd qvis non possit esse de Collegio, si habuerit septem suffragia in contrarium, nec possit postea sibi fieri gratia intrandi Collegium, nisi postea habuit omnia suffragia, & qvod dictum statutum non possit tolli, vel suspendi sub certa pœna, & nemo possit loqvi contra dictum statutum sub eadem pœna. Ego dixi si volebant, ut possint habere gratiam intrandi, & sufficerent sibi suffragia majoris partis Collegii, *juxta leg. qvòd major. ff. ad munic. cum ibi notatis, & juxta notata in cap. cùm omnes. extra, de constit.* remedium erat, ut primò suspenderetur illa particula statuti, qvæ dicit, qvod statutum non possit suspendi, secundò facta illa suspensione, suspenderetur postea totum statutum, tertio loco reciperentur suffragia singulorum de Collegio, qvia tunc sufficeret major pars, *per dictam leg. qvòd major. cum similibus.* & ita factum, & obtentum fuit. Sed si ista Cautela observaretur, * & statutum simpliciter ali- 3
qvid proponi, vel peti prohiberet, & dubitaretur, an si esset facta reformatio contra statutum, valeret, vel non, distingvendum esset; aut prohibetur petitio seu propositio respectu rei, & tunc reformatio non valebit: qvia illa videtur etiam esse prohibita, & ita debet intelligi d. lex prima. Cod. de petit. bonorum sublat. lib. 10. cum glo. * 4
qvæ dicit, cujus prohibetur petitio, ejus prohibetur con-

concessio,& ad hoc allegat concordantes. Aut prohibetur persona petere, seu proponere. Pone exemplum secundum Ang.in lege prima. si diceret statutum, qvòd nullus magnus possit arrogare. Nam si arrogaret & arrogatio affirmaretur,valeret, *per leg.universis.Cod.de prec.imper.offer.* hoc tamen qvod dixi de persona prohibita arrogare, non habet locum in persona excommunicata, *per c. I. de rescript. in 6. secundum Bar. qvi ita eleganter dicit in lege prima.qvem seqvitur ibi Angel.& Pau.de Cast. in dict.l.1. in princ.ff.ad legem Falc.*

DE STIPULATIONE.

Vide suprà in cautio.

PRO STUDIOSO LITERAS CAMBII OFFERENTE.

§.Cautela notabilis est *suprà in Bancharii.*

TRANSACTIO.

R. Fichardi Caut. LXXXIIX.

§. Pro Minore,qvi transactionem, de qva inter ipsum & adversarium suum,pendente lite,tractata fuit,non acceptavit,& postea præsentiam in majorem summam condemnatus est,qvàm in transactione ab ejus adversario petita fuerit.

MINOR, qvi in transactionem, prædicto modo tentatam,noluit consentire,& postea per sententiam in majorem summam condemnaretur,qvam solvisset, transegisset,in integrum restituendus est,pro obtinenda transactione. *leg.si ex causa. §.nunc videndum.in fi.ff. de minori. & ibi Bar.& Doctor.communiter moti per gl.ibid.in verb. & subvenietur.* Hinc Cautelam tradunt in prædicto casu, pro Minori, ut nimirum ille procuret tractari de transactione cum adversario,ad expiscandum, qvantam summam per viam transactionis accipere vellet adversarius, curetq; summam illam,qvantam possibile sit,reddere minimam, nec tamen in illam summam (qvasi adhuc nimia sit) consentiat, sed qvasi neglecta illa transactione sententiam expectet, qvæ si ipsum minorem summam condemnet,qvàm adversarius in transactione petierat,acceptabit sententiam, si verò in majorem,petet restitutionem in integrum adversus neglectam & omissam, allegando se læsum, qvòd in transactionem non consenserit, utpote per qvam minus solveret, qvàm nunc ei propter sententiam solvendum sit. & ita non debuerit condemnari in majorem summam,qvàm qvantam

ad-

adversarius in tractatu transactionis, accepturum se declaraverat. *Hanc Cautelam non insubtilem vocat Caesar Contar. in l. unic. C. si de momen. poss. fue. appell. limit. 5. num. 6. allegans pro ea Bar. & Alber. in dicto. § nunc videndum. & post eos Rom. sing. 398. & Crem. sing. 28. Sed illi numeri non sunt justi, fortè culpa Typographi, nam apud Roman. est sing. 403. & apud Crem. sing. 29 secundum editionem Lugdunensem novam*, Anno 1560. factam. Interim etiam Lector admonendus videtur, ne per dictum Contardum seducatur, vel dubius fiat (ut mihi contigit) in eo, qvod ipse de ferenda sententia loqvatur, cæteri verò per ipsum allegati autores, de lata, & rectè, qvomodo enim minor allegabit læsionem ex sententia, qvæ nondum lata est? Si verò læsionem allegare non poterit, multò minus certè restitutionem petere. Videas igitur Bart. in dict. §. nunc videndum. & ex illo verum intellectum sume.

TUTELA.

B. CÆPOLLA CAUT. XVI.

§. Qvòd invitus non compellatur qvis ad Tutelam.

SUMMARIUM.

1. *Fidejussorem qvi non recipit, regulariter à tutela excusatur.*

NE qvis invitus cogatur suscipere tutelam, etiamsi non habeat aliqvam excusationem, Cautela est, qvòd faciat, seu procuret, qvòd non reperiatur aliqvis, qvi velit fidejubere pro eo pro prædicta administratione: nam prædicto casu excusabitur à tutela, * qvia ille, qvi non reperit fidejussorem, regulariter excusatur à tutela, *ut l. si is qvi tres. & l. qvis inter. §. Imperator. ff. de excusa. tut. & ita no. Bal. in lege prima. in fi. & dict. l. 2. qvod cum eo.* Adverte tamen, qvia si detegeretur, qvòd hoc procurasset, non excusaretur. 1

B. CÆPOLLA CAUT. XXIV.

§. Pro tutore a qvando celebrat contractum nomine pupilli. a

SUMMARIUM.

1. *A tutore conjunctorum ratione dolus, vel culpa abesse præsumitur.*

RAtione * consilii conjunctorum præsumitur à tutore abesse dolus vel culpa *arg. l. etiam. C. si tu. vel cu. intervs. secundum Bal. in l. Polla. b C. de his qvi. ut indi.* & ideo 1 b

tutor

tutor sit cautus, qvando aliqvid facit pro pupillo, de qvo dubitat, ne postea ipse vel hæredes ejus teneantur, qvòd faciat illud cum consilio conjunctorum pupilli, & hoc faciat scribi in instrumento, qvod not. singulariter tu, qvi vis esse tutor.

ADDITIO.

a Tutore.) *Tutor debet facere tanqvam tutor, qvod Factum est.* l. si qvis, §. 1. & ibi Bar. in ver. sed & si tut ff. ju. sol.

b Et ibi glo.) *Adde tu nota. Jas. in l. transactiones.* Cod. de trans. cum tex. ibid.

I. DE ARNO NO CAUTELA LX.

§. Pro tutore, ut in casu dubio adhibeat consilium matris & agnatorum pupilli.

CONtingit sæpenumerò, qvòd qvando tutor vult aliqvid facere, est dubium, an noceat pupillo, nec ne. Sed Cautela est, ut tutor ipse in illo casu dubio, per eum explicando, pro pupillo adhibeat consilium matris, & agnatorum pupilli. Et hoc modo excusabitur à dolo & culpa. Istam singularem Cautelam didici à Pau. de Cast. *in l. Polla. C. de his qvibus ut indig. qvam ipse ibi colligit ex gl. in d. l. Polla. in vers. pupillo.* qvam dicit ibi ad hoc esse singularem ad excusationem tutorum.

T. FERRATUS CAUTELA LI.

§. Ad liberandum tutorem, seu administratorem à dolo futuro.

SUMMARIA.

1. Tutorem aliqvis filiis relinqvat, seu bonis suis administratorem, & ei leget liberationem à reddenda administrationis ratione: per tale liberationis legatum scrupulosa inqvisitio remissa intelligitur.

2. Dolus futurus nullo modo remitti potest.

3. Dolus de præterito bene remitti potest.

1 SI qvis * relinqvit tutorem filiis, seu bonis suis administratorem, & ei leget liberationem à reddenda ratione administrationis, per tale legatum liberationis intelligitur remissa tantummodò scrupulosa inqvisitio, & sic ea, qvæ per eum gesta fuerunt negligentia, & levi culpa, non autem intelliguntur remissa ea, qvæ perperam, & dolosè administraverit, nec similiter à præstatione reliqvorum, *ut est cas9 in l. qvidam decedens. ff. de administr. tuto. & in l. si qvis*

ratio-

rationes. & *in l. Aurelio.* §. *Cajus ubi latè Bar. ff. de l. leg.* & *in lege si servus vetitus. ubi Bar.* & *alij, de legat.* I. Sed si testator non simpliciter liberaret tutorem, seu administratorem à ratione reddenda, sed expressè specificaret ab his, qvæ dolo gerct, & à præstatione reliqvorum, tamen tali liberatione non obstante posset ipse administrator cogi reddere rationem villicationis suæ: qvia si talis liberatio valeret, esset remittere dolum futurum, * qvod nullo modo fieri potest, *ut l. si unus.* §. *illud. ff. de pact.* qvia hoc modo daretur materia delinqvendi, qvod in jure non patitur, *ut l. convenire. ff. de pact. dota.* & *cap. qvemadmodum. de jurejuran.* & *ita firmant glo.* & *Bart. in dicta l. qvidam decedens. ff. de admin. tuto.* & *Bart. in dicta l. Aurelio.* §. *Cajus, de l. leg. in 4. colum. vers. sed qvid si relinqvitur liberatio alicui, pro administratione futura.* Modò revoco in dubium, nunqvid posset reperiri Cautela, ad liberandum tutorem, seu administratorem, à futura administratione dolosa? dic qvòd sic, videlicet qvòd testator non simpliciter ei leget liberationem, sed ulterius procedat dicendo, & si ab eo exigetur aliqva redditio rationis, vigore cujus condemnetur, exnunc, prout extunc, omne id, & totum, in qvo condemnabitur, ei lego, nam per istud legatum hoc modo factum, hæres non prohibebitur exigere rationes ab ipso administratore, de præstatione reliqvorum, & de his, qvæ dolo gesserit, tamen si in aliqvo condemnabitur vigore legati, hæres cogetur ipsum liberare, qvia per istud legatum testator non dicitur remittere dolum futurum, sed debitum futurum, postqvam in certitudinem venerit. * & sic intelligitur remittere ipsam obligationem, insurgentem ex dolo de præterito, qvòd benè fieri potest, *ut est tex. in dict. l. Aurelio.* §. *Mævia.* & *no. Bart. in locis superius allegatis*, istam Cautelam tradunt Dynus, Jacob. de Aret. & Rayn. de Forlivio, *in dict. l. si qvis rationes. de lib. lega.* qvos refert & seqvitur Ang. *in cons. 185. incipiente. Brunellus notarius.* volentes, qvòd licèt non possit per directum relinqvi administratori liberatio à dolo futuro, & à præstatione reliqvorum, tamen per indirectum bene possit, legando ei omne id, & totum, in qvo condemnabitur. qvam opinionem etiã tenuit Fulgos. *in l. cùm necessitatem. Cod. de fideicommiss.* & *secundum eam etiam consuluit Cyn. prout refert*

Q Sali-

Salicetus in dict. l. cùm necessitatem. tenuit Ang. in consil. 143. incipien. revocatur in dubium, Versicul. qvi vult erg administratorem. & in cons. 174. incipiente. Gilius Hugon de Cortonio. cui cons. ut ibi patet, se subscripserunt præstan tissimi Doctores. Franc. de Albergotis, Pet. de Perusi. D. Archid. de Aldigeris, Joan. de Lig. Anton. de Presbyteris de Bononia. hanc opinionem similiter tenet intrepidè solennis Doct. dict. Franc. Pepus Florentinus, in suo cons. 277. inter consilia Soc. inci. in præsenti consultatione sunt videnda principaliter tria, in 4. columm. Versi. circa tertiam & ultimam difficultatem. Tamen istam Cautelam non pono pro constanti, qvia passus est multum dubius, an legatum de qvo suprà, valeat, adeò qvòd Alex. tangens eum, restitit suspensus tanqvam dubius, *videlicet in suo cons. 56. incipien. circa id qvod qværitur, in 2. volum. & in cons. 144. incip. præsuppono primo, circa consultationẽ præmissam. in 5. vol.* Sed contrariam partem, scilicet qvòd tale legatum non valeat tanqvam malignitatis nutritivum, & tanqvam dans occasionem spoliandi miseros pupillos, tenent alii *Salicet. Phil. Corn. & Jas. in dict. leg. cùm necessitatem. Cod. de fideicom. Ang. de Aret. in suo tract. de testam. in fin. gloss. super verbo tutores. & in §. actionum. in materia tutelæ. in 25. qvæst. Instit. de act. Jason. in leg. actione. in fin. Cod. de transact. Practic. Papien. in forma libell. qvo agitur ad reddendum rationem tutelæ, in verbo, Analogistas. Pet. de Anch. in consilio mihi 118. incip. pater habens qvinq; filios. Ang. sibi contrarius in cons. 175. incipien. viso dict. statuto. Johan. de Ana. in cons. 80. incip. visis, & intellectis his, qvæ in themate narrantur. Fulgos. in cons. 103. incip. nobilis vir Henricus de Trissino. Barb. in cons. 66. inter consilia Franc. de Cur. incipien. sapienter optimus prædixit Psalmista, in 7. columm. versicul. capio secundum articu. Soc. in cons. 201. incip. abundè, & subtiliter hanc consultationem absolvit, per totum, allegans ita etiam consuluisse Bald. in qvodam suo consilio incip. testator dedit tutorem filiis. & in cons. incip. dum relinqvitur alicui liberatio. hanc opinionem etiam amplexus est solennis Doctor Franc. de Crema. in suo consilio 62. inter consilia Alexand. in qvarto volum. qvod incip. serenissimus, & Christianissimus Imperator.*

B. CÆ

B. CÆPOLLA CAUTELA CXLIII.

§. Qvomodo tutor debet facere finita tutela.

SUMMARIUM.

1. *Arbitri potestas circa cautelas qvanta sit.*

Nota pulchram Cautelam Dom. *in leg. Vir. ff. de jud.* videlicet qvod finita tutela petat eligi arbitros, qvi judicent, & cognoscant, an ipse remanet debitor pupilli: vel non, * qvia si arbitri declarant cum nihil debere pupillo, 1 non potest amplius conveniri ad aliqvid.

B. CAEPOLLA CAUTELA CCXXI.

§. In favorem tutorum, ad exonerandum eos, qvòd finita tutela non possint ampliùs molestari à minoribus.

SUMMARIA.

1. *Tutor de tutelæ administratione qvinqve modis absolvi potest.*
2. *Calculatorum officium qvod esse debeat, & qvæ eorum relatio, remissivè.*
3. *Adultus curatorem habens testari potest.*
4. *Metus omnis, & reverentia minoris, agnatorum & cognatorum præsentia cessare præsumitur.*
5. *Contractus bona fide factus, qvando præsumitur.*
6. *De dolo qvis conqveri non potest, ubi consangvineorum, vel amicorum præsentia fuerit.*
7. *A tutore dolus, & culpa abesse præsumitur, consilii conjunctorum ratione.*
8. *Amicorum idem, qvod consangvineorum præsentia, operatur.*
9. *Minor de dolo, vel metu conqveri non potest, propter præsentiam & authoritatem, vel decretum judicis.*
10. *Simoniam judicis auctoritas cessare facit.*
11. *Judicis decretum operatur, ut qvis allegare neqveat se ultra, vel circa justi pretii dimidium deceptum.*
12. *Judicis autoritate solennitates omnes adhibitæ præsumuntur.*
13. *Absolutione generali qvis liberatus non videtur ab*

eo, qvod per dolum, vel latam culpam factū fueri

14. Absolutio qvantumcunq; generalis tutori, vel alte facta, non extenditur ad bona, qvæ apud absolutu de bonis absolventis essent.

15. Verbum, refutatio, qvod verbum sit.

16. Juramentum minori simpliciter præstitum, qvi operetur.

17. Debitor, qvi vult plenissimè liberari, qvid in in strumento facere debeat. (lum extat

18 Juramentum de Jure Canonico fortissimum vincu

TUtores semper desiderant finita tutela, se liberare a administratione tutelæ, ita ut amplius minores, vel fac majores non possint conqveri, vel molestare eos de mal administratione, ideo videamus de remedio. Pro qvo dic qvòd qvinqve modis potest tutor absolvi.

1 §. Uno modo, per sententiam arbitri, in qvo factum fuerit compromissum *ut leg. 3. in princ. ff. de arbitris. & ib habetur per glos. & Doctor.*

§. Secundo modo, per sententiam arbitratoris, de qvo dic *ut ibi per Bart. & Doct. in l. societatem. §. arbitrorū. ff. pr soci. & per Canonistas in c. Qvintavallis. extra, de jurejur.*

§. Tertio modo, per sententiam judicis ordinarii, cui arbiter æqviparatur, *ut l. 1. ff. de arbitris.* Et hoc potest fie duobus modis. Uno modo, per viam libelli ordinarii, in qv petatur per minorem, qvòd tutor, vel ejus hæres rationem administrationis tutelæ generaliter gerat, *juxta no. in l. li cet. C. de jud.* & hoc casu poterit etiam peti vel per minorem, vel tutorem, vel ejus hæredes, qvòd eligantur Calcu-

2 latores *a* ad videndum, & examinandum omnes ratione dictæ tutelæ, & postea ad referendum judici, velut judic permittitur eligere dictos Calculatores: qvia in causis, i qvibus Calculatores vertuntur, judici permittitur poner arbitrum, seu arbitros, id est, Calculatores, qvi prædicta calculationes discurrant, & referant, *ut Co. de usu. & fruc leg. l. 2. & ff. si cui plus qvàm per l. Falcid. l. 1. & l. si residuum C. de distract. pig. Ita not. dicit Bartol. in cons. suo 9. qvod incipit, literas magnificentiæ vestræ, & idem not. Ang. in dict*

2 *l. 1. §. Marcellus. si cui plus qvàm per l. Falc. ubi vide.*

Qvaliter autem Calculatores debeant, & per qvem, v qvos

qvos, & eorum relationem facere, vide omninò per Angelum *in d.l.2. C. de usu & fructib. leg.* Alio modo potest procedi coram judice: scilicet per viam libelli particularis: qvia minor conqveritur de qvibusdam particulariter, & specifice contra tutorem, & ejus hæredes, *juxta not. i. in d.l. licet. C. de judiciis,* & tunc non est necessaria datio calculatoris, sed solùm veniendum est ad probationes necessarias, & hi duo modi possunt observari coram arbitro, & arbitratore, qvi æqviparantur judicibus *ut leg. 1. ff. de arbit. & l. non distingvemus. §. cùm qvidam. eodem titu.*

§. Qvarto modo potest principaliter tutor absolvi in testamento minoris: qvia etiam adultus habens curatores, potest testari, *ut est gloss. notabilis in l. Aurelius. §. Cajus. in versic. legitima. ff. de lib. le. & alia in l. 1. §. fuit qvæsitum. ff. ad Treb.* vel etiam in codicillis, & per viam liberationis & legati, & ista liberatio potest relinqvi tribus modis, *ut no. in dict. §. Cajus. in gloss. magna. & de isto modo absolvendi, vide text. gloss. & Dd. in l. si qvis rationes. ff. de lib. lega. & l. qvidam decedens. de adm. tut. & in l. si servus vetitus. de lega. 1. plenissimè per Bartol. in dict. §. Cajus.* 3

§. Qvinto, & ult. modo potest absolvi tutor, videlicet per viam liberationis, sive etiam donationis inter vivos, puta: qvia minor absolvit, & liberat spontè, sine redditione rationis, olim tutorem suum, vel ejus hæredes. Et iste modus ad hoc ut fit securus, debet fieri cum præsentia agnatorum, vel cognatorum ipsius minoris, & cum præsentia alicujus judicis ordinarii autorantis, & qvòd dicti agnati, vel cognati benè, & diligenter priùs examinent ipsum minorem, an velit facere liberationem, seu absolutionem spontè, liberè & ex certa sui scientia, non ductus aliqvo errore juris, vel facti, non per metum, vel minas, seu dolum, vel circumscriptionem, & hoc judici referant, & ita etiam judex de præmissis diligenter examinet, & inqvirat, qvibus peractis minor dicat, & affirmet se benè vidisse rationes suæ tutelæ, & qvòd absolvit & liberat dictum suum tutorem ab omni eo, qvod ipse administrasset de bonis suis, sive per negligentiam, sive per culpam levem, & latam, sive etiam per dolum, & de omni eo, qvod de bonis, & rebus suis pervenisset ad manus dicti tutoris, & de præsenti esset, vel reperiretur in manibus dicti tutoris, vel ejus hæredis, pro-

mittit eum tutorem vel ejus hæredes amplius non inqvietare, vel non molestare de jure, vel de facto, in prædictis rationibus, & alia qvacunq; ratione, seu causa, & maximè: qvia etiam intelligit dictum tutorem benè gubernasse omnia bona sua, & si dictus tutor, seu ejus hæres teneretur sibi vigore administrationis dictæ tutelæ in aliqva re, vel qvantitate, qvantacunq; sit illa res, vel qvantitas. ex nunc facit sibi refutationem, finem, remissionem, liberationem & donationem, vel pactum de ulteriùs non petendo, & ponatur ei juramentum minoris, per qvod promittat se omnia & singula suprà scripta habere firma, rata, & grata, & attendere, & observare, & nunqvam in aliqvo contravenire seu facere de jure, vel facto ratione minoris ætatis, seu ratione alicujus læsionis, qvantacunq; sit, vel esset læsio, etiamsi esset in magna, seu maxima qvantitate, & alia qvacunq; ratione, vel causa cognita, vel ignota, qvæ dici, vel excogitari posset, promittat etiam non petere restitutionem in integrum, qvæ competit minoribus ex aliqvo casu, nec restitutionem, qvæ competit majoribꝰ vigintiqvinq; añis, ex qvocunq; casu, maximè ex clausula generali, si qva mihi justa causa esse videbitur, *juxta leg. primā, in fi. ff. ex qvibꝰ causis major.* & in dicto instrumento scribitur consensus dictorum agnatorum, & cognatorum, & decretum, sive auctoritas judicis, qvi pronunciet omnia, & singula suprà scripta, ritè & rectè facta fuisse, & valere, & tenere, & qvia iste ultimus modus absolvendi tutorem est plenior, & tutior, ideo ipsum examinemus, & primo dixi, qvod debet fieri absolutio, & liberatio cum præsentia agnatorum, vel cognatorum minoris: qvia
4 * propter talem præsentiam eorum, omnis metus, & nimia reverentia cessare præsumitur, *ut* l. *transact. C. de transact. secundum Bartolum, Baldum, & Doctores ibi. & idem dicit Bar. in leg. frater à fratre. in ult. chart. circa principium*
5 *ff. de cond. indeb.* * ubi etiam dicit, qvòd talis contractus præsumitur factus bona fide, & præsumitur cessare omnis suspicio. *& Baldus idem dicit in* l. 1. *in secunda col. ff. si qvis aliqvem testari prohib.* & idem tenet Bartolus *in lege pri-*
6 *ma. C. de præd. dec.* l. 10. * ubi priꝰ dicit, qvòd præsentia consangvineorum, vel amicorum operatur, ut qvis non possit conqveri de dolo vel metu, per illum textum, facit qvod no-
7 tat Bald. *in l Polla. Cod. de his qvibus ut indign.* * ubi dicit qvòd

qvòd ratione consilii conjunctorum præsumitur à tutore abesse dolus,& culpa; qvod est notatu dignum, secundum eum. Sed si non essent agnati, vel cognati, seu consangvinei minoris, vel ejus parentum, adhibeantur amici. * Nam 8
præsentia amicorum idem operatur, qvod præsentia consangvineorum, *ut probatur in dict. l. transactionem & ita ibi not. Bartolus, Baldus, & Doctores, & Bart. in dict. lege prima. Cod. de præd. decur. libro decimo. facit l. magis puto. §. inprimis. ff. de rebus eo. & leg. hac autem. §. 1. verf. si autem non habeant. ff. qvibus ex causis in possessionem eatur. & leg. fina. ff. ubi pupil. edu. deb.* Sed si amici minoris, vel ejus parentum non reperirentur, tunc aliud consilium est, qvòd eligantur duo, vel tres boni viri à prætore: vel à judice loco attinentium, qvi videant, & examinent dictum minorem, sicuti in consangvineis dictum est, *pro hoc dicta leg. hac autem. §. primo,* & de hoc sunt statuta in multis locis. Sed si non essent statuta, tamen bonum consilium est, qvia operatur idem, qvod præsentia consangvineorum.

§. Item dixi, debet adhiberi præsentia judicis ordinarii, qvi interponit decretum suum, &c. * Et est ratio, qvia 9
propter ejus præsentiam, & auctoritatem vel decretum, ipse minor non poterit conqveri de dolo, vel metu. *ita no. dicit Bar. in dict. leg. frater à fratre. & Car. Zab. in cap. de catero. in prima & secunda opini. extra, de transact.* * ubi 10
etiam dicit, qvòd auctoritas judicis fecisset cessare Simoniam. *allegat capit. nisi, de præb.* * Item operatur decretum 11
judicis: ut qvis non posset allegare se deceptum ultra vel citra dimidium justi pretii, *ut singulariter notat Bar. in dict. lege prima. per illum text. Cod. de præd. decur. & Bart. & Ang. in dict. lege prima. Cod. de præsc. triginta annorum. & Ang. de Aret. Inst. de act. §. si qvis agens.* * Item operatur: 12
ut omnes solennitates præsumantur adhibitæ, *ut singulariter not. Spec. in tit. de empt. & vend. §. nunc sciendum, vers. & breviter scias. & habetur per Doct. in leg. sciendum. ff. de verborum oblig. & facit qvod notatur in l. cùm ibi. §. si prætor. ff. de transact.*

§. Item qvod dixi, sive per negligentiam, sive per levem, & latam culpam, & dolum: * qvia per absolutionem non 13
videtur qvis liberatus ab eo, qvod per dolum, vel per latam culpam absolute factum est, *ut est textus in l. si qvis ra-*

tiones.ff.de lib.leg.& in dict.l.si servus vetitus.ff. de lega.1. in ult.chart.& l.qvidam decedens & ibi per gloss.& Doct. ff.de admi.tut.& not.plenè per Bart.in l.Aurelio.§.Cajus. ff. de lib.leg.

§. Item dixi, de præsenti esset, & reperiretur in manib9
14 dicti tutoris: * qvia absolutio qvantumcunq; generalis facta tutori, vel alteri, non extenditur ad bona, qvæ apud absolutum essent de bonis absolventis:qvia de illis non videtur cogitatum, nisi expresse dictum sit, *ut in leg. Sticho. §.final.de pec.leg. & ibi hoc nota. Bart. & in dicta lege.si qvis rationes,& in dicta l. qvidã decedens. & in dicta l.si servus vetitus.& per Doctores in dictis juribus. & probatur in l.tres fratres.& ibi not.de pactis.*

§. Item dixi qvantacunq; sit illa qvantitas,qvia si diceretur,& in aliqvo teneretur,&c intelligeretur de modico, juxta notata in simili de venditione,*ut l. 2.Co.de res vend. & in l.secundum.ff. de verb obl.& no.per Cano. in c. Qvintavallis.de jurejur.qvando datur potestas arbitratoribus.*

§. Item dixi,exnunc facit finem, refutationem,& remissionem,in qva licèt non valeret ex aliqvo capite, liberatio, ex eo,qvia videatur liberasse tanqvam bene gesserit, valebit tanqvam donatio,& refutatio. Item sum usus istis ver-
15 bis, * qvia verbum, refutatio, est verbum generale, ergo communiter ista verba solent apponi in instrumentis per notarios. Item dixi, habere rata & grata, qvia non posset ampliùs minor venire contra,de jure vel de facto. Nam si promittitur solum ratum habiturum, intelligitur promisisse de non contraveniendo de jure tantùm, sed veniendo de facto tantùm,non teneretur,*ut probatur in duabus glossellis,in l.id qvod pauperibus.C. de episc. & cler. & ibi hoc not. Bart.in l. metum.§.volenti.ff.qvod metus causa.& ad differentiam inter ratum,& firmum facit l.generali.C.de sacros.eccles.& l. illud.ff.de jure patronatus.& l.si pater. ff.de ritu nuptiar.*

§. Item dixi,ratione minoris ætatis, vel alia qvacunq;
16 ratione. * qvia juramentum simpliciter præstitum, solùm operatur, ut repræsentet eum majorem, *ut no.in Auth.sacramenta.puberum. C.si adv. vend.* unde necessarium est addere, vel alia qvacunq; ratione, vel causa.

§. Item dixi,causa cognita,*per tex.*l.*qvi jure militari.ff. de*

de test am. militar. per quem dixit ibi Bald. & Ang. * qvòd 17
debitor, qvi vult plenissimè liberari, sit cautus, ut in instrumento faciat addere, qvòd dicta qvittatio etiam ad ignorata, vel incognita porrigitur, *& idem etiam no. in dict. l. si es fratres. de pactis. & dixi in Cautela præcedenti.* Et adverte, qvia istud non procederet in muliere, vel minore, propter eorum fragilitatem, *ut dixit Bald. & Ang. in dict.* l. 2. C. *de rescind. vend.* hæc verò clausula tantùm procedit in minore liberante.

§. Sed adverte, qvia videtur, qvod dictæ clausulæ non sint necessariæ. qvia aut minor non læditur propter hanc liberationem, & non est opus tanta solennitate. Aut est læsus, & illæ solennitates videntur esse iniqvæ, & propterea non apponendæ. Ad qvod tu dicas, qvòd dictæ clausulæ qvandoq; sunt necessariæ, & justæ, qvandoqve non. Nam si minor non læditur, tunc multæ de prædictis sunt utiles, & necessariæ, & justæ, & omnes illæ, ex qvibus tollitur omnis præsumptio, vel suspicio metus, vel reverentiæ, vel doli, vel cujuscunqve alterius fraudis, vel malæ suspicionis. Nam licet minor sit læsus, non posset conqveri, qvòd dictam liberationem fecerit inductus dolo, vel metu, &c. & sic posset rescindi liberatio. unde hoc casu dictæ clausulæ sunt necessariæ, vel saltem utiles, & justæ. Si verò minor esset in veritate læsus ex dicta liberatione, puta qvia tutor malè gubernaverat facta minoris, & tunc aut intentio minoris est ex aliqva justa causa, puta, qvia est filius, vel nepos tutoris, velle liberare ipsum qvondam tutorem suum etiam de omni eo, qvod malè gubernavit, & hoc vult facere ex certa scientia, & tunc idem valet, qvod dictæ clausulæ sunt utiles, & necessariæ, ac etiam justæ, & apponi possunt etiam in foro conscientiæ, dummodò declaretur priùs minori virtus, & potentia dictarum clausularum, & in qvo prosunt, vel noceant sibi in causa, sicut certioratur mulier de Vellejano, *ut habetur in* l. *jubemus. C. ad Vellejan. & in* l. *sciendum. ff. de verborum obligat.* Tu, qvi es notarius, poteris uti d. clausulis, sed non aliter, ut statim dicam. Aut intentio minoris est absolvere olim tutorem suum, qvia credit ipsum bene gubernasse, & si aliter crederet, non liberaret eum: & tunc dico, qvòd d. clausulæ pro majori parte non sunt honestæ, imò iniqvissimæ,

ſimæ, qvia ſunt præter & contra intentionem minoris, & per eas injuſtè deciperetur: & ideo hoc caſu notarius nunqvam adponat eas, per qvas excludi poſſet à beneficio reſtitutionis in integrum, qvin poſſit docere de ſua læſione & interitu, non apponat hoc caſu ſacramentum minoris, *
18 qvod eſt fortiſſimum vinculum de Jure Canonico, *ut habetur in cap. cùm contingat. & c. ſi vero, extr. de jurejur.* qvia poteſt ſalvari ſine interitu ſalutis æternæ jurantis. ut ibi: ſed cum interitu animæ deferentis, vel notarii ſcribentis, vel advocati, aut procuratoris, vel alterius hoc conſulentis, vel alicujus auctorantis. Et hoc modo, & in hoc caſu intelligo, qvod dixit Cyn. *in dict. authent. ſacramenta pube. C. ſi adverſ. vend. in 1. qvæſtion.* ubi dixit, qvòd illa authentic. ſive conſvetudo, ut deferatur juramentum, eſt erronea, & multos miſit ad inferos, & multa patrimonia iniqvè acqviſita exinanivit & deſtruxit, qvod eſt neceſſarium, & bene not. contra multos, & maximè advocatos, qvi hoc conſulunt, ut videantur ſapientes, qvod nunqvam tu facias.

ADDITIO.

a Calculator.) *Calculatores rationum deputati per judicem ad calculandum, debent jurare. Bald.* in l. hac edictali. §. his illud. 2. col. verſic. pone conſules mercatorum. C. de ſecun. nupt. *& dicuntur arbitratores ſecundum Bald. ibi. & per Bart.* in conſ. *literas magnificentia veſtra.* & text. nota. in l. ſi reſiduum. C. de pigno. & in l. ſi cui libertas. de condit. & demonſtr. & ibi Imol. & Paul. de Caſtr. qvi dicit eos habere juriſd.

VASALLUS.

I. DE ARNONO CAUT. XXXIV.

§. Pro vaſallis contra dominos.

SÆPE contingit, qvòd Barones exigunt à ſuis vaſallis multa, atqve varia ſervitia, etiam injuſta, qvæ cùm denegantur, aſſerunt eis deberi ex conſvetudine, & non debent illa eſſe inſolita. Item dicti Barones allegant multos contractus invitos cum vaſallis, qvos prætendunt deberi eis ſervari. Sed Cautela eſt, ut vaſalli ipſi allegent, exhibuiſſe Baronibus dicta ſervitia per metum, fuiſſeqve ab eis per metum extorta: qvia habent præſumtionem pro eis. *Ita Baldus in extravagan. de pace Conſtant. in verſicul. pactiones.* ubi allegat Joannem Andream *in cap. primo. de præſump. in 6.* in Novella, dicentem, qvòd indebita ſervitia

præ-

præsumuntur à dominis indebitè extorta. Et idem Bald. *cod. tit. de pace Const. in verfic. pro infectus. ubi illum. §. notat.* valde ad contractus, qvi fiunt qvotidie cum dominis terrarum, an debeat proponi actio, qvod metus causa, ad rescindendum, & dicit, qvòd non. & ibi vult singulariter Baldus, si bene inspiciatur, qvòd contractus initus cum principe, metu principis sit ipso jure nullus, non autem est opus, qvòd rescindatur actione, qvod metus causa. Refert & seqvitur Jason. *Institut. de actio. §. qvadrupli. in 10. colum.* ubi hoc confirmat nonnullis aliis per eum ibi adductis. Nota, qvia qvotidie evenit.

VENDITIO.

I. De Arnono Caut. XC.

HODIE qvando fit venditio, vel permutatio in fraudem juris congrui de aliqvo fundo, solet vicinus, cui illud jus competit, citari facere emptorem in judicio, ut remittat dictum fundum pro eodem pretio, qvod pretium non potest qvandoq; solvi, vel saltem deponi per vicinum: qvia est pauper, & nō habet illud pro manib. Emtor denegat fundum emptum restituere. Qværo, si non fiat depositum, nunqvid admittatur vicinus ad proseqvendum jus suum per aliqvam viam? Dicas qvòd sic, si adhibebit istam Cautelam, videlicet, qvòd offerat verbaliter, se velle solvere justum pretium absq; eo, qvòd faciat depositum realiter. Ratio est ista: qvia oblatio verbalis, qvæ fit in judicio, tantum operatur, & ita inducit liberationem, qvantum depositio & consignatio extra judicium. *ita expreßè no. Bart. in l. si rem. §. fi. ad fi. in ult. no. ff. de pig. act. Refert & seqvitur dom. Jas. in l. qvidam existimaverunt, in 2. col. vers. fin. ff. si cert. pet. & de materia d. l. sancimus, ego dixi etiam in singularib. meis sing. 31. incip. non incongruè annectendum.* Materia est qvotidiana & fertilis in judicio.

R. Fichardi Cautela XCII.

§. Pro Venditore, habente domum vel fundum angularem, ne cogatur eam vendere vicino, stante nimirum Statuto, qvòd vicini debeant in primis compellari de venditione facienda.

STante Statuto, qvòd venditurus domum vel fundum, debeat eam emendam primum vicino proximo offerre, neqve eam alteri vendere, nisi vicinus eam emere nolit. Jam verò si vicinus ille tam parum velit solvere, ut vendi-

tor multò plus possit à tertio aliqvo habere, cui tamen propter vicinum, emere volentem, non vendere possit. Cautela est pro habentibus domum vel fundum angularem, ut bipartiantur eam, & postea partem illam domus vel fundi, qvæ angulum conficit, vel in angulo est, vendat illi tertio, id enim ipsi licet, qvia pars illa domus non habet alium vicinum, nisi ipsum venditorem: alteram partem domus vel fundi illius adhuc occupantem. Ea verò emtione perfecta & expedita, vendet postea restantem partem domus vel fundi eidem tertio. nam cùm pars illa duos habeat vicinos, nempe versus angulum tertium illum novum vicinum, & ex altera parte veterem vicinum, liberum est venditori, restantem illam partem alterutri, cui volet, vendere. & ita tandem habebit novus ille vicinus utramq; partem domus vel fundi, neq; venditor ille poterit dici errasse contra Statutum. De hac Cautela tradit Pet. Gerar. de Petra sancta, *in sing.* 26. *n.* 4. ubi dicit fuisse de ea in facto consultum, & obtentum, qvod ea procedat per juris tramites, & maximè ad evitandum damnum & exorbitantiam dicti Statuti, cum non potuisset vendere tanto precio veteri vicino. contra *l. nec emeret. C. de ju. delib. & qvod habetur in l. dudum. C. de cont. em.* & qvia venditor principaliter fecit hanc Cautelam in re sua, & non in injuriam vicini, nimis parum solvere volentis. *arg. l. 2. §. denique. ff. de aq. plu. arc. & l. Proclus. de dam. infe.*

VENDERE.

R. FICHARDI CAUT. LXXXIX.

§ Pro eo, qvi vendere cupit, sed propter denunciationem ipsi factam, non potest habere emtorem.

DENUNCIATIO facta alicui super re aliqva, qvòd illa sit denunciantis, facit ut ille, cui denunciatur, si se non opponat denuncianti, constituatur in mala fide. *l. si fundum. C. de rei vendic.* unde fit, ut si qvis fortè eam rem, super qva ipsi denunciatum est, cuperet vendere, non facilè possit habere emtorem, qvia metuendum est ementibus, ne res illa fortè ab ipso evincatur, &c. Sed contra talem casum Cautelam tradit Francisc. Balb. *in rep. l. Celsus. de usucapion. par.* 3. *n.* 14. ut nimirum is, cui denunciatum est, agat contra prætensum denunciatorem, ut is doceat de jure suo, & petat illi ad hoc præfigi certum terminum, sub com-

commminatione perpetui silentii, *juxta formam. l. diff. ima-
n. C. de inge. manumi. Allegat de hoc Alex. in l. de pupillo. §.
is cui. Versi. qværit ultimo ff. de novi oper. nunci. & J. s.
ibid.*

R. FICHARDI CAUTELA XCI.

§. Pro Venditore, ut ipsi cautum sit tam de pensione precii nondum soluti, qvàm de ipso precio, & ne pensio illa usuras sapere videatur.

MUltæ emtiones ita fieri solent, ut precium emtionis solvatur certis terminis, interim verò de precio, vel ejus parte non soluta, emtor qvotannis solvat pensionem consvetam, donec totum precium solvatur: & tale pactum valet, ne videlicet emtor versetur in lucro, & venditor in damno, *per. l. bona fides. ff. de act. emp. l. curabit. & ibi Cyn. & Bald. C. de act. emp. l. Julianus. in §. ibidem Papinianus. & ibi glo. & Bartol ff. eod. tit. & l. si sterilis. §. si tibi fundũ. ff. d. c. de act. emp. l. fin. §. fin. ff. de fund. dot.* Ne tamen pactum tale videatur suspectũ, qvasi usurarium, & ut etiam venditori, tam de ipso precio, qvàm de dicta pensione, rectè cautum sit, Cautelam certè non contemnendam tradit Fabian. de Mont. S. Sabini *in suo tracta. de empt. & vendit. q. 6. princip. §. seqvitur tertium n.* 15. nempe, ut in instrumento emtionis apponatur illa clausula, qvòd non intelligatur dominium translatum, nisi integro precio soluto, & qvòd interim habeat rem titulo locationis, & solvat tantùm annuatim nomine pensionis. Et hoc, præter jura supra allegata, colligitur etiam ex *l. cùm venderem. & l. fistulas. §. penult. ff. de contrah. empt.* Qvòd verò tale pactum de reservando dominio, vel non transferendo, nisi precio soluto, valeat, *patet ex §. vendita. Instit. de rer. divis. & in l. procuratorũ. §. penult. in fin. ff. de tribut.* qvæ ad hoc optima est, ut non transeat dominium rei venditæ, nisi ære soluto, ut sunt *verb. text. ibi.*

B. CÆPOLLA CAUT. CXXV.

§. Qvomodo venditor possit percipere fructus ex re vendita, non computando illos in sortem.

SUMMARIA.

1. Locator obligat9 est ad mercedis exonerationẽ, si res locata perit, vel fructo conductos percipere nõ possit.
2. Usuræ Digestorum tempore prohibitæ non erant, hodie verò sic, utrinq; testamenti pagina.
3. Usura cur in mutuo prohibita sit. *4. In-*

4. Intereſſe probare difficile eſt.

QVI vult vendere fundum ruſticum, vel urbanum, & emptor non vult, nec poteſt ſolvere pretium in continenti, ſed ad terminum, qvæ Cautela adhiberi poterit venditori, ut durante termino ſolutionis faciendæ *a* venditore fructus rei venditæ percipere poſſit, licet alias non poſſit percipere, *ut l. Jul. §. ſi fructibus. de actio. empt.* Reſpondetur ſecundum aliqvos, debet venditor locare fundum venditum emptori certo pretio, donec venditori pretium venditionis ſolutum fuerit, *per tex. in* l. *ſicut empt.* §. 1. *cum* l. *ſeqvent. qva incipit, cum venderem fundum. ff. loc.* ubi eſt ille hoc caſus ad literam, & erit utilis iſta locatio venditori qvoad tria.

§. Primò, qvantum ad penſionem.

§. Secundò, qvòd ipſe locator, idemq; venditor non obligabitur ipſi conductori, ſed conductor locatori, ut eſt text. in d. §. 1. qvod declaro. * Nam licèt aliàs locator ſit obligatus ad exonerationem mercedis, ſi res locata periit, vel fructus conductor percipere non poteſt, *ut l. ſi. uno. §. item cùm qvidam. & ibi plenè per Bart. & Doctor. ff. loca. & in l. ex conduct. §. ſi vis tempeſtatis. & in §. ſed & ſi habes. & in l. ſi merces. §. vis major. eo. tit. & c. propter ſterilitatem. & ibi per Can. extra, de loca. cum ſimil.* cùm hoc caſu res vendita, & locata ſit emptoris, ejuſdemq; conductoris, venditor idemq; locator non erit obligatus ad exonerationem mercedis, ſi res locata periret, vel aliter conductor damnum paſſus fuerit, & poſt perfectam venditionem omne commodum, & incommodum ſpectat ad emptorem, *ut l. neceſſario. in princ. ff. de peric. & com. rei ven.*

§. Tertiò: qvia nec etiam venditor idemq; locator tenetur ad rem tradendã, ut uti frui poſſit, *ut l. cũ venderem ff. loc. & iſtas duas ultimas utilitates ponit gl. in* l. *ſicut empt.* §. 1. *ff. loca.* Et eſt ratio ſecundũ Bar. ibi: qvia illa penſio magis debetur pro pretio, qvod ſibi non ſolvitur, qvam pro re, *ut no. in d. l. ſi uno. §. item cùm qvidam. ff. loc. & ita vidi obſervare hic Padua:* * Et adverte: qvia d. Cautela procederet de Jure Civil. ſecundum tempora Digeſtorum, ſecundum qvæ adhuc non erant uſuræ prohibitæ, ſed cùm hodie uſuræ ſint prohibitæ pagina utriusq; teſtamenti, & de Jure Cano. *in c. qvia in omnib. de uſuris. & in toto illo tit. & in 6. & in*

Clem. de Jure Civi. hodie, *ut in Auth. ad has C. de usur.* no. in *l. cunctos populos de sum. Trinit.* Prædicta Cautela non procederet: qvia dicta locatio contineret in se usuram, seu usurariam pravitatem : nam ex qvo erat res vendita, & habita fides de pretio, & tradita, translatum erat dominium in emptorem, *ut l. traditionibus. C. de pac. & Inst. de rerum divi. §. per traditionem* : & idem de re sua pensionem solvere non tenetur, & si solveret, esset usura, * nam una est ratio princ. qvare in mutuo usura est prohibita, qvia ille, qvi recipit mutuum, si aliqvid solveret ultra, solveret de re sua, vel propter rem suam, & ideo dicitur, qvidqvid accedit sorti, usura est, *ut l. rogasti. §. si tibi debuero. ff. si cer. peta. & in l. si tibi decem millia. ff. de pac.* Unde propter hoc nunqvam utatis istā Cautela, sed potes uti alia, videlicet, qvòd tu vendas pro indiviso tantam partem rei, qvantam capit pretium, qvod solvitur, aliam partem retineas, & protesteris, qvod non intelligatur translatum aliqvod dominium in emptorem, & illam partem loces eidem emptori cum pacto, qvandocunq; dabit tibi residuum pretii, qvod habeatur pro vendita, vel qvòd tenearis sibi facere instrumentum venditionis, & hoc erit utile : qvia non poterit per creditores emptoris tibi auferri, anteqvam solvatur tibi pretium, ex qvo dominium remansit penes te, vel ei dictam partem non venditam locare ad partem tanqvam colono partiario : vel tertiò potes facere pactum, *b* qvod deductis expensis teneatur tibi solvere fructus, vel qvantum interest tua, qvia iste est unꝰ de casibꝰ, in qvibꝰ possunt peti fructus de re alicujꝰ, videlicet qvando non est solutum pretium, *ut no. gl. in c. conqvestus. extr. de usuris. & est casꝰ ibi, & per Bar. & Doct. C. de actio. empt. in l. curabit.* Sed istud ultimum est difficile, * sicut difficile est probare interesse, *ut l. unica. C. de sent. qvæ pro eo, qvod interest, proferuntur, & habetur in l. 2. §. fin. ff. de eo qvod certo loco.* Unde modus primus retinendi dominium, & locandi, melior est.

3 b 4

ADDITIO.

a Solu. facien.) *Fructus rei emptæ sub conditione non pertinent ad emptorem pendente conditione.* l. necessario. §. si pendente. ff. de peric. & commo. rei vend. *nisi in casu deficientis conditionis emptor perdat pretium : qvia eos lucratur in recompensationem perditi pretii* text. est, sing. in l. si fundus. §. sed qvod ait, ff. de l. commisso. & Lud. Pont. in sing. vers. emptor non.

b Pactum.) *Pactum inter emptorem & venditorem, ut serVetur, & si contrafiat, non Valeat, qVæ sit Caute. Bal.* in l.fin.in l. q. *Et pactum, qVòd nisi emptor solVat pretium in termino, res sit Venditoris, non habet locum, si post terminum Venditor petit pretium: qVia Videtur renunciare pacto Bar. & Bald.* in l. commissoriæ. C. de pact. inter empt. & vend.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXXIV.

§. Ad obviandum fraudibus emptoris nolentis solvere venditori.

SUMMARIUM.

1.Judex etiam præsumtionem aliqvā arbitrari poterit.

MUlti emptores solent uti fraudib9, qvando nolunt solvere pretium venditori: qvia supponunt unum tertium, qvi moveat litem ipsi emptori de re empta, & hoc faciunt ad fin[illegible], ut non teneantur solvere pretium, *ut leg. si post perfectam. C. de evict.* Sed est cautela contra eos, ut referatur juramentum ipsis emptoribus, qvi non submiserunt illum tertium ad litigandum. *arg. glo. in l. at qVi natura §. si cùm me absente. ff. de negoc. gest. ita tenet* Joan. *de Pla. Inst. de excusatio. tuto. secundum Ang. in leg. pen. §. stipulatio. de Verborum oblig.* Ista tamen Cautela non est multum bona, qvia facile juraret ad sui favorem: melior tamen est, qvòd allegetur judici aliqva præsumptio contra emptorem, * qvia judex eam poterit arbitrari. *arg. leg. si fidejussor. Vers. in animo sederit. qVi satisd. cog. & ita tenet Ang. in d. §. stipulatio.*

T. FERRATUS CAUT. XVII.

§. Ad obviandum, qvòd parvitas pretii, & pactum de retrovendendo, non faciant censeri contractum venditionis usurarium, & simulatum.

SUMMARIA.

1.Contractus an censeatur usurarius, & simulatus, si aliqvis emat aliqvam rem, & parvitas pretii concurrat cum pacto de retrovendendo.

2.Glossæ opinionem qvandocunq; aliqvis Doctor tenet illa opinio communis censetur.

3.Glossæ sunt naves, per qvas navigamus per vastum juris

juris civilis pelagus, nos in portum claræ veritatis ducentes.

4. *Opiniones contrariæ qvandocunq; duæ fuerint, illa seqvenda est, quæ in animæ favorem tendit.*

5. *Rusticus jura ignorare præsumitur, & talis juris ignorantia in eo toleratur.*

6. *Rusticus si personaliter citetur, & non compareat judice pro re pro tribunali sedente, verus contumax non dicitur, ideo si condemnetur, appellare potest.*

7. *Rusticus si testimonium deposuerit, & fuerit sibi contrarius, de falso puniri non potest.*

8. *Rusticus si contractum fecerit usurarium, fraus in ipso cessat.*

9. *Rusticus si fundum emerit cum pacto de retrovendendo, contractus usurarius non censebitur.*

10. *In rustico etsi juris ignorantia præsumatur, non habet tamen locum in rustico qvadrato.*

MAgna est qvæstio * inter Doct. nunqvid si aliqvis emat 1
aliqvam rem, & concurrat parvitas pretii, & pactum de retrovendendo, talis contract9 *a* censeatur simulatus, & usurarius, hoc est, qvòd contract9 sit pignoratitius, sed qvòd 2
partes fecerint, ut sonet in vim venditionis, ad hoc, qvòd emtor faciat fruct9 suos, qvod non faceret in re pignorata: qvia tunc tenetur fructus perceptos, & percipiendos in sortem computare, *ut l. 1. & 2. C. de pig. act. & c. cùm contra. de pig. & c. 1. & 2. de usur.* & passus iste est adeò dubius, qvod Bar. Cæp. *in suo tract. de simulatione contractu. in 6. princ. casu*, ubi amplè examinat istum passum, dixit, qvòd adhuc sub judice lis est: qvia qvàm plurimi Doctores supremæ auctoritatis tenuerunt qvod sic, qvòd sufficiant illæ duæ qvalitates, scilicet parvitas pretii & pactum de retrovendendo, dicentes de hoc esse casum in c. ad nostram. de empt. & vend. & cap. illo vos. de pig. Alii dixerunt illas duas qvalitates non sufficere, sed qvòd una alia reqviritur, scilicet qvòd emens sit homo consvetus tales

contractus usurarios facere, qvia autem teneant primam opin. & qvi secundam, connumerat qvam plures Cæp. in loco superiùs allegato, qvos hic non intendo referre, qvia ibi possunt videri. & licet ipse teneat secundam opin. qvòd opus sit, qvòd dicta tria concurrant, si contractus debet censeri usurarius, tamen opin.1. qvòd illa duo sufficiant, est magis communis, & qvam, ultra auctoritates per eum adductas, dixit communem Alexand. *in suo cons.46.incip. circa præsentis consilii materiam, in 3. vol.* & secundum eam etiam consuluit famosus Doctor. Christop. de Cast. *in qvodam suo cons. incip. cùm ab exordio tituli posterior formetur eventus, qvod consil. est positum post tract. de maleficiis Bonif. de Vitalinis.* & hanc partem etiam tenet Abb. in d. c. ad nostram. de empt. & vend. dicens hanc opi. esse veram. *& in suo cons.77. incip. tria succinctè videnda sunt*, dicens se ita aliàs consuluisse, & legendo ita tenuisse, & qvod ita communiter tenetur, & qvod opi. Jac. de Aret. qvi tenuit contrarium *in l. emp. C. plus vat. qvod ag.* est falsa, & qvòd non bene intellexit dict. c. ad nostram. & hanc etiam tenet Fulg. *in d. l. emp. dicens hanc esse communem opin.* Et ista in effectu in judicando & consulendo est amplectenda tanqvam communis, & verior, tribus rationibus.

§. Prima, qvia pro ista opin. est gloss. qvæ hoc clarè tenet *in c. conqvestus. de usuris.* qvo casu succedit famosum dictum
2 Jac. de But. *in l.1. C. qvi pro sua jurisd.* * ubi dicit, qvòd qvotiescunq; aliqvis Doctor. tenet, cum opi. gloss. illa opinio censetur communis: nam ipsa tantæ auctoritatis est, qvòd ab ea non receditur in judicando in Curia Ro. ut signanter dixit Panor. *in c. edoceri. in 2. col. de rescr. & Pau. de Cast.*
3 *in cons. mihi 170. incip. cum tempore contractus. in 2. col.* * Nam glo. sunt naves, per qvas navigamus per hoc vastum pelagus Juris Civilis, ducentes nos in portum claræ veritatis, *ut eleganter dixit Salicetus post Ricar. Salicet. in l. 1. C. de pact.* & somniare dicuntur, volentes infringere opin. gloss. *ut pulchrè dixit Bald. in cap. contingit. in 6. col. extra de dol. & contumac. & qvanta sit auctoritas gloss. in judicando & consulendo, vide qva accumulat Jas. in l. ut vim. in penult. col. versic. nota etiam multum. ff. de just. et jur. pulchrè. & late Francisc. de Curte, in cons. 42. incip. qvæ a ...avit Bald. in 6. col. & in cons. 64. incip. antiqvissima, & nobilissima familia. in 5. colum.*

§. Se

§. Secunda ratio est, qvia qvando sunt duæ opiniones contrariæ, illa est seqvenda, qvæ tendat in favorem animæ, ut c. juvenis. de spons. & Clem. exivi. §. itē qvia. & ibi Card. de verborum signific. & no. glo. in c. 1. de scruti. in ord. faci. sed ista est tutior pro animabus, ergo amplectenda. 4

§. Tertia ratio est, qvia inter alias auctoritates, qvas allegat Cæpo. in loco superiùs allegato, dicit istam partem, qvòd sufficiant illa duo, scilicet parvitas pretii, & pactum de retrovendendo, tenuit Reverendissimus in Christo pater D. Jo. de Caste. episcopus Vicen. in d. c. ad nostram, subjungens, qvòd visa opinione dicti Joannis, qvòd similiter ita consuluit totum Collegium Mediolan. & totum Collegium Papien. Modò habeo, qvòd qvando sunt duæ opiniones contrariæ, semper præsumendum est pro illa, pro qva consuluerit unum Collegium Doct. qvàm pro illa, pro qva consuluerint Doct. particulares, prout istud fuit solenne d. Abb. in c. prudentiam. in prin. in 1. col. de off. deleg. de qvo meminit Franc. de Curte, in cons. 56. incip. super eo, qvod ab ordine nostro reqvisitum fuit, per illustrem Rudolphum de Gonzaga. in 3. col. Pone modò, qvòd occurrit tibi occasio emendi aliqvam rem, puta unum fundum pro vili pretio, sed venditor non vult vendere, nisi te obliges, qvòd qvotiescunq; infra certos annos exbursabit tibi illam qvantitatem pecuniæ, qvàm à te recipiet, qvòd debeas retrovendere dictum fundum. Tu autem, qvi consideras, qvòd faceres bonam emtionem tam respectu proprietatis, qvàm respectu fructuum percipiendorum, libenter inires contractum, sed dubitas, qvòd concurrente parvitate pretii, & pacto de retrovendendo, adde etiam: qvia assvetus talia facere, qvòd aliqvando contractus postea posset redargui de simulatione, & usura. Qværo à te, qva Cautela poteris uti, qvòd non obstante dicta parvitate pretii, & pacto de retrovendendo, & assvefactione talia committendi, contractus non possit rescindi tanqvam usurarius, & simulatus? Dic, qvòd Cautela est, qvòd submittas unum rusticum, qvi emat nomine tuo dictum fundum pro illo pretio, & cum illo pacto, sed non ostendat te de tali emtione aliqvid scire, qvo facto, secuta postea tua ratihabitione, & multo fortius possessionis apprehensione, certū est, qvòd fundꝰ efficitur tuus, ... qvæ habentur per omnes, in l. multum interest. C.

si qvis alteri,& isto casu dico, qvòd cum iste contractus fuerit celebratus ab illo rustico, licet nomine tuo, à qvo tamen non habebat mandatum, qvòd non obstante parvitate pretii,& pacto de retrovendendo, talis contractus censebi-
5 tur purus, verus, & sincerus. ✱ Ratio est: qvia *b* rusticus
b præsumitur ignorare jura, & talis ignorantia juris toleratur in eo, *juxta ea, qva habentur in l. juris ignorantia. & in l. qvicunq; C. qvi admit. & in l. fin. C. de testam.* ✱ Hinc est qvòd si rusticus citatur personaliter, & nõ compareat judice sedente pro tribunali, *juxta l. divus. ff. de in integrum rest.* non dicitur verus contumax, ideo si condemnatur, potest appellare, *ut not. Bart. in l. fin. in ult. col. ff. de in integrum rest. & Bald. in l. 1. §. fin. ff. de eden. Doct. cum concord. tradi-*
7 *tis ibi per Alex. in l. 2. ff. si qvis in jus voc. non ierit.* ✱ Hinc est etiam, qvòd si rusticus deposuit testimonium, & sit sibi contrarius, non potest de falso puniri, nisi appareat, qvòd dolosè deposuerit, ad qvod judex debet multum advertere, *ut notabiliter voluit Ang. in Authent. de testi. §. & licet. in 2. col. licet contrarium in hoc voluerit* Joannes *Andr. in c. cum* Joan. *Eremita. de fide instru. dicens ita fuisse decisum in causa cujusdam Abbatissæ, qvem refert & seqvitur Bald. in l. scriptura, qvasi circa finem, versic. qværunt Doct. C. de*
8 *fide instr.* ✱Et inter alios effectus, qvos habet rusticitas, est qvòd si rusticus facit contractum, cessat in eo præsumtio fraus usurarum. *ista glo. singularis, & unica in jure in l. cùm allegas. C. de usuris. qvam ibi seqvitur Bal. in 2. col. versi. sed hic dubitatur. & qvam refert pro notabili, & seqvitur Capol. in d. tract. de simula. contractu. in 6. casu prin. in 6. col. dicens,* qvòd istud est multum notandum in practica, ut deducas, & probes emtorem esse rusticũ, & simplicem personam, ad hoc, ut tollatur in eo suspicio fraudis, & per
9 illam glo. ibi in d. l. cùm allegas. infert expresè Fulgos. ✱ qvòd si rusticus emat fundum cum pacto de retrovendendo, contractus non censebitur usurarius. qvem seqvitur Ja. *in l. juris ignorantia. in 1. col. C. qvi admit. & in l. si qvis id qvod. in 8. colum. versi. 5. nota, qvòd simplicitas. ff. de jurisd. omn. jud. & Berth. in suo repert. in verbo, rusticitas. versi. 5. incip. rusticus emens.* stante ergo hoc si venditor volet infringere contractum venditionis tanqvam usurarium, respondebis, qvòd cùm tu non fueris ille, qvi emeris dictum fundum, sed fuerit ille rusticus, licet postea ratum habu-

sit; qvòd non est dicendum, ut propter parvitatem pretii, & pactum de retrovendendo, contractus debeat censeri simulatus, & usurarius, per eâ, qvæ superiùs dicta sunt. Adverte tamen, qvòd id qvod dixi, * qvòd ignorantia juris præsumitur in rustico, non habet locum, nec procedit in rustico sagaci, & qvadrato, *ut est glo. in l. athleta. §. de rusticis. ff. de excus. tutorum. qvam seqvitur Jas. in d. l. si qvis id, qvod in 8. colum. ff. de jurisd. omn. jud.* 1

ADDITIO.

a Censeatur simulatus, & usurarius.) *De materia simulationis contractuum. vide per d. Alex. de Imol. in cons.* 112. *in tertio volumine consiliorum suorum, & inter reliqva, adde qvod allegās simulationē ad hoc, ut possit obtinere, debet specificè exprimere, & probare modū, & speciem simulationis cū plures sint simulationis species. Vide ubi suprà signāter. vide etiā per Lud. de Ro.* in cons. 101. *ibi qvoad secundū, qvo qværitur, an probata fuerit simulatio, qvod consi. incip. super eo, qvo primò qværitur. vid. etiam per Pau. de Cast. in suo cōs. 330. post Bart. in cons. suo 63. factum tale, est Pet. Nic.*

b Qvia rusticus præsumitur ignorare jura, & talis ignorantia juris toleretur.) *Qvod autem rusticis, mulieribus, & similibus nō succurratur prætextu juris ignorantiæ plus, qvā succurratur aliis, nisi in casibus, in qvibus hoc reperitur specialiter à lege cautū, vide Alex. in notab. cons. 14. in prima parte consil. ibi, sed ita est qvod rusticis, mulieribus, &c.*

R. FICHARDI CAUT. XCIII.

§. Pro venditore, in casu pacti, de retrovendendo, ut nunqvam locus sit præscriptioni contra illud pactum.

TAnta olim fuit, & qvidem adhuc est, controversia Dd. de Præscriptione contra jus offerendi, vel pactum de Retrovendendo, ut qvamvis communior sit opinio, qvod præscriptioni locus sit, *ut per Baptist. à Villalobos in suis Com. opin. sub lit. I. n. 179. & sub litera p. nu. 9. cum addit. utrobiq; optimi mei parentis* Joan. *Fich. & Emanuel Svartz. in Thesau. Com. opi. sub litera L. n.* 340. Tamen hodie tot sunt in numero, & qvidē pleriq; Neoterici, præstantissimiq; Jureconsulti, qvi contrariam opinionem amplectuntur, & defendunt, ut ferè non dubitarem affirmare, communiorem hodie esse opinionē, qvod Præscriptioni non sit locus contra pactum de retrovendendo, vel jus offerendi. qvam etiam o-

pinionem, utpote juri, rationi, & æqvitati, magis consonam, non attenta veterum communiori opinione, in judicando seqvi solet amplissimus Senatus Judicii Cameræ Imperialis ut præter Misyngerum *in Cent.1. observ.16. & Cent. 4. observ.4.* (secundum primam editionem) communis attestatur experientia, ita ut apud nos Germanos in Imperio, controversiam hanc deinceps sopitam fore sperem. Sed qvantum ad alias Nationes, apud qvas fortè antiqva communis opinio adhuc observaretur, pulchram Cautelam tradit Petr. Gerar. de Petra sancta, in sing. 18. n. 19. ut videlicet Venditor faciat emptorem in instrumento emptionis dicere, qvod qvoties præscriptum fuerit, toties promittat retro vendere. Cui ego addendum censeo, ut Emptor hoc promittat pro se, suis hæredibus, posteris successoribus & omnibus subsecuturis possessoribus fundi venditi. & ut illa promissio similiter non Venditori solùm pro se fiat, sed etiam pro omnib. hæredibus posteris, & successoribus ejus. Et hoc casu dicit ipse Pet. Ger. qvòd præscriptio non patrocinaretur, nam ex desinentia unius, alterius origo nasceretur. & similem Cautelã dicit tradere Bal. *in l.2. col.1. C. ut in pos. leg.*

B. CÆPOLLA CAUT. XCVII.

§. Qvòd etiam in casibus, in qvibus aliàs non teneretur venditor de evictione, *a* si adhibeantur, semper tenebitur.

a

SUMMARIA.

1. *Evictionis periculum qvæ cessare faciant.*
2. *Evictio non debetur possessionis evictæ ratione, sed tantùm ratione proprietatis.*
3. *Evictione venditor non tenetur, qvando emptor in compromisso voluntario succubuit.*

1 TRia * faciunt cessare periculum evictionis, primum omissa denunciatio emptoris, alterum ejus absentia, tertium judicis injuria, *ut l. empt. C. de evict. & habetur in l. si per imprudentiam. ff. eo tit.* Sed adversus hæc omnia potest emptor uti Cautela, ut sit securus, tam pro pretio, qvàm pro pœna dupli, & etiam pro sumptibus litis, ut scilicet instrumento venditionis per pactum à venditore remittatur emptori. potest enim renunciare juri suo ex regula generali, adjiciatur in instrumento, qvod emptori non possit dici vel allegari, qvod sententia fuerit lata per ejus injuriam, vel per

empto

emptoris negligentiam, vel absentiam, & promittatur refectio damnorum, sumptuum, & interesse, qvæ sustineretur in judicio, & extra, *secundum Ang. q℣i ita no. in l. emp. C. de e℣.*

§. Alia Cautela in materia evictionis est, * qvia regulariter non debetur evictio ratione possessionis evictæ, sed tantùm ratione proprietatis, *ut est casus. & ibi per Bar. & Doct. in l. 2. ff. de act. empt.* & ideo Cautela est, qvod emptor in instrumento emptionis faciat venditorem promittere de evictio. sive evincatur proprietas, sive possess. 2

§. Tertia est, qvando qvis non vult promittere de evictione, ut dicatur in instrumento, & dictus venditor dixit, & protestat9 est, & ita inter partes conventum, qvòd ipse non teneatur de evictione etiam ad pretii restitutionem, qvia nisi ista verba dicantur, licèt non teneatur ad interesse vel sumptus, tenetur ad restitutionem pretii, *ut est casus singularis in l. emptorem §. ibid. ff. de act. emp. q℣od est not.*

§. Qvarta, in hac materia possunt adhiberi, * qvod licèt regulariter venditor non teneatur de evictione, qvando emptor succubuit in compromisso voluntario, *ut l. si dictũ. §. si compromisero. ff. de act. empt. & no. in l. libera q℣idem Theodora. C. de. sent. & interloc. omn. jud.* tamen emptor caute potest uti verbis, ex qvibus venditor tenetur. verba hæc sunt: Et promisit dictus venditor dicto emptori de evictione, qvomodocunq; & qvalitercunq; res vendita evincatur. *arg. gl. no. in l. cum pana. ff. de arb. Et ita solebat allegare illam gl. ad hoc do. Flo. de Bob. Doctor meus.* 3

§. Qvinta est, & utilis in eadem materia, qvia solet dici, qvod d. §. si compromisero. non habet locum in compromisso necessario, sed tantùm in voluntario, tamen emptor debet esse caut9, qvod non eligat arbitrium necessarium ex forma statuti sine licentia aut consensu venditoris, qvia tunc nõ posset agere de evictione, *ut no. in d. l. libera.* & ideo ex istis qvinq; Cautelis potes conficere utile *b* instrumentum pro emptore in materia evictionis, si dicatur sic: Et promisit dict9 venditor de evictione, sive evincatur proprietas, sive possessio, & qvomodocunq; vel qvalitercunq; evincatur, etiamsi evincatur per arbitrium voluntarium, vel necessarium electum cum voluntate, vel sine venditoris, & promisit dict9 venditor non opponere vel agere, qvod sententia lata fuerit iniqva, vel per injuriam emptoris, uti pro- b

pter ejus absentiam, vel per negligentiam, vel alio qvocunqve modo.

ADDITIO.

a Evictione.) *Actio evictionis licet ex pacto non competat emptori, tamen agi potest ad pretium.* l. emtorem. §. qvi autem. vers. ibidem. ff. de act. emp. l. 2. §. fi. & ibi Bal. C. comunia de leg. *qvod verum, si pactum fuit in genere, qvod de evictione non teneretur venditor, secus si certa persona.* l. qvi libertatem, in princ. ff. de evict. *Item verum, nisi dictum pactum sit factum inter mutuo vendentem & ementem, qvia tunc neuter agit ad pretium.* gl. singular. in l. si familiæ. C. famil. hercisc. *& ibi Barto. dicit non habere locum in divisione, & tenet. Bald.* in l. non dubitat. in fi. C. de evictio. Lu. in singu. ver. evict. & ver. vendens. *Item verum, si sine causa est renunciatum actioni de evictione, secus si cum causa expressa, qvia tunc etiam pretium non repetitur. Bal.* in l. 1. 2. q. C. de peri. & commo. rei ven. Bar. in l. qvi lib. de evict.

b *Not. formam instrumenti ad utilitatem emtoris.*

VENDITOR.

R. FICHARDI CAUTELA XC.

§. Pro Venditore, ne teneatur de facto alieno, super evictione.

VEnditor obligans se de dato & facto suo tantùm tenetur non solùm suum factum, sed etiam ejus, cujus hæres est, præstare, qvia factum autoris præsumitur suum, sicut hæredis factū autoris, *l. stipulatio ista habere licere, in prin. & §. 1. ff. de verb. oblig. Bart. in l. si servus. ff. de condit. furt.* Imò tenetur etiā factum suorum successorū præstare, *secundum Bart. in d. l. stipulatio ista. & Bald. in l. fi. C. de act. emp.* neq; contra hoc obstat verbū Tantū, qvia illud excludit solùm extraneas personas, nō etiam successores, *secundū text. in d. l. stipulatio ista. in pr. versi. sed si se obliget.* Ideoq; cautus esse debet Venditor, ut facias in Instrumento venditionis apponi illud verbū, Tantùm, tunc enim nō tenebitur de facto extranei, ideoq; confiscato fundo vendito, nō tenebitur emtori, nisi ad restitutionem pretii. *per l. si fundus. & ibi Bald. ff. locati. Fabian. de monte S. Sabini in tract. de emp. & vend. 6. q. principal. vers. circa 20. memb. num. 77.*

VICINUS.

R. FICHARDI CAUT. XCVI.

§. Pro

§. Pro Vicino, ut non præsumatur scivisse Acta & Gesta vicini sui, nec de rerum suarũ statu cognitionem habuisse.

PRæsumtio est, qvod Vicinus præsumatur scire facta vicini, *c. qvosdam. & c. qvanto. ext. de præsump. & copiosè Fel. in c. literis. de præsump.* adeò, ut qvamvis de singulari possessore, vel successore (*in materia c. sæpè de rest. spol.*) non præsumatur, qvod ipse sciverit rem fuisse vitio violentiæ affectã, hoc tamẽ limitatur in vicino, qvia contra ipsum præsumtio est, qvod sciverit, rem vicini sui, qvam ipse postea nactus est ab ipso, fuisse vitio violentiæ affectam. nam, ut dictum est, Vicinus præsumitur scire facta vicini: qvæ præsumtio ipsi in multis aliis casibus similib. obstare posset. Contra illam igitur Cautela traditur, ut probet vicinus, se non conversatum cum illo vicino, vel absentem, aut infirmum fuisse, & si qva similia alia essent, qvæ talem præsumtionem scientiæ excludere possent, secundum Ripam, *in l. 1. ff. si cert. pet. n. 45 & 46. Curt. Sen. in ead. l. n. 31. & 32. Socin. Sen. cons. 187. l. 2. Menoch. de recuper. poss. remed. 6. n. 54.*

VIDUA.

R. FICHARDI CAUT. XCIX.

§. Pro Vidua, qvomodo pro liberanda conscientia filiis suis indicare debeat, unum ex ipsis esse adulterinum, nec tamen illum specificè manifestare teneatur.

MAgna licèt debeat esse cuilibet famæ propriæ ratio & cura, utpote qvæ dicitur maximum omnium bonorum externorum. *c. deteriores. 6. q. 1. & Arist. l. 4. Ethi. c. 3.* Major tamen ratio debet haberi Conscientiæ, & Animæ, *per ea qvæ tradunt Doct. in c. officii ext. de pæ. & remis.* Qvamvis igitur uxor non teneatur manifestare marito suo vivo, qvod unus ex filiis, qvos ipse pro suis habet, adulterinus sit, propter justũ metum mortis, vel alterius extremi periculi, tamẽ rectè facit, & qvidẽ tenetur, ut facta vidua, saltem in agone mortis, ad exonerandam conscientiã illud cõfiteatur, atq; manifestet. Qvia verò per talẽ manifestationem, filium illum nõ solũ privare successione in bonis mariti defuncti, sed etiã ipsum in fama sua, qvã hactenꝰ bonã habuisset, maxime læderet, atq; ita duplici malo eum simul afficeret, cum tamẽ culpã & pœnã adulterii commissi ipsa delinqvens potius sola ferre deberet. Ut igitur vidua illa delictum suum non solũ privatim Sacerdoti alicui: sed etiã publicè, & qvi-

 dem

dem ipsis filiis legitimis, confiteatur, atq; conscientiam suam etiam ea ratione exoneret, qvod nolit illum adulterinũ succedere in bonis mariti sui, qvorum alioqvin non poterat esse particeps, atq; ita tam coram hominibus, qvàm coram Deo conscientiam suam liberet, nec tamen illum adulterinum tam fama, qvam successione in bonis mariti, privet: Cautela est, ut convocet omnes filios suos eisq; indicet, unum ex ipsis esse adulterinum, seq; paratam esse illum in specie manifestare, ne videatur velle legitimos illa parte paternorum bonorum privare, qvæ alioqvin sine tali manifestatione ad illum adulterinum pervenirent: Si tamen ipsi fortassis de illa manifestatione non solliciti sint, sed invicem sibi remittere velint Jus suum, qvod adversus adulterinum habere possent, se qvoq; contentam fore, nec cupere contra eorum voluntatem illum manifestare, velle tamen hac declaratione sua se conscientiam suam exoneratam esse, & de specificatione facienda ipsis deliberandum relinqvere. Hanc Cautelam dicit Alciat. *in tract. suo præsu. reg. 3 præsump. 37. n. 6. & in l. 9. parer. c. 12.* sed de facto vidisse viduam qvandam practicare, & filios omnes de remissione invicem facienda, fuisse contentos, atq; (ut in Parergis refert) dixisse: Qvin mater ab hoc onere nos te absolvim9, & mutuò nos liberam9. Et in d. præsu. dicit se credere illam matrem esse tutam, per no. in d. c. officii, & qvia non potest mulier etiã expressè per pactum præjudicare statui liberorum suorum. *l. transact. matris. C. de transact.* Qvamvis autem Meno. de arb. *jud. q. l. 2. Cent. 1. q. 89. n. 27.* itemq; Didacus Convarruvias *in c. paratum. de reg. jur. in 6. par. 1. §. 1. post n. 6. vers. nec mihi placet.* hanc Cautelam non putent esse sufficientem, qvia legitimis filiis nihilomin9 fiat injuria ex ea parte, qvam adulterin9 ipsis interim præripit. Ego tamen defendi posse crederem, ipsis non fieri injuriam, qvia mater non jussit, neq; petiit, ut alter alteri qvicqvam remittat, sed bona & libera voluntate remiserunt. Cum verò qvilibet in reb9 suis sua voluntate agere & disponere, (& per conseqvens etiam alteri remittere) possit. *l. nemo exter9. C. de Judæis. cum simil. & Volenti non fiat injur. l. cum donationis. C. de transact.* certè vix poterit obtineri, qvod illis fiat injuria, poterant enim non remittere, sed petere, ut mater illi adulterinum manifestaret. Cæterùm etiã, qvia Alciat. *in d. c. 12. parer.* dicit se censere hanc Cautelam ad librum Cæ-

pol

pollæ addendam esse, una cum Græco illo vetustissimo distichо (qvod statim subjungetur.) ego censura & autoritate illius fretus, nolui illam omittere. Distichon autem, qvod apponi vult, hoc est:

Ος τις καθ' ἑτέρου δόλια μηχανέυεται

αὐτῷ λέλυθε τὸ κακὸν ἀρχιτεκτονῶν,

Qvicunq; in alium fabricat cautos dolos,

Sibi ipsi eum magnum malum ille fabricat.

UNIVERSITAS.

I. De Arnono Cautela XXXVI.

§. Pro Universitatib. congregandis, qvando Officialis abfuit congregetur de mandato senioris dictæ universitatis.

Sæpenumero solet accidere, qvod Officialis, de cujus mandato Universitates debent congregari, est absens, sed Cautela est, ut hoc casu congregentur de mandato Antiqvioris dict. Universitatis, qvi est ipso jure præpositus. Ita Ang. *in l. nulli. in 2. col. in prin. ff. qvod cujusq; univ. nomi.* Et sic evades universitatem à calumnia, qvare fuerit congregata sine mandato Officialis, qvod not.

VOTUM.

I. De Arnono Caut. XXIII.

§. Pro illo, qvi emisit votum eundi in Jerusalem, ut petat secum dispensari per episcopum.

Titius in ægritudine, vel aliqva necessitate constitutus, emisit votum terræ sanctæ, id est, eundi in Jerusalem. Cautela est, ut petat secum dispensari per episcopũ, qvi hoc test, *ut per gl. in vers. incumbit. & ibi dom. Anton. & ... Abb. ex c. in multa. de vot. & voti redemp.* Idem dicit ... Ant. in c. *qvod super his, de fide instr.* de omni alio voto peregrinationis, dummodò episcopus dispenset per viã ... mutationis, *ut per Specu. in tit. de le. §. nunc ostenden- vers. 24. & per dom. Anto. in c. qvanto. penul. col. extr. ... eju.* nisi ex justa causa in totum tolleret, omissà com... ione, *ut ibi per dom. Abbatem in 5. col.* Et de his per ... n Thomam *in 4. sentent. dist.* 38. *q.* 1. *artic.* 3. *& secunda* 1. *q.* 88. *artic. ult.* Non obstat d. c. ex multa, ... tur hoc spectare ad summum pontificem, qvia pro... ando votũ fuisset emissum pro succursu terræ san... autem si causa peregrinationis tantùm, ut per Do... dictis locis, & per Felin. in d. c. qvod super his,

in

in princ. de fide instrum. qvod nota, qvia posset tibi facer
magnum honorem, si interrogaberis de hoc.

USUCAPIO.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXXII.

§. Pro usucapiente rem mobilem.

SUMMARIA.

1. Res mobilis regulariter triennio usucapitur.
2. De minimis curandum non est, qvoniam in ipsis ma gnum periculum esse non potest.

1 RES * mobilis regulariter usucapitur triennio, *ut l. uni ca. C. de usucapio. transfor. & Inst. de usucapio. in prin* qvod est verum, qvando intervenit titulus, & bona fides, & possessio continua, ut ibi, sed si deficeret aliqvod, puta, titulus, non præscriberetur minori tempore, qvàm præscribuntur res immobiles, ut lege, servum. *cum ibi notatis. C. fami herciscund. & ibi notat hoc Angelus, & no.* qvi dicit, qvod triginta anni reqviruntur. & notat etiam *in lege, nullo. C. de res vendicatione, & in l. servum.* qvod tu scholaris sis cautus, si emis librum pulchrum, ut fieri facias publicum instrumentum emptionis, ne deficias in probatione tituli comperto libro apud alium sine vitio: qvia aliàs succumberes agendo rei venditione, vel Publiciana, *juxta not. in § sed iste. per gl. & Doct. Inst. de act. & in c. Abb. sanè de re judicata, l. 6.* etiamsi ille, apud qvem est liber, nil doceret de jure suo, *ut est casus notabilis in l. fi. C. de rei vendicatione.* & idem dicas in aliis pretiosis emptis. & loqvor de pretiosis, non qvia idem non sit in aliis rebus mobilibus etiam minimis, * sed qvia de minimis non est curandum, ex qvo in eis non potest esse magnum periculum seu damnum, *ut l. Sejo. ff. de in integrum restit.* sed qvi habes librum alienum non utaris ista Cau. qvia esset in perniciem animæ tuæ, & c

USURÆ.

I. DE ARNONO CAUT. LXXXIX.

§. Pro debitore contra creditorem petentem usuras promissas in contractu jurato.

QVAMVIS usuræ sint hodie prohibitæ, ut per tot. ext. de usur. nihilominus, si sint promissæ cum juramento, tenetur debitor ad illas persolvendas, ut servet juramentum, & postea repetat, modò creditor illas petebat, sed debitor non audebat contradicere propter juramentum

Cau

Cautela est igitur, qvod amicus sine mandato compareat, & contradicat. Istam Cautelam approbat d. Jas. *in l. fi. ff. de jurejur.* qvam dicit esse no. *ad c. debitores. ext. de jurejur.*

USUFRUCTUARIUS.

B. CÆPOLLA CAUT. LXXIII.

§. Pro usufructuario.

SUMMARIA.

1 Usufructuarius regulariter cavere tenetur: qvòd ipse utetur, & fruetur arbitrio boni viri.

2 Usuræ prohibitæ sunt.

USUFRUCTUARIUS * tenetur regulariter cavere, qvòd ipse utatur, & fruatur arbitrio boni viri, *ut habetur in l. 1. ff. usufr. qvemadm. cave.* Sed no. unam caut. pulcherrimam, qvam potest adhibere usufructuarius in hoc, ut ipse dicat se fidejussorem non posse invenire, qvi pro eo promittat de utendo, & fruendo arbitrio boni viri: qvia tunc ususfructus debebit apud hæredem remanere, & hæres debebit præstare usufructuario 3. partem usuræ centesimæ. *ut probatur in Authen. de nuptiis. §. si verò ususfructus. & ibi glo. no. & tenet Ang. col. 7.* * Sed ego credo, cùm hodie usuræ sint prohibitæ, *ut c. qvia in omnibus. extra. de usu. & in Authen. ad hoc. C. eo. tit.* qvòd talis usura peti non possit, nisi petatur tanqvam interesse, sicut dicitur in simili de emolumentis legalibus dotis, habetur *in cap. salubriter. extra. de usur. ff. solut. matrim. in l. insulam. §. usuras. in l. 1. §. præterea. ff. de jure dot. & in l. curabit. C. de act. emp.*

UXOR.

B. CÆPOLLA CAUT. LXI.

Pro vendicante uxorem, qvam priùs desponsavit per verba de futuro secuta copula.

SUMMARIUM.

Promitto non accipere alium in virum, nisi te, sicut rusticæ Patavinæ communiter faciunt: an sint verba de futuro.

SÆPE TOTIES est contentio inter duos, vel plures ab aliqva uxore divite, qvia qvilibet cupit eam habere, & qvilibet asserit eam sibi promisisse, sed illi,

qvi

qvi ſunt cauti, & volunt eſſe victores, qværant habere re[m] cum ea, ita, qvòd ſubſeqvatur copula carnalis, qvia tunc etſi promiſiſſet alteri, primò per verba de futuro, & poſt etiam promitteret per verba de præſenti, non valeret, et amſi juramentum interveniſſet, & ille, cum qvo copula e[st] ſecuta, debet prævalere, *ut probatur in c. pen. & in c. ſi in ter. & in c. is cui. extra, de ſpon.* Sed ſi cum uno primò con traxiſſet matrimonium, per verba de præſenti, illud matri monium prævaleret ſecundo, etiamſi in ſecundo ſubſecut[a] fuiſſet copula carnalis, *ut eſt caſus in dict. ca. ſi inter.* Et i deo ſi cupis habere uxorem, ſis cautus, qvia ſi promiſit al teri primo per verba de futuro, ſicut faciunt communite[r]
1 puellæ, & maximè ruſticæ, * qvæ dicunt: Promitto no[n] accipere alium in virum, niſi te: nam hoc caſu provideas qvòd tecum ſeqvatur copula carnalis, & habebis eam in u xorem. Sed ſi mulier contraxiſſet per verba de præſen[ti] cum alio, caveas ab ipſa, qvia ſi milleſies tibi promitteret & copula ſecuta etiam cum juramento, ſtaretur primæ pro miſſioni, & non ſecundæ, etiam juratæ, & copulatæ, *ut eſt caſus in d. c. ſi inter.* Et ad hoc, ut iſta cautela producat ef fectum, qvando eſt ſecuta copula cum uno, & priùs promi ſit alteri per verba de futuro, & eſt qvæſtio in judicio, ut ma trimonium prævaleat, eſt opus cautela, videlicet qvod ille cum qvo eſt copula ſubſecuta, deducat, & probet, qvo[d] primo præceſſerit promiſſio per verba de futuro ſibi facta, & qvòd deinde ſecuta eſt copula: ſecus, ſi probaretur econ trà, qvia primo intervenit copula carnalis, & deinde ſecut[a] eſt promiſſio carnalis per verba de futuro, & interventu copulæ non ſufficiet, niſi probaretur, qvod promiſſio, & copula ſubſecuta eſſet, *ut eſt caſus, & ibi hoc not. Ant. de But. in c. veniens. 2. & ibi per Doct. de ſpon. facit qvod no[t]. Bar. in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de novi oper. nunc.* & ideo ſis cautus, ut articules, qvod promiſſio præceſſi[t] copulam.

B. Perus. Caut. V.

§. Utrum poſſit adhiberi Cautela, qvòd uxori non obſ[it] juramentum, & conſenſus alienationi rei dotalis.

QVarto qværitur * nunqvid eſſe poſſit, ut uxor con ſentiendo alienationi rei dotalis, vel rei pro dote obli gatæ, & renunciando juri hypothecarum: non præjudice[t]

ſib

Et videtur, qvòd non: qvia eo ipso qvod mulier con-
it, & juramento confirmat, nullum superest sibi reme-
n, & mater tamen, ut no. extra de jureju. c. cum con-
at. Sed dic, qvòd non obstante juramento potest reme-
adhiberi.

rimum remedium est, qvod pater mulieris vel alius,
otem dat, faciat, qvod mulier ante dotis traditionem
ote contractum, vel in ipso contractu dotis juret nul-
odo consentire alicui contractui, vel obligationi, qvā
us vel alius qvicunq; faciat de fundo dotalis, vel pro
bligato. Nam hoc juramento præstito. etiam post-
ulier consentiat, & juret, non præjudicat sibi, ratio
via secundum juramentum contrarium est primo, &
itum, & ideo non servandum, *ut extra de jurejuran.
lecto, de hoc etiam dicit Specula. in titul. de empt. &
. tertio loco. Ger. & no.*

ndum remedium est, ut pater, qvi numerat dotem,
ore traditionis seu in ipsa numeratione seu consti-
dotis stipuletur sibi reddi. Nam in hoc casu actio de
n qværitur filiæ, sicut & qvando extraneus sibi sti-
, *ut C. de rei uxo. ac. §. accedit*, unde hoc casu patri
dotis actio competit propter vim stipulationis, *ut
matrimon. qvot. & C. de jurejur. l. qvia. cum*

i postea consentiat mulier alienationi, vel renun-
hypothecarum, non nocebit etiam cum juramen-
non potest remittere, qvod non habet. *ff. de pign.
tam.*

enitu fuit qvæsita actio, *ut di. l. qvoties.* Ergo
r. sine liberis test. patri, consensu filiæ non ob-
extraneo qvoqve sibi stipu. *ut dict. §. accedit.*

R. FICHARDI CAUTELA C.

Uxore, ne obligetur pro marito, etiamsi renun-
neficio S. C. Vellejani.

itum & vulgare est illud, ut qvoties cum muliere
contrahendum sit, curetur ipsam renunciare be-
C. Vellejani, adeò, ut non solùm Notariis, (imò
ulis istis, qvi propter Latinæ lingvæ imperiti-
illa, Beneficium S. C. Vellejani, scribere, nec
e, congruè possunt) sed etiam maledictis &
ma-

maledicis Judæis, notissimum sit, in ejusmodi contractibus, instrumentis, & obligationib. semper inserendam esse illam clausulam, Renunciationis. Qvia verò sæpè contingit, uxores à maritis suis, tam ad ejusmodi Renunciationes, qvam ad ipsos contractus & obligationes, Cum, vel Pro, ipsis, faciendas, multis minis atrocibus cogi, meritò certè, pro uxorum innocentia tuenda, cauti esse debent Notarii, qvia maritorum & uxorum nomine Instrumenta Obligationum conficiunt, maximè, si cum usurario aliqvo, vel cum Judæo contrahendum esset, ut contenti illa Renunciatione generali, non moveant subtiliores Renunciationes, maximè verò, ne facilè permittant illas renunciare. Auth. si qva mulier. *C. ad SC. Vellej. vel. Auth. ut nulli Jud. colla. 9. unde d. Auth. si mulier desumpta est.* Et similiter cauti debent esse postea Advocati uxorum, ut diligenter inspiciant Renunciationes, & an illi Authenticæ, vel authentico renunciatum sit. Imò cautissimi debent esse mariti, ne permittant uxores, pro ipsis se obligantes, illi Auth. vel Authentico, de facili renunciare, (nisi fortè ipsæ participes fierent rei vel pecuniæ, ob qvam secum, vel pro maritis, obligant) ut ea ratione, licet beneficio SC. Vellejani renunciaverint, nihilominus tamen tales obligationes extortæ, vel usurariæ per mulieres impugnari, earumqve bona salvari, & mariti (si fortè ipsi ad inopiam redigantur) illis uxorum bonis gaudere possint. Nam qvia omnes Renunciationes strictè interpretandæ sunt, non censetur uxor, qvæ beneficio SC. Vellejani renunciavit, etiam illi Authenticæ, vel Authentico, renunciasse. ideoq; uxorib. in ejusmodi casu obligationis pro maritis, talis generalis Renunciatio SC. Velleja. nihil obstare poterit, & habebitur talis Intercessio, vel Obligatio, simul cum d. Renunciatione SC. Vellejan. pro nulla, *ut tractant Doct. in d. Auth. si qva mulier. Joann. Sichard. in l. 1. num. 5. C. ne uxor pro marit.* Si tamen ex tali contractu, vel ob talem Incessionem, aliqvid ad eam pervenisset, & in ipsius utilitatem versum esset, abstinendum foret ab hac Cautela, juxta limitationem ipsius textus in d. Auth. si qva mulier. Et caveat illo casu tam Advocatus, qvàm uxor & maritus, ne onerent conscientiam: siqvidem Jura mulieribus deceptis, non decipientibus, subveniunt. *l. 2. §. verba itaqve ff. ad Senatusconsult. Vellejan.*

B. CÆ-

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXI.

Pro uxore, qvæ prohibetur asportare aliqvam rem ma-

SUMMARIUM.

atutum si disposuerit, qvòd uxores de domo ma- ... mortuorum nihil asportent, non compre- endit eas, qvæ vestimenta secum, & annulos in gito portaverint.

Ita, * qvòd si statutum est in civitate, contra uxores portantes de domo mortui mariti, sint cautæ, qvòd enta portent secum, & annulos in digito, qvia tunc nientur pœna statuti de asportantibus. ita pulchrè *ing. in l. si serv. qvis alie. redemerit. §. prætor. in fin. itr. bar.* Cautela notabilis est, alienatio dotis, etiam non valet, qvando priùs uxor juret se nolle consen- enationi dotis: nam licet postea consentiat, & juret ntravenire, non obligatur ex secundo juramento, no sic, *per glo. singularem in ca. licet. de jurejur. in 6.* uta uxor, qvando consentit alienationi dotis, ut è consensisse per metum, vel reverentiam marita- *r no. per glo. & Bartol. in l. 1. §. qva oneranda. ff. st. non da. & per Paul. de Castr. in leg. pactum. C. de* od no. ad revocandam dictam alienationem do- tis etiam juratam. 1

FINIS

Contractuum Cautelarum.

DIGESTORUM SEU PAN-DECTARUM,

Liber vigesimus octavus.

QVI TESTAMENTA FACERE POS-SUNT, ET QVEMADMODUM TESTAMENTA FIANT.

Tit. I.

De causa efficiente Testamentorum, & priore parte Tituli.

R. Fichardi Cautela LXXIX.

§. *Ægrotus* ut possit, non obstante proximorum imp-dimento.

CUM sæpius contingat, ut ægroti libenter testari v-lint, sed propter hæredes proximos ab intestato, q illud omnibus modis impedire conantur (maxi non intromittendo ad ipsius cubile Notarium & testes, v alios pro more cujusq; loci.) non possint. Si igitur hoc i telligant ægroti, Cautela est, ut faciant illud intellige judicem, vel Magistratum illius loci, qvacunq; ratione possint. Nam si rescicat judex, tenebitur ex officio adire i firmum cum testibus & Notario, ut probatio rerum, & t standi facultas salva sit: *bonus text. est ad hoc in l. cure Magistratus. ff de testibus. Bald. Novel. l. in tract. dot. par 6. privileg.* 18. *Cotta in Memoralib. sub verb. testamentum qvod casu amissum, sub fin.*

I. D. Durantis Caut. VIII.

§. *Alter* qvomodo pro altero possit testari, & qvo remе dio possit testator dispositionem suam committere alteri voluntati.

Summaria.

1. Legatum est inutile, qvod committitur alterius v luntati. (nisi ad pias causas. ibi

Voluntati meræ alterig relictũ committi non potes

2. Expressa nocent: non expressa non nocent.

3. Arbitrium boni viri qvib. verbis demonstratur p testatorem. Volun

Voluntas libera pluribus modis demonstratur. ibid.
4. *Legatarii declaratio & non legati substantia potest in voluntate alterius committi per testatorem.*
5. *Pecunia jussu testatoris eroganda per ministrum electum à testatore cujus sit, si minister ea non erogata moriatur.*

INutile * relictum est, qvod committitur in meram voluntatem alterius, *leg. senatus. §. legatum. ubi gl. & Doct. ff. de leg. 1. cum allegatis per Corne. cons. 258. in hac consultatione. col. 1. lib. 1.* nisi relictum factum sit in causam piam: hoc enim casu valet captatoria voluntas de jure canonico. *c. cum tibi. de testam. & est * Communis opinio, ut dicit Jas. cons. 110. Magnificus. lib. 1.* dummodo alio vitio non ruat testamentum, *ut per Bald. cons. 112. Qvaeritur, li. 4.* §. Sed si testator velit legatum pendere à mera voluntate alteriꝰ, ut legatum valeat, remedium est, qvòd testator id non expressè faciat, sed tacitè legando sub potestativa conditione implenda ab illo, à cujus voluntate velit testator pendere legatum: veluti si ita dicat, Si Titius Capitolium ascenderit, centum Sempronio lego. Nam hoc modo valet legatum, & pendet à voluntate Titii, an Sempronio legatum debeatur, & tamen expressè non posset testator legati substantiam comittere in alienam voluntatem: expressa namq; nocent, non expressa non nocent, *l. si qvis Sempr. ff. de hared. inst. l. nonnunqvam. ff. de cond. & demonst.* §. Secundum remedium est, qvòd testator comittat substantiam legati voluntati alterius, per verba significantia boni viri arbitrium, *l. 1. ff. de legat. 2. & ibi Bart. & per Ang. in l. 1. ff. de leg. 2. & ibi Bart. & per Ang. in l. fi. C. de fideicom. qvem refert, & seqvitur Barba. in c. cùm tibi. col. 10. de test. & est * Communis opin. ut per Abb. cons. 4. in qvaestione. in fi. l. 2.* & verba, qvibus arbitrium boni viri significatur, sunt haec, videlicet, verbum Si placebit, videbitur, putaverit, aestimaverit, secundùm conscientiam, secundum discretionem. Illa autem, qvae meram & liberam voluntatem significant, sunt verbum, si voluerit, si ei libuerit, & alia, *de qvib. per Doct. in l. si sic. ff. de leg. 1. & per Abb. cons. 110. in causa hospitalis. l. 2.* §. Tertium remedium est, qvòd testator in voluntatem alterius committat non substantiam legati, sed nominationem personae, qvae habi-

habitura sit commodum legati, *l. utrum. §.1.ff. de reb. dub. l. unum ex familia. ff. de leg. 2. Bart. in l. illa instit. ff. de hæred. insti. & in l. captatoria. ff. de leg. 2. Albe. de Ros. in l. nulli. col. 6. C. de episcop. & cler. Alex. & alii Docto. in l. captatorias. C. de test. milit. Barb. in d. cap. cum tibi. col. 6. Pet. de Anchar. cons. 436. Primò igitur. Pau. de Cast. cons. 143. in quæstione. Abb. cons. 11. Factum sic proponitur. & cons. 110. in causa. lib. 2. Alexan. cons. 57. perspectis. col. 3. lib. 2. & Laur. Calca. cons. 107. in causa reverendissimi.* Et notandum est,
5 * qvòd si testator mandaverit ab hærede solvi Titio mille, & ille rogatus sit eam summam erogare in causas ei à testatore in secreto dictas, & is recepta pecunia ante impletam voluntatem defuncti moriatur, pecunia non redibit ad hæredem testatoris, sed erit hæredum Titii, *l. pater. §. Tusculanus. ff. de legat. 3.* Sed si testator eo casu velit pecuniam restitui hæredi ipsius testatoris, remedium est, qvòd testator declaret se velle uti nudo ministerio Titii, *l. si qvis Titio. & ibi Deci. ff. de leg. 2. & per Cuman. cons. 107. Testator leg.*

§. *Balbutiens* qvomodo testari possit, & qvo remedio ejus testamentum valeat: *Vide infr. eodem titulo, in altera parte, ubi de forma agitur, sexto loco.*

D. DURANTIS CAUT. III. TIT. I.

§. *Clericus* qvibus remediis possit disponere de rebus pertinentibus ad ecclesiam.

SUMMARIUM.

1. Clericus de fructibus beneficii & rebus ecclesiæ non potest testari.

2. Clericus debet erogare, qvod superest in pauperes.

3. Clericus potest inter vivos moderatè donare.

4. Cardinalibus sine licentia Papæ de bonis patrimonialibus licet facere testamentum.

Papa potest dare clerico facultatem testandi de rebus ecclesiæ.

Clericus potest testari de rebus ecclesiæ, permittente summo Pontifice.

5. Clericus etiam in testamento potest relinqvere in remunerationem servitiorum.

6. Fr

6 *Fructus quomodo dividantur inter hæredes clerici defuncti, & successorem ejus in beneficio.*

CLERICUS de fructib. beneficii, vel de reb. aliis ex fructib. ecclesiæ, vel intuitu ecclesiæ acqvisitis * non potest testando disponere, qvia in morte usurario comparatur, *gloss. in c. præsenti. de offic. ord. lib. 6. & per Bald. cons.* 80. *ad evidentiam. lib.* 5. & secundum veriorem opinionem procedit hoc, etiam si clericus simplex beneficium sine administratione habeat, *ut tenent Abb. in repetitione cap. cum esses. column. 7. de testament. & Geminian. in dicto capit. præsenti. & alii relati per Barbat. in capit. final. de pecul. cler.* & rationabilis est hæc sententia, qvia clericus ex reditib9 sui beneficii ecclesiastici ultra honestum victum sibi qvicqvam attribuere non potest. *c. episcopus.* 12. *q.* 1. * & 2
qvicqvid superest, erogandum est in alimoniam pauperum, *c. qvoniam qvicqvid.* 16. *q.* 1. *c. aurum.* 12. *q.* 2. Et si ex fructibus ecclesiæ clericus sibi vel suis emerit prædium, hoc ad ecclesiam pertinet, & ab illa ut domina poterit vendicari, *gloss. in c. apostolicos.* 12. *q.* 2. *Doct. in c. inqvirendum. de pecu. cler.* §. Sed ut clericus possit de reditibus & aliis bonis mobilibus ecclesiæ disponere in pauperes, amicos, & egentes consangvineos, remedium est, qvòd ea, qvæ in testamento eis relinqvere destinabat, vivens donat & tradat. * potest 3
enim clericus & prælatus de bonis mobilibus & reditibus ecclesiæ inter vivos moderatè donare, *c. ceterùm. ubi Abb. de don. l. civius. ff. si qvid in fraud. patro.* & clericus prælatusqve de rebus ecclesiæ tenetur potius subvenire consangvineis, si indigeant, *c. non satis.* 86. *distinct. cap. qviescamus cum gloss.* 42. *distinct. in c. omninò.* 31. *distinct. Abb. in c.* 1. *de cohab. cler. & mulie. Doct. in c. non liceat.* 12. *q.* 2. *Barba. in cap. ad hæc. col.* 1. & 2. *de testam. & Ludo. Bol. post consi. Joan. de Ana.* 87. *circa dubium.* §. Secundum remedium est, qvòd clericus à summo Pontifice impetret privilegium testandi & disponendi de hujusmodi rebus, qvòd Papa ex causa concedere potest, cùm ad Papam universarum ecclesiarũ plena dispositio pertineat, *c. licet. de præb. lib. 6. Clemen.* 1. *ut lit. pend. juncta* l. *si qvando. C. de inoffi. testa. &* l. *si mutuo. ff. eo. tit. ut per Abb. in dict. c. cùm esses. & per Alexan. & Jas. in* l. *ut militib. C. de test. mil. & Alex. cons.* 15. *reverendissime. lib.* 2. *Soc. cons.* 13. *præsens consultatio. Bella. consi.* 2. *super*

* *medietate.col.pen.* & *ult.* & *est* * *Communis opi. ut dici Dec.cons.157.qvaritur de expensis. Ideo secundum Doct.relatos per Jas.in auth.ingressi.C.de sacros. eccl.* Cardinales ex privilegio Papæ possunt facere testamentum de boni qvæsitis, occasione Cardinalatus, & *fac.no.per Caccial. in tract.de pensi.q.19.in fin.* qvod tamen procedit tantùm in bonis mobilibus non pretiosis, *secundum Bar.in d. c. cùm in officiis. col.pen.de test.* Et prædicta intellige vera esse, qvando Papa moveretur ex justa causa ad concedendum clerico facultatem testandi, *ut per Abb. in dict. c. cùm esset qvem refert* & *seqvitur Fels.in c. constitutus.col.antepen. in ver. dominum, de rescrip.* & *Barb. in d. c. cùm in officiis. col.6. cum alleg.per eum ibi.* & justa causa esset, si clericus suis pauperibus consangvineis subvenire vellet. nam ideo bona ecclesiarum comparata sunt, ut ex eorum fructibus pauperum inopiæ succurratur. *cap.videntes.12.q.1.fac. no. per Abb.in d.c.1.* & notandum est, qvòd privilegium testandi semper Cardinalibus necessarium est, etiam qvoad bona patrimonialia, *secundum Hostien. in sum. de pæn.* §. *confitendum.ver.cùm Cardinalis.* Tu autem qvantum ad patrimonialia & alia bona non pertinentia ad ecclesiam, contrarium teneas,

4 * qvia verius est Cardinales de bonis propriis liberè posse testari, *ut patet ex alleg.per Barb. in tra.de præst.Card.par.1.q.3.* & *Card.de Jacoba in tract.de Conci.*

5 *l.1.art.12.fac.33.* §. Tertium remedium est, qvòd clericus relinqvens alicui benemerito fructus vel mobilia ecclesiæ dicat se relinqvere pro remuneratione servitiorum. potest enim clericus in remunerationem relinqvere de bonis ecclesiæ, *c.relatum.2.* & *ibi Cano.de test.* & *per Barba.in d.c. cùm officiis.col.3.* Notandum tamen est, qvòd de meritis & obseqviis non creditur assertioni testatoris, sed ea probari oportet, *l.si forte.ff.de cast.pec.no.per glo.Doct.in leg.si donatione.Cod. de colla.* §. Ut autem verbis testatoris concurrentibus aliqvibus præsumptionib. fides abhibeatur, remedium est, qvod testator specialiter exprimat merita, *secundum Bal.in l.fi.ff.de exer.acti.* & cautius est qvòd jurejurando testator affirmet se illa recepisse, *per no. per Bal. in d.leg.si donatione.junctas dictis Salic. in leg.si mater.C. de contrah.ampt.* & *Alex.cons.18.consideratis.l.3.* qvos se-

6 *qvitur Dec.in dict.leg.si donatione.col.5.* & 6. Qvomodo

autem fiat divisio fructuum inter hæredem clerici mortui & ecclesiam, qvando clericus non potuit de fructibus testari, ponit Bal. *consi so 313. præmittendum. l. 2.* ubi inter cætera dicit, in dubio præsumendum esse clericum fructus ecclesiæ consumpsisse, & non proprios, *arg. c. cùm secundum, de preb.* alibi dicit hoc esse temperandum arbitrio boni viri, *d. cons. 80.*

B. CÆPOLLA CAUTELA XC.

§. *Cæcus* qvemadmodum testari possit, & qvæ adhibenda circa præsentiam testium, in testamento cæci, & aliorum.

SUMMARIUM.

1. Heredis institutio in testamentis olim præcedebat, nunc autem seqvi debet.

IN testamentis * debebat olim hæredis institutio præcedere, *ut Inst. de l. §. ante heredis.* hodie non potest præcedere, sed seqvi, imò communiter solet seqvi legitima, dicendo: In omnibus autem aliis bonis suis, &c. *ut in dict. §. ante hæredis.* Sed caveas, qvia etiam hodie reqviritur, qvòd præcedat hæredis institutio in testamento cæci, & nisi præcedat, non valet testamentum: *ut est casus in l. hac consultissima. C. qvi testa.* ubi ponitur forma testandi per totum: & Imperator ibi mandat, qvòd illa forma ibi tradita debet observari, qvæ est, ut primo hæredis institutio præcedat. *& hoc tenet ibi Cyn. & Doct. licet aliqvi contrà.* Sed ut evites opiniones, & periculum, facies qvòd præcedat hæredis institutio. Est etiam id periculum in testamento cæci, & in qvocunq; alio testamento in scriptis: qvia non valet, si omnes testes non fuerunt præsentes, usq; ad finem, donec omnes se subscripserint, & sigillaverint. & ideo Cautela est, qvòd claudantur in camera, ita qvòd non possent exire: & stent præsentes, donec ultimus se subscripserit, & sigillaverit. qvod no. qvia vidi aliqvos notarios imperitos permittere, qvòd recedat aliqvis testium, postqvam se subscripserit & sigillaverit: & malè. 1

D. DURANTIS CAUT. IIX. TIT. I.

§. Qvo remedio sustineatur ultima voluntas cæci, non servata forma servanda in testamento cæci.

SUMMARIA.

1. Ceci testamentum qvam solennitatem reqvirat.

2. *In testamento cæci institutio præcedere debet.*

Cæci testamentum reqvirit solennitatem juris, etiam si statutum inducat generaliter aliam formam testandi.

3. *Omissa forma in testamento cæci non sustineretur per clausulam codicillarem.*

4. *Clausula codicillaris non operatur in testament cæci ad supplendum solennitatem.*

5. *Cæcq potest donare causa mortis. (forma servat.*

Donatio causa mortis facta à cæco, valet, commun

Notarius potest alteri stipulari etiam absenti.

CÆCUS non potest secundùm communem formam fa cere testamentum, l. *hac consultissima. C. qui testa. fa*
1 *poss. & §. cæcus. Instit. eo.* * Sit cautus igitur notarius, t ultra solennitatem vulgarem qvædam observet in testa mento cæci, qvibus omissis, testamentum viribus carere Et in primis, qvia cæcus, dum facit testamentum, suam vo luntatem uno contextu debet exprimere, & mortis cogita tione turbatus fortè omnium memoriam non haberet, cæ cum audiat, & voluntatem integram testatoris eo mandan te, in schedulam redigat, & convocatis testibus, eam lega & testator dicat voluntatem suam per omnia illam esse, mandato ejus eam schedulam scriptam fuisse, *ut patet e scriptis per Alex. in d.* l. *hac consultissima.* Secundò, qvò testium nomina scribat in principio testamenti, qvia pri mum oportet testes esse convocatos, *d.* l. *hac consultissima* Bal. tamen ibi dicit, non referre, utrum nomina testium i principio, an verò in calce testamenti scribantur. Sali. & A
2 lex. ibi dicunt loci consvetudinem servandam esse. * Ter tiò, qvòd legata scribat post institutionem hæredis, qvon am in testamento cæci, hæredis institutio præcedere debe *d.* l. *hac consultissima.* qvod in testamentis aliorum necessa rium non est, *§. ante hæredis. Insti. de lega.* omissio tame hujusmodi ordinis non vitiat testamentum, *argu.* l. 1. *in fi ff. de ven. insp. ita tenent Bal. Pau. de Castr. & Alex. in d. hac consultissima. & alii relati per Jas. cons. 26. omissa. l.* Qvartò cavendum est, ne testamentum cæci fiat in scripti cæcq enim non potest facere, nisi nuncupativum testamen tum

tum,qvod inductum eſt,ne locus ſit fraudibus & dolis, *dict.*
leg.hac conſultiſſima. & *ibi declarat Alex.* Qvintò neceſſe
eſt, qvòd ad teſtamentum cæci ſeptem teſtes & notarius
adhibeantur, & ſi notarius haberi non poſſit, octavus teſtis
adhibendꝰ eſt, *d.l.hac conſultiſſima.* Sextò neceſſe eſt,qvòd
hæres per nomen & cognomen, & alia lucida indicia de-
monſtretur, ne ſola nominis cōmemoratio ambiguitatem
aliquam pariat,nec paucioribus, qvam duabus qvalitatibus
nomen hæredis deſignandum eſt. *arg.l.forma. ff. de cenſib.*
cum ibi notatis per gloſſ.in ver.vicinos. Bart.in l.demonſtr.
qvæſt.7.ff.de conditio. & *demonſtr.* & *Alex.in dict.leg.hac*
conſultiſſima. col. 1. niſi nomen eſſet adeò notum, ut alia
demonſtratio ſuperflua videatur, *gl.in dict.l.hac conſultiſſi-*
ma.in ver. & *indicia. de qvo dic ut per Alex. conſ.12.viſo*
themate.l. 6. Septimò oportet teſtamentum cæci ſubſcribi
à teſtibus & notario, *dict.l.hac conſultiſſima.* licet regulari-
ter teſtamentum nuncupativum non reqvirat ſubſcriptio-
nem teſtium. *dict. l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationē.*
*Et ſciendum eſt, qvòd omiſſa prædicta forma teſtamen- 3
tum cæci non ſuſtineretur per clauſulam codicillarem, *ut*
ſentit gloſſ. in dict. l.hac conſultiſſima. in ver.codicillis. &
ibi hoc ſeqvitur Bald.Alex. & *ceteri Doct.* & *Fulg.conſ.91.*
ſuper eo. * Et ſi lex municipalis generaliter induceret te- 4
ſtandi aliam ſolennitatem,nihilominus ſuprà ſcriptam for-
mam per jus cōmunē traditā in teſtamento ſervari oportet,
præterqvam inter liberos, *ut declarant. Doct.in d.l. hac cō-*
ſultiſſima. & *Zabar.conſ.148.S. Franciſc.* & *Jaſ.in d.conſ.*
26. Hoc tamen fallit,qvando cæcus teſtamentum faceret li-
beris in priore teſtamento hæredibus inſtitutis : tunc enim
teſtamentum prius perfectum non revocatur per poſterius
imperfectū, *§.* & *ſi qvidem.in Authent.de teſta.imper. Au-*
then.hoc inter liberos. & *ibi Docto.C.de teſt.* & *per Fulgoſ.*
conſ.41.caſus talis eſt Alex.conſ.105.viſo ac diligenter.l.4.
Sed ut ultima voluntas cæci ob omiſſionē tam ſcrupuloſæ
formæ non vitiētur,remedium eſt,qvòd * cæcus diſponat 5
de bonis ſuis donando cauſa mortis,vel teſtamentū faciens
decernat diſpoſitionem ſuam velle valere, etiam ut dona-
tionem cauſa mortis, valebit diſpoſitio: nam in donatione
cauſa mortis nō eſt neceſſaria ſolennitas,dict.leg.hoc con-
ſultiſſima. *ut per Bald.conſ.248.ap cæcus.lib.5.* & *Socin.in l.*
2. colum. 2. ff. de legat.1. verùm ut iſta clauſula vires ha-

beat oportet aliqvem donatarii nomine ſtipulari vel paciſci. nam donatio cauſa mortis ſtipulationem, aut ſaltem nudum pactum deſiderat, *ut per gl. in l. cùm pater. §. Mævio. ff. de legat. 2. & per Bart. in l. 1. & in l. ita is. §. 1. de dona. cauſa mort.* qvare expedit, qvod dicta clauſula inſeratur teſtamento cæci notario ſtipulante pro omnibus, qvorum intererit. poteſt enim notarius etiam abſentibus ſtipulari, *l. 3. ubi Bart. ff. rempub. ſal. fo. & idem Bart. in leg. nec ei. ff. de adop. & in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verborum obl. c. qvanqvam. de uſu. l. 6. Alex. conſ. 65. qvoniam omne. col. 7. verſ. item notarius. l. 6. cum relatis per Dec. conſ. 607. viſo puncto. col. 2. & 3.* & hoc ſervato, non obſtabunt objecta per Jaſ. *conſ. 82. viſo teſtamento. lib. 3.*

D. DURANTIS CAUT. X. TIT. I.

§. *Excommunicatus* qvando in extremis vitæ conſtitutus, velit facere teſtamentum, qvæ Cautela adhibenda, & qvo remedio incapacibus relinqvi poſſit.

SUMMARIA.

1. *Excommunicatus activè & paſſivè habet factionem teſtamenti.*
2. *Excommunicatus poteſt à qvolibet abſolvi ab excommunicatione, quando impeditur accedere ad eum, qvem abſolvere pertinet.*
3. *Incapax poteſt inſtitui in tempus, cùm capere poterit.*
4. *Banniti noſtri temporis comparantur deportatis, & ſunt inteſtabiles.*

1 EXCOMMUNICATI * teſtamentum vires habet, *ut per Jac. de Bel. in §. omnibus. in Auth. de ſanct. epiſ. Joan. And. & Gemi. in c. decernimus. de ſenten. excomm. l. 6. Feder. de Sen. conſil. 74. vetus. & conſ. 118. factum tale eſt*, ubi tenet excommunicatos activè & paſſivè habere factionem teſta-
2 menti, & eſt * Communis opinio, *ut dicit Barb. in cap. qvia ingredientibus. col. fi. de teſt. poſt multa alleg. per eum.* Sed ſi teſtes & notarius ad excommunicatum volentem facere teſtamentum, nolint propter timorem excommuni-
3 cationis accedere, remedium eſt, qvòd * teſtator ægrotans ad mortem etiam in caſu, qvo abſolutio à non impedito obtinenda eſſet à ſede Apoſtolica, petat abſolutionem a qvo-

qvolibet alio, & absolvi poterit propter imminens mortis periculum, *c. eos. de senten. excom. l. 6. & ibi Docto.* & ex signis hujusmodi contritionis præsumetur non decessisse in peccato mortali, *cap. à nobis. 2. de senten. excom.* & consequenter valebit testamentum excommunicati, etiam ad pias causas, qvod aliter non valeret, cùm ecclesia non accipiat dona ab his, qvi non obeunt, ut veri Christiani, *c. pro obeuntibus. 13. q. 2. cum aliis allega. per Bart. in dict. cap. qui in ingredientibus. col. antepen.* Deportati * qvoq; nullam habent factionem testamenti, ideoq; nec aliis relinqvere ipsi possunt, nec eis relinqvi testamento potest, *glos. 1. § legari. Inst. de leg. & l. 1. C. de hæred. institu.* Idemq; dicendum est de bannitis nostri temporis, qvi possunt impunè offendi, & positi sunt extra protectionem communis, *per d. l. 1. ut ibi per Alex. reprobata glo. in §. releg. Inst. qvibus mod. jus pa. po. sol. Bal. consi. 25. ad dictum lib. 4.* sed si qvis velit sic incapacibus relinqvere, remedium est, qvòd alius hæres instituatur & rogetur hæreditatem hujusmodi exulibus restituere, cùm redierint in gratiam, & restituti fuerint, *l. in tempus ff. de hæred. inst. & ibi per Doctor.* 2

B. CÆPOLLA CAUT. CXIII.

§. *Filiusfamilias* qvomodo possit testari.

SUMMARIA.

1. *Filiusfamil. etiam patre consentiente, regulariter testari non potest.*
2. *Clericus habens primam tonsuram, in patria potestate existens testari potest.*
3. *Hominis status indivisibilis est.*

FILIUSFAMILIAS * regulariter testari non potest etiam patre consentiente, *ut l. qvi in potestate. ff. de test. & in l. 2. C. qvi testam. facere pos. & Instit. eodem tit. in princ. & in l. tam hi. ff. de don. causa mort. & plenè per Canon. de testam. cap. 2.* qvod fallit, si est clericus, *a* qvia etiamsi haberet primam tonsuram tantùm, posset facere testamentum, & idem videtur probari in c. qvia nos. extr. de testa. nam ibi textus permittit clericis indistinctè testari: & non distingvit, utrum sint in patria potestate, vel non. & propterea ibi potest colligi, * qvòd clericus etiam existens in patria potestate, sicut est ille, qvi habet primam tonsuram tantùm, 1 2 3

ut

ut est gl. or. in cap. cùm voluntate. de sent. exc. possit testar & hoc voluit Host. in d. c. qvia nos. & Ant. de But. qvi dixi illum textum habere locum in omnibus cujuscunq; ordi nis, & sic nedum in presbyteris, sed etiamsi clerici habear primam tonsuram duntaxat, qvia isti appellantur cleric *ut etiam tenet Pet. de Ancha. &* Jo. *de Imol. in d. c. qvia no & per* Jac. *But. & Bart. in l. sacrosa. Cod. de epis. & cle* videntur dicere, qvòd illud procedit in acqvisitis ration officii, & dignitatis ecclesiasticæ, sed in adventitiis acqvi sitis aliunde videntur tenere, qvòd testari non possit: contra eos videtur esse textus in Auth. presbyteros. ibi, re qvomodolibet ad eorum dominium venientes, *C. de epis. & cle. & in d. l. sacros. ibi, qvæcunq; bona. eod. tit.* & pro prim opi. vide *glo. sing. 19. q. ult. qvia ingredientibus in ver. te standi.* qvæ dicit: qvòd clericus in potestate constitutu potest testari, & loqvitur indistinctè, *& alleg. dict. Auth presbyter.* §. & ideo ex his filiusfamiliàs, qvi vult, pos se testari etiam patre invito, potest adhibere istam Caute lam, qvòd suscipiat saltem *primam tonsuram*, qvòd est mul tum notabile, & menti tenendum. Dixi in præcedenti u nam Cautelam, per qvam filiusfamiliàs possit facere testa mentum, sed nunc do tibi aliam, videlicet, qvod pater e *mancipet* filium, qvantum ad istum actum testandi, & in re liqvis retineat eum in potestate, qvia hoc fieri potest, *se cundum Bar. qvi ita sing. dicit in l. 1. §. filii. ff. ad Treb.* & li cet multi Doct. *ut Bal. & alii in l. senium. C. qvi test. facer possunt.* teneant contrarium, dicentes, qvòd status homini
3 est * indivisibilis, qvia non potest qvis esse in uno in pote state, & in alio non: *per tex. in leg. si pariter. in fin. ff. de lib causa*, ubi dicit, minimè autem prætor pati debet, ut pr parte qvis servus fiat. *& ibi no. per Doct. & per no. in l. 1. § 1. C. de Lati. lib. toll. & in c. cùm inhibitio. extra. de clan desp. & in c. per venerabilem. extr. qvi fil. sint legi.* sed di ctum Bart. potest procedere, qvòd per viam dispensationi hoc fieri possit, ut pro certo actu, si dispensatur, qvòd fiat sta tus mutatio, *ut no. in l. si. ff. de jure au. annu. & in d. l. pari ter. in fi. circa qvod vide, qvæ dicam in seqventi Cautela.*

ADDITIO.

a Si est cler.) *Filius potest testari de adventitiis, si est cle ricus, & jam in minoribus.* gl. in cap. cùm esses. de testa. *Ite*

de bonis qvæsitis ratione clericatus tanqvam de castrensi, vel qvasi. l. sacrosf. & ibi Bart. C. de sacrosa. eccles. *& ejus testamentum non subjacet qverela in officiosi.* l. cum clericis & ibi Doct. & Bar. C. eo. tit. & dicit Abb. in c. qvia nos. de testa. *qvod testamentum ejus continens præteritionem filii vel patris, valet etiam sine consensu patris.*

D. DURANTIS CAUT. I. TIT. I.

§. Qvo remedio ultima voluntas filii, vivo patre, vires habeat.

SUMMARIA.

1. *Filiusfamiliâs non potest facere testamentum.*
Peculium habentes castrense, vel qvasi castrense, possunt de eis testari.
2. *Emancipatio potest fieri authoritate cujqlibet judicis.*
Notarius est judex ordinarius, & exercet jurisdictionem voluntariam.
3. *Filiusfamiliâs de consensu patris potest donare causa mortis.*
4. *Authoritatem ad utilitatem propriam nemo accommodare potest.*
Consensum ad utilitatem propriam, sicut authoritatem, accommodare non possumus.
Authoritatem supplet judex pro eo, qvi non est habilis ad præstandam authoritatem.
Donare causa mortis qva ratione possit filiusfa. qvi non potest testari etiam consensu patris.
Donatio facta absenti nemine pro eo acceptante, non valet.
Judex supplet consensum eorum, qvi non possunt, aut sine justa causa consentire recusant.
Consensus alteri præstitus revocabilis est per eum, cujus consensus ad actum reqviritur.
5. *Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus, licet sit sub patria potestate, potest testari.*
Clericus dicitur habere qvasi castrense peculium in adventitiis.

Pecu-

Peculium clerico est qvasi castrense, qvod aliis est adventitium.

6. Clericus habet fructus sui peculii, & non pater.

1 FILIUSFAMILIAS * non potest facere testamentum, *l. qvi in potestate. ff. de testa.* & patris consensus non operatur, qvòd testamentum valeat, *l. testamenti. ff. eod. tit. c. licet. de sepul. lib. 6. ut latè per Alexand. & alios Docto. in l. senium. C. qvi testa. fac. pos.* Et licet filiifa. castrense vel qvasi castrense peculium habentes, super eo testamentum condere possint, *l. fi. C. de inoffi. testa. ut per Cor. cons. 85. jura dubia. co. 3. lib. 3. & Alexand. consi. 2. in consultatione. lib. 6.* In profectitiis tamen & adventitiis testamentũ facere non potuerunt, *l. fi. C. qvi testa. fac. pos. & ibi Doct. & Cal. cons. 10. filiusf. in tit. de testam.* Proinde filiafa. licet nupta sit & traducta ad domum viri, cùm remaneat in potestate patris, *l. si uxor. C. de cond. inser.* non potest super bonis maternis, vel super dote facere testamentum, *ut per Alexan. cons. 17. visis. lib. 2.* nisi ad pias causas, & patris con-

* sensu, *de cap. licet. §. fin. & est * Communis opin. ut patet ex alleg. per Alexand. & alios Doct. in dict. leg. senium. & per*

2 *Bart. in Rub. de testa. fol. 12.* §. Sed ut filius voluntate patris indistinctè disponere possit de bonis maternis & adventitiis, remedium est, qvòd pater *emancipatione* filium liberet à sua potestate, *l. fin. C. de emanc. liber.* Et qvia emancipatio non potest fieri sine præsentia judicis, *ut in ea. l. dicitur.* Si fortè filius ægrotaret, & ad judicem ire non possit, remedium est, qvòd adhibeantur duo notarii, qvorum alter emancipationem scribat, alter judicis fungatur officio. Nam emancipatio autoritate cujusvis fieri potest, *§. præterea. cum gl. Insti. qvib. mo. jus pat. pot. sol.* & notarii sunt judices, *gloss. in l. 1. ff. de jud. & in l. fi. C. ubi & apud qvos.* & exercent jurisdictionem in volentes, *ut per Bald. consi. 105. factum tale. col. 2. lib. 3.* Et post emancipationem factam validum erit testamentum filii, *ut per*

3 *Cor. cons. 259. viso puncto lib. 3.* §. Secundum remedium est, qvòd filiusfa. consentiente patre disponat *donando causa mor.* nam potest filiusf. permittente patre donare causa mor. *l. tam is. §. fin. ff. de do. cau. mor. ut per Cuman. consi. 190. Filiusf. & Fed. de Sen. cons. 394. habuistis. & Alex. cons.*

conf. 53. *in causa & lite. col. 2. lib. 3.* nam partem capit donatio causa mor. à natura contractus, *gloss. in* l. 2. *ff. de dot. præleg.* partem qvoqve capit à natura ultimæ voluntatis, l. *fi. C. de don. cau. mor. &* l. *cum filiusfa.* nec testamentum, nec codicillos facere possit, etiam consentiente patre, *leg. 2. ff. de leg. 1.* contrahendo autem liberè possit obligari, *leg. tam ex contractib. ff. de jud.* constitutum est, ut filiusfam. non possit liberè disponere sine consensu patris donando cau. mor. & consensu patris possit ita donare, cùm & contrahere possit. Et mediam qvandam viam prudentissimi juris autores secuti sunt, *argum.* l. *antiq. cum ibi no. ff. si pars her. pe. ut per Soci. in d.* l. 2. Ex his patet non esse necessarium remedium, qvod colligitur ex dictis Bald. *in consi. 456. qværitur. lib. 2.* ubi docet posse filiumfam. consentiente patre donare cau. mor. non promittendo, sed permittendo rem accipere propria autoritate, ut donatarius habeat retentionem: nam potest filiusfam. consensu patris donare causa mortis, etiam promittendo, ut ipse qvoqve Bald. affirmat, *cons. 496. pone qvòd filius. lib. 5.* * non tamen potest 4
filiusfam. donare cau. mor. ipsi patri, cujus consensus reqviritur, *gloss. & Bartol. in* l. 1. *ff. de autor. tut.* & est * Communis opi. *ut dicit Cor. consi. 294. eleganter. lib. 1. & Dec. consi. 279. placet. col. 2.* qvamvis Fulg. *cons. 88. visis superius.* & alii qvidam contrariam opi. seqvantur, *ut per Alex. consi. 106. qvo ad præsens. lib. 1. & per Dec. consi. 279.* sed ut filius etiam ipsi patri donare possit cau. mor. remedium est, qvòd filius patri donet cum autoritate judicis, *argum.* l. *si furiosi. Cod. de nup. & ibi hoc tenet Bald. & Alexan. in* l. 1. §. *fuit qvæsitum. colum. 3. ff. ad Trebel.* & si filius donet causa mortis extraneo, consentiente patre, ne pater cõsensum suũ revocare possit, remediũ est, qvòd pater, dum consensum præstat notario stipulanti pro his, qvorum interest, promittat consensum non revocare. & talis Cautela necessaria est, qvando filius donaret res, in qvibus pater jus haberet, *ut per Bart. in* l. 2. §. *si verò. in fin. ff. de don.* & si filiusfam. habeat patrem & avum, necessarius erit consensus avi, *argu.* l. *fi. C. de leg. tutor.* oportet autem qvòd notarius in hujusmodi donatione stipuletur pro absentibus: nam nemine stipulante, vel donationem acceptante, donatio non valeret, *gloss. & Doctores in* l. *illud. C. de sacros. eccle.*

&c

& donatio etiam causa mor. desiderat pactum, saltem nudum, *glo. nota. in l. cùm pater. § Mævio. ff. de leg. 2.* & dubium non est, notarium posse pro absentibus stipulari, *leg. non aliter. ff. de adop. l. 3. ff. rem pup. sal. for. cum ibi no. per Doct. & remedium hoc comprobatur ex dictis per Cor. cons. 129. videtur prima facie. l. 2. & per Soc. cons. 172. multum abundè. col. 3. lib. 2. & cons. 125. non insistendo. l. 3.* & per ea, qvæ ibi refert, patet consensum patris posse præstari etiam ex intervallo, & per epistolam.

5 * Sed si filiusfam. peregrè profecturus de bonis maternis, vel aliis, disponere velit, & pater nolit ei præstare consensum, ut sine consensu patris filius possit disponere de rebus suis testando, vel mortis causa donando, remedium est, qvòd filius fiat clericus, minores saltem ordines suscipiendo: nam clerici omnes possunt facere testamentum, etiamsi filiifam. sint: qvia peculium etiam adventitium clerico est qvasi castrense, *Aut. presbyteros. C. de epis. & cle. Bar. Veron. cau. 113. filiusf. & confirmatur remedium hoc ex dictis per Imol. & Abb. in c. qvia nos. de testam. & per Jas. in l. filia licet. C. de collat. & est hoc mirabile dictum, ut dicit Barb. in d. c. qvia nos. col. 1.* ex hoc enim seqvitur,

6 * qvòd si filius est clericus in minoribus ordinib. constitutus, licet sub patria potestate remaneat, *c. si annum. de jud. l. 6. Rot. decis. 178. emancipatio. in no.* tamen pater non habet usumfructum in ejus bonis undecunq; qvæsitis: *& per hoc limitatur l. 1. C. de bonis mat. & l. cùm oportet. C. de bon. qvæ liber.*

D. DURANTIS CAUT. VI. TIT. I.

§. *Furiosus* qvo remedio testari possit, si dilucida intervalla habeat.

SUMMARIA.

1. *Furiosus non potest facere testamentum.*
2. *Notarius qva Cautela uti debeat, qvando adhibetur ad scribendum testamentum furiosi habentis dilucida intervalla.*
3. *Notario non creditur in his, circa qva versatur ejus laus vel opprobrium.*
4. *Furiosi testamentum valet, si in eo omnia fuerint rectè disposita.*

Testa-

Testamenti sibi facultatem adimere qvidā furor est.

FVriosi * testamentum non valet, nisi factum sit in dilucidis intervallis, l. *furiosum. C. qvi testa. face. poss.* & furoris tempore præsumitur factum testamentum ab eo, qvi prius furere cœperat, qvia qvalitas mentis durare præsumitur, l. *non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.* l. *si cui. §. hudem. ff. de accu. gloss. in cap. cum inter canonicos. in versic. recusatus. de elect. gloss. in cap. indicas, 3. q. 9. gloss. in c. fin. de succes. ab intest.* * Sed si qvando tabellio adhibetur ad scribendum testamentum furiosi habentis dilucida intervalla, ut valeat testamentum, cautus sit, anteqvam scribat testamentum, tam ipse, qvam testes interrogent testari volentem super diversis materiis, & si respondeat ad interrogat aut homo sanæ mentis, faciat fidē in scriptis, qvòd testator interrogatus à testib9, & ab ipso notario super variis rebus rectè respondit, & fides habebitur attestationi notarii, & consilium hoc approbat ... ge. de Are. *in tract. de test. ver. sanus mente.* tutius tamen est, qvòd interrogationes hujusmodi per alium notarium, ut judicem, fiant, qvi ex rectis responsis testatorem judicet sanæ mentis, qvia fortè notario, qvi testamentum scripsit, non crederetur, cùm ex hoc ei laus vel opprobrium posset adscribi, ut de proxeneta dicitur *in §. penult. in Authent. de testib. & per Alex. cons. 13. ex his qva col. 5. ubi dicit hanc esse * communem opin. & cons. 141. ponderatis. col. 4. lib. 1.* nisi qvalitas & conditio personæ & causæ aliud svadeat, *ut per Abb. in c. dilectorum, de testi. cog.* * Item sit cautus notarius, ut nihil in testamento scribat, qvod non conveniat homini sanæ mentis: nam si testator rectè omnia disposuerit, valebit testamentum, ut factum ab homine sanæ mentis: qvia qvalia qvisqve facit & loqvitur, talis esse præsumitur, *arg. leg. penult. ff. de condi. insti. &* l. *Titia. ff. de inoff. testam.* & ideo si testamentum sit rectè & prudenter factū, ipse testator prudens fuisse creditur. & teste Valerio Maximo, testamentum cujusdam furiosi fuit olim à senatorib9 approbatum, qvia in eo omnia rectè disposita legebantur. *qvod refert etiam Bald. in c. 1. per qvos fiat invest. in usib. feu. & Alex. in d. l. furiosum.* & hodie etiam judicaretur validum tale testamentū, *ut per Jo. And. & Abb. in c. cùm dilectus. de suc. ab intest. cum aliis relatis per Anto. Cors. in sing. in vers. testamentum.* & opinio-

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (line "fin. de succes."), 3 (line "13. ex his"), 4 (line "de testi. cog.")

nionem hanc seqvitur Barbat. *in c. qvia ingredientibus. col. 7. de testa.* ubi tenet furiosi testamentum valere factum ad pias causas, dummodo non probetur, qvòd tempore testamenti fureret, qvod procedit in furioso, qvi habet dilucida intervalla, aliàs testamentum furiosi factum ut ab homine sanæ mentis, non valeret etiam ad pias causas, *argu. c. sicut tenor. ubi Abb. de reg. cum aliis allegatis per Jas. cons. 111. visa longa. col. 6. parte 2.* Et cavendum est, ne in testamento habentis dilucida intervalla inseratur clausula derogatoria ad posterius testamentum. ob id enim præsumeretur testamentum in furore factum: qvoniam est contra bonos mores, auferre sibi liberam testandi factionem, *leg. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligat. ut per Alexan. cons. 141. mature. columm. 4. lib. 1.*

§. *Maritus* vide infr. eodem Vir.

D. DURANTIS CAUT. XII. TIT. I.

§. *Meretrix* qvomodo sit intestabilis, & qvo remedio consangvinei divitis meretricis vel prodigi, illis etiam invitis possint obtinere illorum hæreditatem.

SUMMARIA.

1. *Meretrix testamentum facere potest, etiam de acqvisitis ex meretricio qvæstu.*

2. *Interdicti bonis non possunt facere testamentum.*

1 MERETRIX * etiam de qvæsitis ex meretricio qvæstu non prohibetur facere testamentum, *ut per Cyn. in l. meretricem. & Bald. in* l. 1. C. *de condi. ob tur. caus. cum aliis alleg. per Dec. in* l. 1. *col.* 3. C. *de secund. nup.* Sed si consangvinei velint sibi prospicere, ut meretrix testamentum facere non possit, & ipsi ab intestato succedant, remedium

2 est, * qvòd consangvinei curent meretrici bonis interdici, qvod potest fieri. l. *& mulieri. ubi gloss. ff. de cura. furio. juncta.* l. *is cui. ff. de testa. ut per Bartol. in cap. cùm decorem. de vit. & hone. clericor. Jas. in* l. 3. §. *sed qvod meretrici. ff. de condi. ob. cau.* idem qvoqve remedium ad obtinendam hæreditatem prodigi adhibere possunt.

T. FERRATUS CAUT. VI.

§. Ad obviandum, qvòd meretrix non valeat testari, nec aliter disponere de bonis ex qvæstu meretricio acqvisitis.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Meretrix licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter facit accipiendo, cùm sit meretrix.*

2. *Meretrix de qvæstu suo testari potest, & ad libitum disponere, neq; ejus hæreditas per fiscum hæredibus suis auferri potest.*

3. *Meretrix qvæstum suum in foro conscientiæ restituere non tenetur.*

QVANQVAM * meretrix licet turpiter faciat meretricando, tamen turpiter non faciat accipiendo, cùm sit meretrix, *ut dicit text. in* l. 4. §. *sed qvod meretrici. ff. de condict. ob turpem cau.* ex qvo dicunt ibi Bald. Angel. & Paul. de Castr. qvòd meretrix de suo qvæstu licite, & justè facit eleemosynam, & decimam solvit, *ut etiam tenet gloss. in capit. ex transmissa. de deci. & Arch. 85. dist. qvi venatoribus. & in 1. q. 1. non est.* * Et a similiter de tali qvæstu potest testari, & ad libitum disponere, & talis hæreditas non aufertur hæredibus suis per fiscum, vel ecclesiam, tanqvam turpe lucrum, ut not. Cyn. *in* l. *cum te. C. de cond. ob turpem caus. & Bald. in* l. 1. *C. eod.* referens, qvòd ita aliàs fuit interrogatus Neapoli à qvodam episcopo. *Idem tenet Cy. in* l. *mercalem. C. eod.* * & similiter ipsa meretrix talem qvæstum non tenetur in foro conscientiæ restituere, sed legitimè retinet, prout volunt Innoc. Joan. And. & Panor. *ibi, in 3. q. in c. qvia plerique. de immun. eccles.* & ut tenet S. Th. *secunda secundæ. q. 32. arti. 7. & q. 62.* concludens, qvòd meretrix licitè retinet ea, qvæ suo corpore lucrata est, secus si aliqvid extorsisset per dolum, vel fraudem: qvia illud tale tenetur restituere illi, à qvo habuit. Pone modò, qvod una meretrix multa superlucrata est, qvo remedio poterunt uti consangvinei, qvi debent ab intestato succedere ad hoc, ut ipsa meretrix non valeat de superlucratis testari, nec aliter ad libitum disponere.

1 (right margin)

§. Dic qvòd Cautela est, qvòd sibi interdicatur bonis per judicem, qvod juridicè poterit fieri, *ut est textus multùm solennis, & ibi gloss. in* l. *& mulieri. ff. de cur. furio.* qvo casu per interdictionem non solum tollitur facultas contrahendi inter vivos, *ut* l. *is cui bonis. de verborum oblig.* sed etiam facultas testandi, *ut* l. *is cui lege. ff. de test a. & §. item prodigus. Instit. qvibus non permiss. facere testamen. & per*

Specul. in tit. de instr. edi. §. compendiosè. circa prin. Vers. 3. si fuerit. Et per Baldum *in* l. 2. *circa principium. C. communia de le.* adeò qvòd non posset testari etiam ad pias causas, *prout tenet Bald. in* l. 1. *in lectura, in Versicu. deinde qvaro, qvid de prodigo. C. de sacros. eccl. & Petrus de Ancha. in c. qvia ingredientibus. de testam. qvem ibi refert & seqvitur Imo. 7. colum. Versic. circa 6. Et Abb. in Rubric. extra, eod.* licet contrarium in hoc voluerit Bald. *in d. l. 1. in repe. in 7. col. Versic. duodecimo, qvaro qvid de prodigo. C. de sacrosan. eccl.* Et licet contrarium etiam videatur sentire idem Bald. *in cons. 235. incip. decreto, seu rescripto illustrißimi principis, in prima parte* volens, qvòd interdictus bonis posset testari inter liberos, & contrarium etiam videatur sentire Lap. de Castellio. *alleg.* 26. Sed prima opinio est comunior. Istam Cautelam tradidit Bal. *in c. cùm decorē. de vit. & honest. cler.* qvē refert & prò notabili seqvitur Jas. *in d.* l. 4. §. *sed qvod meretrici. ff. de cond. ob turpē causā.*

ADDITIO.

a Et similiter de tali qvæstu potest testari, & ad libitum disponere.) *Adeò enim testari possunt, qvod si relinqvant etiam impia lucra heredibus, valet testamentum.* Vide Bald. in cons. 166. post princip. in ver. sed emanavit illa decretalis. qvod consilium incipit, *qvaritur*, &c. in 1. vol. *Nec tenetur meretrix restituere, qvod acqvirit ex tali qvastu,* secundum Innoc. in c. qvia pleriqve. de immu. ecclesi. nisi *accepisset ab his, qvi alienare non possunt.* no. Doct. in præallega. *c. qvia pleriq; secq autem de bono cons.* vide in Summa Angelica, in verbo, meretrix in §. 4. ibi, utrum teneatur.

I. D. DURANTIS CAUT. IV. TIT. I.

§. *Monachus* qvo remedio possit facere testamentum.

SUMMARIA.

1. *Monachus non potest facere testamentum.*
2. *Papa potest donare monacho facultatem testandi.*

1 MONACHUS testamentum facere non potest. *Authen. ti. ingreßi. C. de sacrosanct. eccl.* * Sed ut monachus de bonis ex sua professione delatis ad monasterium, vel sua opera acqvisitis possit facere testamentum, & suos consanguineos paupertate pressos sublevare, remedium est, qvòd monachus à Papa impetret facultatem testandi & dispo-
2 nendi de hujusmodi bonis. *Certum est enim, qvòd summus pon-

pontifex etiam monacho potest dare potestatem faciendi testamentum, l. *si qvando, cum ibi. not. per Bald. C. de inoff. testam. & in Authen, nisi rogati. C. ad Trebell. & Jas. in d. Authent. ingressi. Socin. cons.* 13. *præsens consultatio*, ubi tenet valere potestatem à Papa datam cuidam religioso, qvòd posset testari usqve ad summam decem millium florenorum. *& Caccial. in tract. de pensio. q. 19. in fi. cum aliis relatis per Barb. in c. cum in officiis. col. pen. de testa.*

D. DURANTIS CAUT. II. TIT. I.

§. *Mulier* qvo remedio possit disponere de rebus suis sine consensu consangvineorum, ubi lex municipalis mulieres testari sine illorum consensu prohibet.

SUMMARIA.

1. *Statutum, qvòd mulier testari non possit sine consensu propinqvorum, valet.*
2. *Statuto disponente, qvòd mulier testamentum facere non possit sine consensu propinqvorum, potest mulier facere testamentum ad pias causas.*
3. *Judex supplet consensum eorum, qvi non possunt, aut sine justa causa consentire recusant, & num 5.*
4. *Consensum ad utilitatem propriam, sicut autoritatem, accommodare non possumus.*
6. *Protestatio jus conservat.*
7. *Donatio causa mortis potest fieri ab eo, qvi lege municipali non potest testari.*
8. *Testamentum prohibitus facere potest donare causa mortis.*

VAlet statutum disponens, mulierem non posse facere testamentum * sine consensu propinqvorum, *ut per Pet. de Anch. cons. 34. videretur, & Cal. cons. 20. in titul. de const.* & ita contra Paul. de Cast. & Alex. concludit Jas. *in* l. *ex facto. de vulg. & pup.* qvod sanè procedit, nisi statutum factum sit in fraudem alicujus mulieris particularis, *ut per Dec. per cons. 461. omissa longa. col.* 1. etsi propinqvi, vel alii, qvorum consensus reqviritur, mulieri testamentum facere volenti consentire recusent. 1

§. Remedium est, * qvòd mulier aliqvem pium locum hæ- 2

redem

redem faciat, & ab eo personis, ad qvas sua bona pervenire velit, legando relinqvat, & valebit testamentum, etiam qvoad legata, non qvoad pias causas facta, ut per Bald. *in* l. *generali. C. de sacrosan. eccle. & Abb in c. relatum. 1. col. 2. de testu. & Alex. cons. 105. viso diligenter. col. 3.* l. 4. *fac. dicta per Barb. in d. c. relatum. col. 9. &* 10. ubi refert esse ad piam causam etiam testamentum, in qvo hæres instituatur pauper consangvineus pro anima testatoris, *per gloss. in c. 2. in verbo decreverit. de sepul.* vel in qvo instituantur miserabiles personæ, ut moniales, pupilli, viduæ, puellæ maritandæ, mulieres malæ vitæ, ut redeant ad bonam fru-
3 gem, & aliæ personæ, ibi per eum numeratæ. * Secundum remedium est, qvòd judex propinqvis sine justa causa consentire nolentibus authoritatem suam interponat, qvæ sufficiet loco consensus propinqvorum *arg.* l. *si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. mat. & ibi no. Bar. & cæteri Doct. & Bald. in* l. *vidua. C. de nup. & Cor. cons. 242. circa 1. col. 2.* l. 4. & approbante judice sufficiet etiam remotiorum propinqvorum consensus, qvando proximiores consen-
4 sum denegant, *ut per Bald. in dict. leg. vidua.* * & si mulier veller ipsis propinqvis, qvorum consensus desideratur in testamento mulieris, sua bona relinqvere, propinqvi ad utilitatem propriam consensum accomodare non possent, *per not. per gloss. & Bart. in* l. *prima. ff. de aut. tut. & Bar. in* l. *frater à fratre. col. 12. vers. tertiò qværo. ff. de condict. inde. cùm allegatis per Soc. cons. 172. multum abundè. & per*
* *Corn. cons. 294. eleganter. lib. primo*, & est * Communis opinio, ut dicit Dec. *cons. 612. conclusionem. in fi.* contra Bald. qvi in contraria fuit, *in* l. *prima. C. unde vir. & cons. 6. hæc est copia.* l. *secundo.* Sed ut dispositio facta ad commodum ejus, qvi consensum adhibere debet, non sit inutilis. §. Remedium est, qvòd ante testamentum mulieri accommodetur consensus in genere ad faciendum testamentum arbitrio suo, non autem in ipso testamento, *ut probatur ex his, qvæ refert Alex. in* l. *prima. §. fuit qvæsitum. ff. ad Treb. & per Corn. dicto cons. 242. col. secunda*, est ta-
5 men necesse post talem consensum testamentum fieri ex intervallo, *ut per Deci. cons. 245. in causa.* §. Item remedium est, qvòd judex suppleat defectum consensus propinqvorum sua præsentia & authoritate, qvòd potest facere ju-

judex, ubicunq; aliqvorum consensus ad actum reqviritur, si illi sint inhabiles ad consentiendum, *ut per Bald. in lege si furiosi. per illũ textum. C. de nupt. & in lege bonorum. ubi etiam alii Doct. C. qui admit. & per Alex. in dicto §. fuit quæsitum. & seqvitur Soc. cons. 87. in præsenti. columna secunda*, l. 1. Est & alia Cautela, videlicet, qvòd mulier faciat testamentum extra territorium in loco, ubi non sit tale statutum, *arg.* l. 2. *Cod. qvemad. test. aperian. Bart. in* l. 1. *col.* 6. *vers. circa secundum. C. de sum. Trinit. & fid. cathol.* & trahetur testamentum ad bona ubiq; sita, *ut ibi per Bart. & alios Doct.* qvamvis Bart. sibi contrarius aliud senserit *in* l. *si arrogator. colum. sexta. ff. de adopti.* ✱ & ne consentiens mulieri facienti testamentum sibi præjudicet, si fortè jus aliqvod haberet in rebus à testatrice alteri relictis, sit cautus, ut protestetur, se consentire citra aliqvod præjudicium sui juris qvæsiti, vel qværendi. l *si debitor. §. si in venditione. ff. qvibus mod. pig. vel hyp. sol. Bart. in* l. *cùm qvis decedens. ff. de legat.* 3. *& Socin.* 189. *viso.* §. Qvartum remedium est, qvod mulier disponat donando causa mortis, potest enim mulier ita disponere, qvia prohibitus facere testamentum non intelligitur prohibitus donare causa mortis. l. *tam is. §. fin. ff. de do. cau. mor. ut per Deci.* 196. *in casu proposito. fac. no. per Bald. cons.* 298. *qværitur.* l. 2. hoc tamen non procederet, si statutum prohiberet mulieres etiam contrahere sine consensu consangvineorum, *ut patet ex allegatis per Alex. & Socin. in* l. 2. *ff. de legat.* 1. 6 7

§. *Mutus* qvo remedio disponere potest. *Vide jam eod. surdus.*

§. *Prodigus* qvo remedio fiat intestabilis: *Vide suprà eodem in meretrix.*

D. Durantis Caut. V. Tit. I.

§. Qvibus remediis pupillus possit disponere de bonis suis in eventum mortis suæ.

Summaria.

1. *Pupillus etiam doli capax testamentum facere non potest.*
2. *Juramentum obligat etiam impuberem doli capacẽ.*
Pupillus doli capax obligatur juramento.

3. Pupillus doli capax potest facere testamentum ex dispositione Papæ.

PUpillus testamentum facere non potest. l. qva ætate. ff. de testa.& malitia qvoad hoc, non supplet ætatem, adeò,
1 * qvòd pupillus etiam doli capax non potest facere testamentum. *l. fin. C. de testam. milit. ut ibi per Doct. & Barb. in c. Raynutius. colum.* 28. *de testam.* & procedit etiam, si velit pupillus testari ad pias causas, *ut per Bart. in* l. 1. *in* 2. *q. C. de sacrosanct. eccl.* Sed si casus emergat, qvo videatur honestum pupillum de suis bonis disponendi facultatem habere, ut pupilli dispositio valeat, remedium est, qvòd pupillus doli capax de bonis suis in eventum mortis donando disponat sub conditione, si ipse decesserit in pupillari ætate,& confirmet talem dispositionem suo juramento, & valebit dispositio, *per doctr. Bart. & Alex. in* l. *qvi jurasse. ff. de jurejur. & Jas. post Bart. in Auth. sacramenta pube. C. si adver. vend. & per Can. in c. 1. de delict. puer.*
2 * Astringitur enim etiam talis impubes religione juramenti, l. *fin. ff. de lib. cau. c. parvuli.* 22. *q.* 5. *Abb. cons.* 108. *illud.* l. 2. *& Barb. in c. qvia ingredientibus. col.* 5. *de testa.*
* *Pau. de Cast. cons.* 213. *si non intervenisset.* l. 1. & est * Communis opin. ut dicit Deci. *in l. pupillum ff. de regul. jur. per allegata ibi per eum*, stricto tamen jure facile posset contraria opin. sustineri, qvia impubes non habet plenum judicium, qvod reqviritur, ut obliget juramentum, *ut not. in Auth. qvod eis. C. de nupt. c. & si Christus. de jurejuran.* & juramentum non obligat impuberes. *argu. à contrario sensu d. Auth. sacramenta pu.* Et qvia juramentum non habet per omnia eundem effectum in impubere doli capace, qvem habet in pubere. *d. c. 1. ut per Zabarel. cons.* 92. *nobiles viri. col.* 8. *& Bald. con.* 451. *in pupillo.* l. 2. * Secundum re-
3 medium est, qvòd pupillus doli capax ex indulgentia principis faciat testamentum. potest enim princeps pupillo doli capaci dare factionem testamenti, *ut per Bar. in l. si qværamus. ff. de testam. & Alexand. in d. l. fin. cum allegatis per Jas. in l. rescripta. in fin. C. de precib. Impe. offer. & Dec. in d. l. pupillum in fine.*

D. DURANTIS CAUT. IX. TIT. I.

§. *Surdus* & Mutus, & alii intestabiles, qvo remedio de rebus suis disponere possint.

SUM-

SUMMARIA.

1. Surdus & mutus natura non habent testamenti factionem.

2. Surdus, qvo remedio possit disponere.

3. Princeps omnibus, qvi Jure Civili testamenti factione carent, potest concedere facultatem testandi.

SUrdus, & mutus natura non habent testamenti factionem, * qvòd per accidens qvis sit surdus & mutus, & li- 1
teras sciat, testamentum facere potest, scribendo voluntatem suam. *l. discretis. C. qvi testam. fac. poss.* ut autem & is, qvi literas nescit, de rebus suis disponere possit, §. remedium est, * qvòd disponat in codicillis, vel qvòd in suo 2
testamento codicillarem clausulam inserat, sic enim dispositio valebit jure fideicommissi. *l. qvia autem. cum glo. in vers. fuerim. ff. si qvis omis. cau. test.* l. *nutu. ff. de legat.* 3. & ibi gloss. & Bart. docent, qvomodo notarius scribere debeat consensum muti, debet enim notarius annotare hujusmodi consensum hoc modo, videlicet: T. mutus ex accidenti loqvi non valens, interrogatus, &c. assensit humeris, & annuit capite. Doctrinam hanc approbat *Cal. cons.* 40. *Qvadam mulier. in tit. de testa.* §. Secundum remedium est, qvòd * mutus testandi facultatem à principe im- 3
petret. *l. mutu. ff. de testa. Bart. in l. si qvaramus. eod. titul.* nam princeps omnibus, qvi Jure Civili testamenti factione carent, potest concedere facultatem testandi. *l. obsides. ff. de testa.* l. *si qvando. C. de inoffi. testam.* qvare damnati ad triremes, vel ad perpetuos carceres, vel ad ultimum supplicium, ex privilegio principis testamentum facere poterunt, licet de jure intestabiles sint, qvia servi pœnæ testari non possunt, *ut per gloss. in l. ejus qvi. §. fin. ff. de testam. & per Fulg. cons.* 44. *qvidam.* vel qvia non habent bona, *ut per Bald. cons.* 382. *dicit lex.* l. 1. Sciendum tamen est, qvòd sustineretur testamentum condemnati ad mortem, si qvo modo sententia de nullitate argui posset, *argum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re judi. ut consuluit Bald. consilio* 433. *factum breviter, & consi. seqven. lib.* 2. Confessio qvoqve condemnati ad mortem, facta sine fraude in favorem creditorum, vires habet, *ut per Bald. cons.* 244. *proponitur. lib.* 5.

Digitized by Google

§. *Vir* qvibus remediis possit in favorem uxoris disponere ultra, qvàm lex municipalis permittat.

SUMMARIA.

1. Maritus prohibitus à statuto ultra certam summam relinqvere uxori, potest illi donare causa mortis, qvantum velit.

Donatio causa mortis potest fieri ab eo, qvi prohibetur relinqvere secundum statutum.

2. Maritus stante dicto statuto potest legare, qvantum velit, de consensu hæredis.

Renunciare favori suo qvilibet potest.

3. Marito de jure communi potest relinqvere omnia sua bona uxori.

1 MAritus * si uxori ultra certam summam relinqvere non possit, prohibente lege municipali, ut bene merenti conjugi ultra qvantitatem permissam, qvantum velit, dare valeat, in tempus qvo vidua erit, §. remedium est, qvod uxori donet per viam donationis causa mortis. statutum enim prohibens relinqvere vel legare non habet locum in donatione caus. mortis, nam hujusmodi donatio judicatur ut contractus, *ut per gl. & Bart. in* l. 2. *ff. de dot. præl. & in* l. 1. *in fin. de don. caus. mor. & per Ro. cons.* 171. *pro decisione, col. pen.* ideo lex municipalis prædicta non impediet virum donare uxori causa mortis. Alex. *in* l. 2. *ff. de legat.* 1. *& cons.* 116. *animadversis statutis. col.* 4. l. 2. *& cons.* 76. *visis dubitationibus. col.* 4. l. 5. *cum aliis alleg.* per Deci. *cons.* 196. *in casu proposito.* ubi tenet hoc procedere etiam si donat. caus. mor. fiat in testamento sub illa clausula, si non valet jure testamenti, valeat ut donat. caus. mort. & sufficere, qvòd notarius stipuletur. §. Secundum reme-
2 dium est, * qvòd vir leget uxori de consensu hæredis; nam potest hæres renunciare favori suo. l. *si qvis in conscribendo. C. de pact.* de qvo remedio vide diffusè per *Barb. cons.* 12.
3 *scribitur.* l. 1. §. Tertium remedium est, qvòd * vir uxori donet inter vivos ita, qvòd donatio post mortem viri effectum habeat, l. *ubi ita donatur. cum gl. ff. de don. cau. mortis.* & juramento corroboretur donatio, *c. cum contingat. de jurejur. Ale[illegible]ns.* 54. *in casu.* l. 7. *argum.* l. *cùm his. ff. de transact.*

transact. Deci. in l. 1. *col.* 5. *C. de secun. nup.* nam talis donatio, vel juramento, vel saltem morte viri confirmabitur, l. *cùm hic status, ff. de do. inter vir. & uxor.* Et prædicta remedia necessaria non sunt, ubi servatur jus commune: nam de jure communi maritus omnia sua bona potest uxori relinqvere, *ut per Cuma. cons.* 98. *dersiorium.* Et si statutum prohibeat alienare immobilia in extraneos, qvibus remediis utendum sit, *vide infrà de leg. Caute.* 40. si statutum, & si lex municipalis prohibeat forenses hæredes institui, qvo remedio utendum sit, ut forensis hæreditatem habeat, *dictam jam Caut. proxima. in* 6. *remedio.*

D. Durantis Caut. XII. Tit. I.

§. *Usurarij* testamentum, qvo remedio sustineatur.

Summaria.

1. *Usurarius manifestus si testetur cautione non præstita de usuris restituendis, ejus dispositio non valet.*
2. *Donatio inter vivos valet, sed non donatio causa mortis facta ab usurario manifesto.*
Usurarius manifestus sicut non potest testari, ita non potest donare causa mortis.
3. *Usurarii manifesti testamentum qvomodo subvertatur vel convalescat. & nu.* 5.
4. *Usurarii hæres potest transigere cum episcopo.*

Usurarius manifestus non cauto de restituendis usuris non * potest facere testamentum. *c. qvanqvam. de usur.* l. 6. *Zabar. cons.* 91. *A. usurarius.* & dicitur manifestus 1
usurarius etiam, qvi non publicè fœneratur, sed convinci potest, qvòd sit usurarius probatione legitima concurrente fama, *ut per Abb. cons.* 34. *attingam.* l. 1. *& cons.* 2. *illud.* l. 2. * & donatio etiam causa mortis facta per usurarium ma- 2
nifestum de omnibus bonis suis, vel majore parte bonorum, non data idonea cautione de usuris restituendis, valet, ut per Bald. *cons.* 294. *qværitur.* l. 2. qvi tamen sibi contrarius est *in cons.* 298. *qværitur eo.* l. *& prædictam opin.* qvòd donatio causa mortis viribus careat, tenet etiam Pau. de Cast. *cons.* 383. *præfatum testamentum. & Gemi. in d. c. qvanqvam. Lap. alle.* 125. *factum super qvo.* & est * 3
Communis opin, *ut dicit Alex. in* l. *discretis. col.* 1. *C. qvi testam.*

testam.fac.poss. & ultra allegata ibi per eum vide scripta per Dec.cons. 196. in casu proposito.in fin. & notandum est, qvòd dispositio d. c. qvanqvam. habet locum in testamento Christiani tantùm, & non Judæi, *ut per Socin.cons.7.in præsenti.* l.1. nec etiam habet locum in donatione inter vivos, *ut per Bald.cons.*318.ut autem valeat etiam testamentum usurarii manifesti, licet in actu testandi vel antea cautionem prædictam non dederit, §. remedium est, qvòd testator faciat aliqvem procuratorem ad præstandam dictam cautionem post mortem ipsius testatoris, nec mandatum morte revocatur, cum mandatur qvid post mortem fieri. l. *si verò non remunerandi.§.fin.ff.manda.* vel testator mandet hæredi, qvòd hujusmodi cautionem ipse præstet, & vires habebit testamentum, si post mortem ipsius testatoris cautio præstetur illius mandato. *per Bart. in* l. *universa. C.de prec.imp.off.* & qvòd hoc remedio conservetur testamentum, tenet Zabar. *in Clem.* 1.*q.*23.*de sepul.* & Felin.*in c. qvoniam freqventer.col.* 4.*ut lit.non conte.* & ita judicatum fuit Ferrariæ, *ut refert Felin.in c.ad hæc.col.* 1. *de rescri.* Illud etiam animadvertendum est, qvòd etiam data dicta cautione testamentum non valet, si notarius rogatus stipulatus fuerit sine mandato ordinarii. d. c. qvanqvam. Sed si tempus non patiatur expectari mandatum episcopi, remedium est, qvòd ipse notarius recipiat cautionem nomine omnium, qvorum qvomodolibet interest, aut interesse poterit.
3 * Tunc enim ratihabitione episcopi subseqvuta, convalescet testamentum. l. *fin.C.ad Macedo.c. ratihabitione.de regul.jur.*l.6. *Bald. cons.* 128. *cum qvidam.* l. 3. Item sciendum est,qvòd successurus ab intestato, si velit subvertere testamentum usurarii manifesti, cautus esse debet, ut faciat articulum, qvòd testator tempore testamenti confecti erat usurarius manifestus: nam non sufficeret probare, qvòd testator erat usurarius manifestus, *ut per Jas. cons.*78.*Bernardinus* l. 3.*argu.*l. *in delictis.* §.*si. extraneus. ff. de nox.cum aliis per eum allegatis.* Qvidam tamen tenent,qvòd usurarium manifestum fuisse testatorem probare sufficiat ad subvertendum testamentum, si non appareat restitutio usurarum.*arg.*l.*qvis sit fugitivus.& ibi not.Bar. ff. de ædil.edict.* Pro eo autem, qvi est hæres institutus ab usurario manifesto, dicta cautione non præstita, ut hæredita-

ditatem obtinere possit, remedium est, * qvòd ratione incertarum usurarum à summo pontifice, seu ab episcopo loci aliqvo dato in pios usus vertendo, bona hæreditaria impetret. *ut per Dect. in cap. qvàm sit. de Jude. Abb. cons.* 34. *attingam. col. fin.* l. 1. nam non solùm Papa, verùm etiam episcopus posset transigere super usuris etiam cum ipso usurario, *ut patet ex alleg. per Soc. d. cons. 127. col.* 4. Et notandum est, qvòd si usurarius manifestus fecerit testamentum d. cautione non data, & conseqventer ejus testamentum non valeat, ut convalescat testamentum, remedium est, * qvòd dum vivit d. cautionem præstet, & vires habebit 5
testamentum. *Bart. in* l. *filio præterito. col. ultim. ff. de injust. test. Deci. in l. qvod in initio. circa fin. ff. de reg. jur. arg. l. qvi solvendo. 1. ff. de hær. inst.* & caveat testator, ne post testamentum seu cautionem præstitam amplius qvoqvo modo fœneretur. Fœnerando enim post testamentum etiam non manifestè vires adimere suo testamento *arg. c. accusatus. §. 1. de hæret.* l. 6. *ut per Fede. de Sen. cons. 7. qvidam usurarius. Abb. cons.* 1. l. 2. & prædicta sunt notanda, qvia multi re sunt usurarii, licet nomine non vocentur, ut sunt hi, qvi carius vendunt dilata solutione ad tempus. *cap. in civitate. de usur.* in qvibus habet locum d. cap. qvanqvam. ut per *Abb. cons. 22. qvanqvam.* l. 1. qvod tamen limita multis modis, *ut per Dec. consilio tertio, diligenter consideratis.*

DE FORMA TESTAMENTORUM SEU DE TESTAMENNTIS ORDINANDIS, ALTERA TITULI PARTE.

D. DURANTIS CAUT. I.

§. Qvibus remediis testamentum in scriptis, vel nuncupativum mortuo testatore testium recognitione, seu comprobatione non egeat, & consilium a notariis in testium adhibitione servandum.

SUMMARIA.

1. Testamentum in scriptis qvomodo fiat.

2. Testamentum in scriptis vel nuncupativum, de qvo non fuerit rogatus notarius, fidem in judicio non facit.

3. Notarius si fuerit rogatus de testamento in scriptis vel nuncupativo, instrumentum testamenti fidem facit.

4. Qvot

4. *Qvot testes scripti sunt, tot. testib. æquivalet instrumentum.*

5. *Testes sunt describendi cum expressione nominis adjectis duabus qvalitatibus.*

1 TESTAMENTUM * in scriptis facere solent, qvi suæ voluntatis secreta celari volunt. Ut autem valeat tale testamentum manu testatoris, vel alterius cujuslibet scriptum, oportet ab ipso testatore, & à septem testibus, vel si testator literas nesciat, ab octo subscribi, l. *hac consultissima C. de testa.* & annulis characteres habentibus hujusmodi testamentum signandum est, l. *ad testium. §. si qvis ex*
2 *testibus. ff. de testa.* *Constat tamen fidem non facere hanc scripturam tanta solennitate munitam, nisi post mortem testatoris testes ad judicem evocati, signa sua, & subscriptiones agnoscant, & ita agnitum testamentum judex publicet, decernendo scripturæ huic fidem in posterum adhiberi. l. *publicati. cum ibi not. per Docto. C. de testam.* & si interim moriantur testes, inutile redditur testamentum, *ut per Bart. in* l. *tabularum. ff. qvemadmodum testamen. aper.* Testamentum verò nuncupativum levius fit, nec aliud reqvirit, nisi ut septem testes masculi liberi puberes eodem tempore institutionem hæredis, & voluntatem testatoris exaudiant. *d.* l. *hac consultissima.* §. *per nuncupationem.* Sed hoc qvoqve testamentum infirmum est, nisi per depositiones testium coram judice confirmetur. *d.* l. *hac consultissima.* §. *si qvis. cum gloss. in ver. depositiones.* Ut autem tale testamentum in scriptis sine ulla testium recognitione sit validum, §. remedium est, * qvòd postqvam
3 testator, vel alius testamentum scripserit, & testator, testesqve subscripserint, ac signaverint testatoris mandato, notarius in tergo clausi instrumenti scribat ibi esse scriptum testamentum, prout coram ipso notario, & testibus adscriptis testator asseruit. Et fidem faciet scriptura hujusmodi, etiamsi non vivant testes: qvia instrumentum testamenti manu publica roboratum probat, & testium agnitione non indiget, *ut sentit gloss. & Bartol. in dict.* l. *tabularum. & gloss. illam singularem putat Alexand. in d.* l. *publicati. cui adde alteram, & pleniorem glo. idem tenentem in* l. *fin. ver. ostenditur. C. de fideicomm. & faciunt dicta*

Paul.

Paul. de Cast. in l. *jubemus. C. de testa. & sententiam hanc seqvuntur etiam Fulgo. cons. 56. qværitur. & Jas. & alii allegati per eum cons. 67. viso. lib. 3.* Notandum qvoqve est tale testamentum valere posse etiam ut nuncupativum, qvod est utile, qvando caret aliqva solennitate reqvisita in testamento in scriptis, *ut per Alex. in* l. *si stipuler. in fin. & in* l. *stipulatio hoc modo concepta. colum. 8. ff. de verborum oblig.* Qvòd si notarius non fuerit præsens testamento facto in scriptis, ut valeat testamentum, etiamsi post mortem ipsius testatoris non agnoscant testes sua sigilla, remedium est, qvòd ipse testator dum vivit faciat per judicem authenticari testamentum etiam clausum, recognitis per testes subscriptionibus & sigillis, *ut docet Fulgo. dict. consi. 56. in fi.* * Similiter, ut sine testium depositione nuncupativum testamentum fidem faciat, per notarium publicum scribatur, septem testibus in testamento adhibitis, & conscriptis: qvia qvot testes ibi sunt scripti, tot testibus æqvivalet instrumentum, *ut sentit Innocen. in cap. cùm Joannes. de fid. instr.* l. *in exercend. C. eodem titul. & est sententia Joan. qvem seqvuntur Bartol. & alii Docto. in* l. *hæredes. ff. de testam. & Alex. in* l. 1. C. *eod. tit. Confirmantur ea, qva diximus ex scriptis per Doct. in d.* l. *publica. & Socin. cons. 259. & consideratis.* * Et sit cautus notarius, ut nomina testium cùm duabus aliis qvalitatibus describat, aliàs testes non dicerentur legitimè descripti. *argum.* l. *hac consultissima. C. qvi testa. fac. poss. Bart.* l. *demonstratio falsa. ff.* l. *de cond. & demonst. cum aliis allegatis per Alex. cons. 154. videtur. col. 1. lib. 2.* 4 5

D. DURANTIS CAUTELA V. TIT. II.

§. Qvæ Cautela abhibenda, si ruri testamentum fit.

SUMMARIUM.

1. Ruri potest fieri testamentum coram 5. testibus.

TEstamentum * ruri potest fieri coram qvinq; testibus, si plures adhiberi non possint. l. fi. C. de testa. & intentio ejus, qvi dicit plures testes tempore, qvo fiebat testamentum, repertos non esse de jure fundata videtur. *argu. no. in* l. *cùm de lege. ff. de proba.* Qvod dictum videtur tunc tantùm procedere, qvando concurrit aliqva præsumtio, qvòd plures adhiberi non potuerint, *ut per Jas. in* l *fin. §. licentia. C. de jur. delib.* Cautela ergo erit, qvòd notari- 1

us

us post factam diligentiam de inveniendis pluribꝰ testibus fidem faciat, & scribat factam fuisse inqvisitionem, & plures testes inventos non fuisse, ita consuluit Barto. *in* l. *conficiuntur.* §. *codicilli. ff. de jure codi.*

D. DURANTIS CAUT. IX.

§. In testibus adhibendis ad testamentum, qvod consilium servandum.

SUMMARIA.

1. Legatarii in testamento testes esse non prohibentur. Legatarius non potest esse testis ad probandum legatum sibi factum. ibid.

2. Testes qvi adhiberi non possint ad testamentum.

1 LEGATARII * in testamento testes esse non prohibentur. l. *distantibus.* C. *de testa.* §. *legatarius. Institut. eodem. tit.* Animadvertendum tamen est, qvòd legatarius non potest esse testis ad probandum legatum sibi factum. l. *omnibus.* C. *de test. cum alleg. per Felin. in cap. insuper. col.* 5. *de testib.* & est * Communis sententia, *ut per Alexand. in d.* l. *distantibus.* § Qvare ne hoc prætextu legata irritentur, cautius est pro legatariis, qvòd alii testes adhibeantur ad testamentum. Id etiam cautius est pro hærede instituto, nam si hæres institutus vellet probare testamentum per legatarios, qvando ageret contra eos, qvi essent successuri ab intestato, legatarii non haberentur pro idoneis testibus, licet aliud juris sit, qvando ageret contra alios. *Abb. in d. c. insuper. & Barb. cons.* 58. *capio. colum.* 9. *lib.* 1. Et non redderetur habilis testis legatarius ad probationem sui commodi propter aliorum testium habilitatem: * nam qvod legitur *in* l. *si qvis ex argentariis.* §. 1. *ff.*
2 *de eden.* non procedit, ubi testis deponeret ad commodum proprium, *ut per Soc. in* l. *si qvis ita. ff. de reb. dub.* Præterea si ipse hæres institutus in casu permisso, vellet per legatarios probare se hæredem institutum fuisse, & legatarii probarent hoc, & ultra aliqvid dicerent circa legatum sibi factum, non crederetur eis, *ut per Are. in d.* §. *legatarii.* §. Cavendum qvoq; est, ne adhibeantur testes, qvi sint domestici ipsius hæredis, vel hi, cum qvibus non est testamenti factio, aut qvi sint impuberes, vel fœminæ, vel aliæ personæ enumeratæ *in* §. *testes. cum* §. *seq. Inst. de testam.* neqve ex-

cutores testamenti. *arg. l. ex sententia. ff. de testam. tuto. ut per Bald. cons. 221. videtur. lib. 3. & cons. 39. super quo. lib. 2.*

D. Durantis Caut. II. Tit. II.

§. Qvibus remediis non adhibito solenni testium numero, vel si testes sint fœminæ, non evanescat hæredis institutio.

Summaria.

1. Testes septẽ in testamentis regulariter reqviruntur.
2. Testes qvinq; sufficit adhiberi tempore pestis, etiamsi testamentum fiat in civitate.
Pestis tempore remittitur solennitas necessaria in testamento. ibid.
3. Testes duo cum presbytero parochiali, vel qvatuor sine eo sufficiunt ad testamentum de Jure Canonico.
4. Rationis identitas qvando operetur extensionem.
5. Pia relicta non dicuntur facta è divitibus amore Dei.
Fingere non licet. ibidem.
6. Testes duo probant tenorem & solennitatem testamenti.
7. Testes fœminæ in testamento esse non possunt.
Testes in codicillis etiam fœminæ esse possunt.
8. Fœminæ solæ sine ullo masculo etiam in codicillis testes esse non possunt.
Pater potest facere testamentum inter filios coram duobus testibus, etiam fœminis. ibid.

AD testamentum sunt septem testes puberes adhibendi. l. *hac consultissima.* & l. *in testamentis. C. de testa.* * & non valet testamentum, si minor numerus testium adhibeatur, etiam qvando sufficiens numerus testium haberi non potuit, l. *conficiuntur.* §. 1. *ff. de jure cod.* qvod procedit etiam tempore pestis, *ut sentit Bart. in* l. 1. *ff. de bon. poss. ex test. mil. & Alex. cum relatis per eum in l. fin. C. de test. & cons. 70. viso consilio. col. pen. lib. 2.* * Qvod tamen intellige, qvando non essent adhibiti qvinq; testes: nam adhibitis qvinqve testibus, valet testamentum tempore pestis. *argum. d.* l. *fin. ut ibi per Jas. & est communis opinio, ut per Barb. in c. cum esses. col. 6. de testa. & in cons. 87. prope est. l. 4. & Deci. cons. 284. viso puncto.* Sed si testator minorem nu- 1 2

 merum

merum testium intervenire velit in suo testamento, ut ejus voluntas valeat, remedium est, qvòd coram presbytero parochiali, & duobus testibus disponat de rebus suis, & valebit testamentum etiã ad non pias causas. *d. cap. cùm esses. Specul. in titul. de instr. edi. §. compendiosè. versicu. item per Jus Canonicum. Joannes de Imol. & Abba. in dict. cap. cùm esses. Zabar. cons. 73. puto de jure. Bal. cons. 351. qvoniam ex facto. & cons. seqvent. lib. 4. Alexand. & cons. 76. viso processu. versicu. non obstat. colum. 3. lib. 5.* & est communis opinio secundum Corn. *cons. 261. de duobus. col. fin. in princip. lib. 4.* ubi declarat hoc procedere etiam in terris principi seculari, qvoad temporalem jurisdictionem, ab ecclesia concessis, qvales sunt civitates regni, & Ferraria, & Ur-
2 binum. *argumen. Clem. pastoralis. de sentent. & re judi.* Sed in aliis non procedit, *ut per Bald. cons. 284. dominus. lib. 3.* tamen stricto jure videtur mihi posse dici, etiam in terris, qvoad temporalia Papæ non subjectis, valere testamentum factum coram duobus testibus præsente presbytero parochiali: qvia talis presbyter est judex animarum, & dignior judice seculari. *c. cùm sit. de æta. & qvali.* Et testamentum factum coram judice, & duob. testibus, ubiqve valet. l. *omnium. C. de testa.* & hoc servant Veneti, *& per Bart. cons. 285. si qvis. lib. 3.* Animadvertendum tamen est, opus esse, qvòd presbyter sit is, cui universæ parochiæ cura commissa sit: nam sacerdos alius, cui commissa esset administratio sacramentorum, defectum testium non suppleret, ne frustra videatur dictum de parochiali. *in d. c. cùm esses. argu. cap. Papa. de privil. lib. 6.* & argum. à contrario sensu, qvòd est in jure fortissimum. l. 1. §. *hujus. ff. de offic. ejus, cui man. est jur. secundum Corn. cons. 76. licet autem. col. 1. & 2. lib. 1.* qvamvis idem minus maturè considerans contrarium senserit. *in dict. cons. 261. col. fin. versicu. qvia mutum.* Si tamen generaliter animarum cura alicui non parochiali commissa esset, coram eo perinde, ac coram presbytero parochiali, testamentum factum valeret, *secundum eundem Corn. cons. 18. principale dubium. col. fin. ponderandum. lib. 2. argu. l. si prætor. ff. de offic. ejus.* & si parochialis presbyter haberi non possit. §. Remedium est,
3 * qvod loco presbyteri alii duo testes adhibeantur, & valebit testamentum, qvia duorum vox est potentior, qvam

unius

unius qvantæcunq; sit autoritatis. l. *jurisjurandi. C.de testi.cap. licet.* & *c.cùm à nobis.eod.tit.* secundum Specul. *in d.ver. item per Jus Canonicum.* cujus opin. servandam in practica dicit Anton.de But.*in d.c.cùm esses.* & *ibidem Panorm.in fin.in repet.* & *sententiam Specul. seqvitur etiam Cald.cons.8. testator.in tit.de testam.Gemin.cons.49 super isto puncto,* & *Alex.cons.17.ponderatis. col.penult.versicu. non obstat.lib.1.* & *in d.cons.176. versicu. non obstat si diceretur.* & *cons.105.viso.* & *diligenter considerato. ver.imò fortius l.4.* & opinio hæc ratione comprobatur:nam etiã in lege correctoria,ubi scripta est ratio,ex identitate rationis extensio fit.*gloss.in Clem.1.de ele.* & §.*ex his.in authent.de hær.qva ab intest.Bald.in authent.qvas actiones. in 3.q.in fin.C.de sacrosanc.eccle.* Et in Jure Canonico scripta est ratio illa: * *In ore duorum,vel trium stat omne verbum.* Hæc 4
autem ratio meo judicio non urget: qvia ut ex identitate rationis fiat extensio, necesse est,qvòd casus sub lata saltem significatione vocabuli comprehendatur. *ita loqvitur glo. in d.Clem.1.* & *ibi declarat Joan de Imo.* & *in* l.*si verò.§.de viro.ff. soluto matrimon.* aliàs enim in correctoriis extensio non fit ex similitudine rationis etiam scriptæ. *glo. in Clem. auditor. de rescrip.* Præterea attenta ratione prædicta dicendum esset,valere testamentum coram tribus tantùm testibus factum,qvod est contra glo.*in d.cap.relatum.* & *d.c. cùm esses.* & contra communem opinionem,*ut dicit Fulg.cons.29.punctus.* Bald.autem *cons.404.præmittendum est,lib.4.* dicit communem opinionem esse,qvòd testamentum etiam coram duobus tantùm testibus factum de Jure Canonico,valet in terris ecclesiæ,per rationem text.*in d.c. cùm esses.* & *dict. cap. relatum.* Sed à prædicta opinione, qvòd saltem qvatuor testes adhiberi debeant, recedendum non est, qvoniam magis communiter dicta opinio approbatur secundum Corn.*d.cons.161.in fin.* & *Deci.cons.284. viso puncto.col.4.in fin.lib.2.* Sunt, qvi putant, ut valeat institutio hæredis coram duobus testibus, posse hoc remedium dari, videlicet, * qvòd testator dicat hæredem instituisse intuitu pietatis, & amore Dei: qvia relicta ad pias 5
causas valent, etiamsi in eis non sit servata solennitas Juris Civilis. *Bart. in* l.1. *C. de sacrosanct. eccles.* qvod remedium, qvantum ad eos, qvi verè pauperes sunt, procedit,

dit, sed divitibus relicta viribus carebunt: qvia non licet fingere. l. *si forte. ff. de cast. pec.* l. *cùm hi. §. sed cùm lis. ff. de trans. gloß. in* l. *illud. de sacrosanct. eccles. Bald. cons. 8. licet. & cons. 230. testamentum. lib. 5.* & donare non indigentibus non ad pietatem, sed ad prodigalitatem pertinet. l. 1. *C. de mend. val. lib. 10. cap pastoralis. 1. q. 2.* nec legatum debet habere nomen pietatis, si re ipsa non est pium, *per no. per glo. in cap. admonere. 33. q. 2.* & sententia hæc communiter approbatur, *ut patet ex dictis, & relatis per Bart. in cap. ad hæc. col. penult. & fin. de testa.* Fatendum tamen est, qvòd remedium hoc plerunq; erit validum: qvia etiam si relinqvatur divitib9 expresso, qvòd causa pietatis relinqvatur, si ille, cui relinqvitur, secundum statum & conditionem suam qvibusdam indigeat, valebit legatum solennitate Juris Civilis non servata, *ut tenet etiam ipse Bart. in d. l. 1. col. 7. autoritate divi Thomæ.* Etsi testamentum sit factum coram solenni numero testium, & qvidam ex his decesserint, anteqvam ritè examinati essent, vel instrumentum testamenti deperditum sit, ne propterea corruat testamentum, §. re-
6 medium est, * qvòd saltem duo testes ex eis, qvi fuerunt adhibiti ad testamentum, examinentur super tenore testamenti, ac etiam fiat articulus ad probandum, qvòd solennis numerus testium affuit, hoc enim per duos testes probato, institutio hæredis, & cetera relicta vires obtinebunt, *ut per gl. & Doct. in* l. 2. *C. de bo. poss. secun. tab. & confirmatur opinio hæc ex alleg. per Jas. cons. 43. factum qvæstion. li.*
7 1. * Illud notissimi juris est, mulierem non posse adhiberi testem ad testamentum. *l. qvi testamento. §. mulier. ubi Doct. ff. de testa.* etiam de Jure Canonico, *ut patet ex alleg. per Alex. cons. 70. viso consilio, col. 3. cum seqvent. & cons. 177. viso themate mihi. col. 2. versi. secundo respondeo. lib. 2.* Et est communis opin. *ut dicit idem Alex. cons. 84. viso themate. in fin. lib. eod.* Sed si testator non habeat in loco sufficientem numerum testium, sint tamen ibi fœminæ, ut valeat ejus dispositio, etiamsi non adessent, nisi qvatuor testes masculi, & una pluresve fœminæ. § Remedium est, qvòd adjiciatur testamento clausula codicillaris, qvia in codicillis fœmina potest esse testis. *glo. in* l. *fi. & ibi Alex. col. ultim. C. de codi. Bald. d. cons. 8. & Alex. cons. 298. ante omnia. colum. 3. lib. 1. & cons. 105. viso, ac diligenter. colum. 4. lib. 4.*

No-

Non tamen * esset tutum, facere testamentum cum dicta 8
clausula coram qvinqve fœminis tantùm: qvia solæ fœminæ sine ullo masculo etiam in codicillis testes esse non possunt: qvia glos. *in d. l. fin.* de fœmina loqvitur in numero singulari, & in opinione hac est Barba. *in d. c. relatum. col. 7.* dicens, hoc non esse vulgare, nec plebi tradendum. Est tamen leve argumentum Barb. dum arguit numero singulari, & tollitur hoc arg. ex dictis ejusdem, *in c. relatum. 2. col. pen. eo. tit.* ubi docet dispositionem conceptam numero singulari etiam locum habere in pluribus. Præterea sufficit mulieres non inveniri prohibitas adhiberi testes. l. 1. *ff. de test.* & non eadem in codicillis, qvæ in testamentis solennitas exqviritur, *ut per Dec. in* l. *fœmina. col. 4. de reg. jur.* Planè * inter filios coram duobus testibus 9
tantùm etiam fœminis pater potest facere testamentum. *gl. & Doct. in auth. qvod sine C. de test.* qvin etiam sine ulla testium præsentia potest pater per suam simplicem & privatam scripturam inter liberos testari: nam si sua manu scribat schedulam, & in ea disponat inter liberos, pro testamento servabitur ejus voluntas. Expedit tamen, qvòd declaret in tali schedula se voluntatem illam habere pro perfecta, sic enim procul dubio valebit ut testamentum patris voluntas, qvamvis nulli testes intervenerint, per doctrinam Bart. *in* l. *si is. ff. de test. Alex. cons. 4. attentis narratis. lib. 7.* & est communis opinio, *ut dicit idem Alexan. cons. 105. super his. in fin. eod. lib. 3 & Jas. cons. 57. præsuppositis. lib. 2.*

D. Durantis Cautela XI. Tit. II.

§. Cautelæ per notarium in scribendis testamentis servandæ.

Summaria.

1. *Verba, qvæ dubitationem tollunt, satis operantur.*
2. *Insolita suspecta.*
3. *Notarius habita facultate à testatore extendendi testamenti, ad consilium sapientis potest apponere clausulas, qvæ tendunt ad declarationem & confirmationem, non dicat se ita facere ex consilio sapientis.*

Relatio nominum & pronominum facienda est ad testatorem potius, qvàm ad hæredem, ibid. & n. 4. 5.

4. Notarius caveat apponere verba, quæ dubiè possint intelligi.

5. Præsumptio habet locum etiam in fideicommissaria substitutione.

6. Testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet inter liberos.

Clausula, factum, lectum, publicatum, &c. significat rem perfectam. ibid.

7. Conditiones plures copulativè prolatæ omnes impleri debent.

Copulativa oratio copulatorum concursum requirit. ibid.

1 SIt cautus tabellio ad tollendam omnem cavillationem, ut qvibuscunq; * verbis possit, obscura dilucidet, *ut monent Hostiens. Joan. Andr. & Ant. de But. in cap. nimis. de excus. prælа.* & verba superabundantia non evitet, ut ex illis possit melius declarari voluntas testatoris. *l. pediculis. § Labeo. ff. de aur. & argent. lega.* Et licet dici soleat, qvod nihil superfluere, & dictio qvælibet, ac etiam syllaba aliqvid operari debeat. *l. 1. cum glo. ff. qvod met. cau. Bald. in Rubr. C. de contrahen. empt. q. 9.* tamen satis operari dicuntur verba, qvæ dubitationem tollunt. *l. qvi mutuam. ff. manda. Abb. in c. certificari. col. ult. de sepul.* Abstinendum tamen est ab omnibus verbis, & clausulis insolitis. * ista
2 enim suspicionem falsitatis generant. *glo. in* l. *si qvis sub conditione. ff. de cond. inst. Bald. in* l. *emptione. c. plus val. qvod agi. & in cap. qvia verisimile. de præsumpt. Jas. latè in* l. *testamentum. C. de testamen.* ideo Cautelis utere non ex tuo ingenio, sed consilio peritorum. *l. cùm filio. ff. de*
3 *vulg. & pupill.* sit qvoq; cautus notarius, ut semper * sibi à testatore dari faciat facultatem extendendi, & aptandi testamentum ad sensum sapientis eligendi per ipsum notarium, *juxta tradita per Doctor. in* l. *illa institutio. ff. de hæredib. instituen.* nam virtute hujus clausulæ poterit notarius apponere omnes clausulas, qvæ tendunt ad confirmandum testamentum, & declarare obscura de consilio prudentis, & singulariter & explicitè exprimere, qvæ sub verbis genera-

neralibus comprehendebantur, *ut per* Jo.*de Imo.in d.*l.*illa instit.* & *per Fulgos.cons.90.in qvæst.col.2.* Et sit cautus notarius, ut in instrumento testamenti dicat se addidisse, qvæ addidit, & qvæ extendit extendisse de consilio talis sapientis cum testium præsentia, & annotatione in fine instrumenti. per hoc si qvid non addendum additum fuisset, notarius evitaret pœnam, & suspicionem falsi, *ut dicit Bald. in l. captatorias.in 5.opposi.C.de testamen.mil. argum.l.in bonorum.ff.de bonor.poss.* * Evitet qvoq; notarius ponere simpliciter pronomina tertiæ personæ, qvæ possint tam ad testatorem, qvàm hæredem vel legatarium referri, qvale est pronomen suus, sua, suum, cujus loco dicat ipsius testatoris, vel hæredis, prout congruat testatoris voluntati. in dubio tamen dicta verba referuntur ad testatorem, *ut per Bart.in* l. *cum in testamento.ff. de aur.* & *argen.leg.* & *in* l. *ex facto.ff.ad Treb.* & *Alex.cons.23.consideratis.col.1.*l.2. & *cons.198. perspectis his.col.1.*l.6. & *Barbat. in c.judicantis.col.fin.de testa.* * Et similiter, qvando profert testator aliqvod nomen collectivum, expedit addere, ipsius testatoris, vel hæredis, ut si testator substituat proximiores, addatur ipsius testatoris, si tamen hoc testator sentiat, ut in dubio præsumitur, *ut per Bart.in* l.*si cognatis.col.fi.ff.de reb.dub.* qvæ præsumptio habet locum etiam in fideicommissaria substitutione, & *patet ex alleg. per* Jas.*cons.159. magnifica. part.2.* qvamvis Soc. contrarium sentiat *in d. l.si cognatis.* * Et qvoniam testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet etiam inter liberos. *l.si is.* & *ibi Bar.ff. de testa.* & *per Doct.in* l.*hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testam.cum congestis* per Jas. *cons.155. in causa* & *lite. part.2.ubi dicit hanc esse communem opin.* & *cons.61. consulturus.*l.1. & *Barb.cons.9. illud.col.6.* l.4. *Deci.cons.126. ad dubium.in.fin. ac etiam in testamento ad pias causas, ut per O d. cons.119. Titius.* & *Dec.cons.139. casus. de qvo vide per Bark.cons.42. clementissimum.* l.4. nunqvam omittat notarius solitam illam clausulam factum, lectum, & publicatum, &c. qvia d. clausula significat rem perfectam. *Bal. in auth. qvod sine. C. de testam.argum. l. contractus. C. de fide instrum. Bart.in l. fideicommissa.§.qvoties.ff.de legat. 3.Jo. And.in Spec.de instrum.edit.§.compendiosè.vers.qvòd si prius.* Jas.*in l.si ita.ff.de legat.1.Corn.cum relatis per eum cons.*

4 (margin, beside "Evitet qvoq;"), 5 (margin, beside "Et similiter"), 6 (margin, beside "Et qvoniam")

7 *conf.* 48. *Videtur prima facie.col.* 2. *lib.* 1. * sit qvoq; cautus notarius in conceptione plurium conditionum, ne utatur dictione copulativa, ubi alternativa utendũ esset, ut si dicatur in substitutione, si hæres decesserit sine filiis, & filii hæredis decesserint sine filiis, substituit agnatos. nam videtur qvòd substitutio hujusmodi sit inefficax, qvamvis filii hæredis moriantur sine filiis, qvoniã ipse hæres non decessit sine filiis, & copulativa oratio copulatorũ concursum reqvirit, nec sufficit alterum adimpletum esse. *l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. Bart. cõs.* 155. *facti contingentia.* & sic ostẽderetur mens testatoris, si voluisset substituũ admitti, etiamsi ipse hæres filios reliqvisset morientibus illis sine prole. Novissimè sit cautus notarius, ut studeat optimè intelligere vim verborum ad testamenta pertinentium. nam ignorans vim verborum, aliis qvidem lucrum, aliis autem damnum afferret contra voluntatem testatoris, *ut per Bald. cons.* 485. *considerandum.* l. 2.

D. DURANTIS CAUT. II. TIT. IV.

§. Qvo remedio sustineatur dispositio facta in testamento per eum, qvi balbutiens loqvebatur in extremis vitæ.

SUMMARIA.

1. Hæres, licet nominari debet à testatore, tamen si nominetur ab interrogante, valet institutio.

2 Notarius caveat hæredem scribere nutu testatoris, qvi debet respondere.

Testamentum non fit nuda voluntate, sed verbis testatoris, ibid.

Notarius caveat scribere testamentum illius, qvi balbutiendo loqvitur, ibidem.

3. Notarius debet scribere testamentum in conspectu testatoris infirmitate gravati, non autem seorsum ab eo.

4. Fideicommissa etiam nutu relinqvi possunt.

1 SI testator * interrogatus, an velit Lucium hæredem facere, respondeat fit. Et Lucius per notarium scribatur hæres, valebit testamentum, si testator articulatè loqvi poterat, & constabat de intentione testatoris, qvòd volebat ita facere. *glo. in l. jubemus. C. de test. ubi Dd. Bald. cons.* 120.

120. super primo. l.4. & Pau. de Cast. cons. 363. viso puncto. per l. Pamphilio. §. propositum. ff. de leg. 3. & est * *communis opi. ut patet ex dictis & alleg. per Alex. cons. 12. viso instrum. l.1. & per Jas. cons. 124. factum sic se habet. in fin. 1. part. 1.* * Caveat tamen notarius, ne scribat hæredem ad nutũ capitis testatoris, sed faciat testatorẽ ita clarè respondere, qvòd exaudiatur à testibus, qvia testamentum non sit nuda voluntate, sed verbis *gl. in l. fraudẽ. §. 1. ff. de mil. test.* Caveat etiam notarius, ne scribat testamentum illius, qvi balbutiendo loqvitur: nam si hoc probaretur, rueret testamentum, *ut per Bal. in l. qvidam. ff. de cond. inst. & Jas. in l. qvoniam. C. de test.* * Caveat etiam notarius, ne seorsum, sed in conspectu testatoris scribat testamentum, aliter enim non valeret testamentum, si testator tunc fuisset infirmitate valde gravatus, *ut per Jas. in d. l. jubemus. col. fi. & per Soc. cons. 20. in facto: & cons. 28. visis. col. fin. lib. 3. de qvo etiam per Calc. cons. 92. viso puncto.* Sed ne per ea, qvæ diximus, voluntas testatoris viribus careat, remedium est, * qvòd similiter, ut proximè dictum est, inseratur testamento clausula codicillaris: nam per eam voluntas testatoris in fideicommissum convertitur. *l. qværebatur. ff. de mil. testa.* & fideicommissa etiam nutu relinqvi possunt. *l. nutu. & ibi Bart. ff. de leg. 3. cum alleg. per Alex. in d. l. jubemus.*

(margin: * 2 3 4)

B. Cæpolla Cautela LXXXIIX.

§. Pro testatore volente, qvòd ejus ultima voluntas non constet, nisi post mortem.

SUMMARIUM.

1. *Testamentum non valeret, si ante ipsius aperturam unus testium moreretur, qvi subscriptionem suam, & sigillum cognoscere non posset.*

Multi sunt, qvi volunt, qvòd voluntas ultima non sit nota aliis, nisi post mortem suam, propter aliqvam justam causam, ut habetur Instit. de pup. substi. in §. si qvis autem formidolosus. & faciunt testamentum in scriptis clausum, *a* & sigillatum & scriptum, *juxta l. hac consultissima. C. de testa.* Sed tu advertas, & sis cautus, qvia periculosum est facere talia testamenta. * Nam si moreretur vivo testatore, vel etiam post mortem ante ejus aperturam 1

unus ex testibus, qvi non posset cognoscere suam subscriptionem & sigillum, non valeret testamentum, *ut sing. not. Bart. in* l. 2. *in princ. ff. qvemad. test. ape.* §. Et ideo debes uti hac Cautela, qva sæpissimè usus sum, ut testator convocet unum notarium, qvi non sit de testib. supradictis, & duos, vel tres testes alios, ut faciat, qvòd qvilibet dictorum testium, qvi se subscripserunt & sigillaverunt, recognoscat subscriptiones, & sigilla in præsentia duorum vel trium testium, & di notarii. & roget dictum notarium, ut conficiat unum instrumentum de dict. recognitione subscriptionum & sigillorum, & erit securus, qvòd non erit opus alia recognitione, & hoc modo non erit periculum, de qvo suprà. §. Vel potest etiam alio modo provideri, videlicet, qvod testator à principio, à qvo se subscribunt testes, & ponunt sigilla, adhibeat notarium & testes, qvi sunt rogati de dicta subscriptione vel sigillis; & de hoc fiat scriptura publica, qvia illa probabit sufficienter. *& hoc ponit Bart. in d. l. 2. in princ.* sed præcedens Cautela melior est. §. Tertiò potest & aliter provideri, qvando testator vellet testari in scriptis, & non curaret, qvòd testamentum esset secretum, qvia tunc posset facere publicationem fieri eo vivo, *ut not. Bart. in d. l. 2. in §. si dubitetur.* Circa qvod adde, qvod dicitur in seqventi Cautela.

ADDITIO.

a Testam. clauf.) *Testamentum non apertum mortuis testibus non probat* gl. sing. in ver. obsignentur. secundum Bart. in l. 2. in princ. ff. eod. tit. *dicit verum in testamento, in scrip. qvod corruit. si unus testis moritur, anteqvam publicetur, vel vivo testatore, nisi eo vivo facta fuerit recognitio subscriptionis, & sigilli à teste coram notario, & testibus. vel etiam tempore subscriptionis fuerit rogatus aliq notarius de subscriptione illius, vel nisi vivo testatore aperiatur*; ut ibi per Bart. & Bal. in addi. Spec. de instr. edi. versi. si decessit. Adde no. per Bal. in l. 2. C. de fideicom.

Ista cautela hodie parum habet utilitatis, qvia communiter in omnibus testamentis revocatur primum testamentum, omnes Codicilli & omnes Notarii tali communi stylo utuntur, apponendo talem clausulam, revocans, irritans omnia priora testamenta atq; Codicillos, donationes causa mortis, &c. Et vix invenies aliqvod testamentum, in qvo non sit inserta prædicta clausula. D. Du-

§. Qvibus remediis possit testator disponere, ita qvòd ejus voluntas nulli nota sit ipso vivente.

SUMMARIA.

1. Hæredes palàm institui debent.

Relatio facit intelligi inesse in termino referente, qvicqvid est in termino, ad qvem est facta relatio. ibid.

2. Testatoris voluntas implicita non minus valet, qvàm explicita, si voluntas per scripturam declaretur.

3. In testamento publico & clauso non inerit suspicio falsitatis committendæ.

Notarius rogari potest de testamento clauso, licet tenorem ejus ignoret. ibid.

HÆredes * debent palàm à testatore nominari, qvando facit nuncupativum testamentum. *l. haredes palàm ff. de testa.* Sed si testator dispositionem suam velit celari usq; ad supremum suæ vitæ, §. remedium est, qvòd faciat testamentum in scriptis, servando ea, qvæ dicta sunt suprà, Cau. I. §. Secundum remedium est, qvòd testator sua manu scribat testamentum, & scripturam deponat apud ædem sacram, vel alium tutum locum, deinde notarius coram testibus scribat, qvòd talis fecit testamentum, & disposuit, prout continetur in schedula deposita apud talem locum, & valebit testamentum: qvia qvicqvid continetur in illa scriptura, ad qvam est facta testatio, in testamento intelligitur contineri. *l. asse toto. ff. de hare. inst.* Verùm oportebit mortuo testatore saltem per comparationem literarum recognosci scripturam testatoris, *ut per Bart. in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demon.* & qvamvis regulariter necesse sit, testes recognoscentes scripturam præsentes fuisse, dum scriberetur. §. *si qvis igitur. in auth. de instr. cau.* tamen hoc casu id non est necessarium ad comparationem faciendam, videlicet qvòd testes recognoscentes schedulam fuerint præsentes, dum testator scripsit, qvia scriptura & schedula per ipsum testatorem approbata est, *ut patet ex dictis & alleg. per Alex. consil. 4. attentis narratis. & cons. 114. visa scriptura. libr. 7.* §. Tertius modus est, * qvòd testator sua manu scribat, vel per fidum notarium suam voluntatem 2

tatem

tatem scribi, & redigi faciat in Protocollum, & folia testamenti claudi, & signari, & coram testib. declaret se testari, prout continetur in scriptura illa protocolli clausa, & de hoc notarius rogetur, & fiat publicum instrumentum. constat enim valere voluntatem testatoris implicitam, non minus qvàm explicitam, si voluntas per scripturam aliqvam declaretur. *d. l. si ita scripsero. cum ibi traditis per Doct.* Et in testamento tali publico & clauso non inerit suspicio falsitatis committendæ, & scriptura efficacior erit qvàm ea, qvæ comparationis adminiculo indiget, *ut per Paul. de Cast. in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. & Socin. cons. 173. reverendæ, col. 2. & 3. & comprobatur hoc ex dictis suprà, hoc tit. Caut. 1.*

D. DURANTIS CAUT. VI. TIT. II.

§. Qvo remedio possit qvis facere testamentum, non servata *forma legis municipalis.*

SUMMARIA.

1. Lex municipalis vel consvetudo potest addere formam testandi ultra solennitatem traditam à Jure Civili.

Statutum vel consvetudo potest invenire novam formam testandi. (nu. 3.

2. Solennitas loci ubi fit testamentum, servanda est, &

3. Peregrini qvam solennitatem servare debent in suis testamentis.

Peregrini possunt facere testamentum, non servata solennitate Juris Civilis.

1 LEx * municipalis, vel consvetudo potest addere formam testandi ultra solennitatem traditam à Jure Civili. *l. si non speciali. C. de testa. & per DD. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri.* & est Communis opi. *ut dicit, Alex. in d. l. si non speciali.* §. Sed si testator nolit in suo testamento servare formam à consvetudine, vel statuto inductam, remedium

2 est, * qvòd transferat se ad locum, ubi servetur jus commune, & valebit testamentum factum secundum formam juris communis. *arg. l. si fundus. ff. de evic. cum relatis per*

3 *Cor. cons. 232. circa primum. col.* 2. l. 4. * servanda est enim forma, qvæ servari consuevit in loco, ubi fit testamentum,

tum, adeò, qvòd testator Christianus existens in territorio Sarracenorum potest facere testamentum servata solennitate juris gentium, qvam servant hostes Christianæ fidei in suis testamentis, *secundum Paul. de Castr. & Ang. in* l. 2. *C. qvemad. test. aper. qvos refert & seqvitur. Jas. in l. cunctos populos. col.* 8. *C. de sum. Trin.* qvamvis Bar. contrarium tenuerit *in l. qvi à latronib. ff. de test.* & Barb. *in Rub. de test. fol.* 14. ubi poteris videre multa congesta per eum. & vide *Ang. in auth. omnes peregrini. C. commu. de success.* ubi per illum tex. tenet peregrinos posse facere testamentum, non servata solennitate Juris Civilis: cujuspiam opinionem impugnare nititur Barb. *in d. Rubr. de testam. fol.* 15. Tu seqvere opi. Ang. *ne verba d. auth. omnes peregrini.* non aliqvid operentur. *arg. l. si qvando. ff. de leg.* 1. *& c. si Papa. de privil. lib.* 6. *&* l. 1. *ff. de mili. test. & l.* 1. *ff. ad municip.*

I. D. Durantis Caut. II. Tit. X.

§. Qvo remedio nunqvam libertas de supremis judiciis constringatur.

Summaria.

1. *Donatio facta in pœnam mutationis testamenti non valet, etiam jurata.*
   Votum non revocandi testamentum minime valet. ib.
   Testator non potest sibi legem imponere, ne possit à priore voluntate recedere.
2. *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, utrum valeat qvoad præsentia.*
3. *Donatarius ille potior est, qvi prior possessionem nactus sit.*
4. *Insinuatio donationis potest fieri authoritate cujuslibet judicis, & etiam notarii.*
5. *Codicilli possunt fieri irrevocabiles.*
6. *Testamenti mutandi libertas non est auferenda.*
   Clausula novissima derogat prioribus. ibid.
7. *Juramentum de non revocando testamentum, non tollit libertatem faciendi secundum testamentum.*
8. *Testator sit cautus in secundo testamento, dum revo-*

cat

cat priora, ut adjiciat donationes causa mortis cum clausulis derogatoriis.

1 DOnatio * à testatore facta sub conditione hac, si contigerit eum testamentum revocare, inutilis est, qvia turpe est pactum omne, qvo libertas testandi constringitur. l. *si fratres. §. idem respondit. ff. pro so.* l. *stipulatio hoc modo. ff. de Verbor. oblig.* Et jurejurando non confirmatur, *ut per Oldr. cons. 160. Titius condidit. Pau. de Castr. cons. 55. dico. & cons. 99. notandum est. col. 4. & cons. 97. in ista donatione. in fin. 1. parte, cum aliis allegat. per Alex. in d.* l. *stipulatio. & per Cur. cons. 52. videtur. col. 3. & Cor. cons. 60. qvanqvam. lib. 2.* & hanc opinionem * communem approbari dicit Alex. *cons. 156. viso testamento. lib. 6.* licet antiqvitus communis opinio esset in contrarium, *ut dicit Bald. cons. 338. pater. lib. 2.* nec etiam valet votum non revocandi testamentum, *ut Fulg. cons. 93. ad id, de qvo. & Jas. cons. 122. viso. par. 2.* Et qvòd hæc sit communis opinio contra Dyn. *in* l. *haredes. §. fin. ff. de testa. testatur etiam Lud. Ro. cons. 171. pro decisione. & Alex. cons. 25. viso testamento. col. secund. lib. 3.* Et stando in finib. ultimæ voluntatis non est dare remedium, qvo testamentum immutabile sit, qvoniam testator non potest sibi legem imponere, ne possit à priore voluntate recedere, l. *si qvis in princ. testam. ff. de legat. 3. & ibi hoc tenet Bar.* Si * qvis tamen velit immutabiliter
2 de rebus suis disponere (cùm non possit per viam testamenti) remedium est, qvòd donet bona sua post mortem suam inter vivos. l. *ubi ita donatum. cum ibi no. per Bart. ff. de dona. caus. mor.* Nam donatio omnium bonorum valet. l. *si qvis argentum. §. sed & si qvis. C. de dona.* & revocari potest. l. *si donationem. &* l. *velles. C. de revoc. dona. ut per Ludo. Rom. d. cons. 171.* Et valet donatio qvoad bona præsentia, etiamsi qvis donet bona præsentia & futura, qvia utile per inutile non vitiatur. l. *sancimus. C. de donat. & fuit opin. Ang. cons. 106. super. qvem refert & seqvitur Alex. cons. 152. in causa & lite. col. fin. lib. 6. & Dec. cons. 30. & pro tenui. in fi.* §. Cautius tamen est, qvòd donans omnia bona sua præsentia & futura post mortem, sibi reservet aliqva pro facultate testandi, *ut per Bart. Alex. & alios Doctores in dict.* l. *stipulatio hoc modo concepta. & Alexand.*

cons.

conſ.29. perſpectis.col.5. lib.1. Rom.conſ.26.pro deciſione. & conſ. 293. præſuppoſito. Dec.conſ.293. viſo teſtamento. & Jaſ. conſ.173. circa primum.col.4.par.2. qvia magis ✱ communis opinio videtur eſſe, qvòd in totum non valeat donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, non reſervato aliqvo pro facultate teſtandi, *ut patet ex allegatis per Abb.conſ.48. videtur lib. 2. Dec. in* l. *fi.colum. fi. C.de pact.* Et in reſervatione dicatur ſimpliciter pro facultate teſtandi: nam ſi reſervarentur ita, ut de eis poſſit diſponere in vita, & in morte, non eſſet bona conceptio clauſulæ illius, rationibus allegatis per Decium conſil. 251. in cauſa. col. 2. multò minus ſuffragaretur clauſula, qvòd poſſit de reſervatis diſponere in vita, *ut per Bart.conſ.76.pater filio. & Socinum conſ. 126. viſum fuit.col.ult.* Sed ✱ notandum eſt, 3 qvòd ſi qvis bona ſua donet poſt mortem ſuam titulo donationis inter vivos, & non revocabili, ſi mutata voluntate velit bona ſua alteri donare, ut ſecundus donatarius potior ſit, remedium eſt, qvòd in inſtrumento ſecundæ donationis ponatur clauſula conſtituti, qva in ſecundum donatarium poſſeſſio transferatur. l. *ab emtione. cum ibi not. ff. de pact.* Nam habens titulum poſteriorem, ſi prior nactus ſit poſſeſſionem, potior eſt illo, qvi prior habuit titulum. l. *qvoties. C.de rei vendic.* Et prædictum remedium procedit, qvando in inſtrumento prioris donationis non eſſet appoſita clauſula conſtituti, *ut per Dec. d. conſ.251. col.ſecund. & conſilio 239.primo non videtur.col.3.cum allegatis ibi per eum.* ✱ Et qvia donatio non inſinuata ultra qvin- 4 gentos aureos non valet. dict.l. ſancimus. Si donator non poſſit adire judicem pro donatione inſinuanda, remedium eſt, qvòd pro judice adhibeatur alter notarius, qvi judicis fungatur officio, & alter rogetur. Poteſt enim autoritate notarii donatio inſinuari, qvia notarius eſt judex ordinarius, *ut not. per gloſſ. & Docto. in* l. *1. ff. de judic. & per Alex.conſ.167. viſo inſtrumento. lib.2.* ut etiam dicit, qvòd unus idemqve notarius poteſt rogari, & autoritatem inſinuationi interponere. *arg.* l. *ſi conſul. cum ibi not. per DD. ff. de adop.* Scito ✱ tamen, qvòd remedium prædictum 5 donationis omnium bonorum non eſſet efficax, qvando non eſſet donatio principaliter facta, ſed adjiceretur in eventum revocationis teſtamenti, *ut patet ex opinio. relatis*

per

per Jaso. cons. 122. viso processu. 2. parte. §. Tutissimum autem remedium est, qvòd in eventum revocationis testamenti testator donet aliqva bona particularia. nam valebit eorum donatio, cùm de aliis possit liberè testari. *arg. l. cùm ita. ff. de cond. & demon. Bal. in l. sancimus. in fin. C. de testa. Albe. in Rub. C. de donatio. cum aliis allegatis per Deci. cons. 293.* & ideo valeret promissio non adimendi legata, vires qvoqve haberet donatio rerum certarum facta sub conditione, si testamentum mutetur, ut ibi per Dec. qvi dicit, vires habere clausulam positam in codicillis, qvòd testator voluit valere jure codicillorum, ac jure donationis inter vivos. Et sic datur remedium contra l. divus. ff. de jure codicillo, qvo codicilli irrevocabiles fiant. Est tamen necesse, qvod notarius, vel alius stipuletur pro absentibus, *per no. in l. illud. C. de sacrosan. eccl.* & sic ultima voluntas transformatur in contractum. *Bar. in l. cùm qvis decedens. §. codicillis. ff. de lega. 3. & latius per Barb. cons. 54. clementissimi. lib. 1. & in c. relatum. de testa. ubi in fi. per multas paginas discutit de Cautela tradita per Dyn. in loco*
6 *præalleg.* §. Novissimè consulo * tam testatoribus, qvàm notariis, ut ab hujusmodi Cautelis, & clausulis, qvibus testandi libertas impeditur, abstineant, & ne clausulæ istæ insertæ malitia, vel imperitia dictantium testamenta, faciant semel disposita mutari non posse, sint cauti testatores, ut semper in suis testamentis in fine reservent sibi facultatem aliter disponendi, & mutandi, qvæcunq; disposuerint, & faciendi aliud testamentum. Sic dictæ clausulæ non nocebunt: qvia novissima clausula prioribus derogabit. *d. l. divus. ff. de jur. co.* Et optimum erit introducere usum inserendi in testamentis talem clausulam, salvo jure mutandi voluntatem non aliter, neqve alio modo, qvoniam (ut dicitur in dict. l. stipulatio hoc modo) contra bonos mores est, homini libero liberam testandi potestatem tollere vi clausularum, qvas interdum deteriores notarii scribunt in testamentis ex capite suo, vel aliorum persvasione magis, qvam ex mente testatoris, *ut per Bart. in l. 1. colum. 3. ff. de jur. cod.* Et ultima voluntas debet esse libera, & ambulatoria, usqve ad vitæ supremum exitum, l. 4. *ff. de adi. lega. not. in c. ultima voluntas. 13. q. 2. Joan. And. in c. qvod semel. de reg. jur. Abb. cons. 18. videtur primò. col. 1*

libr.

libr. 1. & per clausulam prædictam succurretur testatoribus, qvi solent in desperationem cadere, videntes se testamentum mutare non posse, *ut per Barba. in d. c. relatum col. fi.* §. Caveat * qvoq; testator, ne juret testamentum se habi- 7
turum ratum & firmum. Nam ita jurans, si postea mutaret testamentum, incurreret perjurium, *ut per Jo. An. in d. cap. qvod semel. & per Doct. in d. l. stipulatio* licet Bald. *cons.* 22. *qvidam fecit.* l. 1. dicat contrarium, qvia non sit perjurus, qvi venit contra juramentum invalidum. Peccat tamen ita jurans vel jurando, vel contra juramentum faciendo. c. cùm qvidam. de jurejur. & non valeret posterius testamentum simpliciter factum: qvia juramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, *dict. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legat.* 2. *ut per Fulg. cons.* 39. *ad primum.* Sit * qvoq; cautus te- 8
stator, ut in secundo testamento, dum revocat generaliter omnem aliam ultimam voluntatem, adjiciat etiam donationem, seu donationes causa mortis, sub qvibuscunq; clausulis etiam derogatoriis factas, *ut per Bald. cons.* 108. *domina Joanna.* l. 3.

B. Cæpolla Cautela CXVII.

§. Ad excludendum pupillariter substitutum, & ad firmandum testamentum, qvòd non possit revocari.

Summaria.

1. *Instituat si pater filium pupillum, & ei pupillariter substituat extraneum, pupillus filius si in pupillari ætate moritur, à successione excluditur legitimus, & substitutus admittitur.*
2. *Testamentum per arrogationem rumpitur.*
3. *Testamentum an fieri possit ita & taliter, qvòd nullo modo revocari valeat.*
4. *Promittere an qvispiam possit, se aliqvid ad certum terminum soluturum: & si non solvat, qvòd excommunicetur.*
5. *Sententia excommunicationis sub conditione contra unam, qvando lata fuerit, illa conditione pendente etiam post decem dies à tempore sententiæ condemnatus appellare poterit.*

SI pater * instituit filium pupillum & ei substituit pu-

 pilla-

pillarem extraneum, tunc si pupillus filius moritur in pupillari ætate, excluditur à successione legitimus, & admittitur substitutus *a* expressa substitutione pupillari etiam
a legitima, *ut est casus in c. si pater de testa. in 6. & habetur in l. Papi. in §. sed neq;. impuber ff. de inoffic. testam. & in l. precibus.* C. *de impub. & aliis subst.* §. Sed tu adhibere potes unam Cautelam, ut admittatur ad successionem omnium bonorum filii, non obstante dicta substitutione pupillari expressa, videlicet ut detur pupillus in arrogatione alterius, qvia ex hoc tollitur substitutio. *probatur in l. nec*
2 *ei. ff. de adop.* * nam per arrogationem testamentum rumpitur. *Inst. qvibus modis test. infirmen.* §. 1. cum enim per arrogationem capite minuatur, *ut eod. tit. §. ab alio.* sublata est substitutio, & sic pupillare testamentum, *ut ibi. & ff. de jur. cod. l. conficiuntur. §. si post factum testamentum.* Ipso ergo sublato, si moritur filius in pupillari ætate, admittitur mater, vel alius hæres ab intestato. Sed illa Cautela videtur utilis propter stipulationem, qvæ secundum Il. est facienda tempore arrogationis, *ut l. non aliter. & l. his verbis. ff. de adop. unde dic*, qvòd tunc habet locum, qvando talis stipulatio tunc fortè fuisset omissa. *& illam Cautelam tradidit Tancre. de Corneto in qvodam suo opere judiciali, qvod Compendium appellatur, in ult. par. in vers. tertiò qværitur.* Sed adverte, qvia etiam illa Cautela non videtur sufficiens, etiamsi prima stipulatio fuisset omissa, qvia tunc licet non competat actio directa, tamen videtur competere actio utilis, per tex. in d. l. non aliter. cogitabis. Item adverte, qvia prædicta etiamsi essent vera, debent intelligi, si filius in eo statu permanserit tempore mortis suæ, videlicet ut duret arrogatio usq; ad tempus mortis; alioqvin secus esset, qvia licet de Jure Civili testamentum sit ruptum per arrogationem, tamen de jure prætorio valet, seu reconvalescit, si tempore mortis suæ non reperitur arrogatus, ut Inst. qvibus mod. test. infir. in §. alio. qvia tunc devenit ad casum, à qvo incipere potuit, *ut in l.*
3 *cum vir. ff. de usuc. & dicam etiam in Cautela seq.* * Est magna dubitatio, si fieri potest testamentum ita & taliter, qvòd nullo modo possit revocari, *ut habetur plenè per Bar. in l si qvis in principio testamenti. de leg. 3. & dicam in Cautela seqventi.* §. Posito pro constanti, qvòd qvidam co-

condidit testamentum, ita qvòd mutare non potest, tunc poterit adhibere Cautelam ad rumpendum dictum testamentum, qvæ est similis præcedenti, videlicet, ut se det in arrogationem alteri, qvi secundum naturam eum arrogare possit, *ut ff de adopt. l. arrogatio*, aut se faciat exbanniri ex eo delicto, propter qvod capite minuatur. *juxta §. cùm autem. Inst. qvibus modis jus pa. pote.* nam per hujusmodi capitis diminutionem rumpitur testamentum, *ut dicto §. alio. Inst. qvibus modis test. infir.* facit, qvod in simili dicitur de bannito *in l. si non pro condemnato in prin. ff. qvi satisd. cog.* & istam Cautelam intellige sicut præcedentem, videlicet, qvòd ille, qvi facit testamentum, reperitur in eodem statu tempore mortis suæ, videlicet, qvòd sit exbannitus etiam vel arrogatus, per ea, qvæ dixi in Cautela præcedenti, *& istam etiam Cautelam posuit Tancr. de Cor. in suo prædicto Opere.* Ego dixi in Cautela præcedenti, qvòd maximum dubium est apud Doctores, an possit dari remedium, qvòd fiat testamentum, ita qvòd non possit revocari, *de qvo habetur plenè per c. qvod semel placuit. de reg. jur. lib. 6. & ibi plenè per Jo. And. in Mercu. & plenissimè per Bar. in l. si qvis in princ. testam. de leg. 3. & per Sal. plenissimè in l. san... mus. C. de test. & per Bal. in c. 2. de feudo dato in vicem legis commissoria.* & inter remedia ponitur unum, videlicet, qvòd testator juret se non revocare testamentum, & non contravenire. *de qvo plenè per eundem Jo. And. in d. c. qvod semel. Pet. de Anch. in c. ea qvæ. de reg. jur. in 6. in sua repe. & per Jo. de Imo. in c. cùm contingat. de jurejur. & per Bart. in d. l. si qvis in prin. testam. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. & per Cal. in c. 1. §. item sacramenta ver. qværitur, si faciens testamentum in tit. de pace jur. fir. & per eundem Jo. de Imo. in l. si qvis inqvilinos. §. fin. de leg. 1.* §. Sed tu potes adhibere hanc Cautelam, qvòd qvis testamentum faciat, & juret non revocare, & non contravenire, & per censuram ecclesiasticam sibi præcipiatur, & peremptoriè ad instantiam hæredis instituti *secundum qvod habetur in c. sacro. ext. de sent. exc.* qvòd observet juramentum, & non contraveniat, & si contraveniret, vel contravenire tentaret, extunc, prout extunc, & extunc prout exnunc dicatur, ferimus sententiam contra eum. nam si postea revocet testamentum, vel revocare velit, aliqvid facien-

ciendo, reperitur excommunicatus per sententiam excommunicationis jam latam priùs contra eum: & sic, qvia excommunicatus non poterit testari, nec secundum ejus testamentum postea factum valebit, *ut in c. pia. de exce. lib. 6. & vide circa prædict. Cautelam in l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. & Fede. consi. suo* 158. sed adverte, qvia ista Cautela esset utilis, & procederet, qvando ille testator consensisset illi sententiæ excommunicationis latæ sub conditione per suum judicem competentem *per tex. & gl. & qvod ibi singulariter notavi, & no. Joan. An. & Doct. in*
4 *c. pen. & glos. extra de offic. delega.* * ubi habetur, an qvis possit promittere se soluturum aliqvid ad certum terminum, & si non solvitur, extunc excommunicatur, de qva dic, ut ibi, si testator non consensit illi sententiæ, & præcepto, tunc contra prædictam Cautelam posset dari remedium, videlicet, qvòd anteqvam revocet, & sic, conditione pendente, appellet etiam post decem dies tempore dicti
5 præcepti, vel sententiæ, * qvia qvando est lata sententia excommunicationis, vel censuræ, contra unum sub conditione, pendente illa conditione etiam post decem dies à tempore sententiæ potest condemnatus appellare, *ut est tex. no. in c. præterea. 2. de app. secundum* Jo. *An.* licet ab aliis sententiis conditionalibus debeat appellari infra decem dies à tempore sententiæ latæ; *ut* l. 2. *§. biduũ. ff. qvando appel. sit. & no. in c. præterea.* si autem testator non consensit præcepto sibi facto, appellet infra decem dies à die præcepti, & res non habebit dubium, secundum omnes: vel etiam post decem dies, ante eventum conditionis, & valebit appellatio. Item prædicta Cautela procederet sine dubio, qvando testator instituit filium venientem ab intestato, qvo casu testator non potuit revocare testamentum, qvod primò fecit, *ut l. naturam. C. de test.* vel cancellare, *ut in toto tit. ff. de his, qvæ in testam. delen.* & sic posset lacerare, vel cancellare, & revocare, tamen ex qvo aliud facere non potest, institutus in testamento revocato, veniet ab intestato, sed si fuisset institutus extraneus, ista Cautela non videtur sufficiens, qvia licet testator non possit secundum testamentum facere, qvòd excommunicatus est: videtur, qvòd possit lacerare, vel delere testamentum, & mori intestatus, *per d. l. nostram, & per d. l.* 1. & sic venientes ab intesta-

testato sic succederent, & non institutus, qvi est extraneus. cogita tamen super hoc, si verum est.

Additio.

a *Substitut.*) Adde Bar. in l. lex Cor. in 1. col. versic. sed qværo utrum ad bona. ff. de vul. & pu. in l. cum patronus. de leg. 2. & per Maria. Soc. in cons. prædicta substitutio, &c. Paul. de Cast. cons. 159. incip. super primo dubio sciendum est. & tenet Joann. And. in add. Spe. de testi. in Rub. pe. col. *Item & legatum morte legatarii vivo testatore perit.* l. fi. Augustæ. de leg. 2.

DE LIBERIS ET POSTHUMIS HÆREDIB. INSTIT. VEL EXHÆRED. TITUL. II.

pro PATRE.

B. Cæpolla Caut. XXI.

§. Ad privandum filium à legitima.

Summaria.

1. *In cessione qvando non apparet de reali solutione, sed cedens solùm confitetur solutum, ipsa cessio simulata præsumitur.*
2. *Difficile est filium legitima sua privare.*

PATER volens excludere filium à legitima sua, & sibi retinere bona donec vivit, §. Cautela est, qvod vendat alicui bona sua, & promittat tradere ea post mortem suam, scilicet vendentis, nam tale debitum, qvod habet effectum post mortem promissoris, censetur æs alienum, *ut l. hæreditarium. ff. de bo. auth. jud. pos.* & ideo erit detrahendum, anteqvam legitima filii. *l. Papin. §. 4. ff. de inof. test.* Si tamē appareret de fraude, filius posset rescindere venditionem pro sua legitima. *de qvo per Bart. in d. l. hæreditariū.* & ita dicit Jo. de Pla. *Inst. de inutil. stip. §. itē si qvis. ad fi.* ubi subdit, an sufficiat, si pater confiteatur se pretium recepisse, & videtur, qvòd non, qvoad præjudicium filii, nisi appareat de reali receptione. *arg. Auth. sed jam necesse. cum ibi no. C. de don. ante nup. arg.* per illud qvod not. Bart. *in l. per diversas C. man.* * ubi dicit, qvòd qvando in cessione non apparet de reali solutione, sed cedens solùm confitetur solutum, cessio præsumitur simulata. *facit pro hoc qvod no. in l. post contractum. ff. de do.* * Difficile est privare filium sua legitima sine causa, vel ponere aliqvam dilationem in ea, *ut l. qvoniam in prioribus, C. de inoff. testam. in §. causas. in Authen.*

ut cùm de appe. cogn. §. Tamen Cautela est, ut pater instituat filium hæredem in omnibus bonis, & qvòd alii alteri relinqvat usumfructum omnium bonorum: nam valebit talis ususfructus relictus, & filius non poterit se gravatum dicere in legitima, ut est glos. *no. in Authen. de trien. & semis. §. prohibemus.* qvæ etiam ponit in fi. sui, unam aliam Cautelam privandi filium legitima sua, qvando habet solos servos in hæreditate, & eos manumittat. & ista est vera Cautela, qvando nuda proprietas à legitima filii sibi tantum valeat, qvantum valet usus fructus sine legitima. Sed si minus valeret, tunc filius impugnare posset tale legatum, qvia non potest in sua legitima gravari, *ut d. l. qvoniam in prioribus. ita tenet Angel. in d. §. prohibemus. ad qvod adde Bart. in d. l. hæreditarium. de bon. auctor. judi. possid. & qvod dixi in præcedenti. b*

b ADDITIO.

a Sua legitima) *Qvia hæreditas debetur filio jure naturali, & etiam divino, unde Apost. Si filius, ergo hæres. & beatus Augustinus dicit: Si qvis filium exhæredare vult, & donat Ecclesiæ, alium qværat, qvi recipiat, qvàm Augustinum.*

b *Qvod consilium Dyni, & Barto. in hoc puncto non sit verum, vide Roma.* consil. 610. incip. qvidam Cardina. cum addit. Castil. ibidem.

I. D. DURANTIS CAUT. XI. TIT. III.

§. Qvibus consiliis pater uti possit contra ingratum filium, qvem vult facere exhæredem.

SUMMARIA.

1. *Morum benignitas ad fidem comparandam multum operatur.*
   Amicos magis expedit habere, qvàm pecuniam augere, ibid.
2. *Exhæredationis causa non solùm testamento exprimi, sed etiam probari debet, ut sit legitima.*
3. *Ingratitudo filiorum probanda est, nec super hoc statur verbis testatoris.*
   Filius convictus de ingratitudine non potest impugnare testamentum, nec petere legitimam, ibid.

4. *Teste*

4. Testes in causa ingratitudinis examinari possunt vivente patre ad futuram rei memoriam.

EXhæredationes * adiuvandæ non sunt, qvia filiis qvasi debita est patris hæreditas. *Est glo. in* l. 2. *C. de jur. & fac. ign. cum allegatis suprà Caut. proxima. &* ad successionem paternam liberos vocat ratio naturalis. l. *cum ratio. ff. de bon. damna.* ideo sit cautus notarius, ut pro virib. abstineat à confectione testamenti, in qvo pater filium exhæredem facere velit, ex hoc enim tabellio bonum nomen servabit, & fides ejus incrementa recipiet, multum enim valet ad fidem benignitas morum, l. *scire.* §. *cum reliqvis. ff. de tu. & cur. dat. ab his,* nec perdet amicos, qvos expedit magis habere, qvàm pecuniam augere. *Albert. in* l. *Theopomp um. ff. de do. præl.* & Augustinus noluit dare consilium volenti bona filiis auferre, & dare ecclesiæ. *c. si. 17. q. 53. glos. in* l. *si qvis ad declinandam. C. de episc. & cleric.* * si tamen pater intolerabili affectus injuria filium exhæredem esse velit, & recurrat ad exhæredationis remedium, testamentum ejus facile subvertetur, nam oportebit exhæredationis causas non solùm testamento exprimi, verùm etiam esse legitimas, & probari, ut valeat testamentum. §. *aliud. in Authent. ut cum de appel. cogn.* Sed ut voluntas patris exitum habeat, consultius est, qvod aliis universalibus hæredibus institutis, filium ingratum in aliqva re, instituat, sic enim institutus non potest impugnare testamentum ut inofficiosum, sed tantum petere poterit legitimæ supplementum. l. *omnimodo. C. de inoffic. test.* §. *ceterùm. in authent. ut cùm de app. cog.* Qvòd * si tanta sit ingratitudo filii, ut malè de patre meritus egestate laborare debeat. l. *bona. fides. ff. de deposi.* ne ruat testamentum occasione ingratitudinis non probatæ, mortuis forte testibus tempore motæ litis inter filium exhæredatum, & hæredem: cùm non stetur verbo patris causas ingratitudinis in testamento enarrantis, sed eas ab hærede probari oportet, *ut per Bal. cons. 89. proponitur. lib. 5. & Jason. con. 23. testator. lib. 1.* §. Remedium est, qvòd * vivens pater curet examinari testes super causis ingratitudinis ad futuram rei memoriam filio citato, qvod fieri potest *per doctri. Bart. in* l. *in lege Aqviliæ. ff. ad leg. Aqvil. & in auth. si qvu. C. te-*

1

2

3

4

ßibus remedium hoc comprobatur per Alex. *conſ.* 203. *ſuper themate. lib.*2. & probata ingratitudine, filius non poterit teſtamentum impugnare, nec etiam legitimam petere, ut per *Bald.conſ.*153.*filia familias.* l. 2.

D. DURANTIS CAUT. II. TIT. III.

§. Qvibus remediis pater poſſit inter filios irrevocabiliter ſua bona dividere.

SUMMARIA.

1. Diviſio, facta per patrem inter liberos, eſt revocabilis.
2. Juramentum confirmat diviſionem factam per patrem inter liberos.
3. Emancipatio filiorum præcedens facit valere diviſionem paternam.

1 SOlent * parentes ad tollendam diſcordiam inter liberos teſtamento vel codicillis ſua bona dividere, & cuilibet ex liberis portionem aſſignare. *l. ex parte.* §. *inteſtato. ff. fami. herciſcun.* Et poteſt hujusmodi diviſio, & aſſignatio revocari. l. *filia. C. fam. herciſcund. facit* l. *ſi qvis in principio teſtamenti. ff. de legat.* 3. Sed ut diviſio ſit irrevocabi-
2 lis, remedium eſt, * qvòd pater inter vivos, & non teſtando dividat bona inter filios, & juret diviſionem non revocare, nam licet pater filiisfam. donare non poſſit. l. 2. *C. de inoffi. do.* & l. *donationes. C. de don. inter vir. & uxor.* & diviſionem revocare poſſit. l. *penult.* § *ſi pater. ff. pro empt.* tamen juramento confirmatur donatio, & diviſio, *ut per Do-*
* *cto. in* l. *ſi donatione. C. de col.* & eſt * communis opin. *ut patet ex alleg. & dictis per Dec. conſ.* 239. *primo. & conſ* 688. *confirmationem. &* J*aſ. conſ.* 118. *contra donationem.* 2. *part.* licet contraria opin. ratione non careat, *ut patet ex alleg. per Corn. conſ.* 238. *qvanqvam videatur. col. penul. & ultima*
3 l. *primo.* Secundum & tutius remedium eſt, * qvòd ante diviſionem per emancipationem filii liberentur à patria poteſtate, & deinde pater dividat bona, & aſſignet cuilibet, qvantum velit dare, *ut per Corn. conſ.* 228. *qvod dictus Antonius. col.* 4. l. 4. *& per Soc. conſ.* 4. *viſis.* l. 1. *& per Decium conſ.* 86. *viſo puncto. col.* 6.

I. D. DURANTIS CAUT. XII. TIT. III.

§. Qvo remedio pater uti poſſit, ne prædia per legitimæ detractionem dividantur.

SUM-

SUMMARIA.

1. Legitima debetur filiis in rebus paternæ substantiæ, & hæres non potest solvere supplementum legitimæ in pecunia numerata.

2. Legitimæ supplementum dari debet in una, pluribusve rebus judicis arbitrio.

3. Legata seu prælegata debentur, dummodo legitimam non excedant.

Prædia ne dividantur per legitimæ detractionem, pater providere potest. ibidem.

4. Filia per statutum exclusa, & jussa esse dote sua contenta, supplementum legitimæ petere non potest.

5. Legitimatus non potest plus ex testamento consequi, qvam filius legitimus.

6. Legitima debetur legitimatis sicut legitimis.

Legitimatio semel facta supervenientibus postea legitimis non revocatur. ibidem.

LEgitimæ * supplementum peti potest in ipsis rebus substantiæ patris, & non potest hæres solvere pecuniam filio invito. l. *scimus.* §. *repletionem. C. de inoffi. test.* & sæpius vidi pertinaces filias, qvibus à parentibus minus legitima relictum fuerat, pro legitimæ supplemento velle singula prædia scindere, qvod non congruit arbitrio boni viri, ideo hæredibus officio judicis poterit consuli, ne singula bona dividantur. Sed * supplementum legitimæ detur in una
pluribusve rebus arbitrio judicis, l. 2. *C. qvando, & qvi. qvar. pars de* l. 10. *Bart. in* l. *suus. ff. de hæred. inst.* l. *hoc amplius.* §. *fi. & ibi Doct. ff. de leg. 1. & per Alex. in* l. *in qvartam. col. 7. ff. ad* l. *Fal.* qvidam dixerunt legitimæ supplementum assignari debere in re, qvam elegerit filius, qvi petit supplementum legitimæ, *ut per Rom. cons. 277. non est dubitandum. argumen.* l. *creditori. ff. distr. pign.* sed si testator velit filium masculum habere aliqva prædia, qvæ pro supplemento legitimæ filiæ assignari non possunt, §. Remedium est, qvòd illa nominatim præleget, deinde filium hæredem instituat, providendo, qvod ultra res 3
filio prælegatas sint in hæreditate pecuniæ, vel res aliæ,

 unde

unde possit satisfieri pro supplemento legitimæ, & qvód hoc remedium tutum sit, probatur, qvia prælegata debentur, dummodò legitimam non excedent. §. *qvamobrem. in Auth. de restit. & ea qva par. & ex dictis per Bald. in Rub. ff. de re di. col. 1. & Alex. in d.* l. *in qvartam. col. fin. Alex. & Jas. in* l. *Marcellus. §. res qva. ff. ad Trebel. & Jas. in l. filius fa. §. divi. col. 5. ff. de leg. 1. & in* l. *filium. colum. 7. C. fam. hercis. Socin. consi. 75. circa præsentem. col. 4. & Deci. cons. 81. in casu proposito.* & filiæ qvam hæredem universalem facere non intendit jure institutionis legitimam, relinqvat in pecunia numerata, vel aliis bonis, judex enim seqvi debet voluntatem patris, l. *nec ea. ff. de adul. Old. consil. 113. qvæstio,* & arbitrio judicis legitima assignatur, *ut patet ex alleg. per Alex. cons. 79. viso titulo. col. 4. lib. 6.* vel pater facit specialiter renunciari supplemento legitimæ cum juramento: nam licet simplex renunciatio vel consensus non impediat peti supplementum legitimæ. l. *si qvando.* §. *illud. C. inoff. testa. cum alleg. per Socin. cons.* 130. *viso testamento.* tamen pactum patri de non petendo legitimæ supplementum juramento firmatur, *ut per Bald. in d.* §. *illud.*
4 *per c. qvamvis. de pact.* l. *6.* & superius dictum est. *Hoc autem remedium necessarium non est, ubi dispositione statuti fœmina non posset succedere, & deberet stare dote contenta, tunc enim filia non posset petere supplementum legitimæ, secundum communem opin. *ut patet ex alleg. per Alex. in* l. *Gallus.* §. *& qvid si tantum. ff. de lib. & posthu. & Jas. in authen. novissima. C. de inoffi. testa. Socin. cons. 150. primo igitur radix. Jas. cons. 83. statuto civitatis lib. 2. Dec. cons. 26. diligenter. & cons. 88. viso puncto, in fine. & cons. 303. in casu. vide tamen Curt. cons. 37. considerato themate.*
5 *Cal. cons. 11. qvod enim præsupponatur. col. pen. & fi.* *Et similis renunciatio cum juramento necessaria est, qvando pater vellet hæredem instituere filium legitimatum, & filiæ relinqvere tantum dotem, nam si legitimatum instituat, & filiæ dotem congruam, etiam ascendentem ad legitimam, qvamvis jure institutionis relinqvat, poterit filia semissem hæreditatis petere: qvia pater nõ potest pl9 legitimatis, qvã filiis legitimis relinqvere. *§. & qvoniam in authent. qvibus mod. natura. effi. sui. Bal. in c. per tuas. de major. & obedien. Soci. cons. 212. prima.* Et est dictum aureum secundum *Alex.*

in l. *ex facto.* §. *si qvis rogatus.* ff. *ad Treb.* Hoc tamen non procederet, qvando legitimatio fieret citatis filiis legitimis, *ut per Soc. in* l. *gallus.* §. *& qvid si tantum. col. 7.* ff. *de* l. *& posthum. de Alex. in* l. *ex facto. col. 4.* ff. *de vulg. & pupil.* *Similis qvoq; renunciatio necessaria est, si pater legitimè natos vellet hæredes facere, & legitimato aliqvid relinqvere minus legitima. constat enim legitimatos in successione à legitimè natis non differre. §. *reliqvi. in authen. qvibus mo. nat. eff. legi.* qvod procedit etiamsi filius legitimetur, & postea ex legitimo matrimonio nascantur filii: qvia legitimatio semel facta superventu liberorum non revocatur. *arg.* l. *si tibi.* ff. *de adopti &* l. *pluribus.* §. *& si placeat.* ff. *de verb. obl. Rom. cons.* 193. *in proposito. circa fi.* & est * communis opin. *ut patet ex alleg. per Alex. & Jaso. in d.* l. *ex facto.* ff. *de vulg. & pupillar.*

D. DURANTIS CAUT. IV. TIT. III.

§. Qvo remedio filius hæres inducatur ad obtemperandum voluntati testatoris, & qvo remedio alter ob alterius inobedientiam carere debeat hæreditate, si sint hæredes extranei.

SUMMARIA.

1. *Filius semel hæres institutus non potest desinere esse hæres.*
   Pœna privationis hæreditatis potest hæredi testatorem imponi, ibidem.
2. *Institutio sub conditione potestativa valet etiam in suis hæredibus.*
3. *Clausula codicillaris confirmat voluntatē testatoris, qvi filium instituit sub conditione non potestativa.*

SI pater * instituat filium purè, etsi malè tractaverit matrem, seu qvid aliud contra voluntatem ejus fecerit, eum exhæredet, exhæredatio non valet, qvia non potest filius semel hæres factus desinere esse hæres, l. *& fine.* §. *sed qvod Papinianus.* ff. *de mino.* & qvia certo judicio liberi sunt à patris successione repellendi, l. *sub conditione.* ff. *de bonor. pos. contr. tab.* l. 2. §. *purè.* ff. *de liberis & posthumis.* Sed ut filius impius malè meritus de matre, paternam hæreditatem non habeat, aut metu privationis filius bene tractet matrem, vel cujus præcepto testatoris obediens sit, remedium est, qvòd ad-

adjiciatur pœna privationis hæreditatis. l. 1. *C. de his qvæ pæn.no.Paul.de Cast.cons.86.videtur dicendum.& cons.*189. anteqvam veniam, & declaret testator, ad qvem velit devolvi hæreditatem ob inobedientiam filii, & in dubio devolvetur ad substitutum, si sit substitutus, aliàs ad cohæredem, *ut ibi per Paul.de Cast. & Barto. cons.29.proponitur.* & tunc filius solùm legitimam retinebit. §. Alterum remedium est, qvòd filius instituatur sub conditione hac, si
2 matrem, vel alium bene tractaverit, qvia * potest suus hæres sub conditione potestativa institui, l. *si.ff. de cond. inst.* nisi conditio sit contra bonos mores. hæc autem conditio cùm pietatem contineat, non rejicitur. l. *filius.ff. eo.* se-
* cundum * communem opin. qvamvis Batro. contrarium consulendo senserit *cons.* 198. *in qvæstione.* & filius præstita cautione Mutiana hæreditatem administrabit. l. *Mutiana.ff.de condit.& demonstr.ita colligitur in scriptis per Alex. & Dec.& alios Docto.in* l.*si pater. C.de instit.& subst. sub cond.fac.& Jas.in d.§ purè facit not.per Calde. cons.* 3. *testator legavit.in titu.de testam.* Et notandum est, qvòd sive filii, sive extranei instituti sint hæredes purè, deinde eis per testatorem aliqvid præcipiatur & transferatur in alium hæreditas, si omnes hæredes præcepto testatoris non obtemperaverint, nõ valet translatio in damnum eorum, qvi obedientes præcepto fuerint, qvia non potest aliqvis alterius facto privari hæreditate semel acqvisita. l.*paterfam.ff. de hæred.inst.& ibi DD.& Paul. de Cast.cons.* 20.*ultra ea qvæ.* Sed si testator velit propter alterius inobedientiam omnes, qvos hæredes instituendi propositum habet, carere hæreditate, remedium est, qvòd omnes sub conditione hac hæredes instituat, videlicet, si voluntati testatoris in eo, qvod mandavit per omnes paritum fuerit. nam potest hæreditas dari sub conditione, cujus implementum pendeat à voluntate alterius. l.*si fuerit.ff.de manu.test.ut per Bart. in dicta* l.*paterfam.& per Soci.cons.*21.*viso testamento.li-*
3 *bro tertio.* Et notandum est, * qvòd filiusfam. etiam hodie, si sub conditione non potestativa instituatur testamentum, non valet, *dict.*l.*si pater.& ibi Doctor.C.de institut.& substitut.sub condit.fact.* sed ut sustineatur voluntas testatoris, remedium est, qvòd in testamento inferatur clausula codicillaris, *ut per Fulg. cons.* 21.*ad primum.*

D. Du-

D. Durantis Caut. I. Tit. III.

§. Qvibus remediis testamentum effectum habeat non obstante vitio præteritionis.

Summaria.

1. Institutio, vel exhæred. liberorum est necessaria ad vires testamenti.

Institutionis titulo relinqvendum est, qvod relinqvitur. ibid.

Titulus institutionis est utilior & honorabilior titulo legati. ibidem.

2. Testamentum est nullum, si filius instituatur hæres sub conditione non potestativa sive casuali.

3. Benedictio paterna non habetur pro institutione.

4. Clausula codicillaris facit videri successores ab intestato rogatos esse restituere hæreditatem scriptis hæredibus.

5. Qvartæ duæ detrahuntur, qvando restitutio hæreditatis fit ex intervallo, non autem qvando fit incontinenti.

6. Clausula qvòd valeat omni meliori modo, habet vim codicillorum, & operatur ac si dicatur, jure institutionis.

7. Notarius, cui data fuit potestas extendendi testamentum ad sensum sapientis, potest adjicere verbum jure institutionis, etiam inter liberos.

Testamentum inter liberos sustinetur eo modo, qvo valere potest. ibidem.

8. Institutio parentum est necessaria in testamento filiorum.

9. Successionis prima causa est filiorum.

Liberi * sunt à parentibus instituendi, vel exhæredandi, ut valeat testamentum. l. *inter cetera. ff. de libe. & posthum.* vel saltem eis institutionis titulo aliqvid relinqvendum est. §. *ceterum. in authen. ut cum de appel. cognosc.* visus est enim jurisprudentibus institutionis titulus honorabilior, *gl. in l. filium. §. sed & si portio. ff. de lega. pra.* & qvamvis titulus qvoq; legati honorabilis sit. l. *amicissimos. ff. de excus. tut. & ibi Nico. de Neapo.* tamen institutio est 1

est etiam utilior, nam filius institutus in re certa habebit totam hæreditatem, hærede universali non adeunte. *l.1.§. si ex fundo.ff. de hær.inst.* & *per Dd.in l.qvoties.C. eod.tit.* & sæpè evenit, qvòd testator non habens sobolem masculinam agnatos hæredes instituat, & filiab. certam summam relinqvat, ipsas non instituendo in ipsa qvantitate, qvam relinqvit, & ita testamentum subvertatur tam de Jure Civili, qvàm Canonico, secundum opinionem magis communem, ut per Jasonem *in auth.novissima.col.8.C. de inoffic. testam.* & *per Petr.de Anch.* & *dom. Ant.in c.Raynutius.de test.ubi Barb.de hoc latissimè disputat*, nec sufficit relinqvere jure legitimæ, vel falcidiæ, secundum * communem opinionem, *ut patet ex alleg.per Jas. in d.auth. novissima col. 8.contra Bart.cons.*151.*Marsilius*. Et non omnes verbo institutionis uti sciunt, *glo.in* l. *qvoties. C.fam. herisc und.*
2 * Nec etiam sufficit relinqvere rem singularem pro benedictione, ut res censeatur relicta jure institutionis, licet in testamento veteri pro institutione benedictio acciperetur, *ut per glo.in* l. *qvoties.ff. de haredib.instit.* & *hoc tenet Alexan.in l.cogi.§. non omnis.col.3.ff. ad Trebell.* qvod procedit, si consvetudo, & communis usus loqvendi non accipiat verbum benedictionis, pro institutione, *ut per Zaba. cons.* 40.*Qvaltoctus.col.2.* & interdum imperiti notarii, ubi dicendum est jure institutionis, scribunt jure restitutionis, *ut per Bald.cons.*30.*viso testamento.* l.5. vel, qvod deterius est, interdum scribunt jure legati, ut vidi, & legi. * Viribus qvoq; caret testamentum, si filius instituatur hæres sub conditione non potestativa. *l.sum qvoq;. ff.de hæredib.instituen.l.si pater.ubi Doct.C.de inst.* & *subst.sub cond.fac.* nec talis conditio rejicitur, *juxta* l. *qvoniam in prioribus. C.de inoffi.testam.* & licet Bart. *in d.* l. *si pater.* aliter senserit, tamen opinio Bart. * communiter improbatur, *ut patet ex dictis* & *relatis per Bal.cons.*421.*super eo.* l. 3. & *Soc.cons.*97.*præsens consultatio.* l. 3. adeò, qvòd si scriptus sit filius sub conditione casuali, testamentum erit nullum, etiamsi in defectum conditionis alius substitutus sit. Sed ne vitio institutionis non factæ, vel non legitimè factæ testamentum infirmetur, §. remedium primum est, qvòd saltem adsint qvinq; testes, & testamento inseratur clausula codicillaris, videlicet, si non valeret jure testamenti, valeret

e voluit jure codicillorum, nam clausula hæc operatur, ut successor ab intestato videatur rogatus hæreditatem 4
stituere scriptis hæredibus. l. *generaliter. §. ex testamen- ff. de fideicom. libe.* & qvòd ita sustineatur testamentum, net Bart. *in* l. 1. *ff. de jure cod.* & Jas. *in auth. novissima. col. in* 8. *limitatione. C. de inoffic. testa.* Bald. *cons.* 350. *ista q. cons.* 393. *ad evidentiam.* l. 2. & *cons.* 391. *factum.* l. 3. Lud. om. *cons.* 122. *circa.* & *Dec. cons.* 228. *in casu proposito.* Et c tenendum est, ut dicit Bald. *cons.* 365. *nobilis.* l. 1. qvams glo. *in auth. ex causa. C. de libe. prate.* teneat clausulam nc hoc casu nihil operari, *arg.* l. *Titia. ff. de inoffic. testam.* d contra glo. est * communis opinio, *ut ibi per Doct.* & *lex. cons.* 19. *circa primũ. col.* 2. l. 6. *cum alleg. per Dec. cons.* 5. *in causa. col. fin.* limitando tamen, ut ibi per eũ, & sucdens ab intestato restituet hæreditatem, scripto hæredi *
gitima tantùm retenta, qvia ubi non ex intervallo resti- 5
tio fit, * sed incontinenti, nõ detrahuntur duæ qvartæ, *ut er Bar. in* l. *Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testã. Bal. ns.* 36. *proponitur.* l. 3. *Alex. cons.* 17. *ponderatũ in fin.* l. 3. §. 6
ecundũ remedium est, qvòd in testamento inseratur claula, voluit valere omni meliori modo, &c. nam hæc claula non solùm habet vim codicillorum, verùm etiam facit, perinde sit, ac si jure institutionis esset relictum, *ut tenet ald. in d. l. qvoties.* & *Alex. cons.* 113. *post redditũ. col.* 1. l. 3. & *Corn. cons.* 198. *ante omnia.* & *col.* 1. *vers. maxima.* l. 1. & *Dec. cons.* 14. & *pro tenui facultate. Alex. in* l. *cogi.* §. *non omnis. col.* 2. *vers.* 3. *limitatio. ff. ad Trebellian. cum aliis ibi er eum alleg. idem tenet* & *seqvitur* Jason. *in dicta auth. novissima col.* 6. *vers. octavo limit. ubi dicit hoc bene notandum, qvia est valde utile* & *qvotidianum.* §. Tertium emedium est, qvòd detur notario potestas extendendi testamentum ad sensum sapientis, tunc enim si filio qvid relictum sit in testamento, non tamen fuerit dictum jure institutionis, poterit notarius adjicere verbum jure institutionis de consilio sapientis, & sustinebitur testamentum, *t per Imo. post antiqvos in l. illa institutio. ff. de hæredib. nstit.* & *Zabar. dict. cons.* 60. Sciendum autem est secundum qvosdam, qvòd in testamento inter liberos hujusmoi Cautelis uti non est opus, * qvia testamentum inter li- 7
eros sustinetur eo modo, qvo valere potest. *glo. in l. cohæ-*
redi.

*redi.§.cùm filia.ubi Imol.& Alex.ff.de vulga.& pupilla.& Alex.in l.hac consultißima.§.ex imperfecto. in fi. C. de test. & idem Alexan.in l.inter cetera.ff. de libe. & posthum.& Corn.cons.62.aliàs consulus.col.2.ver.& qvando pater.*l.2.

7 * Communis tamen opinio contrarium tenet, *ut dicunt Salic. & Jas.in d. auth.novissima.* qvare expedit uti dictis Cautelis etiam inter liberos, nec enim alii ex filiis res certa relinqvi potest in testamento imperfecto, cum alii filii universales hæredes scribuntur: nam dispositio §. ex imperfecto, procedit tantùm, ubi inter liberos servatur æqvalitas. *arg.*l.*ut.liberis.C.de coll.cum aliis alleg. per Dec. cons.* 105. *diligenter consideratis.in fin. & consi.*361.*omissa. col.*2.

8 * Econtrariò filius faciens testamentum in casibus à jure permissis sit cautus, ut parentes in aliqvo instituat hæredes, nam illis præteritis, testamentum viribus careret. *§. sive igitur.& §.hac autem disposuimus.in auth. ut cum de app. cog. Cald.cons.5.an si testator.in tit.de testa.Bal. cons.*

* 99. *factum tale est.*l.2.*& cons.*84.*veritas.*l.4.& est * communis opin. *ut patet ex dictis & relatis per Dd.in d.auth. novißima.& per Bart.in c.Raynutius.col.67.de test.contra Bar.in d. auth. novißima.* Sed sustinebitur testamentum jure fideicommissi, si eo in suprà scriptæ clausulæ inserantur per prædicta. Scias tamen, qvòd ubi sunt descendentes, qvi obtinent in successione primum locum, *auth.in successione.C.de suis & legit.hared.* non est necesse in aliqvo instituere ascendentes, *ut per Bart.cons.*18.*viso testamento.col.* 2. cùm prima causa successionis sit filiorum.l.*filius.ff.de suis & leg.& in auth.de hared. ab intest. in prin. Alex. cons.* 90. *in causa.col.*1.l. 2.

Pro Filio.

D. DURANTIS CAUT. VII. TIT. III.

§. Qvo remedio pater possit providere, ne filius teneatur solvere paterna debita non obstante statuto, obligante filium pro patre.

SUMMARIA.

1. Filius non tenetur solvere debita patris.

Statutum valet, qvod filius teneatur solvere debita paterna.

2. Exhæredatus habetur pro mortuo.

Filius

Filius * satisfacere patris creditoribus non cogitur, si hæreditati paternæ non se immisceat, qvia beneficio prætoris abstinere potest ab hæreditate, & ita in eum actio non dabitur, l. *necessariu ff. de acq. hæred.* l. 1. *C. ne fil. pro pat.* Sed in qvibusdam locis statuta disponunt, qvòd filii, qvamvis non sint hæredes patrum, teneantur solvere pro patribus, & valent talia statuta, *ut per Alex. cons. 42. super præmisso. col. 5. lib. 1.* qvod si pater solvendo non sit, & vereatur, ne filii pro debitis ab eo contractis ex lege municipali molestiam patiantur, & velit filios à necessitate solutionis eximere, §. remedium est, qvòd * filios exhæredet, & propter exhæredationem filii à paternis creditoribus conveniri non poterunt, qvia exhæredati pro mortuis sunt habendi, l. 1. §. *pater. ff. de con. cum eman. lib.* & l. 1. §. *pen.* & *si post mortem.* §. *liberi. ff. bon. poss. contra tab. ita tenet. Bal. in* l. *dotis. in fi. C. de jur. dot. cujus dictum dicit esse notandum Jas. in* l. *planè.* §. *duobus. ff. de leg. 1.* & *seqvitur Deci. in c. cognoscentes. col. 2. ver. sed potest de consti.* 1 2

I. D. Durantis Caut. XIII. Tit. III.

§ Qvo remedio pater possit aliqvem ex filiis à litibus, & debitis hæreditatis eximere.

SUMMARIA.

1. *Creditores debent agere contra hæredem.*
2. *Filius institutus in re certa est loco legatarii.*

Legata continent utilitatem meram, & ideo legatarii non possunt à creditoribus conveniri, ibid.

SI pater * filios habeat, qvorum aliqvem, ut puta studentem, ne litis causa à studiis avocetur, liberare velit à litibus, qvæ contra hæredes per creditores movendæ sunt. l. *hæredem. C. de hæred. act.* §. remedium est, qvod aliis universalibus hæredibus institutis, illi qvem velit exemptum esse ab actionibus, contra hæredes competituris, singulariter relinqvat jure institutionis prædia, & qvicqvid aliud ad illum pervenire velit, hac via sine incomodo litium & æris alieni, filius ille possidebit relicta sibi bona, qvia institutus in re certa est loco legatarii. l. *qvoties. C. de hære. instit. ubi Docto.* * & legatum merã utilitatem continet, & legatarius nõ potest ab hæreditariis creditoribus conveniri. l. *si hæreditates. ff. mand.* & l. *fi. C. de hæred. act.* & nõ minui- 1 2

tur

tur legatum ære alieno, si vires hæreditatis sufficiant ad satisfactionem *l. si universa. C. de leg. Alex. in d. l. quoties. & comprobantur prædicta ex not. per Paul. de Castr. & Jas. in l. filia pater. ff. de legat. 1. & per Barbat. in c. Raynutius. Colum. 63. de testam.*

I.D. DURANTIS CAUT. XVII. TIT. III.

§. Quo remedio filius ob causam ingratitudinis ab eo commissæ exhæredari non possit, & quomodo consulere sibi valeat justè exhæredatus, ne pereat fame.

SUMMARIA.

1. *Filius ingratus exhæredari potest.*
2. *Filius pœnitens in vita patris adimit facultatem exhæredandi.*
Exhæredandi potestas tollitur per pœnitentiã filii. ib.
Exhæredationis effectus tollitur, si filius reconcilietur patri, ibidem.
3. *Ingratitudo filii remissa censebitur, si pater recipit eum ad mensam & victum communem.*
4. *Legitimæ præjudicat venditio omnium bonorum à patre facta.*
3. *Confessio patris non nocet filio quantum ad legitimã.*
6. *Filius quando possit alienationem patris factam in fraudem legitimæ revocare.*
7. *Alienata in fraudem legitimæ quo remedio revocentur.*
Alimenta habent privilegium tacitæ hypothecæ, ib.
Bona sunt tacitè obligata pro alimentis. ibid.
Filiis alimenta sunt à parentibus præstanda. ibid.
8. *Frater dives tenetur alimenta præstare fratri inopi, etiam malè merito.*

1 SI filius * gravi injuria patrem affecerit, & ingratitudinis causam commiserit, qua exhæres fieri possit. §. *aliud capitulum. & §. causas. in auth. ut cum de appel. cogno.* nec valeat filius indignationem patris placare, & pater obstinata mente velit filium facere exhæredem, si filius velit ex-

exhæredationem effugere, & patris superare duritiem, & ab hæreditate non excludi, §. remedium est, * qvod vivo patre pœnitentia emendetur, nam si ita fuerit emendatus, exhæredatio illi non oberit, *arg.c. ferrum. 50.dist.cum alleg.per Alex.in l.col.9.ff.sol.mat.& Jas.in l.in arenam.col. fi.C.de inof. test.* qvidē profectò est dictum aureum, & nunqvam oblivioni tradendum, *& seqvitur Abb. in c. qvintavallis,col.2.de jureju.* sed ego in judicando nō facilè seqverer opin. hanc, qvoniam pœnitentia non operatur, nisi qvo ad Deum, nec læditius alteri qvæsitum, *ut not.gl.in c. gaudemus. de divor.* §. Secundum remedium est, * qvòd filius procuret se recipi ad cōmunem victum, & mensam cum patre: nam ex cohabitatione, & communi victu reconciliatio præsumetur, & conseqventer ingratitudo remissa censebitur, *l.in ipsius.C.fam.herc.l.3.§.fin.cū l.seq.& ibi not.Bart. ff.de adi.leg.Spec. in tit. qvi filii sint legi. §.1.versic. qvid si filia peccat in corpus suum, cum versic. seq. cum aliis alleg. per Alex.cons.159.viso testam.col.fi.lib.7.* sed possunt parentes contra filios odiosos uti Cautela, seu magis fraude, qvā docuit * Dy. dicens, patrem posse filios etiam privare legitima dando alicui omnia bona sua titulo venditionis recepto precio, vel ex alia causa onerosa in alium transferendo, *arg. l. Papinianus. §.qvarta. ff.de inof.testa.seqvitur Soc. cons.93.circa primum.col.9.versi.præterea,* & qvia doctrina per Dyn. tradita improba est, & ea utens pernitiosè peccaret, *ut dicit Bart.in l.hæreditarium.ff. de bonis autho. jud. poss.* antidotum dandum est contra malitiam per Dyn. inventam. cùm igitur usus fuerit contra filium Cautela prædicta, §. remedium est pro filio, qvòd proposita inofficiosæ donationis qverela, revocet alienationem, qvatenus bona non sint justo precio vendita, vel causa, ob qvam sunt in alium translata, non mereatur, qvantum est in æstimatione bonorum alienatorum, id enim qvòd precium receptum, vel merita excedit, videtur donatum, & ideo revocabile est, *per l. 1.C.de inof.donat. secundum Bart. in l.non usqve adeò ff.si à par.qvis fuer.man.& Bald.in l.fi.C.de revo.dona.Barba.in c. Raynutius. col. 49. cum seq. de test.* ideò si res alienatæ valerent centum qvinqvaginta, & venditæ essent centum, revocatio fieret in qvinqvaginta, & hoc omnes tenent, *ut dicit Alex. cons. 55.consideratis. colum. 1. lib. 1.* * item revocabilis est alienari usqve ad in integram

2 3 4 5

 legi-

legitimam, qvando de solutione precii, vel causa, ob qvam bona sunt data, non constaret aliter, qvàm per confessionem patris. *arg. l. si forte. ff. de cast. pecu. & l. qvi testam. cum gloss. ff. de proba. not. per gloss. & Doct. in l. si donatione. C. de collat. l. 1. §. si autem. ff. si qvid in frau. pat. Spec. tit. de confess. §. nunc videndum. versi. sed nunqvid patris confess. Bart. in l. cùm qvis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Alex. cons. 45. habita. in fin. lib. 1. & d. cons. 55. col. 1. & 2. & cons. 58. visa & brevi. lib. 5. cum alleg. per Jas. in l. si arrogator. col. 2. ff. de adopt.* Qvòd si alienatio facta sit recepto justo pretio, vel ex alia causa impleta idq; legitimè comprobe-
6 tur, remedium est, * qvòd filius agat Salviana, vel Faviana actione ad revocandum, qvicqvid alienatum est in fraudem legitimæ, *l. fin. ff. si qvid in frau. pa.* licet loqvatur in filio adoptivo, extenditur ad filium legitimum, & naturalem, secundum *Bar. in d. l. non usq; adeò.* hoc tamen remedium dubium est: nam opin. Bar. à multis impugnatur, & est veritas ita in ambiguo, ut res indigeat decisione principis, ut patet ex relatis per Barba. *in d. c. Raynutius, col. 49. cum seq.* ubi etiam reprobat opinionem eorum, qvi putaverunt de jure canonico indistinctè filium posse alienata revocare usqve ad legitimam, *per text. in d. c. Raynutius.* nec pro legitima datur hypothecaria, *ut per Alex. in l. in qvartam. col. ult. ff. ad legem Falci. & per Deci. cons. 235. in casu.* §. Ulti-
7 mum est, * qvòd filius contra possessores bonorum agat, dicens, ea sibi obligata esse pro alimentis: nam parentes liberis alimenta præstare tenentur. *l. si qvis à liberis ff. de lib. agno.* & pro alimentis bona sunt tacitè obligata, & onus alimentorum seqvitur qvemlibet possessorem. *l. 2. & ibi Bart. ff. de alim. leg.* comprobatur remedium hoc ex dictis per Ludo. Roman. *cons. 383. in casu propositi. & per Felin. in c. ad audientiam. 2. de rescript. & Caccia. in tract. de pensio. qvæst. 9.* & hoc remedio conseqvetur filius cibum, potum, vestimentum, habitationem, lectum, & si qva alia sunt, sine qvibus homo non vivit. *l. legatis. cum ibi not. per*
8 *Bart. ff. de alim. leg.* Novissimè notandum est, * qvòd licet legitimè exhæredatus non possit evertere testamentum. *§. exhæredatos. in Auth. de hæred. & Falcid.* tamen ne fame pereat, si frater ejus sit hæres institutus, remedium habet, qvòd alimenta à fratre, ut fratre, non ut hærede, & sibi pro ali-

alimentis prædia assignari petat & obtinebit : nam frater locuples sua persona tenetur fratrem inopem alere, licet is malè meritus fuerit de patre. *l.cum in plures.§.cum tutor. & l.tutor.secundum dignitatem.§.fin.ff.de administ.tutor. Bart.in l.si qvis à liberis.§.utrum.ff.de lib.agnosc.& in casu exhæredati ita consuluit Bald.cons.103.præmissis.lib.5.*

B. Cæpolla Cautela CCXLVII.

§. Pro filio exhæredato, per patrem, prohibito aliqvid habere in bonis patris.

SUMMARIUM.

1. Frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, qvantumcunq; patris respectu malè merentem.

SI pater habens duos filios, unum exhæredavit justè, & alium hæredem universalem instituit, & in testamento expresse prohibuit, ut nullo unqvam tempore daret, vel concederet aliqvid de bonis ipsius testatoris sibi relictis filio exhæredato fratri suo, & si unqvam daret vel concederet, qvòd cadat à dicta hæreditate applicanda communi seu cameræ fiscali, vel pauperibus, nisi in qvantum dictus frater institutus esset coactus, vel de jure teneretur aliqvid dare de dictis bonis, an possit remedium aliqvod adhiberi, ut filius exhæredatus possit aliqvid petere, vel habere de dictis bonis paternis à fratre suo non obstante dicta prohibitione, ita, ut frater non cadat in aliqvam pœnam. Et dicas, qvod Cautela potest esse, ut filius exhæredatus petat à fratre suo alimenta coram judice, qvoniam judex tenebitur sibi decernere alimenta, etiam in bonis patris. * Nam
1 frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, qvantumcunq; malè merentem respectu patris, & hoc enim tenetur ex persona sua, *ut* l. *cum plures.* §. *in primis.&* l. *tutor secundum dignitatem.§.fin. ff.de administ. tut.& no.in* l. *nō omni. C.de administ.tut.* Nec potest pater hoc interdicere: qvia talis patris prohibitio est contra jus naturale, qvod est immutabile. *Institu.de jure naturali,gent.& civili.§. sed naturalia.* Et propterea judex aditus super alimentis, debebit condemnare fratrem locupletem pauperi super præstatione alimentorum, & assignabit aliqvam possessionem ad alimenta, qvæ afferat reditum sufficientem ad ipsa alimenta, *ut* l. *si qvis argentum. C. de donation.* & ista

erit alienatio necessaria, qvæ non prohibetur, *ut l. alienationes. ff. fam. hercisc.* & l. *peto.* §. *prædium. de leg. 2. ita consulendo tenuit Bal. in cons. suo 243. in ordine meo, incip. verbis testamenti præmissis disponentis,* &c. Ego autem intelligo hoc esse verum, qvando filius institutus non haberet alia bona propria, qvàm paterna? qvia tunc non cogeretur præstare alimenta de dictis bonis prohibitis per jura & rationes, de qvibus suprà. Sed si frater haberet alia bona qvam paterna, non teneretur, nec posset de bonis paternis alienari prohibitis præstare alimenta fratri exhæredato: qvia cessaret fundamentum, de qvo suprà. Item intelligo, nisi frater exhæredatus ex opera sua commodè victum lucrari posset, *arg. glo. no. in* l. *si qvis de liberis.* §. *sed si filius. qva incipit, operari. ff. de lib. agn.* & *glo. in* l. *si maritus in id. ff. sol. matr.* & *glo. in* l. *si qvis argentum. in* §. *pen. C. de donat.* & *glo. in auth. de trien.* & *semis.* §. *penult. in verbo, idonei. coll. 3.* & *per ea qva no. per Doct. in dictis juribus.*

De Filio Legitimato.

D. DURANTIS CAUTELA VI. TIT. III.

§. Qvo remedio legitimatus testamentum impugnare non possit.

SUMMARIA.

1. *Legitimatus præteritus rumpit testamentum paternum.*

Legitimatus à cæteris legitimis in nihilo differt. ibid.

2. *Spurius legitimatus præteritus qvando non possit impugnare testamentum, nec petere legitimæ supplementum.*

3. *Testamentum, per qvæ verba non possit impugnari agnatione posthumi.*

FIlius * illegitimus etiam naturalis si prætereatur, non rumpit patris testamentum. *glo.* & *Bart. in* l. 1. *ff. de bon. poss. contra tabu. cum alleg. per Cur. cons.* 13. *statuto* Janua. *col.* 5. & *cons.* 74. *super memorata. col.* 17. legitimatus autem, si fuerit præteritus, rumpit testamentum, qvia nihil à ceteris legitimis differt. *l. illud tamen. in auth. qvi. mo. nat. eff. sui.* Et suorum hæredum jura nanciscitur. §. 1. *Inst. de hared. qva ab intest. defer. Alex. cons.* 139. *eleganter.* l. 1.

qvod

qvod intelligas de legitimato in vita patris tantum. *arg. l. Titium. ff. de suis & legit.* Et sive ante, sive post testamentum spurius legitimetur, ejus testamentum rumpitur, *arg. l. 1. C. de posthum. hæred. instit. Pet. de Anch. cons. 202. in successionibus, Paul. de Cast. cons. 219. super puncto. col. pen. cum aliis alleg. per Cur. cons. 35. in quæstione. lib. 1.* Sed ut legitimatus testamentum impugnare non possit, nec petere legitimæ supplementum, remedium est, qvòd non legitimetur simpliciter, sed habilis fiat ad succedendum in ea parte, qvam ei pater assignaverit, valet enim talis legitimatio & dispensatio. *arg. cap. 1. de ma. ad mor. cont. & est tex. in cap. naturales. si de feu. contro. inter do. & agna. secundum Alex. & Jas. in Rubr. ff. de l. & posthum. & Alex. in l. pactum. C. de collat. & Deci. cons. 257. qværitur.* * Item ne legitimatione superveniente qvasi agnatione posthumi rumpatur testamentum, satis est, qvòd inseratur testamento clausula codicillaris per verba denotantia tempus futurum, ut si dicatur, si non valeret, &c. qvia per hoc testator de agnatione posthumi videtur saltem in genere cogitasse. *l. qvi jure. ff. de milit. test.* Et probatur ex his, qvæ latiùs scribunt *Doct. in auth. ex causa. C. de libe. præte. & Alex. cons. 31. ponderatis his.* l. 3. Vide tamen qvæ dicam inferiùs hoc titu. Cautela 10, posthumus. 3

I. D. Durantis Caut. IX. Tit. III.

§. Qvo remedio successuri ab intestato excludantur à legitimato cum clausula sine præjudicio venientium ab intestato.

Summaria.

1. *Legitimatus sine præjudicio venientium ab intestato, non excludit legitimos à successione ab intestato.*
2. *Legitimatus filius qvomodo possit præferri succedentibus ab intestato.*
Principis verba ita sunt interpretanda, ut ejus beneficium non sit inutile.
3. *Legitimatio superveniens non reddit testamentum validum.*
4. *Cautelæ diligenter servandæ sunt.*

Filius * à principe legitimatus sine præjudicio venientium

tium ab inteſtato excluditur à legitimis hæredibus, & ei in ſucceſſione tam agnati, qvàm cognati præferuntur. iſta enim verba declarant mentem principis, qvi ſuo reſcripto nulli præjudicium vult inferri. *l. §. merito. & §. ſi qvis à principe. ff. ne qvis in loco pub. c. ex tuarum, de aut. & uſu pal. ut per Petrum de Anch. conſ. 142. ex tenore privilegii.* Et qvamvis idem conſi. 152. pro fratribus. opinetur dictam clauſulam non operari, qvòd ſucceſſuri ab inteſtato præferantur legitimato, ſed ſolùm faciat, ut legitimato non ſuccedente non lædatur cauſa legitimorum hæredum, & ipſi poſſint ſuccedere. Bal. qvoq; & Angelus variè interpre-
* tati fuerunt dictam clauſulam, verior tamen, & * communis opinio eſt, qvòd vis prædictæ clauſulæ ſit, qvòd legitimi hæredes & venientes ab inteſtato legitimato præferantur in ſucceſſione ab inteſtato delata, *ut patet ex relatu per Nico. de Ubalb. in trac. de ſucceſſ. ab inteſt. parte 1. circa finem, verſic. qvid autem importent illa verba. & Dec. conſ. 610. viſo themate.* ſed ut filius ita legitimatus præferatur
2 his, qvi ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, remedium eſt, * qvòd pater faciat teſtamentum, & legitimatum hæredem inſtituat, nam filius legitimatus cum dicta clauſula poteſt ex
* teſtamento ſuccedere, ſecundum * communem opin. *ut patet ex relatu per Alex. conſ. 51. viſo themate. l. 2. & per Curt. conſ. 74. ſuper memorata. & per Dec. conſ. 338. in caſu propoſito.* nec verba illa, ſine præjudicio venientium ab inteſtato, ita interpretanda ſunt, ut beneficium principis ſit inutile, & legitimatio, ſive diſpenſatio reddatur inanis, *l. 1. ff. ad mun. c. ſi Papa. de privi. l. 6.* qvare non poterunt venientes ab inteſtato, qvibus non eſt jus qvæſitum, neq; habent ſpem probabilem ex cauſa de præterito in bonis viventis, dicere, qvod teſtamentum in ipſorum præjudicium fieri non potuit, nitentes dictæ clauſulæ. *ut per Soci. conſ. 212. prima conſultatione. col. 2. verſ. ſextò. hoc idem conſuluit. & clarius per Alex. conſ. 187. videretur prima conſideratione. col. 2. & 3. l. 5.* virtus enim dictæ clauſulæ eſt, reſervare alii jus qvæſitum, vel ex cauſa de præterito qværendum, non autem jus ex nova, & futura cauſa obventurum, *ut per Alex. ibi, niſi verba aliud manifeſtè ſignificent, prout declarat Corn. conſ. 2. ponderatis. l. 1. faciunt dicta per Barba. conſ. 41. & qvidem viſo puncto. col. 7. verſi. ex his ſeqvitur.*

tur. l. 1. & notandum est, * qvòd si pater filium spurium 3
hæredem instituisset, & post factum testamentum illum legitimari fecisset, nihilominus institutio filii erit nulla: qvia legitimatio superveniens non reddit validam institutionem ejus, cum qvo non erat testamenti factio, reqviritur enim, qvod hæres sit habilis, & capax etiam tempore, qvo fit testamentum, *l. si alienum. §. in extraneu. ff. de hær. inst. & ita tenet Pau. de Castr. cons. 227. visô testamento.* qvare sit cautus pater instituens hæredem filium nondum legitimatum, ut eum instituat in tempus, cum capere poterit. *l. in tempus. ff. de hær. inst. ut dictum est suprà, de his qvi non hab. fact. test am.* Cautela 14. Spurii. & cautè suppleat ea, qvæ per nos ibi dicta sunt, * nihil enim ex his, 4
qvæ ad Cautelam pertinent, omittendum est, *c. qvanto. 63. dist.* & laudandus est, qvi ratione providet, ne inutilem actum faciat, *c. illa. 11. qvæst. 3.* & nemo sanus viam eligit, qva sua judicia impugnentur. *l. 3. ff. de mili. testa.*

De Filiabus.

B. Cæpolla Cautela CLXIX.

§. Pro filia exclusa à successione, si sit præterita.

SUMMARIUM.

1. *Hæreditatem post aditam per scriptum hæredem per contra tab. intentata, non reducit ad causam intestati, sed ante aditam sic.*

SCire * debes, qvòd per contra tab. intentata post aditam 1
hæreditatem per scriptum hæredem non reducit ad causam intestati, sed ante aditam sic, *ut no. in l. ut liberis. in 1. glo. C. de col.* Unde filia præterita exclusa per statutum à successione ab intestato, extante masculo, sit cauta, ut intentet contra tab. post aditam, & non ante aditam. *ita dicit Paulus de Cast. in l. certum. C. unde cogn.*

I. D. Durantis Caut. XVI. Tit. II.

§. Qvo remedio filiæ præteritæ, qvamvis ab intestato neqveat succeddere, succurratur.

Summaria.

1. *Præteritione filiæ sicut filii rumpitur patris testamentum.*
2. *Soror habito fratris consensu admittitur ad impugnandum*

gnandum testamentum, in qvo sit etiam extraneus institutus.

Beneficium esse venale non abhorrent jura. ibid.

1 NOn minus * præteritione filiæ qvàm filii (secundum jus Romanorum) parentis testamentum rumpitur, *l. maximum vitium. C. de lib. præte.* Verum statuta civitatum plerumqve fœminas excludunt à successione parentum, qvamdiu supersint masculi, idq; juri divino consentaneum est, *nu.* 27. Et ubi lex municipalis filias à successione parentum ab intestato excludit, filia præterita non rumpit testamentum. Sua enim non interest rem reduci ad causam intestati, *l. 1. §. fi. ff. si tab. tes. nul. exta.* Et ideo non auditur, *l. ille. §. si testamento. ff. ad Treb. Bal. cons. 36. Proponitur.* l. 3. *Cuma. cons. 127. Tengus in testamento.* §. Sed * ut filia præterita, in qvo frater ejus & extraneus hæredes instituti sunt, testamentum rumpere possit, remedium est, qvod curet habere consensum fratris, ut ipsa ex ea parte, qvam conseqvuturus esset extraneus hæres, vel ex minore portione succedere possit rupto testamento. Nam potest frater legis municipalis beneficio cedere, & consentire, qvòd soror ab intestato succedat, *l. judex, ff. de mino. l. si qvis in conscribendo. C. de pact. cum ibi traditis per Doct.* Et conseqventer, habito fratris consensu, soror ad impugnandum testamentum admittetur, cum ipsa inde conseqvutura sit commodum, *ut patet ex dictis per Dec. in* l. *filia dotem. C. de coll. & Lud. Pont. cons. 179. Amplissimè doc. Barb. cons.* 54. *Illud col.* 8. l. 3 Nec potest cautela hæc infringi, qvasi in fraudem frater consensum sorori accommodaverit. Nam jura non abhorrent interdum esse in alterius potestate, an alter successurus sit, & beneficium hoc etiam esse venale. *l. filium.* §. *sed cum exhæredatio. cum gl. in ver. erit venale. ff. de bon. pos. contra tab.*

I. DE ARNONO CAUT. XCIX.

§. Adhuc pro filia ad constitutionem regni, in aliqvibus, de successione filiorum comitum vel baronum.

COnstitutio regni in aliqvibus, de successione filiorum comitum vel Baronum, per qvam extantibus masculis filia fœmina succedit, sed maritatur de paragio, loqvitur patre duntaxat ab intestato decedente, non si ex testamento, ut ibi habetur. Modò pater maritavit filiam, & illa

sic

sic maritata de paragio, renunciavit successioni paternæ, patri & fratribus, ut hodie communiter fit in valvis ecclesiæ, etiam cum juramento. Postea pater solus, qvia nimis diligebat illam filiam, eam instituit cum aliis filiis in testamento. Qværitur, nunqvid possit? Dicas qvòd sic. tex. est *in l. fin. C. de pact.* qvem tex. pro un. & sing. ponderat Bald. *in c. ad nostram. 2. in 3. col. extra, de jurejur.* ubi subdit, qvòd licèt illa lex sit in omnib. no. tamen per neminem ad hoc est specialiter alleg. Refert & seqvitur do. Jas. in l. d. fin. in 4. col. in 10. no. & in 7. col. versus finem. Cautela est igitur, ut filia, non obstante dicta renunciatione jurata, procuret adhuc se institui cum aliis filiis *Et hanc Cautelam no. ad d. regni constitutionem, in aliqvibus*, de qva etiam diximus suprà in Caut. 72. & 76.

I. De Arnono Caut. XV.

§. Ad constitutionem regni in aliqvibus, sub Ru. de success. filiorum comitum, vel baronum.

Testator sic dixit, ego instituo filios masculos, & fœminas in eo, qvòd de jure eas tangit qværo, de qvo jure intelligatur in regno nostro, vel de jure communi, vel constitutionis, in aliqvibus, de successio. filiorum comitum, vel baronum? tu diceres, qvod intelligitur de jure communi per id, qvod tenet Bald. *in l. qvicunq; in 4. col. C. de servis fug.* ubi dixit, qvòd si pater instituit filios masculos & fœminas in eo, qvod de jure eos tangat, intelligitur de jure communi, non statutario; & ideo tunc non attenderetur statutum disponens, qvòd extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, sed debeant dotari ad idem facit qvod tenet Bald. *in l. sed & si qvis. §. qvæsitum, in ultima col. ff. si qvis caut.* Qvòd qvi renunciat omni beneficio juris, intelligitur, scilicet communis, non statutarii, vel consvetudinarii, *per §. sed qvotiens. Instit. de jure natur. gent. vel civil.* & maximè in casu constitutionis regni, in aliqvibus, qvæ non loqvitur: qvando pater decedit ex testamento, sed qvando ab intestato, ut dixi in singularib9 meis, singulari nonagesimo, incipiente, nota unum pulchrum dictum. His tamen non obstantibus tene contrarium, & dic, qvòd intelligitur de jure constitutionis regni, & sit sensus in eo, qvod de jure eos tangit, scilicet, ut fœminæ dotentur juxta dictam constitutionem de paragio. & hoc

hoc notanter voluit idem Baldus sibi contrarius, & melius in leg. maximum vitium. C. de liberis præteritis, in qvinta col. versic. ulterius qværitur de tali qvæstione, qvibus accedit id, qvod dixi dict. singulari 90. qvòd pater instituendo filios videtur in dubio testari secundum jus municipale, per ea, qvæ ibi dico, & sic secundum jus constitutionis, in aliqvibus, & ideo ad evitandos istos anfractus, §. Cautela est, ut testator dicat, ego instituo filios meos masculos & fœminas in eo, qvo de jure constitutionis regni eos tangit: qvia tum est clarum, & procedit sine scrupulo.

D. DURANTIS CAUT. V. TIT. III.

§. Qvo remedio filiæ impediantur habere regressum ad bona paterna, & viam ad impugnandum testamentum deficientibus masculis, ubi statutum excludit fœminas, donec supersint masculi.

SUMMARIA.

1. *Fœmina de jure divino non succedit pariter cum masculis.*

Filia præterita propter masculum qvando possit rumpere testamentum paternum, ibid. & num. 2.

Tempus limitatum, limitatum producit effectum, ib.

Statutum potest hæredem facere ex tempore, & ad tempus, ibidem.

2. *Institutio facta de filia in dote ei data, valet.*

Hæreditas accrescit filiæ institutæ in re certa, ibid.

3. *Institutio convertitur in fideicommissum virtute clausulæ codicillaris.*

Fideicommissum, cujus dies non cessit, etiam non agnitum, qvando transmittitur ad hæredes.

4. *Legitimæ non potest pater aliqvod onus imponere.*

1 SI *fœminæ per statutum à successione parentum, qvamdiu supersint filii masculi, excludantur, juxta legem Mosaicam, *num. 27. Calde. cons. 30. an si Judæus. in tit. de testa.* licet excludantur superstitibus masculis, & tam filia qvàm venientes ex persona ejus à successione repellantur, *ut per Bart. in l. 2. §. videndum. in fin. ff. ad Tertu. cum aliis allegatis per Deci. cons. 656. juridicam.* & conseqventer possint

possint præteriri in testamento, *ut per Doct. in l. filiæ dotem. C. de colla.* tamen filia præterita, masculo qvandoq; deficiente sine filiis masculis etiam post hæreditatem agnitam rumpit testamentum, qvia exclusa ad certum tempus post hoc vocari intelligitur. *arg. l. imperator. ff. de postu.* & potest statutum hæredem facere ex tempore, & ad tempus. *l. miles. ff. de mil. test a. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Bart. in l. fin. ff. ad Tertu. Bal. cons.* 111. *ad conservationem. libro* 2. &, rupto testamento, filia auferret hæreditatem hæredibus masculorum. *Bart. cons.* 11. *proponitur. Bal. in* l. *si qvis posthumos.* §. 1. *ff. de lib. & posthu.* & sententia hæc est verior, & * communior, *ut ibi dicunt Alexan. & Jas. & Alex. cum allegatis per eum in l. Gallus.* §. *& qvid si tantum. ff eod. tit. Cor. cons.* 11. *pro decisione. col.* 1. l. 2. *fac. scripta per Soc. cons.* 10. *consideratis.* l. 3. *& Dec. cons.* 296. *in casu. & cons.* 383. *viso puncto. & cons.* 264. *revocatur. col.* 3. *& cons.* 309. *viso puncto. Barb. cons.* 54. *illud. col.* 3. l. 3. ubi hanc dicit esse communem opin. *& Alex. in* l. 2. C. *de lib. præte. & hoc seqvitur Bal. cons.* 426. *antiqvum.* l. 3. ubi dicit etiam ad hæredem hoc jus à filia transmitti. *& Corn. cons.* 126. *principale dubium.* l. 2. *& Dec. cons.* 87. *pro resolutione.* & hanc communem opinionem dicit etiam *Soc. cons.* 76. *viso testamento.* l. 2. *col.* 1. *faciunt congesta per Dec. cons.* 607. *viso puncto. col. fin.* §. Sed ne filia post mortem filii sine sobole masculina decedentis rumpat testamen. * remedium est, 2
qvòd filia instituatur in aliqvo saltem in qvinq; solidis ultra dotem suam, *ut monet gl. in* l. 3. §. *sed utrum. ff. de minoribus Bart. consilium hoc dicit servari de facto. Et seqvitur. Bal. in auth. novissima. C. de inoffi. testa. Barb. cons.* 73. *magnanimus. col.* 7. *lib.* 4. *& cons.* 2. *col.* 6. l. 1. *& Jas. cons.* 113. *mos. Jas.* l. 1. & licet Spec. *in tit. de instrument. edit.* §. *compendiose. ver. sed super forma.* teneat sufficere filiam institutam esse in sua dote, & opinio hæc * communiter approbetur, *ut dicit Jo. de Imo. in capitul. Raynutius. de testam.* tamen secundum Specul. consultius est ad evitandas opiniones, qvod in aliqvo saltem modico instituatur filia ultra dotem, nam ex hoc etiam seqvetur utilitas, qvod præmortuo hærede scripto, vel non adeunte, non infirmabuntur relicta in testamento, sed filiæ in re certa institutæ accrescit hæreditas, *ut per Doctores in l. qvoties. C. de hær. institu-*

tur legatum ære alieno, si vires hæreditatis sufficiant ad satisfactionem. *l. si universæ. C. de leg. Alex. in d. l. quoties. & comprobantur prædicta ex not. per Paul. de Castr. & Jas. in l. filia pater. ff. de legat. 1. & per Barbat. in c. Raynutius. Colum. 63. de testam.*

I. D. DURANTIS CAUT. XVII. TIT. III.

§. Qvo remedio filius ob causam ingratitudinis ab eo commissæ exhæredari non possit, & qvomodo consulere sibi valeat justè exhæredatus, ne pereat fame.

SUMMARIA.

1. Filius ingratus exhæredari potest.

2. Filius pœnitens in vita patris adimit facultatem exhæredandi.

Exhæredandi potestas tollitur per pœnitentiã filii. ib.

Exhæredationis effectus tollitur, si filius reconcilietur patri, ibidem.

3. Ingratitudo filii remissa censebitur, si pater recipit eum ad mensam & victum communem.

4. Legitimæ præjudicat venditio omnium bonorum à patre facta.

5. Confessio patris non nocet filio quantum ad legitimã.

6. Filius qvando possit alienationem patris factam in fraudem legitimæ revocare.

7. Alienata in fraudem legitimæ qvo remedio revocentur.

Alimenta habent privilegium tacitæ hypothecæ, ib.

Bona sunt tacitè obligata pro alimentis. ibid.

Filiis alimenta sunt à parentibus præstanda. ibid.

8. Frater dives tenetur alimenta præstare fratri inopi, etiam malè merito.

1 SI filius * gravi injuria patrem affecerit, & ingratitudinis causam commiserit, qva exhæres fieri possit. §. *aliud capitulum. & §. causas. in auth. ut cum de appel. cognu.* nec valeat filius indignationem patris placare, & pater obstinata mente velit filium facere exhæredem, si filius velit ex-

exhæredationem effugere, & patris superare duritiem, & ab hæreditate non excludi, §. remedium est, * qvod vivo patre pœnitentia emendetur, nam si ita fuerit emendatus, exhæredatio illi non oberit, *arg. c. ferrum. 50. dist. cum alleg. per Alex. in l. col. 9. ff. sol. mat. & Jas. in l. in arenam. col. fi. C. de inof. test.* qvidē profectò est dictum aureum, & nunqvam oblivioni tradendum, *& seqvitur Abb. in c. qvintavallis, col. 2. de jureju.* sed ego in judicando nō facilè seqverer opin. hanc, qvoniam pœnitentia non operatur, nisi qvo ad Deum, nec læditius alteri qvæsitum, *ut not. gl. in c. gaudemus. de divor.* §. Secundum remedium est, * qvòd filius procuret se recipi ad cōmunem victum, & mensam cum patre: nam ex cohabitatione, & communi victu reconciliatio præsumetur, & conseqventer ingratitudo remissa censebitur, *l. in ipsius. C. fam. herc. l. 3. §. fin. cū l. seq. & ibi not. Bart. ff. de adi. leg. Spec. in tit. qvi filii sint legi. §. 1. versic. qvid si filia peccat in corpus suum, cum versic. seq. cum aliis alleg. per Alex. cons. 159. viso testam. col. fi. lib. 7.* sed possunt parentes contra filios odiosos uti Cautela, seu magis fraude, qvā docuit * Dy. dicens, patrem posse filios etiam privare legitima dando alicui omnia bona sua titulo venditionis recepto precio, vel ex alia causa onerosa in alium transferendo, *arg. l. Papinianus. §. qvarta. ff. de inof. testa. seqvitur Soc. cons. 93. circa primum. col. 9. versi. præterea,* & qvia doctrina per Dyn. tradita improba est, & ea utens pernitiosè peccaret, *ut dicit Bart. in l. hæreditarium. ff. de bonis autho. jud. poss.* antidotum dandum est contra malitiam per Dyn. inventam. cùm igitur usus fuerit contra filium Cautela prædicta, §. remedium est pro filio, qvòd proposita inofficiosæ donationis qverela, revocet alienationem, qvatenus bona non sint justo precio vendita, vel causa, ob qvam sunt in alium translata, non mereatur, qvantum est in æstimatione bonorum alienatorum, id enim qvòd precium receptum, vel merita excedit, videtur donatum, & ideo revocabile est, *per l. 1. C. de inof. donat. secundum Bart. in l. non usqve adeò ff. si à par. qvis fuer. man. & Bald. in l. fi. C. de revo. dona. Barba. in c. Raynutius. col. 49. cum seq. de test.* ideò si res alienatæ valerent centum qvinqvaginta, & venditæ essent centum, revocatio fieret in qvinqvaginta, & hoc omnes tenent, *ut dicit Alex. cons. 55. consideratis. colum. 1. lib. 1.* * item revocabilis est alienari usqve ad in integram legi-

2 3 4 5

legitimam, qvando de solutione precii, vel causa, ob qvam bona sunt data, non constaret aliter, qvàm per confessionem patris. *arg. l. si forte. ff. de cast. pecu. & l. qvi testam. cum gloss. ff. de proba, not. per gloss. & Doct. in l. si donatione. C. de collat. l. 1. §. si autem. ff. si qvid in frau. pat. Spec. tit. de confess. §. nunc videndum. versi. sed nunqvid patris confess. Bart. in l. cùm qvis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Alex. cons. 45. habita. in fin. lib. 1. & d. cons. 55. col. 1. & 2. & cons. 58. visa & brevi. lib. 5. cum alleg. per Jas. in l. si arrogator. col. 2. ff. de adopt.* Qvòd si alienatio facta sit recepto justo pretio, vel ex alia causa impleta idq; legitimè comprobe-
6 tur, remedium est, * qvòd filius agat Salviana, vel Faviana actione ad revocandum, qvicqvid alienatum est in fraudem legitimæ, *l. fin. ff. si qvid in frau. pa.* licet loqvatur in filio adoptivo, extenditur ad filium legitimum, & naturalem, secundum *Bar. in d. l. non usq; adeò.* hoc tamen remedium dubium est: nam opin. Bar. à multis impugnatur, & est veritas ita in ambiguo, ut res indigeat decisione principis, ut patet ex relatis per Barba. *in d. c. Raynutius, col. 49. cum seq.* ubi etiam reprobat opinionem eorum, qvi putaverunt de jure canonico indistinctè filium posse alienata revocare usqve ad legitimam, *per text. in d. c. Raynutius.* nec pro legitima datur hypothecaria, *ut per Alex. in l. in qvartam. col. ult. ff. ad legem Falci. & per Deci. cons. 235. in casu.* §. Ulti-
7 mum est, * qvòd filius contra possessores bonorum agat, dicens, ea sibi obligata esse pro alimentis: nam parentes liberis alimenta præstare tenentur. *l. si qvis à liberis. ff. de lib. agno.* & pro alimentis bona sunt tacitè obligata, & onus alimentorum seqvitur qvemlibet possessorem. *l. 2. & ibi Bart. ff. de alim. leg.* comprobatur remedium hoc ex dictis per Ludo. Roman. *cons. 383. in casu proposito. & per Felin. in c. ad audientiam. 2. de rescript. & Caccia. in tracta. de pensio. qvæst. 9.* & hoc remedio conseqvetur filius cibum, potum, vestimentum, habitationem, lectum, & si qva alia sunt, sine qvibus homo non vivit. *l. legatis. cum ibi not. per*
8 *Bart. ff. de alim. leg.* Novissimè notandum est, * qvòd licet legitimè exhæredatus non possit evertere testamentum. *§. exhæredatos. in Auth. de hæred. & Falcid.* tamen ne fame pereat, si frater ejus sit hæres institutus, remedium habet, qvòd alimenta à fratre, ut fratre, non ut hærede, & sibi pro ali-

alimentis prædia assignari petat & obtinebit : nam frater locuples sua persona tenetur fratrem inopem alere, licet is malè meritus fuerit de patre. *l.cum in plures.§.cum tutor. & l.tutor.secundum dignitatem.§.fin.ff.de administ.tutor. Bart.in l.si qvis à liberis.§.utrum.ff.de lib.agnosc.& in casu exhæredati ita consuluit Bald.cons.103.præmissu. lib. 5.*

B. Cæpolla Cautela CCXLVII.

§. Pro filio exhæredato, per patrem, prohibito aliqvid habere in bonis patris.

SUMMARIUM.

1. Frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, qvantumcunq; patris respectu malè merentem.

SI pater habens duos filios, unum exhæredavit justè, & alium hæredem universalem instituit, & in testamento expresse prohibuit, ut nullo unqvam tempore daret, vel concederet aliqvid de bonis ipsius testatoris sibi relictis filio exhæredato fratri suo, & si unqvam daret vel concederet, qvòd cadat à dicta hæreditate applicanda communi seu cameræ fiscali, vel pauperibus, nisi in qvantum dictus frater institutus esset coactus, vel de jure teneretur aliqvid dare de dictis bonis, an possit remedium aliqvod adhiberi, ut filius exhæredatus possit aliqvid petere, vel habere de dictis bonis paternis à fratre suo non obstante dicta prohibitione, ita, ut frater non cadat in aliqvam pœnam. Et dicas, qvod Cautela potest esse, ut filius exhæredatus petat à fratre suo alimenta coram judice, qvoniam judex tenebitur sibi decernere alimenta, etiam in bonis patris. * Nam 1
frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, qvantumcunq; malè merentem respectu patris, & hoc enim tenetur ex persona sua, *ut* l. *cum plures.* §. *in primis.&* l. *tutor secundum dignitatem.*§.*fin. ff.de administ. tut.& no.in* l.*nō omni. C.de administ.tut.* Nec potest pater hoc interdicere: qvia talis patris prohibitio est contra jus naturale, qvod est immutabile. *Institu.de jure naturali,gent.& civili.§. sed naturalia.* Et propterea judex aditus super alimentis, debebit condemnare fratrem locupletem pauperi super præstatione alimentorum, & assignabit aliqvam possessionem ad alimenta, qvæ afferat reditum sufficientem ad ipsa alimenta, *ut* l. *si qvis argentum. C. de donation.* & ista

qvod intelligas de legitimato in vita patris tantum. *arg. l. Titius. ff. de suis & legit.* Et sive ante, sive post testamentum spurius legitimetur, ejus testamentum rumpitur. *arg.* l. 1. *C. de posthum. hæred. instit. Pet. de Anch. cons.* 202. *in successionibus, Paul. de Cast. cons.* 219. *super puncto. col. pen. cum aliis alleg. per Cur. cons.* 35. *in qvæstione. lib.* 1. Sed ut legitimatus testamentum impugnare non possit, nec petere legitimæ supplementum, remedium est, qvòd non legitimetur simpliciter, sed habilis fiat ad succedendum in ea parte, qvam ei pater assignaverit, valet enim talis legitimatio & dispensatio. *arg. cap.* 1. *de ma. ad mor. cont. & est tex. in cap. naturales. si de feu. contro. inter do. & agna. secundum Alex. & Jas. in Rubr. ff. de* l. *& posthum. & Alex. in l. pactum. C. de collat. & Deci. cons.* 257. *qværitur.* * Item ne legitimatione superveniente qvasi agnatione posthumi rumpatur testamentum, satis est, qvòd inseratur testamento clausula codicillaris per verba denotantia tempus futurum, ut si dicatur, si non valeret, &c. qvia per hoc testator de agnatione posthumi videtur saltem in genere cogitasse. *l. qvi jure. ff. de milit. test.* Et probatur ex his, qvæ latiùs scribunt *Doct. in auth. ex causa. C. de libe. præte. & Alex. cons.* 31. *ponderatis his.* l. 3. Vide tamen qvæ dicam inferiùs hoc titu. Cautela 10. posthumus. 3

I. D. Durantis Caut. IX. Tit. III.

§. Qvo remedio successuri ab intestato excludantur à legitimato cum clausula sine præjudicio venientium ab intestato.

Summaria.

1. *Legitimatus sine præjudicio venientium ab intestato, non excludit legitimos à successione ab intestato.*
2. *Legitimatus filius qvomodo possit præferri succedentibus ab intestato.*
   Principis verba ita sunt interpretanda, ut ejus beneficium non sit inutile.
3. *Legitimatio superveniens non reddit testamentum validum.*
4. *Cautelæ diligenter servandæ sunt.*

Filius * à principe legitimatus sine præjudicio venientium

tium ab inteſtato excluditur à legitimis hæredibus, & ei in ſucceſſione tam agnati, qvàm cognati præferuntur. iſta enim verba declarant mentem principis, qvi ſuo reſcripto nulli præjudicium vult inferri. *l. §. merito. & §. ſi qvis à principe. ff. ne qvis in loco pub. c. ex tuarum, de aut. & uſu. pal. ut per Petrum de Anch. conſ. 142. ex tenore privilegii.* Et qvamvis idem conſi. 152. pro fratribus. opinetur dictam clauſulam non operari, qvòd ſucceſſuri ab inteſtato præferantur legitimato, ſed ſolùm faciat, ut legitimato non ſuccedente non lædatur cauſa legitimorum hæredum, & ipſi poſſint ſuccedere. Bal. qvoq; & Angelus variè interpretati fuerunt dictam clauſulam, verior tamen, & * com-
* munis opinio eſt, qvòd vis prædictæ clauſulæ ſit, qvòd legitimi hæredes & venientes ab inteſtato legitimato præferantur in ſucceſſione ab inteſtato delata, *ut patet ex relatis per Nico. de Ubalb. in trac. de ſucceſſ. ab inteſt. parte 1. circa finem, verſic. qvid autem importent illa verba. & Dec. conſ. 610. viſo themate.* ſed ut filius ita legitimatus præferatur
2 his, qvi ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, remedium eſt, * qvòd pater faciat teſtamentum, & legitimatum hæredem inſtituat, nam filius legitimatus cum dicta clauſula poteſt ex
* teſtamento ſuccedere, ſecundum * communem opin. *ut patet ex relatis per Alex. conſ. 51. viſo themate. l. 2. & per Curt. conſ. 74. ſuper memorata. & per Dec. conſ. 338. in caſu propoſito.* nec verba illa, ſine præjudicio venientium ab inteſtato, ita interpretanda ſunt, ut beneficium principis ſit inutile, & legitimatio, ſive diſpenſatio reddatur inanis, *l. 1. ff. ad mun. c. ſi Papa. de privi. l. 6.* qvare non poterunt venientes ab inteſtato, qvibus non eſt jus qvæſitum, neq; habent ſpem probabilem ex cauſa de præterito in bonis viventis, dicere, qvod teſtamentum in ipſorum præjudicium fieri non potuit, nitentes dictæ clauſulæ. *ut per Soci. conſ. 212. prima conſultatione. col. 2. verſ. ſextò. hoc idem conſuluit. & clarius per Alex. conſ. 187. videretur prima conſideratione. col. 2. & 3. l. 5.* virtus enim dictæ clauſulæ eſt, reſervare alii jus qvæſitum, vel ex cauſa de præterito qværendum, non autem jus ex nova, & futura cauſa obventurum, *ut per Alex. ibi, niſi verba aliud manifeſtè ſignificent, prout declarat Corn. conſ. 2. ponderatis. l. 1. faciunt dicta per Barba. conſ. 41. & qvidem viſo puncto. col. 7. verſi. ex his ſeqvitur.*

tur. l. 1. & notandum est, * qvòd si pater filium spurium hæredem instituisset, & post factum testamentum illum legitimari fecisset, nihilominus institutio filii erit nulla: qvia legitimatio superveniens non reddit validam institutionem ejus, cum qvo non erat testamenti factio, reqviritur enim, qvod hæres sit habilis, & capax etiam tempore, qvo fit testamentum, *l. si alienum.* §. *in extraneo ff. de hær. inst.* & *ita tenet Pau. de Castr. cons. 227. Viso testamento.* qvare sit cautus pater instituens hæredem filium nondum legitimatum, ut eum instituat in tempus, cum capere poterit. *l. in tempus. ff. de hær. inst. ut dictum est suprà, de his qvi non hab. fact. testam.* Cautela 14. Spurii. & cautè suppleat ea, qvæ per nos ibi dicta sunt, * nihil enim ex his, qvæ ad Cautelam pertinent, omittendum est, *c. qvanto. 63. dist.* & laudandus est, qvi ratione providet, ne inutilem actum faciat, *c. illa. 11. qvæst. 3.* & nemo sanus viam eligit, qva sua judicia impugnentur. *l. 3. ff. de mili. testa.* 3 4

De Filiabus.

B. Cæpolla Cautela CLXIX.

§. Pro filia exclusa à successione, si sit præterita.

SUMMARIUM.

1. *Hæreditatem post aditam per scriptum hæredem per contra tab. intentata, non reducit ad causam intestati, sed ante aditam sic.*

SCire * debes, qvòd per contra tab. intentata post aditam hæreditatem per scriptum hæredem non reducit ad causam intestati, sed ante aditam sic, *ut no. in l. ut liberis. in 1. glo. C. de col.* Unde filia præterita exclusa per statutum à successione ab intestato, extante masculo, sit cauta, ut intentet contra tab. post aditam, & non ante aditam. *ita dicit Paulus de Cast. in l. certum. C. unde cogn.* 1

I. D. Durantis Caut. XVI. Tit. II.

§. Qvo remedio filiæ præteritæ, qvamvis ab intestato neqveat succeddere, succurratur.

Summaria.

1. *Præteritione filiæ sicut filii rumpitur patris testamentum.*
2. *Soror habito fratris consensu admittitur ad impugnandum*

gnandum testamentum, in qvo sit etiam extraneus institutus.

Beneficium esse venale non abhorrent jura. ibid.

1 NOn minus * præteritione filiæ qvàm filii (secundum jus Romanorum) parentis testamentum rumpitur, *l. maximum vitium. C. de lib. præte.* Verum statuta civitatum plerumqve fœminas excludunt à successione parentum, qvamdiu supersint masculi, idq; juri divino consentaneum est, *nu.* 27. Et ubi lex municipalis filias à successione parentum ab intestato excludit, filia præterita non rumpit testamentum. Sua enim non interest rem reduci ad causam intestati, *l.* 1. §. *fi. ff. si tab. tes. nul. exta.* Et ideo non auditur, *l. ille. §. si testamento. ff. ad Treb. Bal. cons.* 36. *Proponitur.* l. 3. *Cuma. cons.* 127. *Tengus in testamento.* §. Sed * ut filia præterita, in qvo frater ejus & extraneus hæredes instituti sunt, testamentum rumpere possit, remedium est, qvod curet habere consensum fratris, ut ipsa ex ea parte, qvam conseqvuturus esset extraneus hæres, vel ex minore portione succedere possit rupto testamento. Nam potest frater legis municipalis beneficio cedere, & consentire, qvòd soror ab intestato succedat, *l. judex. ff. de mino. l. si qvis in conscribendo. C. de pact. cum ibi traditis per Doct.* Et conseqventer, habito fratris consensu, soror ad impugnandum testamentum admittetur, cum ipsa inde conseqvutura sit commodum, *ut patet ex dictis per Dec. in* l. *filiæ dotem. C. de coll. & Lud. Pont. cons.* 179. *Amplissimè doc. Barb. cons.* 54. *Illud col.* 8. l. 3. Nec potest cautela hæc infringi, qvasi in fraudem frater consensum sorori accommodaverit. Nam jura non abhorrent interdum esse in alterius potestate, an alter successurus sit, & beneficium hoc etiam esse venale. *l. filium.* §. *sed cum exhæredatio. cum gl. in ver. erit venale. ff. de bon. pos. contra tab.*

I. DE ARNONO CAUT. XCIX.

§. Adhuc pro filia ad constitutionem regni, in aliqvibus, de successione filiorum comitum vel baronum.

COnstitutio regni in aliqvibus, de successione filiorum comitum vel Baronum, per qvam extantibus masculis filia fœmina succedit, sed maritatur de paragio, loqvitur patre duntaxat ab intestato decedente, non si ex testamento, ut ibi habetur. Modò pater maritavit filiam, & illa

sic

sic maritata de paragio, renunciavit successioni paternæ, patri & fratribus, ut hodie communiter fit in valvis ecclesiæ, etiam cum juramento. Postea pater solus, qvia nimis diligebat illam filiam, eam instituit cum aliis filiis in testamento. Qværitur, nunqvid possit? Dicas qvòd sic. tex. est *in l. fin. C. de pact.* qvem tex. pro un. & sing. ponderat Bald. *in c. ad nostram. 2. in 3. col. extra, de jurejur.* ubi subdit, qvòd licèt illa lex sit in omnib. no. tamen per neminem ad hoc est specialiter alleg. Refert & seqvitur do. Jas. in l. d. fin. in 4. col. in 10. no. & in 7. col. versus finem. Cautela est igitur, ut filia, non obstante dicta renunciatione jurata, procuret adhuc se institui cum aliis filiis *Et hanc Cautelam no. ad d. regni constitutionem, in aliqvibus*, de qva etiam diximus suprà in Caut. 72. & 76.

I. De Arnono Caut. XV.

§. Ad constitutionem regni in aliqvibus, sub Ru. de success. filiorum comitum, vel baronum.

Testator sic dixit, ego instituo filios masculos, & fœminas in eo, qvòd de jure eas tangit qværo, de qvo jure intelligatur in regno nostro, vel de jure communi, vel constitutionis, in aliqvibus, de successio. filiorum comitum, vel baronum? tu diceres, qvod intelligitur de jure communi per id, qvod tenet Bald. *in l. qvicunq; in 4. col. C. de servis fug.* ubi dixit, qvòd si pater instituit filios masculos & fœminas in eo, qvod de jure eos tangat, intelligitur de jure communi, non statutario, & ideo tunc non attenderetur statutum disponens, qvòd extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, sed debeant dotari ad idem facit qvod tenet Bald. *in l. sed & si qvis. §. qvæsitum. in ultima col. ff. si qvis caut.* Qvòd qvi renunciat omni beneficio juris, intelligitur, scilicet communis, non statutarii, vel consvetudinarii, *per §. sed qvotiens. Instit. de jure natur. gent. vel civil.* & maximè in casu constitutionis regni, in aliqvibus, qvæ non loqvitur: qvando pater decedit ex testamento, sed qvando ab intestato, ut dixi in singularib9 meis, singulari nonagesimo, incipiente, nota unum pulchrum dictum. His tamen non obstantibus tene contrarium, & dic, qvòd intelligitur de jure constitutionis regni, & sit sensus in eo, qvod de jure eos tangit, scilicet, ut fœminæ dotentur juxta dictam constitutionem de paragio. & hoc

hoc notanter voluit idem Baldus sibi contrarius, & melius in leg. maximum vitium. C. de liberis præteritis, in qvinta col. versic. ulterius qværitur de tali qvæstione, qvibus accedit id, qvod dixi dict. singulari 90. qvòd pater instituendo filios videtur in dubio testari secundum jus municipale, per ea, qvæ ibi dico, & sic secundum jus constitutionis, in aliqvibus, & ideo ad evitandos istos anfractus, §. Cautela est, ut testator dicat, ego instituo filios meos masculos & fœminas in eo, qvo de jure constitutionis regni eos tangit: qvia tum est clarum, & procedit sine scrupulo.

D. DURANTIS CAUT. V. TIT. III.

§. Qvo remedio filiæ impediantur habere regressum ad bona paterna, & viam ad impugnandum testamentum deficientibus masculis, ubi statutum excludit fœminas, donec supersint masculi.

SUMMARIA.

1. *Fœmina de jure divino non succedit pariter cum masculis.*

Filia præterita propter masculum qvando possit rumpere testamentum paternum, ibid. & num. 2.

Tempus limitatum, limitatum producit effectum, ib.

Statutum potest hæredem facere ex tempore, & ad tempus, ibidem.

2. *Institutio facta de filia in dote ei data, valet.*

Hæreditas accrescit filiæ institutæ in re certa, ibid.

3. *Institutio convertitur in fideicommissum virtute clausulæ codicillaris.*

Fideicommissum, cujus dies non cessit, etiam non agnitum, qvando transmittitur ad hæredes.

4. *Legitimæ non potest pater aliqvod onus imponere.*

1 SI *fœminæ per statutum à successione parentum, qvamdiu supersint filii masculi, excludantur, juxta legem Mosaicam, *num. 27. Calde. cons. 30. an si Judæus. in tit. de testa.* licet excludantur superstitibus masculis, & tam filia, qvàm venientes ex persona ejus à successione repellantur, *ut per Bart. in l. 2. §. videndum. in fin. ff. ad Tertu. cum aliis allegatis per Deci. cons. 656. juridicam*, & conseqventer possint

possint præteriri in testamento, *ut per Doct. in l. filia dotem. C. de colla.* tamen filia præterita, masculo qvandoq; deficiente sine filiis masculis etiam post hæreditatem agnitam rumpit testamentum, qvia exclusa ad certum tempus post hoc vocari intelligitur. *arg. l. imperator. ff. de postu.* & potest statutum hæredem facere ex tempore, & ad tempus. *l. miles. ff. de mil. test a. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Bart. in l. fin. ff. ad Tertu. Bal. cons.* 111. *ad conservationem. libro* 2. &, rupto testamento, filia auferret hæreditatem hæredibus masculorum. *Bart. cons. 11. proponitur. Bal. in* l. *si qvis posthumos.* §. 1. *ff. de lib. & posthu.* & sententia hæc est verior, & * communior, *ut ibi dicunt Alexan. & Jas. & Alex. cum allegatis per eum in l. Gallus.* §. *& qvid si tantum. ff. eod. tit. Cor. cons. 11. pro decisione. col.* 1. l. 2. *fac. scripta per Soc. cons. 10. consideratis.* l. 3. *& Dec. cons. 296. in casu. & cons. 383. viso puncto. & cons. 264. revocatur. col. 3. & cons. 309. viso puncto. Barb. cons. 54. illud. col.* 3. l. 5. ubi hanc dicit esse communem opin. *& Alex. in* l. 2. C. *de lib. præte. & hoc seqvitur Bal. cons. 426. antiqvum.* l. 3. ubi dicit etiam ad hæredem hoc jus à filia transmitti. *& Corn. cons. 126. principale dubium.* l. 2. *& Dec. cons. 87. pro resolutione.* & hanc communem opinionem dicit etiam *Soc. cons. 76. viso testamento.* l. 2. *col. 1. faciunt congesta per Dec. cons. 607. viso puncto. col. fin.* §. Sed ne filia post mortem filii sine sobole masculina decedentis rumpat testamen. * remedium est, 2 qvòd filia instituatur in aliqvo saltem in qvinq; solidis ultra dotem suam, *ut monet gl. in* l. 3. §. *sed utrum. ff.* de mino. *ubi Bart. consilium hoc dicit servari de facto. Et seqvitur. Bal. in auth. novissima. C. de inoffi. testa. Barb. cons. 73. magnanimus. col. 7. lib. 4. & cons. 2. col. 6.* l. 1. *&* Jas. *cons.* 113. *nos. Jas.* l. 1. & licet Spec. *in tit. de instrument. edit.* §. *compendiose. ver. sed super forma.* teneat sufficere filiam institutam esse in sua dote, & opinio hæc * communiter approbetur, *ut dicit* Jo. *de Imo. in capitul. Raynutius. de testam.* tamen secundum Specul. consultius est ad evitandas opiniones, qvod in aliqvo saltem modico instituatur filia ultra dotem, nam ex hoc etiam seqvetur utilitas, qvod præmortuo hærede scripto, vel non adeunte, non infirmabuntur relicta in testamento, sed filiæ in re certa institutæ accrescit hæreditas, *ut per Doctores in l. qvoties. C. de hær. institu-*

statuend. cum allegatis per Barb. in cap. Raynutius. col. 5. & 6. de testam. Multum etiam operatur ad conservationem testamenti prædictum remedium. nam stante hujusmodi statuto non solùm filia præterita, verùm etiam nati natæq; qvandoqve ex illa reintegrantur ad successionem deficiente linea masculina, & sic reintegrati subvertent testamentum non adhibito dicto remedio, *ut per Ja. cons. 105. qvia in d. statuto. & Socin. dict. cons. 10.* licet Decius aliud senserit *cons. 364. visis seqvens. Bartol. in l. finali. col. 3. ver. qværo, qvid si filia. ff. ad Tertull.* §. Secundum remedium est, *
3 qvòd in testamento adjiciatur clausula codicillaris, ut in fideicommissum institutio convertatur, *juxta not. per Bart. in l. 1. ff. de jure codi.* Et virtute dictæ clausulæ filia non habebit nisi legitimam, & in eam imputabitur dos data, *ut per Bart. cons. 44. super prædictis. & cons. 20. factum sic se habet.* Et fideicommissum hoc etiam non agnitum ad hæredes transmittetur, qvia testamentum fingitur tunc retro nullum, & conseqventer dies fideicommissi cedere intelligitur in vita scripti hæredis, qvod procedit, si statutum de testamenti viribus nil decernat: nam si statutum diceret filiam interim testamentum impugnare non posse post mortem fideicommissarii die fideicommissi cedente, non fieret transmissio ad hæredes. *l. 1. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tol. secundum Bart. in dict. l. fin. ff. ad Tert.* Sed verius est fideicommissum indistinctè propter incertitudinem eventus non transmitti. *argum. l. ventre. ff. de acqvirend. hære.* & contra Bartol. est * communis opinio, ut
4 testatur Cor. *in præalleg. cons. 121. col. pen. vers. cùm lex deferens.* * Et notandum est, qvòd licet pater legitimæ ali-
* qvod onus non possit adjicere. *l. qvoniam. C. de inoff. test.* tamen ubi statutum excludit filias à successione parentum superstitibus masculis, si pater dotem relictam filiabus, si illæ sine liberis moriantur, velit redire ad masculos, remedium est, qvòd hoc disponat, *l. fi. §. penul. ff. de leg. 2. juncta l. qvi liberos. ff. de rit. nupt. Pau. de Cast. cons. 233. pro prensiori. colum. fin.* qvod ita demum videtur procedere, si filia specialiter & cum juramento consentiat. *l. si qvando. §. 1. cum ibi no. Bald. C. de inoff. testa. & per Dec. cons. 106. diligenter. colum. fin.*

§. Qvo remedio filia supplementum legitimæ, vel bona materna petere prohibeatur.

SUMMARIA.

1. *Legitimæ supplementum potest filius institutus in re certa petere etiam prohibitus, aut etiam si legatum agnoverit.*
2. *Juramentum confirmat renunciationem successionis etiam in legitima, sive in ipso actu testandi, sive contractu.*
3. *Renunciatio legitimæ præcedens patris testamentum debet transire in vim pacti, ut valeat, aliàs juri futuro renunciari minimè potest.*
4. *Filia instituta in legitima cum hoc, qvòd compenset, qvicqvid habere debet, utrum prohibeatur exigere bona materna.*

SI pater * filiæ certam qvantitatem relinqvat, licet adjecerit, qvòd plus petere non possit, nihilominus poterit filia petere supplementum legitimæ, §. ceterùm. in authent. ut cùm de appella. cog. etiamsi filia legatum agnoverit, si expresse non renunciaverit supplemento legitimæ, *ut per Alexan. cons. 89. consi. utrum emphyteosis. col. fi. lib. 4. ubi ita limitat. l. si pars. §. illud. ff. de inoffic. testa. & idem cons. 8. visis subtilissimis. col. 5. versi. non dicatur. lib. 3. & Zab. cons. 22. puto de jure.* Qvòd si pater pro agnationis & familiæ dignitate servanda velit agnatos succedere exclusis filiabus, etiam à legitimæ supplemento, remedium est, * qvòd ante testamentum pater contractu inter vivos dotem filiabus assignet, & faciat juratas renunciare legitimæ. *cap. qvamvis. & ibi Docto. de pact. lib. 6.* deinde faciens testamentum masculos hæredes scribat, & filias instituat in re certa, & adjiciat prohibitionem, qvòd illæ plus petere non possint ratione legitimæ, vel alia qvavis causa. *Remedium hoc comprobatur ex scriptis per Alex. cons. 181. perspectis. in fin. lib. 5.* Et sufficit, qvòd patri sic testanti filiæ consentiant, & renuncient, si qvid plus petere possent etiam nomine legitimæ, & ita filiæ plus petere non valebunt, *per l. non putavit. §. si qvis sua manu. ff. de bon. poss.*

poss. contra. ta. & l. cum donationis. C. de transact. satis tamen est, qvòd in ipso actu testandi fiat hujusmodi renunciatio *secundum Alexan. in l. si qvis posthumos. §. 1. ff. de lib. & posthum.* Et notandum est, * qvòd oportet renun-
3 ciationem transire in pactum, qvia simplex renunciatio filiæ non obesset, qvæ, non habens spem probabilem, juri futuro renunciare non potest. *l. 1. §. qvod ait. ff. qvo. lega.* & spes successionis etiam paternæ votum improbum continet. *l. post emancipationem. ff. de lib. lega. l. 1. §. si impubere. ff. de colla. bono.* nec prodesset consensus cum renunciatione facta præsenti, qvæ solet habere vim pacti. *l. tale. ff. de pact.* qvia hoc procederet, ubi spes esset probabilis ex causa de præterito, *ut in dict. l. ita consuluit Soc. cons. 238. viso testamento.* Idem remedium adhibendum esset, qvando pater vellet legitimæ aliqvod onus & gravamen adjicere, qvod facere non potest. *l. qvoniam in prioribus. C. de inoff. test.* * Et si pater filiam in certis rebus instituat, ju-
4 bens eam stare tacitam, & qvòd plus de bonis suis petere non possit, qvamvis relictum transcendat legitimam, filia dotem maternam petere non prohibetur. *arg. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbor. signifi. facit text. in l. prætor. §. emancipati. ff. de col. bon. Bart. in d. l. ut jurisjurandi. §. si liberi. col. 2. ff. de ope. lib. & cons. 60. qvæstio ista. & per Jas. cons. 214. in causa hospitalis. par. 1.* Sed si pater favore masculorum filiam à bonis maternis intendat excludere, remedium est, qvòd testator mandet cum relicto compensari, qvicqvid filia possit petere, & exigere de dote bonisqve maternis. *l. 1. §. sciendum. Cod. de rei uxor. acti. ita colligitur ex doctr. Bart. in d. §. si liberi. & in l. fideicommissa. §. si qvis ita. ff. de legat. 3. & Bald. in l. qvoniam Novella. C. de inoffic. testamen.*

I. DE ARNONO CAUT. LXXIV.

§. Adhuc ad constitutionem regni, in aliqvibus, de succes. filio. Comitum vel Baronum.

STante constitutione prædicta in aliqvibus, qvòd existentibus filiis masculis, filiæ fœminæ non succedant: Qværo, nunqvid pater possit per pactum initum cum filio facere, qvòd filia ab intestato succedat, non obstante dicta constitutione? Bart. *in l. de qvæstione tali, qvæ est l. ultim. C. de pactis,* cum qvo tenet, qvòd sic, licet contrarium te-

neant

neant. Bald. Fulgosius, Paul. de Castr. *ibi*, & fundamentum Bart. est illud, licet non explicet, nam ex qvo constitutio, in aliqvibus, intelligitur ab intestato, ergo ex testamento sic, sicut ergo pater testando potest præjudicare filiis masculis, prout etiam est textus notabilis *in* l. *si patronus non aluerit. ff. de bon. liberto.* ergo eodem modo potest præjudicare paciscendo: qvia de ultimis voluntatibus ad contractum, bonum est argumentũ. l. *servũ si* 11. §. *eum qvi Chirographum.* & l. *qva de legat. de legat.* 1. §. Cautela est igitur, ut filia faciat & obtineat pactum cum patre, qvòd ipsa succedat cum filiis masculis, patre ab intestato decedente. & *istam decisionem Bart. refert, seqvitur, & defendit dom. Jas. in dict.* l. *fin. in* 6. & 7. *col. C. de pactis.* & *sic habes adhuc intellectum ad dict. constitutionem, in aliqvibus, nota.*

De Matre & Avis paternis & Maternis.

I. D. Durantis Cautela XV. Tit. III.

§. Qvo remedio testamentum matris vel avi materni non obstante præteritionis vitio sustineatur.

SUMMARIA.

1. *Filius est à matre instituendus vel exhæredandus, ut vires habeat testamentum.*
2. *Præteritio etiam matris, vel avi materni testamentum vitiat.*

Præteritionis vitium tollitur per clausulam codicillarem. ibidem.

Filius * à matre, vel ea præmortua ab avo materno instituendus est, vel exhæredandus, vel prætereundus causa ingratitudinis adjecta: nam §. mater. Insti. de exhær. lib. hodie correctꝰ est, per §. aliud qvoq; capitulum *in authent. ut cum de appell. cog. ut per Are. in d.* §. *mater. Bal. cons.* 2. *verba statuti. in lib.* 1. & *Pau. de Castr. cons.* 288. *dictum testamentum.* & *Cor. cons.* 150. *hac qvæstione. lib.* 1. & *Alex. consi.* 41. *viso tenore. lib.* 1. & *consi.* 27. *consideratis his. in principio. lib.* 7. §. Sed * ne præteritionis occasione destitui contingat testamentum matris, vel avi materni & ceterorum per lineam maternã ascendentium, filii, seu nepotes, in re aliqva instituantur, non tamen poterit mater vel avꝰ maternus legitimam minuere: nam supplementum peti poterit. §. *ceterùm. in auth. ut cum de appe. cog. ut per*

 Bal.

Bal.conf.342.casu super qvo.li.2. Item poteſt teſtator adhibere remedium clauſulæ codicillaris, qvia ſic ſuccedentes ab inteſtato rogati videbuntur, ut voluntatem ipſius teſtatoris adimpleant. l. *ex teſtam.* & l. *eam qvam. c. de fideicommiſſ. Bart.in* l.1.q.5.*ff.de jure codicill.* & *Alex.in* l.1.C. *eodem. Bart.conſ.49. Nicolai.deceſſit.* & *Cornet.melius ad hoc propoſitum in conſ.26.circa primum. col.2.* & *lib.1.* Et licet glo.in auth.ex cauſa. C.de lib.præt.contrarium ſenſerit, tamen prædicta opi.communiter approbatur, *ut dicit Decius conſ.242.in caſu propoſito.col.1.* & *conſ.770.clariſſimè.in fine.* Et de vi dictæ clauſulæ vide etiam per Barbatium *conſ.54.illud. columna. penult.* & *finali, lib. 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. XIV. TIT. III.

QVO remedio avus poſſit providere nepotibus, ut eis ſalva ſint materna, ac etiam ipſius teſtatoris bona.

SUMMARIA.

1. Hæredes non poſſunt venire contra factum defuncti, pro qva portione ſucceſſerint.

Inventarium non relevat hæredem revocare volentem ea, qvæ defunctus alienaverat. ibid.

2. Nepotes qvomodo poterunt habere bona avita & alienata per patrem, ſive avita, ſive materna vendicare poſſint.

Alienari non poſſunt bona ſubjecta reſtitutioni. ib.

1 SI avus * habeat filium, & ex eo nepotes habentes bona materna, & timeat, ne filius bona ſua prodigalitate dilapidet, & nepotes triſtem exitum ſentiant: nam ſi eorum pater bona materna alienaret, ipſi poſtea ſuccedentes alienata revocare non poſſent, pro qva portione patri ſucceſſiſſent. l. *cum à matre. C. de rei vendicatio.* etſi revocare velint, oportebit eos ab hæreditate patris abſtinere, nec inventarium facere prodeſſet immiſcentibus ſe hæreditati paternæ, in qvantum ad eos ex hæreditate perveniſſet. l. *fi. §.in computatione.C.de jur.delib.Bartol.in* l.*cum vir.ff.de uſucapione,* & qvi à patris hæreditate abſtinerent, bona qvæ fuerant avi paterni, obtinere non poſſent, l. *qvi ſe patri. C. unde lib.* ſed ut nepotes bona avita habeant, & alienata per patrem ſive avita ſive materna, aut alia qvælibet vendicare

poſ-

possint, §. remedium est, * qvòd filio instituto qvandocunq; is mortuus fuerit, ejus liberi substituantur, & rogetur filius hæres suis filiis totam & integram hæreditatem restituere, & ex fideicommissaria substitutione succedentes nepotes bona à patre alienata vendicabunt sine præscriptionis obstaculo. l. 1. *C. de bon. mater.* l. *fin.* §. *sed qvia. Cod. com. de legat.* & remedium hoc comprobatur ex his, qvæ scribit Jas. *in d.* §. *in computatione.* & *Soc. cons.* 39. *qvoniam præsens.* 2

D. Durantis Caut. IIX. Tit. III.

§. Qvo remedio testator possit tollere qvæstionem regni inter filium & nepotem ex primogenito præmortuo.

Summaria.

1. *Filius ex primogenito an præferatur secundogenito in successione regni. & num. 3.*
2. *Salomon in successione regni prælatus fuit Adoniæ fratri suo primogenito.*
Primogenituræ jus non potest per patrem tolli. ibid.
Pater non potest diminuere jus qvæsitum filio etiam ex stipulatione sua. ibid.
3. *Pater non potest uni ex filiis prælegare rem, qvam acceptat in emphyteosim pro se & filiis.*
4. *Filius secundogenitus, qvo pacto possit præferri nepoti ex primogenito etiam minori in regno.*
5. *Barones viventes de jure communi in pariter succedendo per qvæ verba caveant, qvando velint unum ex eis tantum jurisdictioni præesse.*

NEpos * ex primogenito præfertur filio secundogenito in successione regni, *ut per Bal. cons.* 389. *consuetudo. li.* 2. & *opi. hanc multi tenuerunt, qvos refert & seqvitur Soc. rationibus per eum relatis, cons.* 252. *visis instrumentis,* & * communem opinionem hanc esse scribit Barba. *cons.* 10. *sapienter. col.* 10. *lib.* 2. Sed æqvior videtur opinio contraria, si primogenitus mortuus sit vivo patre, & sic nondum ei jure qvæsito, secundum veriorem & communiorem opinionem, *ut dicit Alex. cons.* 4. *ponderatis, col.* 3, *lib.* 4. & *Deci. cons.* 343. *in casu ad me transmisso. in fin.* & *opinionem hanc approbat Bart. in Authent. post fratres. C. de le-* 1 *

git.hared. & confirmat multis rationibus, & authoritatibus. Anto.de Ros.in tracta.de suc.ab int.ver.de legitimatu. Jo.in tract.de primoge.q.15.lib.1. locupletissimè scribit omnia, qvæ in utramq; partem possunt allegari, & ad finem recitat sententiam Imperatoris Othonis, qvi dicebat, qvæstionem hanc esse gladiatorio judicio dirimendam, & ipse Joan. in conflictu opinionum diffinire non audet. remanet ergo res dubia. Sed si testator velit belli occasionem & controversiam tollere inter filium secundogenitum, & nepo-
2 tem ex primogenito, §. remedium est, * qvòd suo arbitrio decernat, ad qvem ex illis velit regnum, vel jus primogenituræ devenire, sicut fecit Rex David, dicendo Salomoni: *Sedebis super solum meum, & ipse regnabis pro me.* & ita Salomon in successione regni prælatus Adoniæ prius genito. *Reg.3.cap.1.fac.not.per Fels.in c.prudentiam.col.2.de off.deleg.& allegata per Alex.cons.12.perspectis his.& cons.18.attentis narratis.colum.2.lib.5.Et per Jas.cons.286.Rex Romanor.parte.1.* Hoc tamen remedium non est tutum, qvia verior videtur opinio, qvòd testator non possit jus primogenituræ alteri tollere, & alteri dare, *ut patet ex allegatis per Jo.in d.tractatu primogen.lib.3. q.3.* nam pater jus qvæsitum filio etiam ex sua stipulatione non potest diminuere, *secundum Bart. in l. ut jurisjurandi. §. si liberti.*
* *col. 2. ff. de ope. lib.* Et est * communis conclusio, ut dicit Jas. *per relata per eum cons.113.nobilis.col.4.par.1.& cons.163.in causa.col.penul.par.2.*& faciunt ea, qvæ refert Jas. *in*
3 *l.2.circa fin.C.de jur.emph.**ubi concludit ex allegatis, per eum non posse patrem uni ex filiis prælegare rem, qvam acceperat in emphyteosim pro se & filiis, nisi tantundem aliis in recompensationem relinqvat, & prædium emphyteoticum præleget, ut rem filiorum. *arg.l.unum ex familia.§.si rem ff.de legat.2.fac.no.per Cuma.cons.16.Guarnerius.*§.bonum autem remedium est, qvòd pater curet, qvòd alter ex illis renunciet juri primogenituræ, *per ea, qvæ refert Jas. cons.56. in causa.col. 4. lib.1.* Etsi velit filium nepoti ex primogenito præferri, si nepos tempore cessionis, & renunciationis sit minor, ut valeat renunciatio, & rescindi non possit per restitutionem in integrum, §.remedium est,
4 * qvòd minor juret non contravenire, *authent.sacramenta puberum. C.si adver.vend.& remedium hoc comproba-*

tur

tur ex allegatis per Mart. Laud. in tractatu de primoge. q. 23. Qværo, an primogenitus. & per Jo. in suo tract. de primog. lib. 3. q. 1. Et notandum est, * qvòd si testator sit Comes, 5
Marchio, vel Dux alicujus provinciæ, vel civitatis, habeatq; plures liberos, qvi de jure comuni succederent. c. 1. de grad. suc. feu. & velit unum tantùm jurisdictioni præesse, qvod pertinet ad bonū publicum. l. 1. §. *novissimè. ff. de orig. jur.* l. *cujus. ff. de cur. fur.* §. Remedium est, qvòd ipse testator unum eligat, & successivè per unum regi populum ordinet in suo testamento. potest enim testator hoc facere, etiamsi jurisdictio ipsi testatori sit in feudum data, & ipse fuerit stipulatus pro se & filiis. nam licet omnibus filiis tunc præjudicare non possit, unum tamen aliis præferre potest. arg. l. 1. ff. de assi. lib. & dict. l. unum ex familia, *ut per Felin. in dict. c. prudentiam. col. 2.* Et est * comunis opinio, ut dicit Bar- *
ba. cons. 55. perspectis. colum. ultim. inter cons. Alex. lib. 4. post locupletissimè allegata per eum. Sed secundum Jas. *in d.* l. 2. *q. ultim. C. de jur. emph.* cautius est, qvòd pater aliis filiis condignam compensationem relinqvat, *ut sup. dictum est.*

De Fratribus.

I. De Arnono Caut. LXXV.

§. Pro fratribus contra fratrem exhæredatum à patre, non expressa causa ingratitudinis, ut probent causam exhæredationis justam.

PATER in testamento exhæredavit unum ex filiis, sed non expressit causam, licet filius sic malè exhæredatus qverelet testamentum, & reducat ad causam intestati, tamen si fratres probent causam exhæredationis justam, qvamvis non expressam à patre in testamento, privabitur talis filius successione intestati. *ita notat Angelus in §. ingratitudinem. in authent. de nupt. per illum textum cum gloss. in versiculo lucrum.* & propterea dicit, qvod advocati sint semper cauti, ut probent causam ingratitudinis, *ut ibi per eum, refert & seqvitur domin. Jaso. in* l. *cum mota. in 3. colum. versu. fin. ibi, not. etiam in materia. C. de transact. ubi dicit se non legisse alibi, nisi Ang. singulariter in dict. §. ingratitudinem.*

I. D. Durantis Caut. XVI. Tit. III.

§. Qvo remedio fratris filius qverelam inofficiosi testa-

menti habeat: item qvo remedio sustineatur testamentum, ne per qverelam subvertatur à fratre testamentum fratris.

SUMMARIA.

1. Fratris filio non competit qverela inofficiosi testamenti contra patrui testamentum.

2. Adoptari potest nepos ex uno filio, ut nepos ex altero filio.

3. Frater qvando possit qverelare testamentum fratris.

4. Clausula codicillaris sustinet testamentum fratris etiam turpi persona hærede instituta.

1 FRatris * filio non competit qverela contra testamentum patrui. *l. fratris. C. de inoffic. test.* sed si pater habeat filium prole carentem, & ex altero filio nepotem, si velit, ut filius carens prole nepotem instituere teneatur, & ut filio fratris exhæredato detur qverela contra testamentum, vel ut præteritus reddat testamentum nullum, §. remedium
2 est, * qvòd avus nepotem emancipet, deinde qvasi ex illo filio natum eo consentiente adoptet. *l. si paterfam.* §. *qvi duos ff. de adoptione.* nam talis adoptio faciet, ut patruus fratris filium præterire non possit. Cautelam hanc multum
3 notab. dicit Bald. *in dict.* §. *qvi duos.* * Fratribus autem germanis competit qverela inofficiosi testamenti contra testamentum fratris, qvando frater hæredem fecisset eum, qvi etiam levi notetur macula infamiæ. *l. fratres. C. de inoff. testa.* & qvia magna pars hominum aliqva sugillatur infamia, *juxta l. 1. ff. de his qvi not. infam.* facilè accidit, ut ejus testamentum subvertat, qvi fratre præterito alium sibi hæredem scripserit. Sed ne præteritione fratris penitus cor-
4 ruat ultima testatoris voluntas, remedium est, * qvòd testator adjiciat testamento clausulam codicillarem, tunc enim frater ab intestato succedens tenebitur restituere hæreditatem hæredi scripto etiam infamia notato. *Ang. consi. 119. super puncto prædicto.* cujus dictum ut elegans, & pulchrum refert, & seqvitur Barba. *in c. Raynutius. fol. 28. col. 2. de testa*, ubi tenet prædicta procedere, etiamsi instituatur hæres usurarius qvispiam vel concubina. & ideo non videtur rectè consuluisse Paul. de Castr. qvi contrarium tenuit, *consi. 59. ad primum videtur. col. pen. & ult. 1. part. & Fulg. consi. 71. mulier. colum. 2. & 3.*

DE

DE INJUSTO, RUPTO ET IRRITO FACTO TESTAMENTO. Tit. III.

De Injusto.

D. Durantis Caut. VII. Tit. II.

§. Cautela servanda per hæredem, qvando testamentum non fuit scriptum per tabellionem.

Summaria.

1. *Scriptura presbyteri, qvi non sit notarius, non facit fidem.*
   Testes examinandi sunt ad futuram memoriam, qvando testamentum est factum sine scriptura, vel in scriptura privata. ibidem.
2. *Probandum est totum, de qvo est qvæstio, & partem probare non sufficit. & num. 3.*
3. *Venditio non dicitur probata, licet testes dicant se interfuisse venditioni, nisi probentur reliqva, qvæ sunt de substantia venditionis.*

SOLET * presbyter parochialis adhiberi ad scribendum testamenta in villis, & castris, non tamen facit fidem scriptura presbyteri, qvi non fuit notarius. c. ut officium. §. ad conscribendas. de hær. lib. 6. cautius ergo est adhibere notarium, *ut per Zaba. cons. 73. puto.* At si testamentum scriptum sit per alium, qvàm per notarium, sit cautus hæres, ut qvàm citius possit, curet examinari testes testamentarios & eorum dicta publicari, *juxta no. per Bart. in auth. si qvis. C. de test. & Bal. cons. 53. interdũ.* l. 4. alioqvin periculum esset, ne morte testiũ testamentũ deperiret, *ut per Zab. in præalleg. cons. 73. Et per Doct. in l. publicati. C. de testa.* & examen testium fiat citatis omnibus, qvorum interest, *per allegata per* Jasonem, *cons. 67. visa. col. 2. &* 3. l. 3. & idem servet hæres institutus coram testibus tantùm sine scriptura, potest enim hæres ita institutus facere examinari testes ad futuram rei memoriam, etiam lite non contestata, *ut per Bart. in dict. auth. si qvis.* * & cautus sit hæres, ut deducat in articulos totam voluntatem testatoris, & expedit inter ceteros facere articulum, qvòd ipsi testes toti testamento interfuerunt, & qvòd nihil in contrarium testator in dicto testamento disposuit, oportet namqve probari

1 (margin at "SOLET") — 2 (margin at "& cautus sit hæres")

per testes totum id, qvod est de substantia negotii, de qvò agitur, *ut per Bal. Pau. de Cast. Alex. & Jas. in l. cùm antiqvitas. per illum tex. C. de test.* Ideo testes, qvia ad solennitatem testamenti adhibentur, durare debent, donec extrema contestatio peragatur. *l. qvi testam. §. fin. ff. de testa.* & partem testamenti probare non sufficit, qvia incivile est judicare, nisi toto eo, de qvo agitur, cognito & perspecto. *l. incivile. & ibi no. Bal. ff. de leg. cap. cùm persona. cum gl. in ver. integraliter. & Doct. de privi. l. 6. Bar. Alex. & Jas. in Rubr. ff. de operis novi nuncia.* * facit qvod dicunt Doctor. ut non dicatur probata venditio, licet testes dicant se fuisse præsentes venditioni, nisi etiam probentur reliqva, qvæ sunt de substantia venditionis, *ut per Alex. in l. sciendum. col. 3. ff. de verborum oblig. & Socin. cons. 148. diu perspecto. col. 2.* & qvòd testes probare oporteat integram, & solidam voluntatem defuncti, circa id, de qvo agitur, confirmatur ex doctrina Cyn. & *Bal. in* l. *si præsid. C. de don. ante nupt. & ex dictis per Jas. 42. factum.* l. 1.

D. DURANTIS CAUT. IIX.

Qvo remedio sustineatur voluntas testatoris, etiamsi testes non fuerint rogati, & qvo remedio possit disponere de rebus suis, qvi videri non potest.

SUMMARIA.

1. Testes testamentarii rogati esse debent.

2. Testes in codicillis etiam non rogati esse possunt.

3. Testes videre debent testatorem.

1 TEstes * ad testamenti solennitatem rogandi sunt. *l. haredes palàm. §. in testamentis. ff. de testa.* qvod procedit etiam de Jure Canon. *ut patet ex relatis per Alex. cons. 70. viso consilio, in fi.* l. 2. Et satis est, qvod à testatore, seu notario, vel ab alio rogentur. *arg.* l. *item veniunt. §. à qvo. ff. de pet. har.* cùm enim rogantur ab alio præsente testatore, videntur rogati ab ipso testatore. *argum.* l. *qvi patitur. ff. mand. ut per Alex. cons. 48. abundè. col. 2.* l. 2. & cùm non scribitur, à qvo rogati sint, præsumitur testes rogatos fuisse ab eo, ad qvem testes rogare pertinebat. arg. *l. stipulatio ista. §. si qvis ita. ff. de verborum oblig. ut colligitur ex dictis per Bar. & alios Doct. in l. sciendum. eodem tit. & per Alex. cons. 33. ponderatis. col. 4.* l. 3. *& per Jas. in l. servi electione.*

ff. de

ff. de leg. 1. Sed ut omissio rogationis testium non vitiet testamentum, remedium est, qvod * in testamento inseratur clausula codicillaris. nam valent codicilli facti coram testibus non rogatis. l. *fin. in fi. C. de cod. ut per Corn. cons.* 95. *in hac. col.* 3. l. 2. * Item testes debent videre testatorem, & esse in ejus conspectu. l. *si non speciali. ubi Doct. C. de testam.* ideo testamentum nocturno tempore factum non valet, *per no. per Doct. in* l. *non minorem. C. de transact.* nam agnitionem personæ nox impedit. *glo. in* l. *si cum exceptione.* §. *in hac ff. qvod met. cau.* §. Sed remedium est, qvòd adhibeantur tria luminaria. l. 1. §. *tria luminaria. ff. de ventr. insp. ut per Jas. cons.* 50. *placet consultatio.* l. 3. etsi propter aliud impedimentum videri non possit testator, ut non vitietur omninò voluntas testatoris, si testes testatorem non viderint, ut qvandoq; contingit tempore pestis, remedium est, qvòd testamento adjiciatur similiter clausula codicillaris, vel donationis causa mortis, qvia ex testamento ad codicillos, vel donationem causa mortis circa ea, qvæ solennitatem respiciunt, non infertur. l. *hac consultissima. C. de testam. juncta.* l *fi. C. de cod.* & l. *fin. C. de don. caus. mort.* & *probantur prædicta per ea, qvæ scribit Matth. in no. fol.* 1. *vers. not. qvòd licet regulariter. cum qvo transit Alex. in d.* l. *si non speciali.* Sed Corn. contrarium sentit consi. 18. principale. lib. 2. ea ratione, qvòd sit de similibus ad similia procedendum. l. *non possunt. ff. de legi. c. inter cetera. de resc.* Mihi videtur honestati, & juri congruere, qvòd notarius & testes videant testatorem, si tamen contingat testatorem à testibus videri non posse, ut valeant testamentum & legata, qvæ fierent ad causas etiam non pias testibus audientibus, sed non videntibus testatorem, tutum remedium est, qvòd instituatur hæres ecclesia, vel alius pius locus, & ab hujusmodi hærede relinqvatur, qvibus, & qvantum testator velit, & valebit dispositio testatoris, *ut probatur ex allegat. per Corn. d. cons.* 18. *in fin.* & *faciunt, qvæ superius diximus Cautela* 3. *si solennitas. hoc tit.*

2

3

De Rupto.

D. Durantis Caut. X. Tit. III.

§. Qvo remedio testamentum posthumi nativitate non rumpatur.

SUMMARIA.

1. Posthumus præteritus rumpit testamentum, etiamsi statim expiraverit ante baptismum.

Testamentum rumpitur nativitate posthumi, etiam nati in octavo mense, ibid.

2. Numerus singularis prolatus in institutionibus extenditur ad pluralitatem.

3. Institutio resolvitur in fideicommissum virtute clausulæ codicillaris per verba futuri temporis.

4. Donatio inter vivos revocatur nativitate liberorum.

Pater semper præsumitur suam sobolem præferre alienæ, ibidem.

Testatoris voluntas talis fuisse præsumitur, qualis de jure esse debet, ibidem.

Hæreditas patris est quasi debita filiis. ibid.

Clausula codicillaris non operatur contra præteritionem posthumi, etiam quoad legata, ibid.

5. Legata quando debeantur, si nativitate posthumi rumpatur testamentum.

1 POsthumus * præteritus rumpit testamentum. *l. posthumi. 1. ff. de injust. test.* l. 1. *C. de posthu. hæred. inst.* Et procedit hoc, etiamsi natus statim expiraverit etiam ante baptismum, *l. 3. C. eod. ut per Doct. ibi, & Corn. cons. 176. in præsenti. col. 2.* l. 2. dummodò partus sit tempore perfectus, *ut per Fulg. cons. 69. punctus talis est*. Sed Bal. tenet, qvod natus octavo mense rumpat testamentum. *per l. uxoris abortu. C. de posth. hær. inst. & cons. 93. proponitur.* l. 5. Alex. *in l. qvod certum. C. eod. tit.* putat posse testamentum sustineri, mihi videtur judicandum esse pro testamento in re dubia. *l. si pars. ff. de inoffi. testam. c. fi. de sent. & re jud.* §. Sed ne posthumi vel hi, qvi posthumorum loco sunt, agnascendo testamentum rumpant, hæredes instituendi, vel substituendi sunt, juxta consilium Galli, & legis Vellejæ. *l. Gallus per totam legem. ff de lib. & posthu.* & expedit instituere o-
2 mnem posthumum indefinitè. *l. placet.* * *& ibi DD ff. de lib. & posthu.* nam instituto posthumo, qvi est in utero, ali

sthumi rumperent testamentum, *ut per Bal.cons.14. s. lib.3.* si tamen simpliciter etiam singulari numero imum instituerit testator, & plures nascantur, o- intelliguntur hæredes instituti, qvia in institutioni- rba singulariter prolata ad pluralitatem trahuntur, alitas occurrat. *l. ex duobus.cum ibi not. ff. de hare. ede.cons.42. testator.* Idem juris est, si testator insti- t ventrem simpliciter, *ut per Bal.cons.132. mihi Bal- n.* §. Et ultra Galli Aqvilii & leg. Vellejæ remedia, ne 3
umus, vel qvasi posthumus, agnascendo testamentum at, remedium est, qvòd in testamento ponatur, clau- codicillaris per verba futuri temporis, nam clausula posita operatur, qvòd in fideicommissum institutio re- atur, & qvi ab intestato succedunt, hæreditatem scri- hæredibus restituere teneantur. l. *generaliter. §. ex mento ff. de fideic. libe.* Et remedium hoc colligitur ex s per Bar. *in* l.1. *ff. de jur.cod. & in auth.ex causa.C.de rat. & cons.235. Lappus. Et Paul.de Cast.cons.56. pra- es & egregius doctor. & cons.56.incipiendo, par.1. & A- cons.142. circa primam dubitationem. l. 2. & ibi dicit c opinionem * communem esse,* & qvòd hæc sit commu- *
opinio, testatur etiam Cor. *cons.225. anteqvam aggre- r.col.*4.l.3. per verba præsentis temporis concepta clau- a codicillaris nihil operatur qvoad sustinendum testa- entum, ne rumpatur nato posthumo, *ut per Bart.in d.l. & cons.210.* Omne illud remedium hoc * relatum est 4
ne, non ut illud seqvar, sed ut ostendam erroneam opinio. m esse eorum, qvi tenent hoc remedio non rumpi testa- entum nativitate posthumi, & non esse juri consonam o- nionem hanc, probatur: Primò, qvia revocatur donatio nter vivos nativitate liberorum, *l. si unqvam. C. de rev. o.* & donatio nititur viribus pacti, qvod est minus revoca- bile, qvàm testamentum, *l. sicut.C.de act. & obl.* Secundò, qvi dic[illegible]atrem voluisse suæ soboli præferri extraneum hæredem, dicit contra æqvissimam juris præsumptionem, qvæ est, ut etiam contra expressam vim verborum testa- menti semper parens censeatur voluisse sobolem propriam præferri alienæ. *l.cùm avus: ubi Doct. ff. de cond. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicom.* Tertiò, qvia voluntas te- statoris talis fuisse præsumitur, qvalis de jure debuit. *l. Gal- lus.*

lus. §. qvidam. ubi DD. ff. de liber. & posthu. Bart. in l. hæredes mei. § cum ita. ff. ad Treb. & in l. ut jurisjur. §. si liberi. ff. de oper. lib. Et de jure hæreditas patris est qvasi debita filiis. l. *si qvis legatum. §. fi. ff. ad legem Cornel. de fal. cum no. per glo. in* l. *si qvis ad declinandam. C. de episcop. & cleri. l. finali. C. de codi.* Qvartò repugnat rationi naturali, qvòd filii excludantur ab hæreditate patris. *l. cùm ratio. ff. de bon. dam.* Qvintò contra officium pietatis est per hujusmodi interpretationem filium ab hæreditate patris excludere, l. *hoc colore. ff. de inoffi. testam. c. fin. 17. q. 4. glo. in dict. l. si qvis ad declinandam. in ver. simili modo.* Sextò, qvi putat patrem voluisse potius alteri qvàm filio sua bona relinqvere, ponit, patrem talem dementem fuisse, qvia demens censetur, qvi alienam sobolem suæ posteritati præfert, *l. Titia. ff. de inoffi. testa.* est igitur æqvior opinio, qvòd non obstante clausula codicillari, rumpatur testamentum nativitate posthumi, etiamsi futuri temporis verbis concepta fuerit dicta clausula, ut dicit Barbat. *consi. sexagesimo. illud. col.* ✻ 7. l. 2. ubi etiam refert hanc opinionem ✻ communiorem esse, & profectò contraria opi. repugnat voto & officio paterno. *l. script. § fin. ff. unde lib. c. cùm apostolus. de cens.* etsi vivens fuisset interrogatus testator, verisimiliter respondisset filium velle succedere. hoc igitur pro expresso habendum est, *gl. in l. tale. § fin. ff. de pact.* maximè qvia non natus non potuit committere crimen, qvo bonis paternis carere debeat, l. *si qvis. § fin. C. de inoffi. testam.* & in hac sententia resideo, & teneo testamentum rumpi nativitate posthumi, tam qvoad universale fideicommissum, qvàm etiam qvantum ad legata, qvæ verisimiliter testator non reliqvisset, si de posthumo cogitasset, *arg. d. l. cum avus. secundum Bart. cons. 204. factum est tale,* nam non est verisimile, testatorem voluisse gravare liberos contra naturalem charitatem. l. *Lucius. ff. de hæredib. instit. ut per Bald. cons. 219. qvia ultimus.* l. 3. *& consilio ducentesimo qvarto. [illegible] est conn. & cons. 424. præsupposito.* l. 4. *& consilio centesimo qvinqvagesimo sexto. clausula.* l. 2. *& d. auth. ex causa.* qva non obstante præteritione conferantur legata, procedit, qvando præteritio est scienter facta, non aliter, *ut ibi per Doct. & per Alex. cons. 41. viso tenore.* l. 1. *& cons. 47. abundè.* l. 7. *& fac. dicta per Alex. d. cons. 14. col. 2. & confirmatur opi. hac ex dictis*

er Paul. de Castr. cons. 57. clarum est. par. 1. * Lega- 5
en pro parte filiorum institutorum, ad qvos codicil-
tus est, præstanda sunt. l. *si qvi. ff. de jur. co. ut per*
cons. 69. relictum. l. 2.

B. Cæpolla Cautela CLXXV.

Qvando reperiantur duo testamenta facta eodem die.

Summarium.

amenta duo si eodem die fiant, nec appareat, qvod
ius, aut posterius sit, neutrum valet.

eperiuntur * duo testamenta, facta eodem die, tamen
n apparcat, qvod prius & qvod posterius, neutrum va- 1
hæres ex neutro eorum potest hæreditatem capere.
si qvis in duob9. & ibi no. ff. de sec. tab. secundum Ian-
in tit. de jurisd. q. 25. probatur in l. eum qvi. in prin. ff.
cq. hær. Sed no. optimam Cautelam, qvam Angel. pra-
vit aliàs de facto in civitate Paduæ, videlicet ut hæres
t hæreditatem ex qvocunq; testamento, nec applicet
num magis ad unum, qvàm ad aliud, qvia tunc non di-
r esse dubius, an sibi hæreditas sit delata. & ideo ex uno
tum adire non potest. *ita dicit ipse no. in l. eum qvi. in*
pi. ff. de acq. hær.

I D. Durantis Caut. III. Tit. X.

§. Qvo remedio testamentum etiam alio testamento non
to revocetur.

Summaria.

Testamentum factum, utrum revocari potest coram septem testibus, alio testamento non facto.

Testator si coram septem testibus dicat, volo decedere intestatus, scriptus hæres hæreditate privabitur.

Testamentum cancellatum per testatorem dicitur revocatum.

Testamentum posterius tollit prius: etiamsi ex posteriore non adeatur hæreditas.

EX eo * solo, qvòd testator post testamentum factum di- 1
xerit etiam coram septem testibus nolle valere testa-
mentum jam factum, non propterea hæreditas scriptis hæ-
redibus aufertur. *§. ex eo. Instit. qvib. mo. testam. infirm.*
Bartol. in l. si jure. ff. de legat. 3. Bald. cons. 354. ad evidentiam.

tiam. lib.5. & Alex. in l. *si ita scriptum.* §. *regula. ff. de libe. & posthu. & cons.* 104. *paucis utar. lib.2. & cons.* 159. *viso testamento. lib.7. & Jason. cons.* 131. *qvoniam Elizabeth. part.* 1. *& cons.* 141. *visa longa. parte* 2. §. Sed * si testator velit scriptum hæredem hæreditate carere, & eam deferri succedentibus ab intestato, remedium est, qvòd testator adjiciat verba hæc: Qvia volo decedere intestatus. His namqve verbis adjectis, valet ademtio hæreditatis, & revocatio testamenti facta coram septem testibus, qvasi instituti fuerint ab intestato successuri. l. 1. §. *si hæres. ff. si tab. test. nul. exta. & hoc tenet Bart. in d.* l. *si jure. Pau. de Cast. in authen. hoc inter liberos. C. de testa. Barba. in cap. Raynutius. fol.* 24. *colum.* 3. *de testam. Laur. Calc. cons.* 90. *qvantum ad primum. col.* 5. *cum seqvent. Pet. de Anch. & Imol. in c. cùm esses. de testa.* & est communis opin. secundum Alex. *in* l. *sancimus. C. de testa.* ubi dicit sufficere prædicta fieri coram qvinqve testibus, si in testamento fuerat extraneus institutus, *seqvens Bart. in* l. *militis codicillis.* §. *veteranus. ff. de mili. testa. qvi ita tenet per* l. *hac consultissima.* §. *si qvis autem. C. de testa.* Tutius tamen est adhibere numerum septem testium: qvia dictus §. si qvis autem. loqvitur, qvando expresse instituit venientes ab intestato, *ut ibi per Fulgos.* & qvòd valeat revocatio facta dictis verbis adjectis, *tenet Alex. cons.* 104. *paucis utar. lib.* 2. *& cons.* 30. *ponderatis. lib.* 3. *& cons.* 159. *viso testamento. lib.* 7. *& Corn. cons.* 39. *qvanqvam. lib.* 2. *& cons.* 149. *visis nonnullis. ver. item non videtur. eodem lib. & cons.* 7. *reperio. ver. & insuper. lib.* 4. §. Secundum remedium * (ut pœnitentia revocetur testamentum) est, qvòd veniatur ad actum facti cancellando testamentum, l. *cancellaverat. ff. de his, qvæ in testa. delen. Bart. in d.* l. *si jure.* §. Tertium remedium est, * qvòd in voluntate revocatoria adjiciatur clausula codicillaris, *ut per Bartol. in d.* l. *si jure.* Etsi testator secundum testamentum perfectum faceret cum hæredis institutione, ad tollendum primum esse remedium, carens omni scrupulo. *d.* §. *ex eo.* Etsi in priori testamento esset extraneus institutus, venientes ab intestato, coram qvinqve tantùm testibus possent institui. *d.* §. *si qvis autem.* Et explorati juris est, posteriore testamento prius tolli, etiamsi ex secundo testamento non adeatur hæreditas, l. *cùm in secundo.*

le injusto. testamen. l. *pater filio. ff. de hared. inst. cum tis per Alexan. consi. 87. in causa mota. colum.* 1. *&*
3. dum tamen considerato tempore secundi testa-
i adiri potuerit hæreditas, *ubi per Alex. & ad com-
tionem prædictorum vide Barba. cons. 60. illud. lib. 2.*

I. D. Durantis Caut. I. Tit. X.

Qvo remedio tollatur prius testamentum habens
ulam derogatoriam ad secundum.

Summaria.

stamentum prius tollitur per posterius.
*lausula derogativa ad seqvens testamentum qvo-
modo revocetur secundo testamento.*
*lausula codicillaris sufficit in secundo testamento,
um illis verbis, omni meliori modo, &c. ad revo-
cationem prioris testamenti.*
*Juramentum facit, ut dispositio seqvens non tollat
præcedentem etiam juratam.*
*Juramentum facit valere actum, omni meliori mo-
do, qvo valere potest.*

Osteriore * testamento prius tollitur, etiamsi in secun- 1
dis tabulis sol[illegible]m sit qvis hæres institutus, in re certa, si
luit testator à prima voluntate recedere. l. *si qvis priore.
ad Trebel.* §. *Imperatores. Inst. qvibus mod. test. infir.
Doct. ibi, & in* l. *qvoties. C. de hared. instituen. & per
ald. cons. 29. secundum testamentum. lib.* 3. dummodò
cundum testamentum sit solenne, & validum. l. *si jure. ff.
legat. 3. Bald. cons. 48. testamentum. lib.* 4. Sed si qvis te-
stamentum, qvod facit, velit firmum permanere, & verea-
tur, ne posterius instigatione aliorum facere compellatur,
remedium est, * qvòd in testamento adjiciatur clausula 2
derogatoria ad seqvens testamentum, veluti si dicatur, si
qvod post hoc testamentum à me fieri contigerit, illud va-
lere nolo, nisi in eo de verbo ad verbum scriptus fuerit
Psalmus, *Benedicam te Domine omni tempore.* Etsi fiat
testamentum posterius ea forma prætermissa, non valebit,
qvia præcedens protestatio declarat animum testandi de-
fuisse in seqventi testamento. *argum.* l. *& si qvis. §. plerisq;
ff. de relig. & sumpti. fune. & est textus notissimus in* l.
si

si qvis in principio testamenti. ff. de leg. 3. & ibi late per Bart. Ang. Alex. & Moder. in l. *si mihi.* §. *in legatu. ff. de leg.3. & Decium consf. 229. stante. colum.* 1. *in fin.* Et testamentum prius habens ejusmodi clausulam derogatoriam, posteriore testamento, etiam in qvo adjecta esset clausula cassans & irritans omne aliud testamentum, non revocaretur. Qvia * oportet in secundo specialem mentionem facere prioris testamenti, & clausulæ derogatoriæ in eo contentæ. Nam non sufficeret dicere, non obstante aliqvo alio testamento, *ut per Zabarel. cons.* 102. *super facto.* nisi addantur verba hæc, videlicet, etiamsi in eo esset aliqva clausula derogatoria ad seqvens testamentum, *ut per Paul. de Cast. cons.* 241. *in facto puncti. colum.* 7. Singularem tamen expressionem facere non oportet, *ut per Bart. in d.* l. *si qvis in principio testamenti. Fede. de Sen. cons.* 47. *habita super casu. Gemi. cons.* 115. *super dubio. & Bald. cons.* 280. *qvæstio. lib.* 4. Et sufficit ex verbis testamenti colligi, qvòd testator voluerit secundum testamentum omninò valere, secundum * communem opinionem, *ut patet ex relatis & dictis per Soc. cons.* 2. *in causa testamenti. col.* 3. *lib.* 3. & satis est dicere, irritans omne aliud testamentum, etiam in qvo esset clausula derogatoria ad seqvens testamentum, *ut per Bart. in d.* l. *si qvis. in prin. col.* 4. *& cons.* 21. *& dixit, & Barb. cons.* 72. *illud. col. pen. lib.* 3. *& consi.* 39. *clementissimi. lib.* 4. *cum relatis per eum. & per Alex. consi.* 25. *viso testamento colum.* 1. *in prin. lib.* 3. *& cons.* 7. *videretur. & cons.* 44. *videbitur prima fronte. col.* 2. *lib.* 4. *& Corn. cons.* 86. *qvamvis. lib.* 3. & qvòd hæc sit * communis opinio, patet etiam ex dictis, & relatis per Barba. *in c. cùm esses. fol.* 7. *col.* 3. *de testa. & per Alex. cons.* 163. *visis narratis. lib.* 7. *& Cor. cons.* 74. *in præsenti. lib.* 2. *de qvo vide etiam per* Jasonem *in* l. 1. *ff. de libe. & posthum.* qvin etiam ad revocationem prioris testamenti sufficit scribi clausulam codicillarem in secundo testamento cum illis verbis, omni meliori modo, &c. *secundum Bald. cons.* 389. *reperitur. lib.* 5.

3 [margin, beside "tur. Qvia * oportet"]; * [margin, beside "cundum * communem"]; * [margin, beside "cons. 86. qvamvis"]

4 §. Sed ut testamentum prius non infirmetur per posterius, in qvo etiam clausulæ derogatoriæ specialiter derogetur, remedium est, qvòd clausula derogatoria testatoris jurejurando firmetur, qvia derogatio seqvens, non tollit præcedentem dispositionem jurejurando corrobo-

boratam, si de juramento mentio facta non fuerit. *c. constitutus. de rescrip. gl. in c. cùm non deceat. de electio. lib. 6.* Ideo in secundo testamento post illa verba revocans etiam omnes & singulas clausulas derogatorias, oportunum esset adjicere etiam juratas, *ut per Jasonem in d. §. in legatis.* Sufficit* qvoq; ad tollendam clausulam prioris testamenti 5
juratam, qvòd secundum testamentum jurejurando firmetur, qvia sic perinde est, ac si clausulam derogatoriam testator specialiter sustulisset, qvoniam jusjurandum facit actum valere omni meliori modo, qvo valere potest. *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. ut per Bald. Alexan. & Jas. in l. sancimus. C. de test. de qvo vide per Soc. cons. 163. nō fuisset opus. col. fi. & Barb. d. cons. 89. col. 3.* Et utilia sunt ista remedia, qvando metu testator sit facturus testamentum. Nam istis remediis providere poterit, ne vires habeat testamentū, qvod metu facturus sit, *ut per Barba. in d. cap. cùm esses. fol. 5. col. 3. cùm locupletissimè ibi per eum alleg. & Spec. in tit. de instr. edit. §. compendiosè. vers. sed & considerandum.*

De Irrito facto Testamento.

D. Durantis Caut. IX. Tit. III.

§. Qvo remedio non irritetur testamentum per religionis ingressum.

Summaria.

1. *Religionis ingressu rumpitur testamentum, sicut agnatione posthumi.*
   Testamentum non valet illius, qvi tempore mortis erat intestabilis. ibid.
   Monachus factus ipso jure fit intestabilis. ibid.
2. *Ingressurus religionem qvomodo valeat disponere de bonis suis inter vivos.*
3. *Testamentum monachi factum ante ingressum monasterii, utrum valeat.*

Irritum* fit testamentum, si testator religionem profiteatur, qvia monasterium habetur loco liberorum. 1
authen. nisi rogati. cum ibi not. C. ad Trebell. & agnatione posthumi, vel qvasi posthumi rumpitur testamentum. *l. posthumorum. ff. de injust. test.* & qvia infirmatur testamentum ejus, qvi desinit esse sui juris, & subjicitur alterius pote-

 stati.

ſtati. l. *qvi ex liberis.§.teſtam.ff.de bon.poß.ſec.tab.*& monachus alienæ ſe ſubjicit poteſtati ipſo ingreſſu, & conſeqventer teſtamentum vires habere deſinit, l. *conficiuntur. §. ſi poſt. ff. de jure cod.* qvod etiam demonſtratur ex eo, qvod ut teſtamentum valeat, oportet teſtatorem habuiſſe factionem teſtamenti tempore,qvo moritur.l.1.§.*exigit.ff. de bon.poß.ſec.tab.* monachus autem factus ſtatim ſit inteſtabilis. *auth. ingreßi. C. de ſacroſanct. eccl.* & qvòd teſtamentum ingreſſu religionis irritum fiat,tenet Fed. de Sen. *conſ.165.Glo. referunt & Ro.conſ.237.opinionem.& hoc ſeqvuntur communiter Docto. ut teſtatur Imo.in cap. 1. ver. qvid autem ſi aliqvis. de teſt.qvamvis Bart.in auth.ſi qva mulier. C. de ſacroſan. eccle.* fuerit in contraria opin. & ſimiliter Felin. & Dec. *in cap.in præſentia.de proba.* Sed Jaſ. * *in d.auth. ſi qva mulier*,dicit * veriorem & ſuſtentabiliorem opinionem eſſe,qvòd teſtamentum irritetur.Ne igitur voluntas ejus,qvi de ſuis bonis diſponit,ante religionis ingreſſum revocetur in dubium, an irrita facta ſit per profes-
2 ſionem religionis ſubſeqvutam, §. remedium eſt, * qvod religionem profeſſurus contractu inter vivos, diſponat de reb9 ſuis, eas donando ſub conditione, ſi religionem fuerit profeſſus,& valebit diſpoſitio:nam lege permiſſum eſt,monaſterium ingreſſuro, ſuis uti qvo voluerit modo. §. illud. in authen.de mona.*Remedium hoc comprobatur ex no. per glo.in d.§.illud.& Bart.in d.auth.ſi qva mulier.& Lud.in*
* *d.conſ.237.* Ex prædictis patet, non eſſe tutum * remedium, qvòd monaſteriũ ingreſſurus inſtituat in aliqvo ipſum monaſterium, ne qvaſi agnatione poſthumi rumpatur teſtamentum,qvaſi monaſterium,ut fili9 agnaſcatur, §.*ſed & hoc præſenti, in auth.de ſanc.epiſc.d.c.in præſentia. glo.in d. §.illud.Imo.in d.c.1.col.4.Jaſ. in d. auth. ſi qva mulier.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCI.

§. Pro hæredibus ingredientis religionem,qvi fuit dolo ad religionem attractus. Bona dicta ingredientis hæredibus debentur, & non monaſterio.

SUMMARIA.

1. *Religionem ſi ingrediatur juvenis circumventus ab abbatibus, & aliis latronibus religioſis, an ſit dare aliqvod remedium proximioribus ab inteſtato hæredibus,*

redibus, ne monasteria bonis seducti potiantur.
2. Circumventus, qvando aliqvis dicatur, remissivè.

SÆpè abbates, & religiosi circumveniunt juvenes, præsertim divites, ut intrent monasterium, non in fructum animarum, sed in avaritiam, & turpe lucrum inhiantes, si jurant tales circumventi religione, perseverare coguntur, ut est text. 20. qvæst. 3. c. constituit. * Sed nunqvid sit a- 1
liqvod remedium, qvod dari possit proximioribus ab intestato hæredibus? videtur qvod non, qvia si valet ingressus, ergo bona debent monasterio remanere. *Au. ingressi. C. de sacrosan. eccle.* Tu dicas contrarium, & cauti sint hæredes, ut petant bona dicti ingressi sibi reddi, qvod fieri debet in odium circumvenientium, ut est casus singularis, qvem tene menti *in d. c. constituit. in fin. & habetur in c. praeterea. & ibi hoc etiam dixi: extr. de off. del.* & qvod dixi de juvenibus circumventis, idem intelligas de qvibuscunqve hominibus: ut probatur in dict. c. constituit. ibi, qvoslibet homines circumveniendo, &c. * Et qvando dicatur qvis 2
circumventus: *collige ex l. 1. in prin. ff. si qvis omiss. causa testa. &* l. 1. *C. si ex fal. alleg. &* l. 1. §. *dolum. ff. de dolo. c. pen. extra. qvod met. caus. & cap. cum olim. extra. de re jud. & per Docto. in dictis juribus: & maximè in d. c. cùm olim.*

DE HIS, QVÆ IN TESTAM. DELENTUR, INDUCUNTUR VEL INSCRIBUNTUR. Tit. IV.

I. D. Durantis Caut. IV. Tit. X.

§. Qvibus Cautelis utendum sit, dum testator cancellat, vel corrigit testamentum.

Summaria.

1. *Testamentum totum corruit, si testator deleat ipsum, secus, si ejus partem.*
2. *Notarius, qvi testatoris jussu testamentum cancellat, debet ita cancellare, ut etiam legi possit.*
3. *Notarius non potest aliqvid addere, vel corrigere in testamento, postqvam tradidit ejus copiam.*
Testis & notarius æqviparantur, ibid.

TOties * testamenti vires pereunt, si testator simpliciter deleat testamentum. l. 1. *ff. de his, qva in testa. delen.* Sed si testator non omnibus testamenti partibus

 can-

cancellationem aut inductionem obesse velit, remedium est, qvòd causam adjiciat, veluti si dicat, se ideo testamentum induxisse, aut cancellasse, qvia unum ex hæredibus habebat offensum, vel illius tantùm nomen deleat, cui velit actiones denegari. l. *cancellaverat. & ibi Bar. ff. de his,*
2 *qvæ in testa. delen.* §. Et * sit cautus notarius, qvi testatoris jussu testamentum inducit, ne ita deleat, ut legi non possit: qvia cancellati testamenti notarius exemplum tradere, & describendi copiam facere cogitur, l. 2. *§. si plura ff. qvem. testam. aper. & ibi hoc no. Bar. & Alex. cons. 74. viso*
3 *testam. col.* 1. l. 1. Sit * qvoq; cautus notarius, ne postqvam tradidit exemplum testamenti, aliqvid deleat, addat, vel corrigat. Sic enim constitueret se in discrimine falsi, *arg. l. eos. ff. ad legem Corn. de fal.* nam testis & notarius æqviparantur, *ut per Spec. in tit. de instr. adi.* §. *postremo. vers. sed nunqvid confecto instrumento. & Bart. in l. si librarius.* ff. *de reg. jur. cum allegatis per Alex. cons. 89. viso themate.* l. 3. Sed si qvid corrigendum sit, corrigat jussu judicis, priùs errore probato. Nam potest & debet notarius errorem suum judicis authoritate corrigere, *ut per Bart. in* l. *Imperator.* ff. *de stat. homi. cum aliis allegatis per Laur. Calc. cons. 48. viso dicto. col. fin.*

I. D. DURANTIS CAUT. VI. TIT. X.

§. Qva Cautela uti debet notarius, dum delet aliqva testamenti verba, vel addit.

SUMMARIA.

1. Testamentum valet, licet inconsultò fuerit aliqvid in eo deletum, si legi poterit.

Notarius sit cautus, qvando aliqvid in testamento delet, mutat, vel addit, ut scribat se delevisse, mutasse, vel addidisse mandato testatoris, ibid.

2. Additiones factæ in margine instrumenti non probant.

3. Notarius delet in novissimo loco testamenti, qvæ sunt mutata de voluntate testatoris.

Deleta in instrumento debent probari ex corpore instrumenti, deleta esse voluntate testatoris, ibid.

4. Notarius debet in calce testamenti facere mentionem

nem particulariter de omnibus & singulis mutationibus, vel additionibus.

QVæ * in testamento legi possunt, si inconsultò deleta sint, nihilominus valent, l. 1. ff. de his, qvæ in testam. delen. Et ne revocetur in dubium, utrum consultò, vel inconsultò deleta fuerint, sit cautus notarius, qvando aliqva delet, mutat, vel addit, ut scribat se delevisse, mutasse, vel addidisse mandato testatoris. *d. l.* 1. §. *& ideo.* Et * caveat, ne fidem hanc faciat in margine, vel post completum instrumentum, qvia vaga hæc scriptura fidem non faceret sita extra corpus instrumenti, carens die, consule, & signo notarii. §. *oportet. in auth. de fid. instr. secundum* Jo. *Andr. in Spec. de instr. adi.* §. *ostenso. ver. & collige, in additione, incipiente, dixit Rolandus. Bal. & Alex. in* l. *si unus. C. de testa. Ant. de Butr. & Innoc. in c.* 1. *de fide instr. Paul. de Castr. cons.* 36. *dubium facit. in fin.* Scribendum * est ergo in novissimo loco instrumenti, ea, qvæ suprà deleta, mutata, & addita sunt, de voluntate testatoris ego notarius delevi, mutavi, & addidi, ita, ut fides hæc sit de corpore instrumenti, *ut per Bal. in* l. *nostram. C. de testa. & in* l. *ea qvæ. C. commi. vel epi. cum aliis relatis per Alex. cons.* 104. *stantibus.* l. 7. Et cautius * esset specialiter dicere, qvòd cancellatum est, mutatum, & additum in eo, & eo loco, &c. *per* l. *divus. §. ita senatus. ff. ad legem Corn. de fal. cum ibi nota. per Bart. & per Abba in c. cùm venerabilis. in fin. de relig. domi.* nisi uno tantùm loco cancellatio facta esset, qvia tunc generaliter prolatum pro speciali dicto haberetur, *arg. l.* 2. *ff. de libe. & posthum. Bart. in d. §. & ideo.*

1 2 3 4

DE HÆREDIBUS INSTITUENDIS. Tit. V.

Et qvi institui.

I. D. Durantis Caut. I. Tit. IV.

§. Qvo remedio relicta in testamento, qvod careat *institutione hæredis*, valeant.

Summaria.

1. *Institutio hæredis est caput totius testamenti.*

Neqve testamentum, neqve legata valent sine hæredis institutione. ibid.

Hæredis institutio est necessaria, ut relicta in testamento valeant. ibid.

 2. *Clau-*

2. Clausula codicillaris, & clausula, omni meliori modo, faciunt valere relicta in testamento, in quo sit nullus hæres institutus.

1 TESTAMENTUM * ejus invalidum est, qvi nullo hærede instituto sua bona legando distribuit. l. proximè. ff. de his, qvæ in testa. delen. qvod sæpius factum vidi, & ob id qvandoq; legata solvi. Sint igitur cauti, qvi testamenta dictant, vel scribunt, ut aliqvis hæres semper instituatur: qvia hæredis institutio caput est totius testamenti, & sine hæredis institutione nihil in testamento scriptum valet. *§. ante hæredis. inst. de leg.* Nec conservantur legata hoc casu per *auth. ex causa. C. de lib. præte. gl. & Doct. in* l. 1. *in fin. ff. de vulg. & pup.* sed ut defectu institutionis omissæ relicta in-
2 valida non reddantur, remedium est, * qvod in testamento adjiciatur clausula codicillaris, & clausula, omni meliori modo, *& c.* l. *fi. C. de cod.* l. *ex ea. cum sibi no. ff. de test. Bar. in* l. 1. *ff. de jure cod. Cor. cons. 161. licet,* l. 1. *& cons. 62. aliàs consului. col. 2. & 3. alleg. per eum* l. 2. *& per Soc. cons. 73. visa asserta. in fi. & per Dec. cons. 242. in casu. & cons. 369. juridicas. & vide, qvæ diximus de virtute clausulæ, omni meliori modo, & c. suprà de* l. *inst. Caut. 1. Vers. secundum remedium est. & suprà de testa. ord. Caut. 3.*

I. DE ARNONO CAUT. LXII.

§. Pro clerico volente instituere nepotem ex filio *Spurio*, ut illum emancipet, vel arroget.

CLericus habebat filium spurium, & ex eo nepotem, clarum est, qvòd non potest filium instituere, sed nunqvid sit dare remedium, per qvod possit nepotem illum instituere? Dicas qvòd sic, nam poterit illum nepotem in filium emancipare, vel arrogare, & adoptione vel arrogatione facta, poterit illum instituere. Istam Cautelam singularem didici ab Ang. *in* l. *& qvi uxorem. ff. de adopt.* qvi dicit, qvomodo debeat fieri ista arrogatio. *& vide Modern. Papiens. in* l. *hæreditas. in 3. col. C. de his qvib. ut indign.* qvam Cautelam exclamat Alex. licet de ea dubitet *in* l. *Gallus. §. qvid si is. in fi. col. ff. de libe. & posthu.*

B. CÆPOLLA CAUTELA XXXIIX.

§. Ad instituendum filium *Spurium*.

SUMMARIA.

1. Spu-

1. Spurius à defuncto aliqvid capere non poteſt.

2. Spurius, qvamvis non poſſit ex patris re aliqvid habere, tamen propter patris rem aliqvid habere poterit.

3. Subſtitutio in ſpurium facta qvomodo valere poterit.

NUnc videamus Cautelas, qvas multi conati ſunt adhibere, ut per indirectum parentes filiis ſpuriis, vel aliàs illegitimè natis, hæreditates vel aliqvid relinqvere poſſint, *ut habetur per Bart. in* l. *ſi gener. ff. de his qvi. ut indi.* & l. *ſi is qvi duos.* & *ibi per Doct. ff. de libe. leg.* & *per Doct. in* l. *in tempus. in prin. ff. de hær. inſt.* & *per Bal. in* l. 1. *C. pro ſoc.* & *pleniſſimè per excellentem Doct. Lud. de Sardis de Ferraria, in qvodam ſuo libello de nat.* l. & *aliis illegitimè natis, ſeu de legitimationib. in ult. chart.* & multas per ordinem collegit Ubertus de Bob. §. Et prima eſt, ſi venientes ab inteſtato promiſerunt ſpuriis non attentare hæreditatem patris. C. de na. lib. nam tunc ſpurius obtinebit hæreditatem ſecundum Ubertum, ſed certè hoc non procedit ſecundum præfatum Ludo. qvia ſi venientes ab inteſtato non acceptarunt hæreditatem, applicatur fiſco, *ut d.* l. 1. Adverte tamen, aut illa hæreditas ex voluntate, & judicio patris, eſt penes ſpurium, & tunc ſi venientes ab inteſtato eam non acceptant, applicatur fiſco. & *ita loqvitur.* l. 1. aut ex voluntate patris, & judicio nihil pervenit ad filium per ſe vel per interpoſitam perſonam, tunc ſeqventes hæredes vel venientes ab inteſtato poſſunt mortuo patre relinqvere, donare, vel vendere ſpurio, *a* qvia hoc non reperitur prohibitum, nec eſt præſumptio fraudis, qvia videntur potuiſſe de ſuo largiri. *arg.* l. *ff. de jur. fiſ.* l. *cùm tacitum fideicommiſſ. in fi.* Et ita poteſt ſalvari, qvod dicit Ube. ſecundum Lud. præfatum. Ego de hoc allego. text. cum glo. no. *in auth. qvi. mo. na. effi. ſui.* §. *ſi. col. 6.* §. Secunda Cautela eſt, ut inſtituas ſpurium, & roges eum, ut alii reſtituat, & tunc ſi nollet ſibi reſtitui, remanebit penes ſpurium. *ff. de leg.* 2. l. *cum* & *ff. ſi qvis ali. teſt. prohi.* l. 1. §. *ſed* & *ſi legatum. ad Treb.* l. *cogi.* §. *qvi ſolidum. ſecundum* Ub. & *de hoc habetur in* l. *anteqvam. C. de fideic.* ſecundum Lud. de Sardis, *in d. ſuo trac. in fi.* dicit, qvod hoc non putat eſſe verum, qvia talis hæreditas eſt pro non ſcripta. *C. de hære. inſt.* l 1. & ideo

pertinet ad venientes ab intestato, *ut ibi no. & in* l. 3. *ff. de his, quæ pro non scri.* Sed tu dicas, qvòd si ille, cui debet fieri restitutio per spurium, non vult acceptare restitutionem ipsius spurii, & hoc constat, & tunc remanet apud spurium etiam legitima, qvia tunc spurius intelligitur habere ab eo potius, qvàm à testatore. *arg.* l. *si nupta.* §. *fi. ff. de fund. do. & arg.* l. *profectitia.* §. *si prius. conjuncta glo. ibi. ff. de jur. do.* Aut renunciat in favorem venientium ab intest. & hoc constat: & tunc applicabitur illis, & non spurio, eadem ratione. Aut sumus in dubio, cui debetur hæreditas, & debetur venientibus ab intestato, *ut no. in* l. 1. *C. de hær. inst.* nisi ex conjunctione, & amore personarum aliud sit dicendum, videlicet, qvod esset amicus spurii, & non venientium ab intestato, vel esset major amicus. *arg.* l. *sed si plures* §. *in arrogato. cum ibi no. ff. de vulg. & pup. &* l. *si proprio.* §. *procurator. ut in ceteris ff. de proc. cũ si. & hoc modo intelligas Cautelam præcedentem.* §. Tertia Cautela est, qvòd pater instituat regem Francorum, vel alium similem, & ejus filios, & nepotes usqve in infinitum sub conditione, si personaliter veniat ad capiendam hæreditatem, vel sub alia conditione, non verisimiliter adimplenda: & interim relinqvat spurium, & ejus filios, & nepotes ejus usqve in infinitum, curatores, gubernatores, & administratores dictæ hæreditatis, & qvòd non possit ab eis peti ratio administrationis, nec cogi ad præstandum fidejussionem, à qvibus redditione rationum, & fidejussione eos liberet, absolvatqve expresse, vel instituat spurium, cum capere poterit, qvæ institutio valet, *ut* l. *in tempus. ff. de hær. inst.* & interim relinqvat eum curatorem, ut sup. etsi capere non poterit, substituat ejus filios, & nepotes. Sed certè hæc Cautela non prodest, qvia notoriè fraus deprehenditur ex eo, qvòd est liberatus à redditione rationum, & à præstatione fidejussoria, nam præsumitur id fecisse sangvinis affectione, *ut ff. de li. leg.* l. *Aurelius.* §. *Titius.* & sic illa prohibitione facta non posset administrare, ne sub prætextu liciti committatur illicitum. *C. de sacr. eccl.* l. *sub prætextu.* Item prohibetur administrare qvocunqve colore, ut hæres, & sic ista cautela non prodest, *secundum Ludo. præal. qui dicit, qvòd ita vidit consultum per Salic. & Collegium Bononien.* §. Qvarta cautela est, qvòd pater instituat uxorem, vel aliam personam,

nam, & eam roget, qvod restituat pro anima sua, cui volet, vel cui sibi videbitur. nam poterit illam restituere illi tertio, qvi potest postea restituere spurio, & tunc filius obtinebit vel obtinere poterit. *ff. de legat.* 3. l. *pater filiam.* §. *qvidam.* ita dicit Bart. *in* l. *fin.* ff. *de his qvi. ut indig.* tamen dicit hoc continere aliqvid fraudis. qvapropter dicit præfatus Ludo. qvòd advertendum est: aut ille institutus restituit spurio, & tunc præsumitur fraus, maximè, si omnia bona relinqvit, *ut* ff. *de legat.* 1. l. *Lucius.* §. 1. *&* ff. *de his qvæ in fraud. cre. l. omnes.* §. *Lucius.* maximè post restitutionem factam spurio, qvia eo reperto possidere bona patris, præsumitur fraus qvasi per interpositam personam. *C. de na. lib.* l. 1. *& 3. in authen. qvib. mo. na. ef. sui.* §. *& qvoniam.* qvi enim rogatur restituere, cui sibi videbitur, rogatur restituere arbitrio boni viri. ff. *de fideic. lib.* l. *fideicommissaria libertas. & glo. in Cle. sæpe de verbor. signific. in ver. defensionem. & per Bart. in extravag. ad reprimendam. super verbo, videbitur.* ideo non potest eligere spurium, ut est glo. in l. cùm qvidam. de leg. 2. * nam spurius non potest aliqvid capere à defuncto, *ut in Auth. qvi. mo. na. ef. sui.* §. *fi.* sed capiens ex judicio hæredis rogati hoc modo. s. cui sibi videbitur, videtur capere à defuncto, ac si nominatim in primo testamento hæres relictus esset. *arg.* l. *unum ex familia.* §. *si de Falcidia.* ff. *de leg.* 2. & idem dico de eadem ratione, si restituit tertio, cum hoc, qvòd ille restituet, cui sibi videbitur: & ille postea restituat spurio, *& ita tenet Bart. in uno consilio, qvod incipit. Grasso de Spoleto.* Secus si restituat tertio absolutè, & ille postea tanqvam rem suam donet, vel relinqvat spurio, qvod fieri potest, ut dixi in præced. Caut. hujus materiæ, §. Qvinta Cautela potest esse, qvòd si pater instituat aliqvem, & illum roget, ut restituat spurio: nam tunc fideicommissum est pro non scripto, ideo remanet apud eum, à qvo relinqvitur, *ut ff. de jure fisc.* l. *non intelligitur. in princ.* & sic ille hæres nõ tenetur restituere, tamen si velit, poterit. *Inst. de fideic. hær. in prin.* videtur enim de suo largiri, & sic cessat suspicio fraudis. *arg. ff. de jure fis.* l. *ita fidei hæredis.* & hoc qvidam approbant. sed dicit Ludo. de Sar. qvòd videtur in dubio præsumi, qvòd restituat non tanqvam rem suam, sed ut impleat voluntatem defuncti, *ut probatur Insti. de fideic. hær. in prin.* nisi ex aliis conjecturis appareat, qvòd voluerit 1

luerit de suo largiri, puta qvia est talis persona, cui verisimiliter donasset, qvamvis non fuisset rogatus & ipse protestatur, *qvod non vult de suo largiri. arg ff. de prob.* l. *Procula.* non tamen sufficeret sola protestatio. *arg. ff. de leg.* 3. l. *cùm qvis.* §. *item.* & *de prob.* l. *qvi testamentum.* §. Sexta cautela est, si pater instituat aliqvem, & institutus accommodet tacitam fidem de restituendo spurio, qvia tunc poterit spurius deferre fisco, & lucrabitur dimidiam hæreditatis, aliam dimidiam habebit fiscus. *ff. de jur. fis.* l. *edicto. in princ.* & §. *ad hæredes.* & l. *senatus.* §. *senatus. secundum Uber. de Bo.* & *ita videtur velle gl. in* l. 1. *eod. tit.* Sed dicit præfatus Lud. qvod non arbitratur hoc indistinctè procedere, aut enim est natus ex incesto coitu, aut ex alio. primo casu, aut instituit succedentes ab intestato, *de qvibus fit mentio in* l. *si qvis incesti. C. de incest. nupt.* & tunc habet locum, qvod dictum est, qvia aufertur ab illo accommodante tacitam fidem de restituendo tanqvam indigno, aut instituit alios qvam illos, de qvibus ibi habetur, & tunc qvia non habet testator cum eis testamenti factionem, non aufertur ab eis tanqvam indignis, qvia non possunt esse hæredes, ut reqviritur. *ff. de ju. fisc.* l. *ejus qvi delatorem. in fin.* est ergo pro non scripto, & sic non applicatur fisco, si non applicatur fisco, non habet locum delatio, *ut eod. tit. si metallum.* si verò sit natus ex alio coitu, tunc habet locum, qvod dictum est suprà, secundum Uber. sed periculum testatorum est, ne ab alio præveniatur in defendendo, puto ab ipso hærede tacitè rogato, vel ab alio, qvia tunc spurius nihil haberet, *ut habetur in* l. 1. *in princ. eod. tit.* & qvamvis non præveniatur, & tamen non consulitur ea plenè, qvia tunc non haberet nisi dimidiam. § Septima cautela est, qvòd si spurius contrahat societatem *b* omnium bonorum cum aliqvo, & pater illi socio mutuet magnam pecuniæ qvantitatem, & postea ei leget liberationem, tunc illa liberatio prosit illi spurio, qvantum ad dimidiam illius qvantitatis *ff. de lib. leg.* l. *si is qvi duos. secundum Uber.* & *Dyn. ibid. idem est dicendum, si illum socium hæredem instituat*: nam tunc hæreditas acqviritur societati. *ff. pro soc.* l. *si societatem universorum*, & sic spurius habebit dimidiam. Et potest esse ratio, qvia nec hæreditas, nec liberatio relicta socio, qværitur socio ipso jure, sed qværitur socio, & postea

postea venit communicanda tanqvam sit de bonis socii, *probatur in dict.* l. *si societatem.* & *per glos. eodem tit.* l. 3. §. *cum specialiter.* Spurius ergo his casib. non capit de bonis testatoris, sed de bonis socii, qvod potest, ut est gloss. in auth. *qvib. mod. na. effi. sui.* §. *fin.* & hanc cautelam dicit Bar. esse bonam, nisi appareat fraus, *secundum ea, qva not. Bar.* & *Docto. in* l. *si post contractum. ff. de do.* & dicit Ludo. qvòd præsumet fraudem in dubio: maximè, qvia non potest dici, qvòd socius donet de suo proprio: qvia cogitur communicare, ergo non donat. *ff. de regul. jur.* l. *donari.* ideo potius dicitur acqviri filio per interpositam personam, mediante judicio testatoris, qvòd est prohibitum per prædicta: ideo ista cautela non videtur esse tuta, secundum eum, *sed Bald. in* l. 1. *in* 14. *q. ast. C. pro socio.* tenet indistinctè prædictam cautelam, & dicit eam esse bonam. Sed circa eam posset dici, qvòd sit consideranda persona socii, an pater spurio reliqvit, qvia si erat amicus patris, cui verisimiliter esset etiam existente societate cum filio relicturus, & tunc indistinctè prædicta cautela sit vera, qvia cessat omnis suspicio præsumptionis, argum. l. *si plures.* §. *in arrogato. ff. de vulg.* & *pup.* sed si nulla affinitas, conjunctio, vel amicitia esset cum illo socio, tunc ego crederem d. Cautelam non sufficere, & tunc diceretur filius socio acqvirere potius ab ipso patre per interpositam personam, qvàm à socio suo vigore societatis, per prædicta. §. Octava cautela est, qvòd pater instituat filium spurium, cum capere poterit, qvæ institutio valet. *ff. de hared. insti.* l. *in tempus.* & *est glos. in* l. *sicut. ff. qvibus mod. usus fr. amit.* Nam tunc pendente conditione, petit institutionē & bonorum possessionem secundum tab. l. 2. §. *si sub conditione. ff. de bon. pos. secundum tab. secundū Bal. in* l. *fin. C. de his, qvi sunt sui vel alie. jn.* qvi dicit se ita multoties consuluisse. sed secundū Ludo. tunc conceditur secundum tab. institutio, qvando potest ab intestato succedere; ut dicitur ibi notabiliter, ut hic. §. Nona cautela est, qvòd de jure canonico possunt relinqvi alimenta spuriis. *c. ext. de eo. qvi duxit in ma. qvam pol. per adul. c. cum haberet,* qvòd relinqvat pater filio suo unum fundum pro alimentis, & post mortem ejus spurii relinqvat suis filiis & hæredib. illum fundum, *secundum Bart. in* l. *fin. ff. de his qvi. ut indi.* qvod etiam est verum, nisi excedat magnam

gnam qvantitatem respectu alimentorum, qvòd tunc præsumetur fraus. §. Decima cautela est, qvòd pater instituat aliqvem & gravet eum, ut det spurio centum. *ff. de jure fi. l. ita fides.* secundum Dyn. sed Bart. dicit, hoc esse contra tex. l. *qvod conditionis. ff. de don. cau. mor.* nam illud non remanet apud spurium, sed aufertur ab eo tanqvam ab indigno, & applicatur fisco, *ut ff. de cond. & demon.* l. *hæres meus secundum Bal. in* l. *socium qvi eum. in apostil. ff. pro socio.* &
2 recitat Richar. de Malum. tenere cum Dyn. & respondet,* qvòd qvamvis spurius non possit aliqvid habere ex re patris, tamen potest aliqvid propter rem patris. *ff. de pecu. leg.* l. *eo tempore. in fin. ff. de ædil. edit.* l. *cum autem. §. item si legat & de conjun. cum eman. lib.* l. 1. *§. nunc videamus. & C. de advo. diver. jud.* l. *fori.* & dicit Ludo. qvòd hoc putat esse verum, qvia non reperitur expresè prohibitum: ergo videtur concessum. l. *necnon. §. sed qvod eis. ff. ex qvi. cau. majo. & in c. inter corporalia. de transla. præla. & vide glo. in auth. qvib. mo. nat. effi. sui. §. fin.* Nec obstat l. qvod conditionis, ideo qvia inspicitur, an qvid ad eum pervenerit directè vel indirectè, hic autem de eo, qvi est incapax ratione delicti testatoris, ideo non inspicitur, an ad eum aliqvid perveniat. Sed in materia testatoris sufficit, qvòd bona sua ad spurium non perveniant, & hoc procedit, nisi manifesta fraus appareat, ut qvia hæreditas valebat centum, & eum rogavit, ut tantundem redderet. *& ita potest intelligi. d. l. qvod conditionis.* §. Undecima cautela est, si habet pater amicum, de qvo confidat, eum instituat, & nihil aliud dicat, scilicet expresè, sed inter ipsum & eum roget, ut filio restituat. nam tunc poterit ille restituere spurio, qvia non poterit probari eum fuisse rogatum, nec etiam fraus præsumitur, qvia non apparet, qvòd fuit rogatus tacitè vel expresè: imò videtur potius de suo largiri, nec est verum, qvòd si reperiatur bona patris possidere, præsumatur fraus. *ut* l. 1. *C. de natu. libe.* qvia illud non procedit, nisi ostenderetur ipsum possidere interveniente judicio, vel voluntate patris. & ita potest intelligi. *d. l.* 1. Sed certè secundum Ludo. hoc tendit ad interitum salutis æternæ, qvia qvamvis probari non possit, tamen est fraus, & tam rogans, qvàm rogatus teneretur in animam suam ad satisfaciendum venientibus ab intestato, qvi eis auferunt hæreditatem,
qvæ

qvæ eis de jure debebatur, & ideo melius est secundum eum, qvòd instituat illum amicum suum, & nihil aliud dicat; d & ille poterit spurium instituere. *& hoc approbat Spec. in tit. de success. ab intest. §. 1. ver. sed qvid si pater.* & est communis cautela secundum Ludo. qvi dicit, qvòd rarò reperiuntur amici, qvi restituant non rogati. §. Duodecima cautela est, qvod pater in testamento dicat, qvaliter est contentus, qvòd filius suus etiam post mortem suam possit legitimari: nam tunc propter consensum patris, etiam eo mortuo, filius poterit legitimari, & patri succedere etiam extantibus aliis liberis, *ut no. Bar. & etiam Doctoribus, in* l. *Gallus. §. qvid si tantum. ff. de liberis & posthu.* & postea dicat: Et ego instituo filium meum spurium in toto vel in parte, prout voluerit, cum capere poterit: * nam talis substitutio, facta sub tali conditione, valet, *ut est casus in* l. *in tempus. in prin. ff. de hære. insti.* & hoc modo valebit institutio, & filius etiam post mortem patris potest se facere legitimari, & succedet. & ista est optima & tutissima cautela pro illis, qvi habent filios vel conjunctos rebelles, qvos vellent hæredes instituere, ne fiscus succedat, dicunt enim, instituo talem, si & qvando pervenerit ad gratiam domini, qvod bene nota. d 3

Additio.

a *Vend. spur.*) *An filius spurius possit emere bona patris*, vide in l. 1. §. sive itaq; ff. de na. libe. gl. & Doct. in l. qvi testamentum. ff. de probat. & Bar. & Doct. in l. si is qvi ex bonis. de vulg. & pup. in Spec. de succes. ab intest. versicul. qvid si pater.

b *Societatem.*) Adde Alex. in l. 3. §. incertam. in 3. col. ver. extr. gl. de acq. poss. *Societas habet jus fraternitatis.* l. verum. in princ. & ibi Bart. in 1. no. ff. pro soc. in Spec. de jud. §. specialia verò. ad fin. & gl. in l. fin. C. deposi.

c *Spuriis.*) Adde Ant. Ros. in arbo. consang. 8. col.

a *Aliud dicat.*) *Hic potest etiam periculum salutis imminere testatori, qvi in mente gerit, qvòd ille amicus institutus restituat spurio, & auferatur hæreditas venientib. ab intestato, qvia qvòd ad forum poli, voluntas reputatur pro facto.*

Qvemadmodum instituere liceat.

I. D. Durantis Caut. III. Tit. IV.

§. Qvo remedio vocati per nomen collectivum in viriles partes succedant.

Sum-

SUMMARIA.

1. Fratres plures hæredes instituti sine partium adjectione per nomen collectivum, qvando succedant pro virili, & qvando in stirpes. & nu. seq.

2. Hæredes simpliciter instituti, qvando viriles partes habeant, ibidem.

3. Successio fratris & filiorum alterius fratris secundum juris ordinem est in stirpes.

Testatoris voluntas debet esse conformis ordini juris. ibid.

4. Nepotes hæredes instituti simpliciter aut per nomen collectivum, qvando viriliter intelligantur instituti.

Collectivum nomen simpliciter prolatum distribuit in partes viriles, ibid.

1 SI plures * sine adjectione partium hæredes instituantur, pro virilibus portionibus hæredes erunt. l. *qvoties.* §. 6. *hæredes. ff. de hæred. institu.* ideò si fratrem, & fratris filios nominatim propriis nominibus testator instituat, qvilibet ex filiis fratris æqvalem portionem cum patruo habiturus est. Sed ut fratris filii cum patruo, vel filii ex diversis fratribus instituti succedant, non in capita, sed in stirpes, §. remedium est, qvòd testator hoc expresse declaret, *secundum gl. in* l. *legata inutiliter.* §. *ff. de legu.* 1. Idem qvoq; operatur institutio facta per nomina collectiva: nam si testator hæredes scribat A. fratrem ipsius testatoris, & filios B. alterius fratris præmortui, A. semissem hæreditatis, & filii fratris alterum semissem habebunt, l. *interdum. ff. de hær. inst. Fulg. cons.* 31. *ex facto proponitur. Bal. cons.* 243. *Gregorius. lib.* 2. & *cons.* 340. *si pater. lib.* 5. Circa hoc tamen
2 men * est diligenter animadvertendum, nam si nomina propria præmitterentur, non obstante virtute nominis collectivi, utiles partes haberent fratris filii. *argu.* l. *si communis servus. ff. de stipu. servo. ita decidit Cor. cons.* 72. *videtur. lib.* 1. §. Erit qvoqve remedium, qvòd testator filios fratris unà cum patruo hæredes scribat, & dicat eos secundum ju-
3 ris ordinem velle succedere: * Ordo namqve juris est, ut fratris filii unà cum patruo succedentes admittantur non in

in capita, sed in stirpes. §. *reliquum* & §. *illud. in auth. de hære. ab intest.* & juris ordini testatoris voluntatem conformem esse, ratio expostulat, *ut per Bar. in* l. *hæredes mei.* §. *cùm ita. ff. ad Treb.* remedia hæc comprobantur ex scriptis per Lud. Rom. *cons. 99. viso proposita.* & per Alex. *cons. 55. perspectis his. col. 1. 2. & 3. li. 4.* Et notandum est, * qvòd si testator ex altero præmortuorum filiorum habeat nepotem unum, & ex altero habeat qvinqve nepotes, & instituat hæredes suos nepotes per nomina propria, vel etiam per nomen appellativum, ut si dicat: Instituo hæredes meos nepotes, singuli ex ea institutione habebunt viriles partes. l. *turpia.* §. *si. ff. de lega. 1.* l. *cùm pater.* §. *hæreditatem.* & l. *unum ex familia.* §. *rogo. ff. de leg. 2.* qvòd succedent in capita, licet ab intestato successuri essent in stirpes. §. *cùm filius. Inst. de hær. quæ ab intest. fac. no. per Bal. in* l. *cùm ita.* §. *in fideicom. ff. de leg. 2.* Sed si testator velit nepotes succedere in stirpes, remedium est, qvòd id expressè disponat, nam cùm in verbis non erit ambiguitas, servabitur voluntas testatoris, *ut patet ex dictis per Dec. cons. 412. viso eleganti.* 4

I. D. Durantis Caut. VI. Tit. IV.

§. Qvo remedio intelligat facto vocatio *ordine successivo.*

SUMMARIA.

1. *Pater & ejus filii simul hæredes instituti, simul & non successive dicuntur instituti.*
   Ordo successionis ab intestato qvando inspiciatur in successione ex testamento, ibid.
2. *Alternativa posita inter personas facit servari ordinem successionis ab intestato.*
3. *Hæredem qvis vivus habere non potest.*
4. *Frater & ejus liberi hæredes instituti qvando intelligantur ordine successivo.*
   Verbum liberorum est collectivum, ibid.
   Institutio facta de filio & nepotibus, qvantum ad nepotes, habet vim substitutionis vulgaris tantum, ibid.

Si

1 SI qvis * instituat fratrem, & ejus filios, pater & filii ad hæreditatem simul vocantur, hoc efficit conjunctivæ orationis natura, l. *si mulier. ff. de usufruct. accresc.* solus namqve charitatis ordo non facit, ut invitati videantur ordine successivo, si eos omnes instituendi aliqva necessitas non concurrat. *c. Raynut. & c. Rayna. de test.* l. *fin. C. de imp. & aliis substit. & qvamvis Bart. in* l. *Gallus.* §. *qvidam. ff. de libe. & posthum. & Socin. cons.* 113. *col. antepen. versi.* 5. & alii qvidam seqventes Bart. contrarium te-
* neant, tamen contra Bart. est * communis opinio, secundum Alexan. *cons.* 22. *visis. col.* 3. *versic. & qvamvis. lib.* 3. *& cons.* 43. *ex narratis. in fin. & cons.* 129. *perspectis. versi. non obstat. lib.* 5. *& Cor. cons.* 47. *in præsenti. ver. & qvoniam. lib.* 2. *Decius cons.* 253. *proponitur. col.* 2. *versi. remanet. & cons.* 248. *visa petitione. col.* 1. *& cons.* 236. *non parvo. & cons.* 291. *visis. & cons.* 384. *in casu. & cons.* 95. *diligenter. & per Barba. cons.* 61. *testamentum. col.* 2. *lib.* 1. §. Qvòd si testator velit fratris filios non cum patre, sed ordine successivo admitti, remedium est, qvòd hoc expressè declaret dicendo, velle eos succedere ordine successivo: qvia non recedimus à voluntate verbis perspicuis declarata, l. *non aliter. ff. de lega.* 3. *Alexand. in dicto* §. *qvidam.* §. Secundum remedium est, * qvòd alternativè pater & filii vocentur: qvia alternativa posita inter personas, qvas charitas, & affectionis ordo distingvit, operatur, ut videantur vocatæ ordine successivo, l. *cum pater.* §. *penultim. ff. de leg.* 2. l. *hæredes.* §. *fina. ff. ad Trebell.* §. Tertius modus
3 est, * qvòd pater, & filii vocentur, cum adjectione nominis hujus hæredes, veluti si ita dicatur: B. fratrem & ejus filios & hæredes, *ut tenet Curt. cons.* 73. *super memorata. col.* 4. qvia hæredem vivus habere non potest, *lege* 1. *ff. de hæred. vel act. vendi. & confirmatur hoc ex dictis, & allegatis per Socin. cons.* 12. *præsens consultatio. col.* 4. *lib.* 3.
4 §. Qvartum remedium est, * qvòd testator instituat fratrem & ejus liberos, sic enim intelligentur instituti ordine successivo: qvia nomen liberorum est nomen collectivum, continens tam filios, qvàm nepotes, l. *liberorum. ff. de verb. significatione. Bart. in lege si cognatis, colum. ultim. ff. de rebus dub. cum allegatis per Alexand. in cons.* 26. *videretur. colum.* 3. *lib.* 3. *& per Doctores in dict.* §. *qvidam.*

&

& Bald. conf. 493. non est dubium. lib. 2. Nam sicut inter ipsos liberos servandus est ordo successivus, sic etiam inter liberos & patrem idem ordo servabitur, ut æqvalis sit determinatio, *arg. l. jam hoc jure. ff. de vulga. & pupi.* ut patet ex relatis per Decium *conf. 248. Visa petitione.* ubi etiam declarat liberos intelligi vocatos, ex vulgari substitutione tantùm, etiamsi testamento adjecta esset clausula codicillaris, *& no. per Bart. in dict. §. qvidam.* Qvare si testator velit vocare liberos etiam ex fideicomisso post mortem patris, oportet, qvòd liberos patri substituat per compendiosam substitutionem dicendo, & qvandocunq; frater meus decesserit, eidem ejus liberos substituo, *per tradita per Doctores in* l. *centurio. ff. de vulgar. & pup. & in* l. *precibq. C. de impu. & aliis subst. & per Deciũ conf. 287. in civitate.*

I. D. Durantis Caut. IV. Tit. IV.

§. Qvo remedio utendum sit, ne testator videatur minuere legatum usufructus per institutionem hæredis *pleno jure.*

SUMMARIA.

1. *Usufructus relictus uxori usufructuariæ omnium bonorum minuetur per institutionem hæredis universalis instituti pleno jure, limita. in n. 2.*
2. *Verbum, pleno jure, continet etiam commodum fructuum, ibidem.*
3. *Verbum, alius, alia, aliud, sua natura refertur ad ea, qvæ non sunt expressa.*

Malitiis hominum non est indulgendum, ibidem.

Cautelas honestas & non dolos decet seqvi, ibid.

SI testator * suorum bonorum usufructuariam uxorem faciat, deinde ita hæredes instituat, suos autem hæredes universales in omnibus suis bonis fecit, & esse voluit pleno jure A. & B. ex ejusmodi verbis relictus uxori usufructus minuetur: qvia per verbum hoc, pleno jure, videtur testator instituisse hæredem, etiam qvantum ad usumfructum, *l. fœmina. § illud. C. de secund. nup. &* l. *fi. § similiq; modo. C. de bon. qva lib. Julianus. ff. de rei vend.* & in usufructu hæredes cum uxore concurrent, l. *si alii. ff. de usufruct. leg.* & medietatem fructuum habebit hæres, l. *li-* 1

ber homo. §. Titius. ff. de hared. instituen. ita decidit Alex. cons. 56. praelectis. ver. unde cùm in testamento lib. 3. fac. no. per Socin. cons. 53. in praesenti. col. 7. ver. quinto. & Baldus cons. 19. circa dubitationem. lib. 2. Ut autem mens testatoris non offendatur, & uxor integrum habeat usumfructum, remedium est, * qvòd institutio sic formetur: In omnibus
2 autem aliis suis bonis suos hæredes fecit A. & B. Tunc etiam si scriptum esset pleno jure, legatum ususfructus integrum manebit: * qvia verbum, alius, alia, aliud, sua natura
3 refertur ad ea, qvæ non sunt expressa. *c. sedes. de rescrip. l. si fugitivi. cum gl. C. de servis fugi. Cor. cons.* 304. *circa hanc. col. 6. ver. nec obstat lib. 1. fac. no. per Soc. cons.* 188. *visa bulla. col. 3. ver. 1.* & Ferra. Cau. 32. ubi dolum circa hoc fieri docet, qvem tu vita, honestas enim Cautelas, & nõ dolos seqvi decet, cùm non sit hominum malitiis indulgendum, l. *in fundo. ff. de rei vendicat.* & institutio hoc modo facta nihilominus est universalis, & ita hæres scriptus habebit totam hæreditatem, l. 1. §. *si ex fundo. ff. de hared. instituend.* & l. *si qvis ita hares instituatur. eodem titu. ut per Fulg. cons.* 100. *qvidam A.* Item ne per institutionem hæredis pleno jure factam minuatur legatum ususfructus, remedium est, qvòd institutioni addantur verba hæc, salvis & reservatis legatis prædictis. *ut per Cor. cons.* 305. *in hac consultatione. lib. 1.*

I. D. DURANTIS CAUTELA V. TIT. IV.

§. Qvo consilio uti debeat testator, qvi *ad tempus hæredem facere* intendit.

SUMMARIA.

1. Hæres ex tempore institui non potest, & vitio testatoris sublato manet institutio.

Hæres semel factus nunqvam desinit hæres esse, etiam aliqva hominis dispositione, ibid.

2. Hæreditas aut legatum alicui relictum, ut transmittatur ad alium post hæredis aut legatarii mortem, rogari debet per fideicommissum.

3. Legatum & non hæreditas ad diem dari potest, ita ut post diem ipso jure redeat ad hæredes.

Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes, ibidem.

Hæres

Hæres, & non legatarius gravatus lucrabitur qvartam in restitutione. (commissarius.
4. Hæres institutus in vita tantum, an dicatur fidei-
5. Hæres gravatus à testatore, ut intra certum tempus non adeat hæreditatem, utrum impediatur adire.
Hæres pendente conditione, sub qva institutus est, bona hæreditaria administrare non potest contra testatoris prohibitionem, ibid.

SI uxor * in certa portione hæres sit scripta, qvandiu vixerit, vitio temporis sublato, hæres erit, perinde, ac si tempus non esset adjectum, l. *hæreditas. ff. de hæred. instit.* nec potest fieri hominis dispositione, ut qvi semel fuit hæres, qvandoqve desinat hæres esse, l. *ei qvi solvendo. ff. de hære. instit. Doc. in* l. *in substitutione, ff. de vulga. & pup.* & ideo portio uxori semel qvæsita, ad ejus hæred. pertinebit. §. Sed ut qvod est relictum uxori, ea mortua ad cohæredes scriptos, vel ad eorum liberos revertatur, remedium est, qvòd per fideicommissum rogetur uxor restituere cohæredibus, & eorum liberis portionem suam qvandocunqve decesserit, *ut per Alex. cons.* 111. *viso themat. lib.* 2. *& cons.* 45. *viso themate. lib.* 4. §. Secundum remedium est, * qvòd uxor non scribatur hæres, sed ei fundus, vel portio hæreditatis legetur dum vixerit: qvia legatum ad diem dari potest, ita, ut post diem ipso jure redeat ad hæredes, l. *fi. ubi Dott. C. de lega.* Et notandum, qvòd cautius est relinqvere, qvandiu vixerit, qvàm simpliciter relinqvere, & rogare uxorem, qvòd post mortem restituat hæredi scripto, qvia si præmoriatur hæres, legatum penes uxoris hæredem irrevocabiliter permanebit, qvoniam fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes, l. *in causæ. §. Pomponius, ff. de mino.* & secundum remedium magis utile est hæredi. Nam primo, & non secundo remedio adhibito uxoris hæres Trebellianicam retinebit: qvia dispositio tunc resolvitur in fideicommissum secundum * communem opinionem, *ut per Soc. consi.* 14. *seqvendo ordinem. col.* 4. *lib.* 1. Legatarius autem qvartam ex Senatusconsulto Trebelliano retinere non potest, etiamsi hæreditatis portio legata sit. *textus est notab. in* l. *mulier. § fin. ff. ad Trebell.* Et

Bb 2 notan-

3 notandum est, * qvòd si testator aliqvem hæredem scripserit, qvandiu vixerit, non simpliciter, sed cùm adjectione dictionis taxativæ, intelligitur hæres rogatus per fideicomissum restituere hæreditatem his, qvi ab intestato successuri fuissent testatori, *ut per Paulum de Cast. consilio ducentesimo super hoc puncto. arg.* l. *C. Titia cùm testamento.*
4 §. *fi. ff. de leg. 2. &* l. *fi. C. de lega.* Expedit igitur, qvòd * verba ita concipiantur, fecit hæredem Fulviam in vita tantum, melius tamen est, qvòd fideicommissum expressè injungatur cum onere restituendi tam substituto, qvàm ejus hæredi, *per ea, qvæ scribit Alex. in d.* l. *fi. C. de leg.* Etsi testator
5 * velit hæredem scriptum ante certum diem non posse hæreditatem adire, volens antea fortè aliqvid per hæredem scriptum impleri, non valet dispositio, qva hæres ex tempore scribitur: nam hæres scriptus vitio temporis sublato, illicò erit hæres, *dict.* l. *hæreditas.* §. Sed remedium est, qvòd non scribatur hæres ex die, sed suspendatur administratio bonorum hæreditariorum, donec hæres impleat voluntatem defuncti, pœna adjecta. l. 1. *C. de his qvæ pœn. nom. secundum Pet. de Anch. cons. 46. pro clariori.* vel instituatur hæres sub conditione, si intra certum tempus factum fuerit, qvod testator jubet. Sed an tunc possit ante impletam conditionem scriptus hæres administrare bonor. *poss. agnita. vide per Decio. in l. si qvis instituatur. ff. de hæred. inst.*

DE VULGARI ET PUPILLARI SUBSTITUTIONE. TITUL. VI.

Qvi substituere possint.

I. D. DURANTIS CAUT. XXX. TIT. V.

§. *Mater* qvo remedio filio impuberi non inutiliter substituat.

SUMMARIA.

1 Mater filio impuberi pupillariter substituere nõ potest.
Mater filios in potestate habet. ibid.
2. Legitima patitur temporis dilationem, qvando mala mente non est adjecta dilatio.
3. Mater qvando possit filio pupillariter substituere.

1 MATER * filio impuberi pupillariter substituere non potest: qvia fœminæ filios in potestate non habent. §. *fœmina. Inst. de adop. juncta.* l. *morbius. ff. de vulga. & pupill.* Sed remedium est, qvòd mater filio hæredi instituto sub-

substituat verbis obliqvis. §. *extraneo. Inst. de pu. subst. Cal. cons. 11. qvia substituit. de test.* §. Secundum remedium est, * qvòd filius à matre instituatur in diem, hoc est, cum ad pubertatem pervenerit, & alius substituatur, si pupillus hæres non erit, & ita substitutus hæreditatem habebit, filio impubere decedente. Simile consilium datum fuit à Jureconsulto, cùm pater vellet substituere filio emancipato. *l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupill.* & mater hoc modo substituens causam adjiciat, dicatq; se ita instituere filium, ne vitæ filii successuri ab intestato moliantur insidias. Sic non poterit conqveri filius, qvasi præteritus interim sit. Nec dies etiam qvantum ad legitimam rejicietur, cùm tempus non mala mente institutioni adjectum sit, *secundum Alex. & Jas. in d. l. cùm ex filio. per l. si patronus. §. si qvis non mala mente. ff. de bon. libe. & l. multi. ff. de liber. & posthu. & ibi Doctores.* §. Tertium est remedium, * qvòd mater à principe impetret privilegium substituendi pupillariter impuberi filio. *arg. l. ex facto. cum ibi traditis per Docto. ff. de vulg. & pup.* *Qvibus substituere liceat.*

§. *Extraneo* qvo remedio directo substitui possit. *Vide infr. eodem in Puberi.*

I. D. Durantis Caut. XX. Tit. V.

§. *Filius masculus* qvo remedio tantum intelligatur substitutus, qvando filiæ sunt institutæ in re certa.

Summaria.

1. Soror instituta in re certa, succedit fratri unà cum alio fratre, etiamsi fratres fuerint universaliter instituti.

Pluralis numeri locutio in pluribus debet esse vera. ib.

2. Numerus, an accipiatur pro singulari, an pro plurali, ubi dictio est incisa.

Parentes * soliti sunt filias instituere in re certa, vel eis 1 certam summam pro dote, vel pro sua legitima, seu falcidia relinqvere, & vires habet testamentum, secundum opin. magis comunem, *ut patet ex dictis per Alex. & Deci. in l. humanitatis. C. de impu. & aliis subst. & latius per Soci. tertium. ff. de legat. 1. in Rubr. colum. secunda. & in l. cum filiofam. colum. 4. & 5.* Filios autem masculos universales hæredes facere, etsi qvis eorum qvandocunqve de-

decesserit sine filiis superstites substituere, tunc altero ex masculis defuncto, sorores, in substitutione una cum unico fratre superstite admittentur: qvia illa locutio pluralis numeri in pluribus vera esse debet. *l. ubi numerus. ff. de testa. cap. pluralis. de regul. jur.* l. 6. *Pau. de Cast. cons.* 356. *Testamento Michaelis.* §. Sed si testator velit filium mascu-
2 lum duntaxat ex substitutione vocari, remedium est, * qvòd substitutio fiat in numero singulari, dicendo, substituit superstitem. Sed & si incisè hoc modo scribatur, superstit. idem juris erit. *arg.* l. 1. *C. de impub. & aliis substit. secundum Bart. in* l. *si. ff. ad Trebell. cujus decisionem notabilem dicit Alex. in* l. *cohæredi.* §. *qvi discretas. ff. de vulga. & pup. fac. scripta per Cum. cons.* 16. *Jo. comprobantur qvoq; prædicta ex scriptis per Jas. in* l. *Gallus.* §. *qvid* l. *si is. ff. de lib. & posthu. & per Soc. cons.* 124. *Fortes.* l. 4. *& Deci. cons.* 287. *In civitate. col. pen. & cons.* 627. *in casu. col. secunda.*

I D. DURANTIS CAUT. XIX. TIT. V.

§. *Filiis hæredum institutorum,* qvo remedio non inutiliter substituatur.

SUMMARIA.

1. Gravare non possumus, qvos non honoramus.
Substituti non intelliguntur positi in conditione, etiamsi eis fideicommissum fuerit injunctum. ibid.
2. Filii hæredum institutorum fideicommisso gravari non possunt, si non substituantur. ibid.
3. Substitutionis verba si in rem scribantur, intelligitur gravatus restituere, qvi rogari poterat.

1 SUbstitutio * ita facta, si filii & hæredes, aut filii eorum decesserint sine filiis, substituit eis sic decedentibus, &c, inutilis est substitutio, si filii filiorum moriantur sine filiis: qvia per substitutionem eis factam ex fideicommisso vocati ad hæreditatis commodum non videntur, & qvos qvis non honorat, onerare non potest, l. *ab eo. C. de fideicom.* Nec obstat auth. *sed & si qvis. C. de secun. nupt.* nam ibi est aliud ex dispositione legis, *ut ibi per Cyn. & Bal. cons.* 386. *Ad evidentiam* l. 3. *& Paul. de Cast. cons.* 170. *Ne impropriis.* 1. *part. & hac est vera,* & communis opi. secundum Jas. *in* l. *centurio. col.* 21. *vers. circa illam qvæstionem ff. de vulg. & pup. & Alex. cons.* 133. *Stantibus.* l. 7. *cum alleg. per eum &*

per

per Jas.cons.35. Magnificus. l. 3. nam positi in conditione, etiamsi eis fideicommissum fuerit injunctum, non intelliguntur substituti. gloss. *in* l. *Lucius. ff. de hare. inst.* qvam Alex. dicit communiter approbari *cons.* 105. *Perspectus.col.* 2. l. 1. & opin. hæc est verior, ut per Alex. *in d.* l. *centurio. col.*29. & communior, *ut patet ex alleg. per Deci.cons.* 311. *Visis.col. fi. & cons.*422. *Diligenter visis.col.*1. & *Jas. cons.* 35. *Viso testamento* l.3. & *cons.*143.*dominus Augustinus.cum locupletissimè allegatis per Cur. cons.* 46. *Sapè revoluta. contra opi.Bar.in d. l.centurio.col.* 9. & *Barb. cons.*55.*Praclare.col.*6. l.4. §. Sed ut substitutio vires habeat, remedium est, qvòd testator filiis hæredibus institutis liberos substituat, sic enim non casu, vel fortuna, sed testatoris judicio liberi succedentes per fideicommissum onerari poterunt. *l.sed & si sic.ubi Bart. ff. de leg.* 3. §. Secundum remedium est, * qvòd substitutionis verba in rem scribantur, ut si dicatur, si filii, aut filii filiorum decesserint sine filiis, hæreditas perveniat ad Titium, tunc enim non filii filiorum, sed ipsi filii hæredes scripti intelliguntur rogati restituere hæreditatem, si eorum filii decesserint sine filiis. *arg.*l.*qvoties.ff. de rebus dub. secundum Alex. in d. l. centurio.colum.*9. qvod notandum est. Nam sæpè fit substitutio filiis filiorum & hæredum, non institutis, neq: substitutis, & si non serventur prædicta, viribus carebit substitutio, *ut per Alex.ibi. & cons.*91.*Ponderatis hu. & cons.*105. *perspectus.* l. 1. *Et comprobantur hac ex relatis per Curt.d. cons.* 46. *Sapè revoluta. col.*9.

2 3

I. D. Durantis Caut. XI. Tit. V.

§. *Filia impuberi*, cui nil relinqvitur ultra legitimam, qvo remedio valeat substitutio facta.

Summaria.

1. *Clausula in omnibus suis bonis mobilibus, &c. si est superflua in institutione, valet in substitutione.*
2. *Debitorum nomina non continentur appellatione mobilium & immobilium.*
3. *Rei appellatio continet jura & actiones.*

In institutione * superflua sunt verba illa in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, juribus & actionibus, &c. Qvia satis est dicere, hæres esto. l. 1. *ff. de hær. instit.* 1

 idem

ideo circa hæredis institutionem non est curandum de verbis ejusmodi. At in substitutione multum refert, qvib. verbis testator utatur. Nam si ita substituat, si filius decesserit sine filiis, voluit sua bona mobilia & immobilia ad Lucium pervenire, substitutio hæc non directa judicabitur, sed obliqva: qvia videtur substitutio facta in re certa, non autem
2 in universitate bonorum: * qvia mobilium, & immobilium appellatione non continentur nomina debitorum, qvæ sunt tertia species. l. *a divo. §. in venditione. ff. de re jud.* licet substitutio facta verbis directis in re certa porrigatur ad universum. l. *cohæredi. §. fin. & ibi Bal. & Alex. ff. de vulga. & pup. & Calde. cons.* 16. Testator his verbis. in tit. de testa. sicut institutio facta in re certa trahitur ad totam hæreditatem. *d. l. 1. §. si ex fundo.* tamen in substitutione in rebus certis, facta per verbum commune aliud juris est. l. *cogi. §. non omnis. ff. ad Trebell. secundum Bart. in* l. *centurio. col. 10. versi. qværo ulterius, qvid si substitutio. ff. de vulg. & pup.* Decidens ex hoc si testator filiæ substitutæ re in certa substituerit per verbum commune, ut puta si dixerit, si dicta filia decesserit qvandocunq; sine filiis, voluit dictam qvantitatem ad Lucium pervenire, non intelligi factam directam pupillarem substitutionem, ideo qvatenus si intra legitimam inutilis erit fideicommissaria substitutio, *l. qvoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. cum traditis per doct. in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. Prædicta confirmantur ex scriptis per Alex. cons. 9. visis verbis. col. 3. l. 1. & ex his, qva su-*
3 *prà proxima Cautela diximus.* §. Qvod si testator velit substitutionem valere, etiam, qvantum ad legitimam, remedium est, qvòd substitutio fiat simpliciter sine rerum commemoratione, *per no. in d.* l. *centurio. & in* l. *precibus. C. de impube. & aliis substit.* Vel dicatur, substituit in omnibus rebus filiæ in pupillari ætate decedentis, qvia rerum appellatione jura & actiones significantur. *Bart. in* l. *Qvintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. & in* l. *1. ff. de statu hom. & in* l. *fina. ff. de usufr. lega. & Alex. hoc tenet in dicto* §. *non omnis*, & ut substitutio facta filiæ institutæ in re certa per verbum commune, pupillarem substitutionem contineat, remedium est, qvod substitutio non referatur expresse ad rem illam, sed substitutio sit directa pupillaris, *cap. 1. de test. lib. 6.* & valebit ut pupillaris, etiamsi solùm in legitima esset filia instituta. l. *ex tribus. Co. de inoffi. testa. & ibi per doct.*

I. D.

§. Qvo remedio pater moriens possit disponere de bonis Filii *furiosi*, & *mente capti*, vel *prodigi*, aut *surdi*, aut *muti*.

Summaria.

1. Pater solet mente capto relinqvere, qvantum sufficiat ad alimenta.

2. Substitutio filiis mente captis, & surdis, & mutis qvaliter à parentibus fieri possit.

Parentibus *utriusq; sexus permissum est substituere filiis mente captis, in bonis undecunq; qvæsitis. ex hac autem substitutione non omnes admitti possunt, sed filios ex mente capto, si qvi sunt, vel fratres, aut ex fratribus aliqvem substitui oportet. l. *humanitatis. C. de impub. & aliis subst.* & qvia filiis mente captis solùm, qvantum ad alimenta sufficiat, parentes relinqvere solent, contingit substitutionem hanc in dubium revocari, si mente capto minus legitima relictum sit, qvia pro forma videtur inductum, qvòd mente captus instituatur, saltem in portione legitima. *d. l. humanitatis.* Jo. *Fab. in §. qva ratione. Inst. de pup. subst.* Imo. & Rapha. *in l. ex facto. ff. de vulga. & pup.* Contrarium tenet Barto. *in d. l. ex facto. vers. septimo qværitur.* & opinio Barto. & æqvior, & * communior, *ut per Alex. in d. l. humanitatis.* §. qvæstionis evitandæ gratia, ne occasione hac de substitutionis viribus dubitari contingat, remedium est, qvòd post substitutionem dicatur, qvòd si qvid ad legitimam desit mente capto, hoc ei ex bonis ipsius testatoris suppleatur, qvia si supplementum legitimæ detur ex voluntate patris, substitutio vires habet, & hoc omnes tenent, §. & nota generaliter, qvod ne personæ sensu & intellectu carentes decedant sine testamento, qvales sunt mutus & surdus natura, prodigi, & furiosi, remedium est, qvòd pater pro eis faciat testamentum, exemplarem substitutionem faciendo, *per d. l. humanitatis. ut per Alexand. in dict. l. ex facto. colum. 9. versic. dubitat etiam Bart.* dubitationis tamen tollendæ causa, si pater velit filio surdo, & muto, aut prodigo, qvi habeat bona ma-

terna, vel alia adventitia substituendo facere testamentum, cautius est, qvòd hoc à principe impetret. *d. l. ex facto. ubi Doct.*

I. D. DURANTIS CAUT. XIIX. TIT. V.

§. *Monasterio* qvo remedio substitut9 præferatur, & qvo remedio substitutio fideicommissaria vires amittat.

SUMMARIA.

1. *Monasterium excludit substitutum sub conditione, si hæres decesserit sine liberis.*
2. *Substitutus qvando succedit excluso monasterio.*
3. *Testatoris expressa provisio tollit tacitam legis provisionem.*
Monasterium excluditur ex conjectura voluntatis testatoris. ibidem.
4. *Filiorum causa est favorabilior qvàm causa ecclesiæ.*
Pater magis amat filios, qvàm seipsum. ibid.
5. *Substitutio fideicommissaria expirat, si hæres fiat clericus, sicut si fiat monachus.*

1 SI qvis * ita substituat, si hæres decesserit sine liberis, &c, si scriptus hæres ingrediatur monasterium, excluso substituto, hæreditatem monasterium obtinebit, *auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & ibi doct. & per Bar. cons.* 1. *Calde. cons.* 43. *An si testator. de testa. Bal. cons.* 286. *Pater tres.* l. 4. *cum aliis relatis per Laur. Calc. cons.* 68. *Magister.* & est communis opin. *ut dicit Barb. cons.* 20. *Stat difficultas. colum.* 1. l. 1. §. Sed si testator substitutum monasterio præferri velit,
2 remedium est, * qvòd ita conditionis verba concipiat, si hæres decesserit sine filiis masculis, hæc enim qvalitas masculini monasterio non convenit, sed solùm veris filiis, *ut latè per Barb. cons.* 13. *Circa hanc hæsitationem.* l. 1. Vel dicatur sine filiis, & descendentibus legitimis, & naturalib9, *secundum Corn. cons.* 18. *Circa hanc. & cons.* 253. *Ardua.* l. 4. qvia verbum illud naturalibus, debet aliqvid operari. *l. si qvando. ff. de lega.* 1. *c. si Papa. de privi.* l. 6. hoc tamen remedium non est satis tutum, qvia tacitè inerant verba illa, legitimis, & naturalibus, *l. ex facto. §. si qvis rogatus, cum ibi latè scriptu per Imo. & Alex. ff. ad Treb. &* expressio eorum, qvæ tacitè insunt, nihil operatur. *l. non rectè. C. de fide-*

fidejus. l.3. & *ibi per doct. ff. de leg.* 1. qvin etiamsi testator dixisset, si hæres decesserit sine filiis legitimis & naturalib. ex suo corpore procreatis, hæredi religionem profitenti, videtur de jure monasterium excludere substitutum: qvia subintelligitur, nisi hæres monasterium ingrediatur. *§. sed & hac præsenti in auth. de sanc. Episc. secundum Dyn. & Bar. in* l. *fetta qvu.* §. 1. *ff. de leg.* 2. *Pau. de Cast. in d. auth. nisi rogati.* & *opi. hac comprobatur ex dictis & alleg. per Alex. cons.* 35. *Super contentis* l.3. & *cons.*129. *Viso themate.* l.2. §. Remedium igitur tutius est, * qvòd testator expresse provideat substitutum debere admitti, si scriptus hæres decesserit sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore, & vero matrimonio natis, etiamsi hæres monasterium ingressus fuerit. Est enim in potestate testatoris substituere, qvem velit hæredi, etiam monasterium ingressuro. l. *Deo nobis. C. de epis. & cler.* & tacitam legis provisionem tollit expressa provisio testatoris. l. *cùm filio.* §. 1. *ff. de vul. & pup.* & hoc omnes tenent. *ut dicit Laur. Calc. cons.* 7. *Qvid à me. col.* 15. Nam justum est, qvòd testator possit qvam velit legem imponere rebus suis. l. qvoties. C. de dona. qvæ sub modo. c. verum. de cond. appo. & valdè iniqvum esset, monasterium habere bona testatoris inviti, cùm nemo bene facere compellatur, *c. ad fidem.* 23. *q.* 5. *ut per Dec. cons.* 419. *Viso eleganti cons.* *Et confirmatur remedium hoc ex dictis per Corn. d. cons.* 18. *col.* 6. & *per Fulg. cons.* 53. *Qvoniam superius.* & *per Alex. d. cons.* 35. & *d. cons.* 121. *col.* 3. est enim in hoc servanda testatoris voluntas, ut patet ex alleg. per Dec. *in cap. in præsentia. col.* 34. *de proba.* & *cons.* 259. *Visis his.* ubi tenet, qvòd ad excludendum monasterium sufficiant etiam conjecturæ voluntatis, ut si testator substituat adjecta causa, qvia velit bona sua in familia remanere. * An autem conjectura affectus paterni sufficiat ad excludendum monasterium, qvæstio dubia est: nam Dec. *cons.* 426. in duobus sentit non sufficere. Jas. autem est in contraria opinione *cons.* 211. *Alta & valde profunda. parte* 1. Mihi videtur æqvior & benignior opinio Jas. Nam causa filiorũ favorabilior est, *ut ibi per eum,* & *per Barba. cons.* 55. *col.* 7. & 8. l. 2. & *cons.* 43. *illud col.* 4. & *cons.* 81. *Illud.* l. 3. & *per Fel. in c. si qvis Episc. de hæred.* Præterea sicut testator magis ipse voluit habere bona, qvàm monasteriũ, ita credendũ est eum

eum voluisse bona potius devolvi ad suos filios, qvàm ad monasterium, cùm pater magis diligat filios, qvàm seipsum, l. *isti qvidem ff. qvod met. cau.* & interpretatio hæc congruit voto parentum, l. *scripto ff. unde* l. & officio paterno *c. cùm apostolus, de censi.* & rationi naturali, l. *cùm ratio. ff. de bon. dam.* §. Et notandum est, * qvòd si qvis velit
5 facere expirare onus fideicommissi sibi injunctum, & habere liberam dispositionem bonorum, qvæ substitutioni subjecta sunt, remedium est, qvòd fiat clericus. Nam sicut non est locus substituto, si hæres fiat monachus: ita etiam substitutio vires amittit, si hæres suscipiat ecclesiasticum ordinem. Nam d. § sed & hæc præsenti. alternativè loqvitur, si monasterium ingrediantur, aut clerici fiant. Et licet aliqvi contrarium teneant, tamen hæc opi. verior videtur. *ut dicit Dec. in d. c. in præsentia. col. 29. ver. in ea glo. ibi, exiguntur duo.* Et conclusione hac multum lætari debent clerici: qvia per eam habent liberam bonorum dispositionem, qvæ per substitutionem erat eis sublata, si in seculari vita permansissent. l. *fi.* §. *fi. C. commun. de lega.*

I. D. DURANTIS CAUT. XVI. TIT. V.

§. Qvo remedio substitutus pluribus non nisi post mortem eorum omnium admittatur.

SUMMARIA.

1. *Et substitutio facta pluribus, qvando effectum habet etiam uno moriente.*
2. *Substitutus pluribus verbo universali non admittitur, nisi mortuis omnibus institutis.*
Universalis ratio reqvirit veritatem omnium particularium, ibidem.
Substitutione facta ultimo morienti in tota hæreditate, dicitur invicem facta substitutio.
3. *Substitutus non admittitur per mortem alterius copulativè instituti.*
4. *Dictio, tunc, & eo casu, qvam vim habeat in substitutione.*

1 SI Titium, * & Sejum testator instituat, & post eorum mortem, si decederent sine liberis, alium substituat, substitutus, Titio sine liberis decedente, fideicommissum pro por-

portione defuncti protinus vendicabit, non expectata morte alterius. l. *Lucius.* §. *Cajo. ff. ad Trebell. Bal. cons. 325. viso testamento.* l. 4. nisi persona superstes ex verisimili mente testatoris excludat substitutum. *l. pen. C. de impub. ubi per Doct. & per Bal. cons. 407. in qvæstione.* l. 1. *& cons. 405. viso testamento.* l. 2. *& Abb. cons. 58. qvidam Nicolaus. lib. secundo. & fac. dicta per Bar. in* l. *qvidam in testamento. ff. de vulga. & pup.* & opin. * Communiter approbatur, *ut patet ex relatis, & dictis per Barb. cons. 71. illud. col. fi.* l. 3. *& Jo. de Ana. cum additis per Lud. Bolo. cons. 22. ad comprobandum. & per Alex. cons. 109. super prima.* l. 7. §. Sed si testator nolit substitutum admitti, nisi ambo hæredes decesserint sine liberis, & post mortem utriusq; substituti, remedium est, qvòd substituatur pluribus, non simpliciter, sed verbo universali, hoc modo, videlicet, si prædicti omnes decesserint sine liberis. Tunc enim necesse est, qvòd in omnium persona impleatur conditio, ut substitutus admittatur. nam ad veritatem orationis universalis reqviritur veritas omnium particularium. l. *si is.* §. *utrum. ff. de reb. dub.* nisi aliud ex mente testatoris dicendum sit. l. *hæredes mei.* §. *cùm ita. & ibi Bar. & Alex. ff. ad Trebell. & Bal. cons. 271. substitutio.* l. 3. & ideo videtur non bene consuluisse *cons. 99. super primo in fi.* l. 4. vel substitutio fiat ultimo morienti. & ut hæredes videantur invicem substituti, adjiciatur verbum, qvo novissimè moriens totam hæreditatem restituere rogatus intelligatur. l. *Titia.* §. *Seja. ff. de legat. secund. ut per Jas. in* l. *potest. ff. de vulga. & pup.* & Alex. *cons. 103. ponderatis. col. secunda. vers. qvinto.* l. 4. ubi tenet institutos videri invicem substitutos, si ultimus moriens totam hæreditatem restituere rogatus fuerit, licet contrarium teneat *in cons. 91. ponderatis. col. 5. lib. secundo. & Corn. cons. 330. placet.* l. 1. & verior opin. est, qvòd qvando fit substitutio ultimo morienti in tota hæreditate, videatur invicem facta substitutio, *per alleg. per Jas. cons. 33. dictum se habet. & cons. 41. dominus Romanus. col. 4. ver. qvarto principaliter.* l. 1. §. Secundum est, * qvòd copulativè verba conditionis concipiantur hoc modo, si A. & B. decesserint, &c. *arg. l. si hæredi. ff. de cond. instit. ut per Pau. de Cast. cons. 14. visis, & consideratis.* §. Tertium remedium est, * qvòd testator hæredes institutos expressè invicem substituat,

ut

(margin: * 2 3 4)

ut omnis qvæstio cesset. l. si pater impuberes. *ubi Doct. ff. de Vulg. & pup.* Sed etsi ita substitutio facta sit, si ambo moriantur sine liberis, tunc, & eo casu, &c. extremus dies utriusqve hæredis expectabitur. argum. l. *si is. §. fi. ff. de cond. & demon. secundum Lud. consi.* 131. *Prima dubitatio. & consi.* 138. *Nova. per* l. *uxori usumfructum villa. ff. de usufr. leg.* & substitutus non admittetur, nisi utroqve hærede sine liberis decedente, *ut per Cuma. cons.* 23. Testator. & ad materiam hanc vide prolixius scripta per Doct. *in d. §. cùm ita. & in d.* l. *pen.* & Soc. *in* l. *si is. §. si pater. ff.* de *reb. dub.* ubi inter cetera declarat dict. §. Cajo. locum non habere, qvando instituti essent filii testatoris. *& idem dicunt Doct. in d. l. pen.*

I. D. DURANTIS CAUT. IIX. TIT. V.

§. *Pupillo* qvomodo substitui possit, & qvo remedio possit provideri, ne vitæ minoris instituti per substitutum parentur insidiæ.

SUMMARIA.

1. Pupillus & ejus vita qvomodo sit tutus ab insidiis substituti. & nu. 2.

2. Substituti spes deficit natis liberis instituti.

Pecuniæ & auri sacra fames impellit ad illicita.

3. Substitutio pupillaris potest fieri in diversis tabulis.

Notarius potest à testatore rogari, ne fiat testium recognitio, ibidem.

1 NE vitæ * pupilli parentur insidiæ à substituto, ad hæreditatem illius anhelante, remedium datur à lege, qvod substitutio pupillaris non fiat in ipso patris testamento, sed ab eo separata, & clausa, ut ignoretur, qvis sit substitutus. §. *sin autem. Inst. de pup. subst.* potest etiam pater decernere, qvod pupillus apud aliqvam personam non suspectam alatur. l. 1. *ubi pupill. edu. debe.* l. 2. *C. eod.* §. Item remedium est, qvòd pupillus obtineat facultatem testandi à principe, si est doli capax, *ut per Doct. in* l. *fi. C. de mil. testa. ut dictum est suprà de his, qvi non hab. fact. testa. Cautela.* 5. Pupillus. pubes autem minor 25. annis, cui datus est substitutus, ut substituto votum captandæ mortis adimatur,
2 posset properè uxorem ducere ad liberos procreandos, * liberis enim natis spes deficit substitu. l. *cum avus. ff. de condit.*

condit. & demon. & l. *cum acutissimi. C. de fideicomm. cum ibi traditis per Doct o.* Interdum confugere oportet ad hujusmodi remedia pro salute minorum divitum, ad qvorum necem auri sacra fames improbos substitutos impellit. l. *si qvenqvam. C. de episco. & cleric.* & optimum est, qvando substitutio fit in tabulis separatis à testamento patris, qvòd tabulæ claudantur & signentur, & exterius scribatur præceptum testatoris, qvod tabulæ vivo filio nunqvam aperiantur, potest enim fieri substitutio etiam pupillaris in diversis tabulis. l. *patris & filii. ff. de vulgar. & pupill.* & ne opus sit recognitione testium, * notarius publicus rogetur, & scribat se rogatum præsentibus testibus, hoc enim 3
erit testamentum nuncupativum, in authent. & faciens fidem perpetuam, *qvemadmodum docuimus suprà, de test. ordin. Cautela 4. hæredes.*

D. Durantis Caut. IX. Tit. V.

§. *Puberi vel extraneo* qvo remedio utiliter substituatur.

Summaria.

1. *Substitutio facta puberi, vel extraneo, etiam puberi, non valet per verba directa, sed fideicommissum.*
2. *Substitutio facta puberi vel extraneo convalescit per verba communia tendentia in futurum.*
3. *Substitutio inutilis per verba directa robur accipit à clausula codicillari.*

Filio * puberi, vel extraneo etiam puberi substitutionem 1
directis verbis frustrà fieri, certi juris est. l. *verbis. ff. de vulga. & pupill. & ibi per Doct. Bald. cons. 272. casus talis est. lib. 2.* §. Sed ut utiliter substitutio ejusmodi personis fiat, remedium est, qvòd substituatur per fideicommissum. *§. extraneo. inst. de pup. subst.* erit ergo utendum obliqvis verbis. §. Secundum remedium est, * qvòd substitutio 2
fiat verbis communibus, & habentibus tractum in futurum tempus, ut si dicatur, & qvandocunqve decesserit sine filiis substituit, &c. qvia ita facta substitutio intra pubertatem valebit jure pupillaris directæ, post pubertatem autem vel extraneo facta valebit, ut fideicommissum. *gl. in §. qva ratione. Inst. de pupill. subst. qvam seqvuntur Doct. in* l. *centurio. ff. de vulg. & pupill. & Guid. cons. 35. testator instituit.*

tuit. in tit. de testa. & est * communis opin. *ut dicit Alex. cons.* 12. *attentis verbis. col.* 4. *lib.* 3. & adjiciatur in testam. prohibitio detractionis Trebellianicæ, qvæ potest per testatorem prohiberi, ut infrà dicemus. §. Tertium remedium, ne substitutio vitietur, qvia facta sit verbis directis, est, qvod
3 * testamento inseratur clausula codicillaris, cujus vi substitutio directa convertitur in obliqvam. *glo. in* l. 1. *ff. de jur. codicill. per* l. *Scevola. ff. ad Trebell. &* l. *si frater. C. de fideicom.* qvod est notatu dignum, *secundum Jas. post Alex. in d.* l. *Verbis.* & Alex. dicit hoc esse singulare, *cons.* 82. *perspectis his. col.* 1. *versi. & multo magis. lib.* 2. *cum allegat. per Socin. cons.* 12. *præsens consultatio. col. pen. lib.* 3. *& Dec. cons.* 287. *in civitate. col.* 2. *& cons.* 291. *visis. col.* 2. & Corn. *cons.* 307. *in consultatione col. ult. lib.* 1. *& cons.* 44. *videtur vers. qvicqvid. lib.* 3. ubi idem dicit operari clausulā illam, omni meliori modo, &c. *& Dec. cons.* 594. *pro vera. col.* 3. *in fin.*

Substitutionum forma, & qvemadmodum substituatur.

I.D. DURANTIS CAUT. IV. TIT. V.

§. Qvomodo in substitutionibus concipienda sunt *verba*, ut tam filii, qvàm nepotes teneantur ad restitutionem fideicommissi.

SUMMARIA.

1. *Filiorum appellatio continet nepotes, ubi agitur de commodo eorum, non aliter.*
2. *Nepotes non continentur appellatione filiorum, ubi de incommodo eorum agitur.*
   Fideicommissum injunctum filiis non comprehendit nepotes, ibidem.
3. *Nepotes comprehenduntur appellatione liberorum, etiam ubi de ipsorum onere tractatur.*

SI testator * hæredes filios instituerit, & qvandocunqve aliqvis eorum decesserit sine filiis, supervíventes filios substituerit, nepotes qvoq; ex substitutione admittentur ad commodum fideicommissi, cùm substitutio facta sit in futurum eventum, in qvem testator verisimiliter admitti voluerit etiam nepotes, *per* l. *Lucius. in fi. ff. de hær. instit. secundum Imo. & Alex. & alios Doct. in* l. *Gallus.* §. *instituens.*

tuens. ff. de hared. inst. Jac. *de Butr. in cons. incip. paterfamilias, qvod est inter consi. Bald. 364. lib. 4. & Alex. consi. 1. col. 8. lib. 1. & cons. 37. viso themate. lib. 6. & cons. 5. circa primum. lib. 3. & Corn. cons. 207. de pluribus. col. 5. lib. 2. licet Ludo. Ro. cons. 438. in causa conclusionis. col. fin.* teneat appellatione filiorum non contineri nepotes, etiam in substitutione collata in futurum eventum, *per l. cùm pater. §. hereditatem. ff. de legat. 2.* * Sed ubi supererant filii. Vel 2
responde, *ut per Socin. in d. §. instituens.* ubi autem tractatur de incomodo & onere, appellatio filiorum non extenditur ad nepotes. *gloss. in §. nos igitur. in authentic. de rest. fideic. Bald. cons. 488. in isto puncto. lib. 2. & cons. 257. opiniones. lib. 4.* Ideo fideicomissum injunctum filiis, non comprehendit nepotes, *ut patet ex alleg. per Alex. cons. 56. Aldrovandus. lib. 5.* Sed si testator nepotes qvoq; ex substitutione velit teneri ad restituendam hæreditatem filiæ, remedium est, * qvòd testator utatur nomine liberorum: qvia libero- 3
rum appellatione nepotes etiam continentur, *ut per glo. in Clem. 1. versic. liberi, de baptis. liberorum. ubi Bart. col. fin. ff. de verbor. signific. Bald. cons. 303. ad evidentiam. lib. 2. & Socin. cons. 14. seqvendo ordinē. col. 1. versi. tertio principaliter. & Corn. cons. 290. tota viu. col. 3. lib. 4. latè per Curt. cons. 45. revoluta. cum aliis allegatis per Dec. cons. 218. in casu.*

I. D. Durantis Cautela VI. Tit. V.

§. Qvo remedio substitutio facta *verbis communibus* directa sit, etiam matre superstite.

Summaria.

1. Substitutio compendiosa facta per verba communia, continet etiam pupillarem expressam.

2. Legitima saltem debetur matri exclusæ per substitutionem pupillarem, tamen de eqvitate. & nu. 3.

3. Dubia causa debet terminari æqvitatis moderamine. Judices vel arbitri, qvando sunt in dubio juris, qvam viam tenere debent, ibid.

4. Mater admittitur ad legitimam filii, licet sit exclusa per substitutionem pupillarem. Substitutio ita concepta, instituit atq; substituit, continet pupillarem. ibid.

5. *Substitutus legitimam retinens autoritate legis non peccat.*

6. *Substitutio directa & pupillaris significatur verbis, in hæreditate & omnibus bonis, vel per verbum, succedat pupillo.*

1 SUbstitutio * impuberi filio facta verbo communi, veluti si testator dicat, Lucium filium hæredem instituo, & ei, qvandoq; sine filiis decesserit, Sempronium substituo, intra tempora pupillaris ætatis directa est, post pubertatem autem decedente filio, convertitur in obliqvam, *glo. in §. qua*
* *ratione. Instit. de pup. subst.* & opinio hæc * communiter approbatur, *ut dicit Jas. cons. 129. factum sic se habet, parte prima, contra glo. in* l. *precibus. C. de impub. & aliis subst. & Oldra. cons. 99. factum tale. & Bald. cons. 392. super primo. & cons. 398. præmittendum est. lib.* 4. & procedit * communis opinio, etiamsi mater esset in medio, qvia substitutio compendiosa facta per verba communia, pupillarem qvoqve continet, non tacitam, sed expressam verbis generalibus. *d.* l. *precibus.* & potentior est favor pupilli, ne sine testamento decedat, qvàm matris, ut filio ab intestato succedat. l. *Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. test. a.*
2 *adeò,* * qvòd mater excluditur etiam à legitima. *c. si pater.*
* *de testam. lib. 6.* & opinio hæc est verior & magis * communis, *secundum Alex. in* l. *centurio. fol. 6. ff. de vulgar. & pupill. & cons. 12. attentis verbis. col. 4. versic. secundò respondeo. lib. 3. & cons. 17. ponderatis his. col. 3. & versic. & licet mater. eodem lib. & cons. 51. in casu præsenti. lib. 7. Corn. cons. 93. licet posset. ver. de vendendo. lib. 3.* Decius autem *cons. 128. in casu proposito. col. 2. versic. reperitur.* dicit, non facilè dignosci, qvæ sit communis opinio, & ambiguum jus videri, & æqvum esse hoc casu matri saltem legitimam assi-
3 gnari, qvia rationis est, * ut causæ titubantes æqvitatis moderamine temperentur. l. *non sine. C. de bon. qua liber.* Et tam arbitri, qvàm judices de æqvitate judicandi potestatem habentes, possunt mediam viam seqvi, vel litigantes ad compositionem, & transactionem deducere, ubi est conflictus rationum, & varietas opinionum, & ratio rationem non expugnat. l. *si paterfam. & ibi Bald. ff. de hæredib. instituend. l. Titius. cum allegatis ibi per Alex. ff. ad Trebell.*

&

& per Soc. cons. 150. prima igitur radix. colum. ultim. In hoc ergo conflictu opinionum matri legitima saltem assignanda est, ut per Decium *cons. 643 viso eleganti consi.* ubi relatis tribus contrariis opinionibus, in hac residet. qvamvis consil. 371. in causa, in fin. dicat * communem opinionem esse, qvòd omni tempore sit fideicommissaria, & si substitutio est facta simpliciter sine temporis distinctione, semper esse fideicommissariam *tenet Bald. consi. 355. dicta substitutio. lib. 4. & consi. 175. præmissis. lib. 5. de qvo etiam videre poteris per Alex. cons. 38. viso themate. lib. 1. & cons. 66. viso testamento. lib. 2.* §. Ut autem inter fluctuantes, & varias * interpretum opiniones omnis qvæstio evitetur, si testator velit etiam pupillariter substituere, remedium est, qvòd ita substitutionis verba concipiat, si decesserit sine filiis, instituit atqve substituit Sempronium, *ut per Bald. cons. 485. considerandum. lib. 2.* vel ita verba concipiantur, substituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, sic enim substitutione composita erit in potestate substituti, ex qva velit substitutione succedere, *secundum Barto. in d. l. centurio. versic. Qvarto principaliter qværo. & est text. ad hoc optimus in* l. *recusare. §. Titius. ff. ad Trebell. & ibi hoc tenent Ang. Pau. de Castr. & Alex.* & tunc mater vi pupillaris substitutionis etiam excludetur à petitione legitimæ, *per d. §. sed nec impuberis.* * Verùm secundum Archid. per denunciationem Evangelicam, pupillari substitutione non obstante, mater legitimam conseqvi poterit, cujus opinio magis est æqva, qvam vera, qvia substitutus legitimam retinens legis autoritate non peccat. l. *Gracchus. C. de adulte. cap. qvi peccat. 23. qvæst.* 4. & Archid. refert. sed non seqvitur Soci. *in* l. *moribus. col. 9. versic. circa tertium. ff. de vulga. & pupill.* dicit tamen dictum Archidiac. menti tenendum esse, qvia etiam autoritas matri prodesse posset, ex æqvitate concordiæ, & contra dictum Archid. consuluit Ludo. Roma. *cons. 130. viso testamento.* * Sed etsi substitutioni factæ per verbum commune subjiciantur verba hæc, in hæreditate, & omnibus bonis, intra pubertatem substitutio erit directa, *ut per Bellam. consi. vigesimo sexto in omnibus.* Pariter qvoqve directa intelligitur esse substitutio, si testator dixerit: Si decesserit in pupillari ætate, vel postea qvandocunqve, tunc succedat

Margin: * 4 5 6

ei Sempronius, qvia per pupillarem pupillo succeditur. *Instit. de pupill. subst. in princip. & §. 1. sed si plures. §. ad substitutos, ff. de vulgar. & pupill. Fulgosius consil. trigesimo tertio. Titius.* Idem juris est, si dixerit, hæredem ei fecit Sempronium, *ut per Bald. cons. 35. pater filio. lib. 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. XII. TIT. V.

§. QVO remedio non vitietur substitutio, *sive directis, sive obliqvis verbis* utendum fuerit.

SUMMARIA.

1. *Substitutio fit inutilis pluribus modis.*
2. *Substitutio facta verbis communibus porrigitur ad omnem substitutionē & modum, qvo valere potest.*
3. *Substitutio facta in codicillis etiam verbis directis trahitur ad fideicommissum.*
4. *Substitutio constat ex tribus regulis, scilicet verbis directis, obliqvis & communibus.*
5. *Obliqva verba qvæ sint in substitutione.*
6. *Communia verba qvæ sint in substitutione.*

1 MUltum * interest, qvibus verbis utatur notarius in substitutionibus. Nam extraneo, id est, non constituto in potestate testatoris directis verbis inutiliter substituitur. §. *extraneo. Inst. de pupill. & subst.* & ubi fit obliqva substitutio, minus habet substitutus, qvàm si directis verbis facta esset. l. *ex tribus. C. de inoffic. test. cap. si pater. de test. lib. 6.* & puberi verbis directis facta substitutio inutilis est, & vim fideicommissi non habet. l. *verbis. ff. de vulg. & pup.* & obliqvis verbis facta substitutio non potest valere, ut vulgaris. l. *ille. §. si de testamento. ff. ad Trebell.* §. Sed ut substitutio, si non potest uno modo consistere, alia via valeat, remedium est, qvòd testator substituendo utatur his verbis, instituit, atqve substituit: nam hæc verba plenam substitutionem continent, directam scilicet, & obliqvam, *ut per Bal. cons. 176. Qvidam nomine. lib. 3.* §. Secundum re-
2 medium est, * qvòd in substitutione verbis communibus utamur, qvia substitutio facta per verba communia, si non valet jure directo, valet ut fideicommissaria, & qvando non valet ut obliqva, valet jure directo, & ita semper substitutio valebit, & procedit hoc, etiamsi verbo communi adjiceretur

tur dictio hæres, ut si testator dicat, si hæres decesserit sine liberis, Lucium hæredem substituit, nam hæredis nomen fideicommissario qvoqve convenit. l. filius. ff. qvod cum eo, *ut per Pau. de Cast. cons. 180. præsens consultatio. col. 2. 1. part.* Nec est absurdum, qvod eadem verborum conceptio diverso modo accipiatur ex diversitate temporis, vel subjecti. *glo. in §. qua ratione. Inst. de pup. subst.* l. *pater Severinam. §. conditionem. ff. de cond. & demon. glo. & Docto. in* l. *precibus. C. de impube. & aliis subst. & in* l. *centurio. ff. de vulg. & pup. & Oldr. cons. 125. in proposito themate. Pau. de Cast. cons. 108. super primo. 1. par.* §. Tertium remedium est, * qvòd testamento inseratur clausula codicillaris, qvia 3
substitutio facta in codicillis, etiam verbis directis trahitur ad fideicomissum. l. *Scævola. ff. ad Trebell. ut per Bald. cons. 92. dispositio. lib. 5. & Docto. in* l. *verbis civilibus. ff. de vulg. & pupill.* Et ut omnes intelligant, qvæ sint verba directa, qvæ obliqva, & qvæ communia, verborum ejusmodi tres regulas pro rudibus subjungemus. * Prima regula, verba 4
directa illa sunt, qvæ eum, cui relinqvitur, à se ipso accepturum significant. *gloss. in* l. *eam qvam. in versic. directis. C. de fideicom.* qvalia sunt, hæres esto, instituo, & alia scripta *per Barto. & alios Docto. in d.* l. *centurio. Bald. cons. 35. pater filio. & consilio 272. casus talis est. lib. 2. & cons. 53. instituo. lib. 3.* Secunda regula, * obliqva sunt illa, qvæ eum, 5
cui relinqvitur, ex manu alterius accepturum ostendunt. l. *cohæredi. §. cùm filia. ff. de vulg. & pupill.* qvalia sunt verbum detur. l. *fundi Trebatiani. ff. de usufruct. lega.* item verbum restituas. *dict. §. cùm filia.* verbum reddatur. l. *cùm qvidam. ff. de legat. 2.* item verbum hæredem facias. l. *ex facto. ff. ad. Trebel. ut per Barto. & alios Doct. in d.* l. *centurio.* * Tertia regula, qvæ significant, ut qvis manu sua, vel 6
alterius capiat, communia judicantur, qvalia sunt verbum, præveniat. l *hæredes mei. in princip. & §. cum ita. ff. ad Trebell.* verbum pertineat. l. *pertinere. ff. de verb. signific.* verbum, habeat. l. *stipulatio. §. habere. ff. de verb. obligation.* l. *fideicom. §. filio. ff. de legat. 3.* verbum, remaneat. l. *cùm ante. C. de donat. ante nupt.* verbum, succedat. l. *non tantùm. ff. de fideicomm. lib. restituta. §. fina. ff. ad Trebell. Bald. cons. 12. qvidam nomine. lib. 2. & consi. 242. si substitutio. lib. 4. & Alexand. consi. 3. circa præmissa. lib. 7.*

 ver-

verbum, revertatur, *gloss. in* l. *prima. in fin. ff. de donat.* verbum devolvatur. l. 2. *ff. de alt. lega.* verbum moriatur. *cap. 1. de testa.* l. 6. *ut latius per Doct. in d. l. centurio.* item verbum, substituo, *ut per Alex. d. cons. 49. viso themate.* l. 9.

I. D. DURANTIS CAUT. XXIX. TIT. V.

§. Qvo remedio *brevilogva substitutio* impuberibus facta, etiam substitutionem fideicommissariam comprehendat.

SUMMARIA.

1. *Substitutio breviloqva, facta impuberibus, continet etiam fideicommissariam, si addatur clausula codicillaris.*
2. *Clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, qvid operetur.*
3. *Substitutio fideicommissaria continetur in substitutione breviloqva propter compendiosam.*

1 SI testator * filios impuberes instituerit, eosq; invicem substituerit, his verbis vulgaris, & pupillaris tantum substitutiones inter impuberes, inter puberes autem solùm vulgaris factæ censentur, etsi aliter sine liberis moriatur post pubertatem, alter ex substitutione non succedet. *l. iam hoc jure. ff. de vulg. & pup. ubi Bart. & ita dicit se consuluisse idem Bart. in l. hæreditatem. C. de impu. & aliis* * *subst. Jo. de Ana. cons. 46. circa primum.* & est * communis opinio, *ut dicit Jas. in l. Lucius col. antepen. ff. de vulg. & pup.* licet affirment stricto jure posse sustinere, qvòd fideicommissaria qvoq; substitutio contineatur. Dicit tamen
2 non esse à communi opinione recedendum. §. Sed ut breviloqva substitutio adveniente pubertate in fideicommissum convertatur, remedium est, qvòd adjiciatur clausula codicillaris ita concepta, si non valet vel valebit jure testamenti, valeat jure codicillorum. Hac enim clausula adjecta, post pubertatem substitutio valebit jure fideicommissi, decedente aliqvo ex cohæredibus sine liberis. *l. si frater. ubi hæc tenent Raph. & Philip. Cor. C. de fideicom. qvos refert & seqvitur Soc. cons. 6. in præsenti consultatione.* l. 3. Sed si per verba præsentis temporis clausula hæc concipiatur, non operatur hunc effectum, *ut patet ex allegatis per Dec. consi. 291. visis & diligenter. col. 2.* §. Secundum & tutius reme-

Digitized by Google

remedium est, qvòd utatur illis verbis, substituit eos invicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Nam sic videtur etiam facta substitutio fideicommissaria in tempus mortis ei, qvi sine liberis decederet, *ut per Fulg. cons. 43. in primo. col. 2. & Alex. cons. 208. ponderatu.* l. 6. & hoc operatur illud verbum, per fideicommissum, *ut per Deci. cons. 86. viso puncto col. 1.* §. Remedium etiam est, qvòd breviloqva substitutio fiat verbo habente tractum futuri temporis cum commemoratione mortis, ut si testator dicat, qvandocunq; alter ex hæredibus decesserit sine liberis, alterum superstitem substituo. tunc enim propter * compendiosam etiam fideicommissaria substitutio continetur, 3
ut per Doct. in d. l. Lucius. & ista est vera, & * communis * opinio, *ut dicit* Jas. *cons. 134. in causa qva. lib. 1.*

I. D. Durantis Caut. VII. Tit. V.

§. Qvomodo reciproca substitutio, personis ætate imparibus facta, contineat pupillarem.

Summaria.

1. *Substitutio reciproca facta filiis puberibus & impuberibus, non continet pupillarem.*
2. *Clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, qvid operetur.*

Filius testatoris ex conjectura intelligitur etiam pupillariter substitutus, & matrem excludet, ibi.

Substitutio * reciproca facta personis imparibus, illas 1
tantùm substitutiones continet, qvæ cuilibet poterant convenire. l. jam hoc jure. ff. de vulg. & pup. l. in testamento. C. de testam. mil. Et procedit etiam, si reciproca substitutio habeat mixturam compendiosæ, *secundum glo. Magnam in d. l. in testamento. & Bart. consi. 57. Vannellus de Castr.* §. Sed ut substitutio reciproca compendiosæ mixta in persona impuberum pupillarem contineat, remedium esse qvidam putant, qvòd substitutio fiat sub dinumeratione temporum, veluti si ita dicatur: Si qvis filiorum meorum in pupillari ætate, vel postea qvandocunq; decesserit, &c. ut verbum illud, in pupillari ætate, aliqvid operetur. *l. si qvando. ff. de legat.* 1. Sed remedium hoc non bonum, qvia tunc etiam pupillaris substitutio nõ continetur ratione æqvalitatis servandæ, *secundum multos, qvos seqvitur*

Alexand. in d. l. in testam. in fin. §. Melius est remedium,
2 * qvod adjiciatur illa clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. *l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebell. de qvo vide per Jas. in. d. l. jam hoc jure. & Soc. consi. 290. qvoniam praesens.* Nota tamen, qvòd filius testatoris ex conjectura intelligitur etiam pupillariter substitutus, & matrem excludet. *per gl. in* l. *precibus. in ver. possunt peti. in fi C. de impub. & aliis subst. ut per Alex. in d. l. in testa. col. 3.* Idem qvoq; operabitur clausula, ita qvòd unus in totum succedat alteri. nam per hæc verba satis declarata videtur voluntas testatoris, qvòd substitutus habeat totam hæreditatem impuberis decedentis, & conseqventer ex pupillari substitutione succedat, *ut per Jo. de Ana. cons. 89. visis qva in facto. in fin.*

I. D. DURANTIS CAUT. II. TIT. V.

§. Qvo remedio per *Vulgarem substitutionem* non tollatur potentia suitatis.

SUMMARIA.

1. Hæres suus jure suitatis transmittit hæreditatem ad qvoscunqve.

Jus suitatis tollitur per dationem vulgaris substituti, ibid.

2. Substitutio fideicommissaria facit cessare beneficium abstinendi, qvod habent filii.

1 SUus * hæres hæreditatem ad qvoscunq; transmittit: qvamvis, anteqvam se immisceat, moriatur, *l. apud hostes. C. de leg. ha. l. si fratris. C. de jur. deli. & ibi per Docto.* hoc autem beneficium transmissionis, & suitas tollitur per dationem vulgaris substituti, l. *si filius hares. ubi per Docto. ff. de lib. & posth. & per Paul. de Castr. cons. 350. postqvam iste tutor.* §. Sed ne vis suitatis evanescat per vulgarem substitutionem, remedium est, qvod adjiciatur testamento clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum:
2 qvia * beneficium sui hæredis, ut abstinere valeat, ab hæreditate paterna cessat, ubi filio per fideicommissum aliqvis substituitur, l. *ita tamen. §. si pater. ff. ad Trebell.* Bal. *in l. non justam. C. eod. tit.* dicit hoc perpetuò menti tenendum, *& seqvitur. Cor. cons. 35. in casu isto. col. 4.* l. 2. *& Soc. cons. 20. visis actis. col. 7. Alex.* tamen *in l. recusare. §. Titius. per illum*

Digitized by Google

illum tex. ff. ad Treb. dicit veriorem opinionem esse, qvòd substituto detur electio, ex qva velit substitutione succedere. Tuti9 igitur remedium est, qvòd testator disponat vim, & potentiam suitatis salvam manere, *secundum Bal. in c. Cum a. de elect. & Jas. in d. l. si filiu hæres. in fi.* totum enim facit voluntas testatoris. l. *ex facto. 2. ff. de hæred. institu.*

De Effectu Substitutionum.

I. D. Durantis Caut. XXVII. Tit. V.

§. Qvo consilio uti debeat testator, ut substituti admittantur, qvemadmodum succederent intestato.

Summaria.

1. *Substitutis agnatis, familia, seu stipite domus testatoris, præferuntur remotioribus in gradu proximiores.*
Filii fratris an succedant unà cum patruo ex substitutionibus, ibid.
Successio ex testamento an reguletur secundum naturam successionis ab intestato, ib.
2. *Successio ubi sit in capita, erit in stirpes voluntate testatoris.*

Substitutis * agnatis seu familia aut stipite domus testatoris, proximiores in gradu remotioribus præferuntur, 1
l. *peto. §. fratre. ff. de leg. 2. ut per Doct. in* l. *Gallu. §. qvidam. ff. de lib. & posth. & Barb. in c. Raynutius. col. 24. de test.* & regula. §. cum filius. Institut. de hæred. qvæ ab intestat. in substitutione fideicommissaria non procedit, l. *cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. 2.* & licet ibi gl. dicat qvandocunq; qvi sunt in gradu impari, æqvaliter admittuntur, ut fratrum filii cum patruis, non est putandum gl. sensisse id procedere in successione ex testamento, sed qvando succeditur ab intestato: nam gloss. intelligenda est secundum legem, qvam allegat. *ut per Bar. in* l. *non solum. §. liberationis verba ff. de* l. *leg.* & videtur facienda distinctio, & differentia inter successionem testamentariam, & legalem: qvia præsumitur ad proximiores major affectio testatoris, *ut patet ex dictis Bal. in d. §. in fideicommisso. & ex allegatis per Alex. cons. 4. ponderatis. colum.* 3. l. 4. *& cons. 129. perspectis his. lib. 5. & cons. 88. qvod concurrere. & cons. 137. præclarè.* l. 1. & qvòd in fideicommisso filius non assumat locum patris sui, dicit esse magis communem

 opi-

opinionem Decius *cons.1. col.3. & cons. 217. in casu proposito. & cons.299. in causa. & cons.408. in praesenti.in fin. ubi dicit ita per Rotam judicatum fuisse Romae. & cons. 42. Viso eleganti. rationibus, & authoritatibus per eum relatis.* Sed contrariam opinionem veriorem esse arbitror: qvia successio ex testamento regulatur ex natura successionis ab intestato, *per doctrinam Bar. in* l. *haeredes mei.* §. *cùm ita ff. ad Trebell. & in l. ut jurisjuran. §. si liberi. ff. de ope. lib. Doct. in* l. *Gallus. §. qvidam. ff. de lib. & posthum. Soc. cons.90. abundè. &* Jo. *de Imo. in d.* §. *cùm ita.* Praeterea non videtur minor affectio avi ad nepotes, qvam ad filios liberorum. *ff. de verb. sig. in liberorum. 220. in prin.* & qvòd in fideicommissaria substitutione filius succedat in locum patris sui, esse magis commun. opin. dicit Alex. *cons. 26. Videretur. col. pen.* l. 3. & *Jas. cons.*158. *magnifica. col. 2. part.*
2 2. §. Qvaestionis igitur tollendae gratia, cautius testator aperiat mentem suam, etsi nolit nepotem pariter cum patruis ex substitutione vocari, adjiciat verba haec, salva gradus praerogativa, ita ut remotiores non possint ex persona patris cum proximioribus in successione concurrere, aut testator substituat proximiores suos. *l. cùm pater. §. haereditatem. ff. de leg. 2. Bald. cons.*488. *casus talis est.* l. 3. At si contrarium velit, declaret ex substitutione succedendum esse secundum regulas successionis ab intestato, seu eo modo, qvo successuri essent ab intestato, & cessabit qvaestio, ubi testatoris manifestus erit sensus, *ut colligitur ex dictis, & allegatis per Dec. d. cons.1. & cons.79. diligenter viso puncto.* expedit qvoq; qvòd testator declaret, utrum velit succedi in capita, an verò in stirpes. potest enim testator etiam circa hoc immutare jus commune, *ut per Alex. cons. 55. perspectis his. col. 2. lib. 4.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXI. TIT. V.

§. Qvibus remediis utrinq; conjuncti in successione ex substitutione aliis praeferantur, & proximi testatoris in re dubia vocati censeantur.

SUMMARIA.

1. Substitutio habet vim juris accrescendi.

Frater utrinq; conjunctus qvando praefertur aliis in substitutionibus. ibid.

2. Substitutio dubia declaratur ab institutione praecedenti.

3. Te-

3. *Testatoris proximitas, an hæredis, in fideicommissaria substitutione inspiciatur.*

SI Filios * ex diversis matrimoniis procreatos pater instituat, eosq; invicem substituat ad portionem deficientis, non solum utrinq; conjuncti, sed omnes superstites æq; admittuntur, qvia substitutio habet vim juris accrescendi. *l. cohæredi.* §. *qvi discretas ff. de vulg. & pupil.* & ubi agitur de jure accrescendi, accrescit portio portioni. *l. si Titio usufr.* §. *fin. ff. de usufr. ut per Bar. & Alex. in* l. *Lucius. in fin. ff. de vulg. & pupill.* §. Sed si testator utrinq; conjunctum præferri velit ex substitutione vulgari, remedium est, * qvòd institutio filiorum utrinq; conjunctorum fiat separatim. sic enim substitutio dubia declarabitur ab institutione præcedenti. *d.* §. *qvi discretas, & per Doct. in* l. *si. ff. ad Treb. & comprobatur remedium hoc ex dictis per Dec. cons.* 186. *Et diligenter, & per* Jas. *cons.* 143. *Spectabilis, part.* 2. & hoc in vulgari substitutione necessarium est. In pupillari namqve substitutione utrinq; conjunctus præfertur aliis: qvia per eam de successione pupillari tractatur, & censetur testator voluisse præferri utrinq; conjunctum, *juxta auth. itaqve. Cod. commu. de suc. & hoc tenet Bart. in* l. *re conjuncti col. ultim. ff. de leg.* 3. * In fideicommissaria verò substitutione jus ambiguum videtur esse. Nam qvidam proximitatem testatoris in ea inspici putant, *ut per Dec. cons.* 304. *in casu proposito. col.* 1. qvia in ea de testatoris hæreditate agitur. *& per Alex. cons.* 30. *visa testamento. col.* 2. *lib.* 2. *per d. l. cohæredi.* §. *cùm filia.* sed Soc. *in l. si cognatis. circa fin.* ff. *de reb. dub.* decidit ex substitutione fideicommissaria eos præferri, qvi hæredes proximiores sunt. *per l. cum ita.* §. *in fideicommisso. ff. de legat.* 2. *& cap.* 1. *de nat. success. feu.* Verior tamen, & communior opin. est, qvòd in substitutione fideicommissaria ipsius testatoris tantum proximitas attendatur, *ut patet ex alleg. per Alexan. cons.* 303. *Ponderatis. lib.* 6. *&* Jas. *cons.* 159. *Oldericus.* 2. *parte.* Cautius tamen est, qvòd testator manifestioribus verbis declaret, qvid velit & sentiat: nam voluntas defuncti in ultimis voluntatibus totum facit. l. ex facto proponebatur. ff. de hæred. instit. *secundum Socin. de cons.* 249. *col.* 1. *vers. sed arbitror.*

I.D.

§. Qvo remedio substitutus non excludatur ob filios, qvo momento post mortem patris vixerint.

SUMMARIA.

1. *Substitutus utrum excludatur ob filios hæredis, qui momento post patris mortem vixerint.*
Qvalitas adjecta verbo refertur ad temp9 verbi. ibid.
Omissus casus remanet in dispositione juris communis. ibid.
2. *Clausula, deficientibus liberis, prolata sine præfinitione temporis tempus omne complectitur.*
3. *Substitutio facta sub conditione, si hæres decesserit sine filiis, evanescit existentib. filiis etiam non succedentib.*

1 SUbstitutio* sic facta, si hæres scriptus sine liberis moriatur, expirat, si mortis tempore scriptus hæres filios reliqverit, qvamvis illi statim mortuo patre decesserint sine liberis, qvia conditio substitutionis impleta non est. Nam qvalitas adjecta verbo, refertur ad tempus verbi. *l. ex facto. §. si qvis autem. ff. ad Trebell. fac.* l. *in delictis. §. si extraneg ff. de noxa.* Præterea casus omissus remanet in dispositione juris communis. l. *commodissimè. ff. de lib.* & sufficit momento liberos patri supervixisse ad exclusionem substituti. *arg.* l. *2. C. de posth. hared. instit. l. qvi duos. ff. de reb. dub. & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. ut per Doctor. in capit. 1. §. qvin etiam Episc. vel Abbat. in usi. feud. Old. consi. 21. Thema tale est. Fulg. cons. 46. Andreas.* cum in hunc casum testator non providerit. l. *qvidam cum filium. ff. de har. instit. ut per Deci. cons. 63. Diligenter consideratis. col. 2. cum alleg. per eum ibi, & consi. 218. In casu. col. 2. & consi. 269. Consultus ab illustri. col. 5. consi. 291. visis. colum. 2. & consi. 414. viso eleganti consi. col. 2.* & qvòd ita evanescat substitutio, tenent qvoq; alii relati per Alexan. *consi. 20. Ponderatis his. lib. 3. & per Barbat. in c. Raymutius. colum. 34. de testam.* §. Sed ne substitutio evanescat, remedium est, qvod testator substituat liberos hæredis, & illis morientibus sine liberis, alium, qvem velit, substituat, *ut colligitur ex scriptis per Corn. cons. 146. In hac consulta-*

tio-

*tione. colum.*1. l.2. *& per Abb. consi.*4. *Venio ad primum.* l.1. *& Dec.consi.* 63. *Pro tenui facultate. col.* 2. §. Secundum remedium est, * qvòd substitutio fiat in defectum liberorum, vel deficientibus liberis hæredis instituti, tunc enim qvandocunqve liberi hæredis defecerint, ad hæreditatem vocabitur substitutus, *ut per Socin.in* l. *solemus.ff. de conditio.& demonst.Alex. consi.*43.*consideratis.col.*3.l.3. *& consi.*101. *super primo.col.* 3. *lib.*7. *& Decius consi.* 594. *Viso testamento.colum.*2. Nam clausula illa, deficientibus liberis, prolata sine præfinitione tẽporis, temp9 omne complectitur, l. 1. §. *generaliter.ff. de legat.præst. Zaba.consi.* 49. *anno ad incarnatione. colum.* 3. Et sciendum est, * qvod etiam filii, qvi nolunt, vel non possunt hæredes esse, hujusmodi conditionem ad exclusionem substituti deficere faciunt, l. *filiusfamilias.§.cùm qvis. & ibi Bart. ff. de legat.*1.*& per Decium consi.* 383. *Viso puncto. columm.* 2. qvamvis Cuma. aliter senserit *consi.* 121. *Gerardus qvondam.* Qvare si testator velit eo casu substitutum non excludi, verba conditionis ita concipienda sunt, si hæres scriptus decesserit sine liberis & hæredibus, per not. per. Bart.in l. ut jurisjurandi. §. si liberi. ff. de oper. l. & opinio hæc communiter approbatur, *ut patet ex allegat. & dictu per Jas. consi.*57.*in causa mota.*l.1.

2 3

I. D. Durantis Caut. XVII. Tit. V.

§. Qvo remedio substitutos hæredes filia non excludat.

Summaria.

1. Filia fœmina continetur appellatione filiorum.
Masculinum concipit fœmininum. ibid.
2. Masculinum in materia differenti nunqvam concipit fœmininum.
Substitutio est interpretanda, ut sit statuto conformis, uti statutum facit differentiam inter masculos & fœminas. ib.
3. Masculorum appellatio excludit fœminas, & masculos ex fœminis.
4. Liberorum appellatio continet fœminas.
5. Filia exclusa per substitutum, multò magis excluduntur ejus filii etiam mares.

Si

1 SI testator * ita substituat, si hæres decesserit sine filiis, &c. B. fratrem ejusqve liberos substituo, substitutus à filia hæredis excluditur. nam intelligitur omnino defecta conditio, si hæres scriptus filiam habeat mortis tempore, cum masculinum concipiat fœmininum. l. *si ita. ff. de leg.* 2. *&* l. 1. *ff. de verbor. sign. ita decidunt Joan. Andr. & Anto. de But. in c. Raynaldus. de testa. qvos refert & seqvitur Alex. cons. 55. Ponderatis. colum. fin. lib. 3. & consi. 17. Circumspectu. lib. 7.* Nepos qvoqve, vel neptis ex filia excludit substitutum. l. 1. *& ibi Doctor. C. de cond. in ser. & per Alex. consi.*
2 80. *Viso colum. 1. lib. 1. & consi. 38. Perspectu. lib. 6.* * Hoc tamen non procedit, ubi statutum, vel testamentum inter masculos, & fœminas in succedendo differentiam faceret, qvia in materia differenti nunqvam à masculino concipitur fœmininum, *ut per Bart. in dict.* l. 1. *ff. de verbor. sign. fac. not. per Bart. in* l. *fin. ff. ad Trebell. & hoc tenent Fulgo. cons. 18. Columucia. Corn. consi. 188. placet. columm. 2. lib. 7. & consi. 275. In præsenti consultatione. colum. 3. & fin. lib. 4. & alii relati per Deci. consi. 15. Diligenter consideratis. & consi. 280. dominus Raynald. col. 3.* & opinio hæc ratione non caret. Nam si statutum differentiam facit inter masculos, & fœminas, ita substitutio interpretanda est, ut sit statuto conformis, *per no. per Bart. in* l. *hæredes. §. cum ita. ff. ad Treb. & per Alex. post alios Doct. in* l. *Gallus. §. qvidam. in fin. ff. de lib. & posthum. Fulgos. consi. 34. domina Catharina. cum alleg. per Alex. consi. 15. Viso testamento. lib. 4. de qvo latè videas per Socin. in* l. *cum avus. ff. de cond. & demonstr. & per eundem consi. 55. Visis consiliis. & cons. 14. Viso testamento. colum. fina. lib. 3.* ubi referens Paul. de Castr. *cons. 29. casus iste.* dicit etiam, ubi non esset statutum prædictum, præferre substitutos filiabus hæredis mortui, qvando masculi substituti sunt ex descendentibus testatoris, qvasi hoc operetur conjectura voluntatis testatoris ex præsumta ratione conservandæ dignitatis agnatorum, *ut patet ex relatis per Lau. Cald. cons. 48. Viso dicto. casu. col. 4. cum seq. & de hac materia vide per Dec. cons. 270. & cons. 37. Omisso testamento. & Cor. cons. 63. Antiqvissima. &*
3 *cons. 45. Statuto. & cons. 4. Cum in præsentiarum.* * Et qvia materia dubia est, in qvia diversa studiorum collegia diversa senserunt, ut omnis qvæstio cesset, si testator velit hæredis

dis filias excludere substitutum, verba ita concipienda sunt, Si hæres decesserit sine filiis, vel filiabus, qvòd si testator substitutum præferri velit, ita verba concipiantur, Si decesserit sine filiis masculis, *secundum Abb. cons. 63. Videtur. lib. 1. & Joan. de Ana. cons. 22. ad approbandam. in fin.* nam masculi appellatio fœminas non continet, propter diversam significationem vocabuli inventi ad differentiam fœminei sexus demonstrandam, l. *qværitur. Digest. de statu. homin.* & ut verbum illud masculi aliqvid operetur. l. *si qvando. ff. de legat. 1. c. si Papa. de privi. lib. 6. Lau. Calc. cons. 46. Casus in forma. in fin. cum consilio seq.* & qvia vocatio masculorum est exclusio fœminarum. l. *cùm prætor. ff. de jud. Fulg. cons. 38. In proposita colum. 2. Abba. consi. 36. Videtur primo. lib. 1.* * Et no. qvòd si diceretur, si sine liberis decesserit, ex verbi significatione conditio deficeret existentibus filiabus: qvia nomen liberorum latiorem habet significationem, qvàm nomen filiorum, & à filiabus excluderetur substitutus, *ut per Dec. cons. 236. non parva. col. 2. ver. & in tali*, nisi esset adjectum verbum, masculis, per prædicta. *Et de hac materia vide per Corn. cons. 202. Pluries, lib. 3. & omnino vide Jas. cons. 104. Spectabilis. & cons. 141. Christophorus. & cons. 142. Venerabilis. parte 1.* Et notandum est, * qvòd filia instituta in re certa, & filio scripto universali hærede, & substitutione ita facta, si hæres decesserit sine liberis masculis, si hæres nepotem ex filia præmortua reliqverit, substitutus non excludetur. Si enim exclusa est filia, multò magis nati ex ea excludendi sunt. *argum.* l. *si viva matre. Cod. de bon. mater. cum aliis rationibus relatis per Bald. cons. 40. Qvidam magnificus. lib. 3. & Fulgo. d. cons. 38. in fi. & Jas. in* l. *Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & posthum.* qvamvis Corn. contrarium sentiat cons. 246. Videtur. in fi. lib. 2. & Fulg. consi. 86. Ex facto proponitur. ubi dicit conditionem illam, si decesserit sine filiis masculis, deficere, existentibus filiis masculis ex filia. Sed ibi non præsupponitur exclusio filiæ, ideo nepotes ex filia faciunt deficere conditionem, etiamsi testator dixerit, si filius meus decesserit sine filiis ex suo corpore natis, *ut per Bald. cons. 13. Punctus talis est. lib. 3.*

4

5

I. D. Durantis Caut. XV. Tit. V.

§. Qvibus remediis possit facere testator, qvod illegitimus

mus vel legitimatus excludat, vel non excludat substitutum.

SUMMARIA.

1. *Substitutio facta sub conditione, si hæres decesserit sine filiis, non convalescit existentibus filiis spuriis, vel naturalibus.*

Filiorum appellatio non continet spurios neque naturales substitutione facta sub conditione, si hæres decesserit sine filiis.

2. *Spurii capere possunt ab extraneo, & ab avo carente liberis legitimis.*

3. *Spurius potest habere licentiam à patre faciendi se legitimare.*

4. *Legitimatus de consensu testatoris excludit substitutum sub conditione, si hæres decesserit sine filiis.*

Filii naturales excludunt substitutum. ibid.

Argumentum à contrario sensu locum habet etiam in rescriptis principum. ibid.

Legitimatus, antequam dies fideicommissi cesserit, excludit substitutum. ibid.

5. *Legitimatus non dicitur legitimè natus, & quando excludat substitutum.*

1 SPurii, * & præsertim ex nefario coitu nati, qvi non sunt filii nominandi, *authent. ex complexu. Cod. de incest. nup.* non excludunt substitutum sub conditione hac, si hæres decesserit sine filiis, *secundum Ange. in* l. *generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. sub cond. fac.* Idem qvoq; de naturalibus liberis dicendum est, si testator fuerit persona honesta, l. *ex facto. §. si qvis rogatus. ff. ad Trebel. cum ibi traditis per Doct. & per Dec. post alios Doct. in cap. in præsentia. col. 16. de proba.* §. Sed si testator velit, qvod
2 spurii hæredes substituto præferantur, remedium est, * qvòd testator illegitimos qvoqve filios hæredi substituat: nam ex ejus testamento illegitimi capere poterunt, sive extraneus sit testator. *glo. in §. fin. in authen. qvib. mod. na. effi. sui.* sive sit avus, & legitima sobole careat. l. *fin. C. de*

dena. lib. jac. not. per Alex. in d. §. si qvis rogatus. col. 1. §. Secundum remedium est, * qvòd testator det licentiam scripto hæredi, ut possit filium non legitimari, tunc enim sine dubio substitutum legitimatus excludet, secundum Socin. in l. *si cognatis. col. 12. versic. tertiò infero. ff. de reb. dub.* ubi dicit hoc notatu dignum. §. Tertium remedium est, * qvòd legitimatio fiat à principe sine præjudicio eorum, qvibus est jus qvæsitum. per hoc enim intelligitur Princeps derogasse juri qværendo. arg. à contrario sensu, qvod habet locum etiam in rescriptis. l. *si procuratorem. §. si ignorantes. cum gloss. in ver. igitur. ff. mand.* & sic legitimati in vita patris excludent substitutos: qvia legitimationis tempore fideicomissi dies nondum cesserat, *ut patet ex alleg. per Alex. cons. 2. visis codicillis. col. 5. cum seq. lib. 1* aliter factam legitimationem substitutis non obesse qvidam putant, *ut patet ex alleg. per eundem Alex. cons. 25. circa primum. & cons. 67. consideratis. lib. 1.* de qvo tamen Doct. disputant. Et comunis conclusio est, qvòd regulariter legitimatus, anteqvàm dies fideicomissi cessisset, excludat substitutum, *ut dicunt Alex. Jas. & Dec. in d. l. generaliter. §. cum autem. Jo. de Imo. Alex. & Jas. in d. l. ex facto. §. si qvis rogatus. cum limitationibus ibi per eos traditis, & Pau. de Cast. cons. 219. Super puncto.* & Deci. *cons. 258. in casu domini Francisci, col. 2.* dicit omnes tenere, legitimatum excludere substitutum, qvod tamen non procedit, qvando legitimatio est facta post mortem testatoris, non citato substituto, *ut patet ex alleg. per Soc. in d. l. Gallus. §. & qvid si tantum. col. fin. & per Dec. cons. 284. viso puncto. col. 5.* Filii qvoq; naturales excludunt substitutum. *glo. in c. in præsentia. de proba.* & est * communis opin. *ut dicit Dec. co. 15.* Qvod si testator velit substitutum præferri spuriis legitimatis, vel naturalibus filiis hæredis instituti, remedium est, * qvòd substituat his verbis, videlicet, etsi hæres supra scriptus decesserit sine filiis legitimè natis, seu ex legitimo matrimonio procreatis, substituo B. nam sic compositis verbis naturalis, seu legitimatus non excludet substitutum, qvia hi non dicuntur legitimè nati. c. innotuit. de elect. Et qvalitas adjuncta verbo, vel participio inesse debet tempori, per verbum aut participium demonstrato. l. *ex facto. §. si qvis autem. ff. ad Treb. in delictu. §. extraneus ff. de noxa. Et opi. hanc tenet Bald. in l. si qvis posthumos.*

3 4 * 5

& d. l. *Gallus.* §. *si ejus. & in* l. *Paulus. ff. de statu. ho. & in cons. 206. Videamus. lib. 2. & alii, qvas refert Alex. in d. §. cum autem. & cons. 5. attentis narratis. lib. 7. & cons. 172. visis duob. eod. lib. & Curt. cons. 74. super memorata. col. 25.* & multo minus à legitimato substitutus excluderetur, si testator diceret expressè, si hæres decesserit sine filiis legitimè natis, non autem legitimatis: nam tunc esset manifesta mens testatoris, & non contingeret dubitari, an per exeqvutionem, qvæ fit à jure legitimè natis ad legitimatos, legitimatus excludat substitutum, qvæ dubitatio suboriri posset, *ut patet ex his, qvæ scribit Curt. cons. 17. viso puncto. col. 1.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXIV. TIT. V.

§. Qvo remedio hæres hæredis in substitutionibus comprehendatur.

SUMMARIA.

1. *Hæres hæredis in substitutionibus qvando comprehendatur.*
2. *Substitutus substituto an intelligatur substitutus instituto.*
3. *Hæredis appellatio an referatur etiam ad hæredes extraneos.*

Omnium appellatione nullus excluditur. ibidem.

1 SI testator * filiam instituerit in re certa, eiqve si decesserit sine liberis, substituerit universalem hæredem, hæres hæredis non intelligitur substitutus, si adjectum fuerit supra scriptum, vel infra scriptum, aut dictum sit, suum hæredem. *ut cons. 21. Thema tale. & Docto. in* l. *qvi liberis.* §. *per Old. ff. de vul. & pup. fac. no. per Alex. in* l. *fi. C. hac verba de hær. inst.* At si pater velit ex substitutione filios qvoqve
2 hæredis admitti, remedium est, * qvòd testator substituat hæredem ejusqve liberos, *ut colligitur ex dictis per Alex. cons. 173. Videtur. lib. 3. & Cor. cons. 80. Multitudo qvæsitorum. lib. 4.* Hoc etiam remedio providetur, ne evanescat substitutio hoc modo facta, Lucius hæres esto, etsi sine liberis decesserit, substituo Sempronium. Etsi Sempronius sine liberis decesserit, substituo Cajum. Nam mortuo Sempronio, superstitibus ejus liberis, si moriatur Lucius sine filiis, ad hæreditatem ex substitutione, neqve filii Sempronii admittentur, qvi non sunt vocati, sed in condition

posi-

positi, l. *Lucius. ff. de hær. inst. cum ibi no. per gloss. & Docto.* & *latè per Curt. cons. 64. Antiquissima.* & Jas. *in* l. *centurio. col. 21. ff. de vulga. & pup.* ubi dicit hanc esse communem opin. qvod melius explicabimus infrà hoc tit. Caut. 36. Neqve Cajus secundo loco substitutus hæreditatem habebit, qvia deficit conditio, sub qva vocabatur. l. *qvi habebat. ff. de vulg. & pup.* & qvod dicitur, ultimo loco substitutum subrogari per omnia in locum primi, qvando primus substitutus non admittitur, non procedit, ubi impleta non est adjecta conditio, *ut per Alex. in* l. *cohæredi. in princ. ff. de vulg. & pup. & ita limitatur doctrina Barto. in* l. *qvamdiu. ff. de acq. hæred. ut per Bald. cons. 428. Qvia in substitutione. lib. 4. & ad comprobationem doctrinæ Bart. in dict.* l. *qvandiu. vide scripta per Pau. de Cast. cons. 349. Præsens dubium. & per Deci. cons. 427. Licet in casu. in fin. ubi dicit opi. Bart. Communiter approbari, & cons. 238. proponitur.* Et licet Old. *cons. 227. Testator.* contrariam opin. tenuerit, tamen à doctrina Bartol. non est recedendum, *ut dicit Jas. cons. 132. Salomon. & cons. 148. Nobilis. 1. par.* * Et qvoniam 3 hæredis appellatio ad extraneos qvoq; hæredes refertur. l. *in annalibus. C. de lega. & per Fulg. cons. 17.* Testator. dubium oritur ex substitutione sic concepta: Titium hæredem instituo, etsi decesserit sine filiis, substituo Lucium, & ejus hæredes, utrum intelligantur substituti etiam extranei hæredes Lucii, *ut sensit Bart. in* l. *Gallus. §. etiam. col. 2. ff. de lib. & posth. arg.* l. *Publius. in fin. de cond. & demon. & Pau. de Cast. cons. 188. Videtur dicendum.* Articulus dubius est: nam multi contrariam sententiam seqvuntur, *ut patet ex dictis per Doct. in d. §. etiam. & per Fulg. cons. 58. Paterfam. & Bald. cons. 366. Proponitur. lib. 5.* Sed si testator nolit ex substitutione vocari hæredes extraneos, dicat, substituit Lucium, ejusq; liberos. Qvod si etiam hæredes extraneos substituti non dubiè admitti velit, scribat, substituit Lucium, ejusq; hæredes omnes, & qvoscunqve. Nam qvi omnes vocat, nullos excludere creditur. l. *Julianus. ff. de legat. 3. c. solitæ. de majo. & obe. Et comprobatur hoc ex dictis, & alleg. per Dec. cons. 294. In testamento comitis.*

I. D. Durantis Caut. I. Tit. V.

§ Qvo remedio substitutus præferatur hæredibus instituti, & collatur transmissio juris deliberandi.

SUMMARIA.

1. Jus deliberandi transmittitur.

Verba, si hæres non erit, qvomodo interpretentur, ib.

2. Dictio, ipsemet, qvam vim habeat in adeunda hæreditate.

Transmissio hæreditatis non fit contra voluntatem testatoris, ibidem.

1 HÆres * institutus, etiam dato substituto vulgariter, hodie jꝰ deliberandi ad hæredes transmittit, si decesserit hæreditate non adita, sciens ad se delatam hæreditatem esse. l. cum antiqvioribus. C. de jure deli. nec vulgaris substitutionis natura repugnare videtur. illa namqve verba, si hæres non erit, vel alium hæredem mutata conditione non fecerit, l. *si paterfamilias. ff. de ha. inst.* l. *cùm proponas. C. eod. tit. & ita tenet Bart. in* l. 1. *ff. de vulga. & pup.* * & opi. hanc * communiter approbari testatur ibi Socin. *interpretando §. cùm autem. C. de cadu. tol.* ut debeat distingvi, & restringi *per d.* l. *cum antiqvioribus.* licet dubitatione nõ careat ista opi. ut patet ex recitatis *per Bar. in c. Raynutius fo. 27. de testa. & per Doct. in d.* l. 1. *ff. de vulg. & pupilla.* §. Sed si testator substitutum præferri velit hæredibus
2 instituti, remedium est, * qvòd adjiciat verbum, ipsemet, dicendo, si ipsemet hæres non erit, *per dict. c. cùm proponas. facit.* l. 1. *§. ne autẽ. C. de cadu. tol. & c. si. ver. à se. cum ibi no. per Doct. de for. comp. lib. 6.* §. Secundum remediũ est, qvòd testator expresse disponat substitutum præferri hæredibus instituti: qvia non fit transmissio contra voluntatem testatoris, l. 1. *C. de his qvi ante aper. tab.* & testatoris voluntati repugnandũ non est, l. *qvidã. C. de neces. ser. hær. inst. faciunt ad hac no. per Soc. in d.* l. 1. *col. 13. cum seq. ff. de vulg. & pup.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXIII. TIT. V.

§. Qvo remedio spes substitutionis conditionalis fiat transmissibilis ad hæredes.

SUMMARIA.

1. Substituto mortuo, antequàm substitutionis casus eveniat, spes substitutionis expirat, & non transmittitur ad hæredes.

Substitutio qvælibet dicitur conditionalis, ibid.

Con-

Conditionale jus non transmittitur ad hæredes. ib.

2. Conditionalia non transmittuntur, etiam ad descendentes testatoris.

3. Substitutionis spes etiam deficiens quomodo transmittatur ad hæredes.

4. Substitutio superstitum & præmortuorum liberorum in stirpem facit, ut fratrum filii unà cum patruo succedant.

5. Substitutio facta per testatorem, ut locus semper sit juri transmittendi ad hæredes, operatur, ut spes substitutionis nunquam pereat.

Fideicommissum etiam non agnitum transmittitur ad hæredes. ibidem.

SI substitutus * moriatur, anteqvam substitutionis casus eveniat, spes substitutionis expirat, & non transmittitur ad hæredes. l. *si ex pluribus. ff. de su. & legi.* l. *si in personam. C. de fideicom. Bart. cons. 94. Punctus qvæstionis. lib. 2. cons. 340. Dicta domina. & cons. 434. Punctus. in fin. lib. 4. & cons. 115. Super isto. lib. 5.* Ratio est: qvia substitutio qvælibet dicitur conditionalis. l. *cohaeredi. §. cohares. ff. de vulga. & pup.* & jus conditionale non transmittitur ad hæredes l. *si ita legatum. §. illi si volet ff. de legat.* 1. l. 1. *§. sin autem sub conditione. C. de cad. tollen. Fulg. cons. 14. in qvæstione. & cõs. 10. proponitur. Alex. cons. 49. viso themate. col. fi. lib. 4. & cons. 25. Qvoad unum. & cons. 252. Præclare. lib. 6. & Deci. cons. 435. in causa mihi.* * Qvod procedit etiam si hæredes substituti sint ex descendentibus testatoris, l. *hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. gloss. valde not. in* l. 1. *C. de his, qvi ante aper. tab. & ibi Bald. & idem Bart. in* l. 1. *col. fin. ff. de leg.* 1. *seqvens Cyn. in* l. 1. *C. commu. de leg. Bal. in* l. *cum ex filio. ff. de vulg. & pup. Corne. cons. 248. Circa hanc. lib. 1. & Socin. cons. centesimo nonagesimo septimo. circa præmissa & gloss. in d.* l. 1. *Communiter approbatur, ut per Alex. in d.* l. *cum ex filio. & improbatur gloss. qvæ contrariũ sensit in l. is cui. ff. de actio. & oblig. ut patet ex alleg. per Deci. cons. 394. Pro vera. cons. 55. Et pro tenui. & Curt. cons. 63. Antiq. col. 17. & cons. 75. Dominus. Ludovicus. Socin. in* l. 1. *ff. de vulg. & pupilla. Jas. in* l. *si cui legetur, §. hoc autem. ff. de legat.* 1. *&* 1
2

cons.80. iste casus.l. 1. Et procedit, etiamsi testator substituisset filios,& hæredes, vel eorum præmortuorum liberos. nec enim admittentur filii hæredis præmortui, donec supersit aliqvis ex filiis substitutis, *& per no. in* l. *hæredes mei. §. fina. ff. ad Treb. ut per Alex. cons.* 16. *Viso testamento*. l. 6. nisi jure accrescendi hæreditatem habere possit filius substituti, l. *qvi patri. ff. de acq. hæred.* qvod mirabile dicit Bal. *cons. 9. Factum tale est*. l. 2. qvod tamen limita, *ut per Alex. in d. l. qvi patri. & per Bal. cons. 26. Non credo*. l. 4. *& cons.*
3 20. *Viso processu. col.* 3. l. 1. §. Sed si testator velit spem substitutionis transire ad hæredes substituti, remedium est, qvòd ita substitutio fiat, videlicet, substituit Titium, & ejus liberos, & hæredes, ut colligitur ex scriptis *per Bart. & alios Doct. in* l. *Gallus. §. etiam. ff. de libe. & posthum. &*
4 *Bal. cons. 266. Proponitur*. l. 5. * Etsi pluribus hæredibus institutis præmorientes sine liberis alios testator substituat, ut liberi præmortuorum cùm superstitibus hæredibus admittantur, ita scribatur, substituit superstites, & præmortuorum liberos in stirpem, *ut per Soc. cons. 69. Viso testamen. col.* 2. l. 3. & est admodum æqva substitutio hæc, ut fratris filii una cum patruo succedant, *auth. cessante. C. de leg. hæred. ut per Fulg. cons. 15. Proponitur.* §. Secundum
5 remedium est, * qvòd testator decernat in substitutionibus à se factis locum fore juri transmittendi ad hæredes. Nam potest facere testator, qvod id, qvod non est transmissibile, transmittatur. l. *in conditionibus. ff. de condit. & demonst. no. Bal. in* l. *si pater. q. 1. 2. C. de inst. & sub. & in dict.* l. 1. *col. fin. Cod. de his qvi ante aper. tab. & Dec. d. cons.* 397. *& cons. 117. Visis consiliis. & cons. 594. Viso testamento. Jas. cons. 4. Dominus*. l. 2. *&* Jas. *cons. 52. Jo. col. fi.* l. 3. Sufficit etiam tacita voluntas testatoris, ut substitutionis spes transeat ad hæredes, qvæ colligitur ex conjecturis, *de qvibus per Deci. cons. 297. Viso puncto.* In fideicommisso autem, cujus dies cessit in vita fideicommissarii, prædicta non sunt necessaria: nam illud etiam non agnitum transmittitur ad hæredes. l. *cogi. §. idem Matianus. &* l. *apud Julianum. §. utrum. ff. ad Treb. & Bart. in* l. *cum filiofamilias. q. 6. ff. de leg. 1. cons.* 13. Ex facto proposito. in fin. & est communis opin. *ut patet ex dictis & alleg. per Soc. tertium in d. l. cùm filiofamilias. col. antepen.*

I. D. Durantis Caut. X. Tit. V.

§. Qvo remedio ſubſtitutus in re certa repellatur à ſucceſſione reſidui.

Summaria.

1. *Subſtitutio ſicut inſtitutio facta in re certa, trahitur ad univerſam hæreditatem.*
2. *Subſtitutus ſuccedit non tantum in bonis teſtatoris, ſed etiam pupilli.*
3. *Communia verba relata ad certas res, non trahuntur ad univerſum.*

SI teſtator * filium impuberem inſtituat, etſi in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituat aliqvem hæredem in re certa, ſubſtitutus impubere mortuo univerſam hæreditatem habebit, qvia ſicut inſtitutio, ſic & ſubſtitutio facta in una re, trahitur ad univerſam hæreditatem. l. *cohæred.* §. *fi. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* * Etſi teſtator dixerit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, tunc Titius hæres mihi eſto, mortuo impubere, Titius ſubſtitutus ſuccedet etiam in bonis ipſius impuberis. *l. ſi ita ſcriptum. §. ſi filio. ff. de bon. poſ. ſecund. tab. cum ibi not. per Bart. & per Dec. conſ.* 371. *in cauſa magnifici. & Jaſ. conſ.* 134. *in cauſa, parte* 1. §. Sed ſi teſtator nihil aliud velit ſubſtitutum habere, qvàm rem ei expreſsè relictam, remedium eſt, * qvòd utatur verbis obliqvis, aut non civilibus directis, ſeu communibus, qvia verba communia relata ad certas res non trahuntur ad univerſum. l. *cogi.* §. *generaliter ff. ad Treb. ut Bal. conſ.* 222. *ſubſtitutio.* l. 4. *& per Bart. in* l. *centurio. col.* 10. *ff. de vulg. & pup. & ſeqvitur Jaſ. in dict.* l. *cohæredi.* §. *fi. Prædictum remedium confirmatur ex dictis per Ludo. Rom. conſ.* 220. *qvia Valerius, cum aliis relatis per Jaſ. conſ.* 72. *viſis ſubſtitutionibus. col.* 2. l. 3. Nec eſſet tutum remedium, qvòd teſtator prohiberet amplius ad ſubſtitutum pervenire. l. *ſi qvis ita hæres inſtituatur. ff. de hæred. inſt. cum congeſtis per Jaſ. conſ.* 8. *ſuper. col.* 2. *lib.* 3.

The margin numbers 1, 2, 3 stand beside the lines "SI teſtator * filium…", "de vulg. & pup. ſubſt. * Etſi…" and "expreſsè relictam… * qvòd utatur…".

I. D. Durantis Caut. V. Tit. V.

§. Qvo remedio ſubſtitutio de caſu ad caſum non extendatur.

SUMMARIA.

1. *Omissa habentur pro omissis. limita ut ib.*
2. *Substitutio extenditur ad casum omissum, vel de casu ad casum. limita ut ibid.*
3. *Dictio, tunc, & eo casu, facit dispositionem restringi ad expressa.*
4. *Dictio, tunc, est dictio demonstrativa, non autem taxativa.*
5. *Dictio, tantùm, est dictio taxativa, & impedit extensionem.*
6. *Dictio, non aliter, nec alio modo, quam vim habeat.*
Extensio fit ex conjectura voluntatis, non autem contra voluntatem testatoris.

1 LIcet * casus non expressus habendus sit regulariter pro omisso. *l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. & ibi Doct. cum traditis per Deci. con. 394. Verba testamenti. col. 3. & per Soc. consi. 5. in princ.* l. 3. hoc tamen non procedit, si ex conjecturis appareat testatorem voluisse ad casum omissum extendi dispositionem suam, l. *Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu.* ideo substitutus post mortem uxoris, cui prædium relictum erat, donec vidua permaneret, prædium habebit statim muliere ad secundas nuptias transeunte, *secundum Joan. And. in additio. ad Spec. in Rubr. de secun. nup. & Bal. in auth. quod locum. C. si secund. nup. muli. Pau. de Castr. & in* l. *si mater. C. de inst. & subst. sub cond. fact. & Alex. in* l. *Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & in* l. *mulier. ff. ad Trebel. & consi.* 100. *Visa parte testa-*
2 *menti. col.* 1. l. 4. §. Ex hoc etiam deciditur, * quòd si testator filium nasciturum instituerit, eiq; si in pupillari ætate, vel postea quandocunq; decederet, aliquem substituerit, substitutus etiam non nato filio admittetur, l. *fin. C. de posthum. hæred. inst. secundum. Guli. de Cun. quem post Bar. refert & sequitur Soc. in* l. 1. *col.* 14. *ff. de vulg. & pup. & faciunt scripta per eundem Soc. cons.* 5. *in prin. lib. tertio, &*
* *per Dec. cons.* 227. *in casu.* & est * communis opinio, quòd substitutio extendatur de casu ad casum, *ut per Doct. in d. l. Gallus. § & quid si tantum. cum his quæ cumulat Jas. consi.* 203. *Vannottus. 1. parte.* nisi ex verisimili mente testatoris aliud dicendum sit, *ut per Pet. de Anch. consi.* 357. ex serie testa-

testamenti. *& per Fulg. consi. 49. ex facto proponitur. de quo latè disputat Barb. in cap. Raynutius. fol. 23. cum seqvent. de test.* fallit qvoq; * communis opinio, si substitutio esset facta in pœnam instituti, *ut per Bar. in* l. *pater Severinam ff. de cond. & demonst. & Decius consi. 273. in casu. & consi. 290. domina. & consi. 298. viso. col. 2.* vel tractaretur de extensione facienda de persona ad personam, qvæ nunqvam fit, etiam ex verisimili *mente testatoris.* l. *Titius. in prin. ff. de* l. *& posth. cum aliis relatis per Dec. cons. 394. pro vera resolutione. col. 3. & 4. & per Jas. cons. 220. testator. part. 2.* *
§. Sed si testator velit hujusmodi extensionem indistinctè non fieri, volens suam voluntatem in casib9 tantùm expressis servari, remedium est, qvòd in substitutionib9 utatur illis verbis, videlicet tunc, & eo casu, &c. veluti si testator dicat, posthumum hæredem instituo, & si is decesserit sine liberis, tunc & eo casu Sempronium, & ejus filios substituo: nam per ea verba, tunc, & eo casu, ad expressa dispositio restringetur, *ut per Bal. consi. 57. Item instituo.* l. 2. *Petrus de Anch. d. cons. 357. ex serie testamenti. & Lud. Ro. cons. 139. prima dubitatio. & consi. 138. nova. & Decius consi. 227. in casu. cons. 287. in civitate. cons. 314. pro resolutione. consi. 315. superioribus. & cons. 372. visis.* Animadverte tamen, qvòd licet opinio hæc tantorum virorum authoritate fulciatur, non tamen affirmo prædictum remedium tutum esse: qvia contrariam opinionem tenet Rot. *decis. 1. tit. de testam. in collectis per Cassiod.* & moventur Do. de Rota, * qvia dictio, tunc, demonstrativa est, non taxativa, *& alleg. Bar. in l. lecta. ff. si certum petat. & in* l. *Gallus.* §. *qvid si tantum. ff. de lib. & posthu.* Posset * tamen procedere dictum remedium, si ita diceretur, in casu prædicto tantum, dictio enim taxativa impedit extensionem, *argum.* l *jubemus in fi. C. ad Treb. secundum, Fulg. consi. 46. Andreas in fin.* Posset * qvoq; procedere dictum remedium, si dicatur, tunc & eo casu, non aliter, qvia verbum, non aliter, præcisam habet naturam, *ut per Bal. post glo. in* l. *si qvidem. C. de excep. & Dec. in suprà dicto consi. 227. Et faciunt qvæ de vi hujus verbi scribunt Jaso. consil. 22. in causa. colum. 4. libr. 2. & consil. 86. in causa. in fin. lib. 3. & Curt. consi. 8. viso instrumento.* §. Planius tamen remedium est ad tollendas extensiones, qvòd testator expresse prohibeat aliqvam extensionem fieri ad casus ab ipso non expressos:

3 4 5 6

nam potest testator extensiones tollere: qvia extensio fit ex conjectura voluntatis, non autem contra voluntatem testatoris, *dict.* l. *Titius*. §. 1. *& per Barto. in dict.* §. *& qvod si tantum*. faciunt notata per Bartolum *in* l. *moribus. column. ulti. ff. de vulg. & pup.* ubi dicit, qvòd licet vulgaris substitutio extendatur, ut comprehendat etiam tacitam pupillarem, tamen ex voluntate testatoris potest vulgaris casus ad pupillarem non extendi. *faciunt scripta per Decium dict. consi. 315. & consi. 333. visis consiliis.*

I. D. DURANTIS CAUT. III.

§. Qvo remedio instituto, vel substituto non adeunte, relicta testamento vires habeant.

SUMMARIA.

1. *Institutio qvando dicatur pro non scripta vel caduca.*
Substitutio fideicommissaria qvando evanescat, ib.
2. *Substitutus vulgaris qvando potest hæreditatem adire.*
Testamentum potest incipere vires à substitutione vulgari, ibid.
Legata resurgunt per aditionem substituti, ibid.
3. *Clausula codicillaris confirmat legata, etiamsi nec substitutus vel institutus adeat hæreditatem.*

1 INstitutio * vel est pro non scripta, ut si hæres non sit in rerum natura, cùm scribitur testamentum, vel est in causa caduci, ut si testatore adhuc vivo scriptus hæres moriatur, vel conditio deficiat, vel est caducum testamentum, ut si hæreditas ab hærede vivo post mortem testatoris qvavis ex causa non adeatur, l. 1. §. *& cum triplici. cum seq. C. de cadu. tol.* l. *si nemo. ff. de test. tut.* l. *eam qvam. C. de fideicom.* & substitutio qvoq; fideicom̃issaria evanescit hæreditate non adita, nec enim obliqva substitutio convertitur in directam, l. *ille.* § *si de testamento. cum ibi not. per DD. ff. ad Treb.* §. Sed ne voluntas testatoris ita pereat, remedium ab antiqvis proditum est, * qvòd fiat vulgaris substitutio:
2 nam substituto vulgari dato, si hæres institutus non adierit, non erit irritum testamentum, sed ad substitutum hæreditas defertur, & per aditionem substituti omnia relicta vires habebunt, l. 1. §. 1. *C. de cad. tol.* Nam potest testamen-

mentum incipere à substitutione vulgari, l.3. *§.fi.ff. de lib. & post h.* l. *si pater filium. ubi Alex. & Jas. ff. de vulg. & pup.* §. Secundum remedium est, * qvòd testamento, ut fieri solet, inseratur clausula codicillaris: nam virtute dictæ clausulæ confirmantur relicta in testamento, etiamsi neq; institutus, neq; substitutus hæreditatem adeat, dummodò ab intestato aliqvis succedit. *gl. no. in* l. *qui filio.* §. *servum. ff. de hæred. inst. Ang. in* l. 1. *de injust. test. & dictam. gl. dicit esse notabilem & approbatam A ex. in* l. *nemo. col.* 3. §. *de leg.* 1. *& consi.* 4. *attentis narratis.* l. 7.

I. D. Durantis Caut. XIV. Tit. V.

§. Qvo remedio hæreditatis aditione substitutio non expiret.

Summaria.

1. *Substitutio vulgaris expirat aditione hæreditatis.*
2. *Substitutio cum mixtura compendiosæ tendentis in futurum habet vim fideicommissariæ.*
3. *Substitutus admittitur decedente instituto etiam in vita testatoris virtute illius clausulæ, vulgariter, pupillariter & per fideicommissum.*
4. *Substitutus excluditur, si non curat dari tutorem pupillo intra annum.*

Si filiis * hæredibus institutis, ita substitutio scripta sit, 1
eos invicem substituit, cohærede post aditam hæreditatem decedente, ex fideicommisso non admittitur substitutus, qvia non fideicommissaria, sed vulgaris tantummodo, vel etiam pupillaris substitutio inter omnes impuberes facta censetur. l. *jam hoc jure. ff. de vulg. & pup. &* l. *Lucio ubi Bart. in pen. q. ff. eo.* l. *post aditam. C. de impub. & aliis substit. & ibi Doctor. & per Alex. consi.* 100. *Super primo.* l. 7. & est * communis opin. Et procedit etiam, ubi adjecta *
est clausula codicillaris, *ut per Decium consi.* 287. *in civitate. col.* 2. *& consi.* 291. *visis. consi.* 318. *in causa. & per Jason. consi.* 134. *in causa. parte* 1. *cum allegatis per eos*, licet Bald. *consi.* 170. *Qvidam Nicolaus. lib.* 5. aliter senserit, qvando inserta est testamento clausula codicillaris. §. Sed ut substi- 2
tutio reciproca fideicommissariam contineat, & post aditam hæreditatem duret, remedium est, qvòd substitutio cum mi-

mixtura compendiosæ fiat verbo, qvod tractum futuri temporis habeat, ita dicendo, qvandocunq; decesserint sine filiis, eos invicem substituo, *secundum Bar. & Jas. in* l. *centurio. ff. de vul. & pu. Soc. consi.* 290. *Qvoniam præsens. & consi.* 113. *Suprascriptis. col.* 3. *in fi. Alex. consi.* 22. *Visis. col.* 2. *Versi. & si diceretur.* l. 3. *cum aliis alleg. per Deci. consi.* 205. *In causa istorum. col.* 3. videtur enim testator per illa verba substituere etiam post aditam hæreditatem *per no. per glo. in* l. *in testamento. C. de testamento mil. & in* l. *Gallus.* §. *qvidam ff. de* l. *& posth.* & est * communis opinio. *ut patet ex dictis, & relatis per Jas. consi.* 132. *Salomon. par.* 1.
3 §. Secundum remedium est, * qvòd adjiciatur clausula illa, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, *ut per Alex. consi.* 208. *Ponderatis. col.* 1. l. 6. *& latiꝰ per Dec. cons.* 86. *Viso.* Et vi horum verborum admittitur etiam substitutus, sive institutus decesserit vivo testatore, sive post mortem ejus, *per Bal. consi.* 154. *Ex facto. & cons.* 141. *Testator.* l. 4. aliàs enim filio impubere in vita decedente substitutio pupillaris evanesceret, nec substitutus admitteretur ex tacita vulgari. l. *qvod si filius. ff. de capt. Bal. consi.* 101. *Punctus. lib.* 5. & multo minus ex pupillari substitutione. *ut per eundem consi.* 148. *Filius. eod. lib.*
4 Et notandum est, * qvòd interdum, licet ex verbis substitutionis admittendus videatur substitutus, tamen ex juris censura excluditur, qvòd evenit qvando pupillo, cui substitutio facta est, non sit petitus tutor intra annum. l. *sciant cuncti. C. de legit. hæred.* Ideo sit cautus substitutus, ne à successione impuberis excludatur, ut pupillo tutorem dari faciat, si non habeat, vel si habeat, ut eum legitimè administrare curet, & l. 2. §. *si mater. cum glo. in Ver. nec legitimè. ff. ad Tertullianum. Bal. consi. trecentesimo decimoseptimo. Visus. lib.* 3.

Qvæ pertinent ad substitutiones precariis verbis factas, ea rejecimus ad S.C. Trebellianum, ubi de Fideicom. agitur.

DE CONDITIONIBUS INSTITUTIONUM. TIT. VII.

I. D. DURANTIS CAUT. XXXVI. TIT. V.

§. Qvo remedio positi in conditione vocati ex testamento censeantur.

SUM-

Summaria.

1. Conditionalis oratio non disponit.

Filii positi in conditione censentur ex fideicommisso vocati. ibidem.

2. Masculorum expressio an faciat filios hæredem intelligi vocatos ex fideicommisso in illa conditione, si decesserit absque filiis masculis.

3. Conjecturæ in fideicommissis habentur pro voluntate testatoris expressa.

SI pater * filium hæredem instituat, eiq;, si decesserit sine liberis, substituat, liberi ex filio non censentur vocati ex fideicomisso ad hæreditatem avi: qvia ea, qvæ sunt in conditione, in dispositione non sunt, *l. si qvis sub conditione ff. si qvis omis. caut. test.* gloss. *in* l. *Lucius. ff. de hæred. instituend.* qvæ * communiter approbatur, *ut patet ex dictis & allegatis per Jasonem in* l. *centuriæ. col. 21. ff. de vul. & pup. & Alex. cons. nonagesimo primo, ponderatis his. col. 4.* l. 1. *& consi. 184. viso. col. 5. libr. secundo. Decius consi. 242. in casu. Cur. cons. 44. prima fronte. col. 6. cum seqven. & consi. 46. sæpe revoluta. colum. 6. & consi. 64. antiqvissima. Socin. consi. 104. qvoniam præsens. colum. penultim. & cons. 116. in causa filiorum. col.* 1. l. 3. *& Jas. consi. 143. dominus Augustinus. col. 4. part. 1.* & qvòd hæc sit communis opinio, apparet etiam ex dictis & relatis per Cor. *consi.* 207. *de pluribus. col. 2.* l. 2. Sed in contraria sententia videtur esse glo. *in* l. *si filius familias. §. cùm qvis. ff. de legat. 1.* & qvòd liberi positi in conditione censeantur ex fideicommisso vocati. Barb. dicit esse magis * communem opinionem, rationibus & authoritatibus ab ipso relatis, *cons. 55. præclarè col. 6.* l. 2. Sed si testator agnationi consulendo velit liberos vocari ex substitutione ad succidendam omnem qvæstionem, ut descendentes ex filio, & hæredes ex fideicommisso admittantur, §. remedium est, * qvòd testator dicat, si hæres decesserit sine liberis masculis: nam illa vox, masculi, facit videri liberos vocatos esse ex testamento, *ut per Dec. consi. 318. in causa.* Verùm hoc remedium frivolum videtur propter frivolas rationes Decii, ut videri poteris, & contrarium tenet ipsemet Dec. *cons. 291. visis. & Jas. dicto cons.* 143.

Margin: 1 (beside first line of text); * ; * ; 2 (beside "mittantur, §. remedium est").

143. §. Optimum remedium est, qvòd testator ipse expressim substituat filio instituto liberos ipsius hæredis, etsi illi decesserint sine filiis, tunc substituat alium, qvem substituere velit, ut in verbis nulla sit ambiguitas, & cesset qvæstio voluntatis, l. *ille*. §. *fi. ff. de leg.* 3. Sed etsi ex conjecturis posset apparere, testatorem voluisse vocare ex testamento ad fideicommissum filios positos in conditione, habenda erit pro expressa voluntas testatoris, *ut patet ex alleg. per Soci. conf.* 87. *in præsenti. col.* 3. *lib.* 1. *fac. ad hoc scripta per Cor. conf.* 74. *visa prolixo.* & *conf.* 146. *in hac. lib.* 2.

DE JURE DELIBERANDI.

TITUL. IIX.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXXIV.

§. In favorem hæredis, ut non possit conveniri infra certum tempus à creditoribus hæreditatis.

SUMMARIA.

1. Hæres, dum inventarium fit, alicui non tenetur.

INSTITUTUS hæres si vult habere dilationem aliqvam, infrà qvam non possit conveniri à creditoribus hæreditariis, vel legatariis post aditam hæreditatem, etiam qvando hæreditas est solvendo, §. Cautela est, ut conficiat inventarium, & incipiat ipsum infra 30. dies à die aditæ hæreditatis, & compleat in fine trium mensium, si res hæreditariæ sunt præsentes, etsi absunt, in fi. anni, *juxta* l. *fin.* §. *sin autem dubius. C. de jure delib.* & interim infra dictum tempus, qvo inventarium conscribitur, non poterit hæres conveniri à creditoribus hæreditariis, vel legatariis, nec ab eis inqvietari, nec ad judicium trahi, nec poterunt etiam per hypothecariam res hæreditariæ vendicari, & sic habebit dilationem trium mensium, vel unius anni, invitis creditoribus & legatariis, *ut est casus in* l. *fi.* §. *donec. C. de jure delib.* & est glo. *in d.* §. *sin autem dubius. in verbo, immisceat.* qvæ dicit *per d.* §. *donec.*
1 * qvòd interim, dum fit inventarium, hæres non tenetur alicui. & *idem no. Azo in summa. C. de jure delib. in ver. effectus autem hujus inventarii.* Et adverte, qvia istud beneficium dilationis durat, donec conscribitur inventarium, ut dixi, & ideo sis cautus, ut non compleas, nisi in fin. trium mensium, vel anni, qvia si compleres prius, posses conveniri ante lapsum dicti temporis, *ut probatur in dict.* §. *donec.* & *ita sentit Azo in d. vers. effectus.*

I. D.

I. D. Durantis Caut. IIX. Tit. II.

§. Qvo remedio provideatur hæredi, ne creditoribus ultra vires hæreditarias obligetur.

SUMMARIA.

1. *Hæres tenetur ad debita hæreditaria, etiam ultra vires hæreditarias.*

Terminus ad deliberandum dandus est hæredi dubitanti de viribus hæreditatis. ibidem.

Hæres beneficio inventarii non tenetur ultra vires hæreditarias. ibidem.

2. *Inventarium, ut sit solenne, quæ reqvirat. & ibi no. novem reqvisita nota.*

3. *Consvetudo potest minuere solennitatem inventarii, & mutare ejus formam.*

4. *Præsumtio juris & de jure tollitur confessione partis adversæ.*

Filius non perdit legitimam per non confectionem inventarii. ibidem.

5. *Hæres compellitur habere ratum factum à defuncto.*

Inventarii beneficio non cogitur hæres habere ratam venditionem defuncti, nisi qvatenus ex hæreditate lucrum sentiat. ibidem.

AD solvendum * debita hæreditaria etiam ultra vires 1 hæreditarias tenetur hæres, l. *qva dotis. ff. so. ma. Bald. consil. 265. Inventarium. lib. 3. & cons. 59. Super præmisso. lib. 4. & Alex. in rub. ff. de acq. hær.* §. Sed ne temere adeundo hæres damnum patiatur, si hæreditas solvendo non sit, deliberationis remedium adinventum est. Nam potest is, cui delata est hæreditas, petere tempus ad deliberandum, ut instrui possit, an hæreditas damnosa sit, l. 1. & l. *Ari. de ju. del.* Sed hac via non effugiet hæres, qvo minus creditoribus teneatur insolidum, l. *fi. §. sin autem. C. de ju. del.* §. Secundum & tutissimum remedium est, qvòd hæres adeat hæreditatem cum beneficio inventarii, qvo commodum conseqvetur, ne ultra vires hæreditarias ad solvendum

2 dum creditorib. astringatur, *d.*l.*fi.*§. *& si præfatam*. Et * qvia reqviritur, ut omnia capitula, d. l. fi. observet hæres, ut hæreditatem sine periculo adeat, hæreditatem aditurus cum beneficio inventarii, hæc servet. Primò inchoet inventarium intra triginta dies à die aditæ hæreditatis: ab adita enim hæreditate tempus currere incipit, *d.* l. *fi.* §. *si verò postqvàm. & ibi Bart. in d.* l. *sin autem hoc aliqvu. Cuma. cons.* 63. *Dominus Thomeus.* & hæc est communis opinio, *ut post Alex. ibi dicit Dec. cons.* 643. *Consului. col.* 1. *Lud. Ro. cons.* 84. *Circa id.* Secundò, inventarium perficiat intra trium mensium spacium, *d.*l.*fi.*§.*cum igitur*, vel intra annum, si hæres abfuerit, *d.* l. *fi.* §.*donec.* Nec posset judex tempus prorogare: qvia dilatio non respicit actum per judicem expediendum, *ut per Bald. & in d.* l.*fi.* Tertiò, omnia bona in hæreditate inventa, mobilia, etiam res defuncto commodatas in inventario conscribi faciat, *argum.* l. *& non tantum.* §. *fin. ff. de pet. hær. juncta dict.* l. *fi.* Qvartò, inventarium scribatur manu publici notarii, *dict.* l. *fin.* §. *sin autem dubius.* Qvintò, hæres inventario se subscribat dicens, se omnia bona fide fecisse. *dict.* §. *sin autem dubius*, & ut ibi dicitur, si hæres scribere nesciat vel impediatur, alter notarius adhibeatur, qvi pro hærede subscribat. Sextò legatarii, fideicommissarii & creditores ad id citentur. §. *si verò absint. in auth. de hær. & fal.* & assignetur eis certus locus & tempus. *d.* §. *fi.* & qvi sunt certi vel facile possent certi esse, citentur nominatim, qvoad incertos, generalis citatio sufficit. l. *si eo tempore. C. de remis. pig. aut si omnes. & ibi Doct. C. si ut hær. se absti. c. fin. & ibi Gemi. & alii. de elect. lib.* 6. Septimò, adhibeantur duo testes, qvi hæredem cognoscant. *d.* l. *fi.* & non sufficit testes esse præsentes ad videndum scribi inventarium, sed oportet res omnes coram testibus adhiberi, ut evidentius de bona fide hæredis appareat, *ut per Bart. & Jas. in d.* l. *fi.* Etsi absentes legatarii vel creditores sint, alii testes adhibeantur, & oportet testes esse bonæ conditionis & famæ, & locupletes. *d.* §. *si verò absint. & per Bart. cons.* 154. *Martius. in fin.* Octavò, in principio inventarii manu hæredis ponatur venerandum signum crucis, *d.*l.*fi.* Omissio tamen hujus solennitatis, qvasi levis sit, non vitiat inventarium, *secundum Alex. ibi per* l. 1. §. *fin. ff. de ven. insp.*

Cau-

Cautius tamen est hoc signum apponere, *per ea qvæ scribit Bal. cons. 383. Qværitur an signum.* l. 1. & de jure facilè posset sustineri contraria opin. Nam signum crucis præponi debet in inventario, ut memoria & metu divini numinis hæres in inventario faciendo nil fraudis admittat, *arg.* l. *qvæ sub conditione. ff. de cond. inst.* & hoc qvidem maximum est: & non leve remedium. l. 1. *ff. de jur.* Non est igitur levis solennitas, qvæ tali ratione munitur. Nam levis solennitas dicitur, qvæ caret ratione, *ut per Bal. in* l. *hac consultissima. col. 2. C. de test. Alex. cons. 141. Viso testam. col. ult.* l. 2. *& Soc. cons. 15. visis prædictis. cons. 15. vers. ad qvintum argumentum.* l. 1. Nam memoria divini timoris præsumi facit, qvòd hæres propriæ saluti nullum commodum anteponat, *l. fi. C. ad legem Jul. repe. facit l. rem non novam. C. de jud.* Nonò, hæres protestetur se in inventario scribi fecisse omnes res, qvas scivit esse defuncti, etsi aliæ ad ejus notitiam venerint, illas inventario addendas se curaturum esse profiteatur. *Ang. in* l. §. *hac stipulatio. ff. si cui plus qvàm per legem fal. Bal. & Jas. in d. l. fin.* Sit qvoq; cautus hæres, ut inventarium totum faciat scribi manu ejusdem notarii & coram eisdem testibus, aliter inventarium non valeret, *d. § si verò absint. cum glo.* Qvare commodius est uno contextu inventarium fieri: qvia facilè iidem testes diversis temporibus non poterunt adhiberi. Cautius qvoq; erit facere inventarium præsente judice, & cum ejus decreto. Nam tunc tanta fides inventario adhibebitur, ut ex eo possint hæreditarii debitores conveniri, *l. chirographis. ff. de admin. tut. Spec. in dict. § fin. ver. qvid si hæres.*

Scire * tamen oportet, valere consvetudinem inducentem 3
aliam formam inventarii faciendi, & sufficit eam servari, *arg. l. 2. C. qvemad. test. ap. Bal. & Jas. in d. l. fi.* §. Qvòd * si hæres inventarium non fecerit, ne ultra vires hæreditatis teneatur, remedium est, creditoribus agentibus facere 4
positiones, qvod in hæreditate erant res tales & non plures tantæ æstimationis, & non pluris. Nam si pars adversa confiteatur, non poterit hæres adstringi ultra æstimationem hæreditatis, *secundũ Alex. in rub. ff. de acq. hæred.* qvia contra præsumptionem subtractionis admittitur probatio per confessionem partis adversæ. *gloss. in* §. *illud. in authent. de aeqvalit. dot. juncto.* §. *sancimus. in authent.*

de har. & fal. & hoc seqvitur Jas. in l.1.§.*si is qvi qvadringenta. ff. ad Trebell.* §. Item pro filio remedium est, qvòd deducat legitimam, qvam nõ perdit per non confectionem
* inventarii, *secundum* * *communem opin. ut patet ex dictis per Lauren. Calc. cons.36. Tota ista qvæstio.* Item notandum
5 est, * qvòd hæres factum defuncti ratum habere compellitur, ideo si defunctus hæredis fundum vendiderit, non poterit ipsæ hæres contractum venditionis infringere, l. *cum à matre. C. de rei vend.* l. *venditrici. C. de reb. alie.* Sed ut hæres possit vendicare rem suam à defuncto venditam, remedium est, qvòd inventarium faciat. Nam beneficio inventarii non cogitur hæres habere ratam venditionem, nisi qvatenus ex hæreditate lucrum sentiat, *ut per Bart. in* l. *cum vir. ff. de usuc. & per Doct. in d.* l. *fin. §. in computatione. & Alex. cons. 30. visis dubitationibus. col.1. lib.6. Fulg. cons.67. Paterfamiliàs. & Jas. cons. 7. Vertitur controversia. colum. 2. lib. 3.*

B. CÆPOLLA CAUT. VII.

§. Excusandi hæredem non conficientem, vel minus juridicè inventarium conficientem.

SUMMARIA.

1. Præsumtio juris & de jure non recipit probationem in contrarium, nisi per partis confessionem.

a HÆres si non conficit inventarium, *a* hodie tenetur ad omnia legata, & etiam ad omnia debita ultra vires hæreditarias, *ut* l. *fin. C. de jur. deli. & ibi plenè de materia*, qvia lex præsumit, qvòd hæres surripuit de bonis hær. *ut in*
1 *Authen. de hær. & falci.* §. *sancimus.* * Qvæ præsumtio est juris, & de jure, qvæ non recipit probationem in contrarium, nisi per confessionem partis, *ut in Authen. sed jam necesse. C. de donat. ante nupt. & per gloss. in corpore, unde sumitur, & per glo. in* l. *in contractib.* §.1. *C. de non num. pecun. secundum Bald. in* l. *filium, qvem habentem. C. fam. hercis.* & ideo si legatarii confiterentur, qvòd bona non sufficiebant ad legatum, vel creditores confiterentur, qvòd bona non sufficiebant ad solvenda debita, & qvòd hæres nihil subtraxit, sed solum se fundarent, qvòd inventarium non fuit confectum, deberent succumbere. Caveant ergo qvod respondeant vel confiteantur legatarii, vel creditores, & etiam

etiam advocatus, sive procurator sit cautus in extorqvendo dictam confessionem, qvia facit hoc modo clientulum suum absolvi. ita singulariter no. Paul. de Castr. *in* l. *in ratione.* §. *qvod vulgo. ff. ad leg. Falc.* qvod not. perpetuò, ut scias adjuvare amicum hæredem, qvi non confecit inventarium, vel si confecit, de jure non confecit, ut non teneatur ultra vires hær. & vide, qvod dicam in seqven.

ADDITIO.

a Inventarium.) *Inventarium continens errorem an valeat,* vide Angel. in §. hæc stip. & Bald. in Auth. sed cùm testator. ult. colum. *qvòd talis error propria autoritate non potest corrigi, sed demum citatis creditoribus & legatariis.*

R. FICHARDI CAUTELA XXXVI.

§. Pro Hærede, qvi non confecit Inventarium, ne incidat in pœnam auth. Sed cùm Testator. C. ad legem Falcid. id est, ne perdat Falcidiam.

HÆres non conficiens Inventarium, non solùm creditoribus tenetur insolidum, sed etiam Legis Falcidiæ beneficio minimè utetur. l. *finali.* §. *sin autem. versic. si qvis autem. C. de jur. deliber.* ideoq; tenetur Legatariis solida Legata præstare. *authent. sed cùm testator. circa finem. C. ad legem Falcid.* Hanc verò pœnam ut evitet Hæres, observet, vel inqvirat ex aliis, an non Legatarii confessi sint tot solummodò bona esse in hæreditate, qvæ creditoribus tantùm, non etiam ipsis Legatariis, sufficiant: nam si hoc confessi esse convinci possint, non incidet hæres in prædictarum legum pœnam. *Ita tradit Catel. Cott. in Memoralibus, sub verb. Inventarii confectio, allegans ad hanc singulariter Bald. in* l. *filium qvem habentem. col. penultim. vers. ergo breviter. C. famil. hercisc. & Alex. in* l. *ultim.* §. 1. *col.* 1. *cum Jas. ibid. C. de jur. delib. Aret. in Rubr. de acq. hæredit. Felin. in cap. qvoniam contra falsam. col. 16. versi. fallit qvinto. extr. de probat. & in cap. cùm contingat. colum. 3. versi. secundò not. de offic. deleg. Vide de hoc plura apud Catell. Cott. in loco allegato, & Annotationem Gabrielis Sarayne ad decisio. 157. Matthæi Mathesil.* qvam mirum est ferè integram, omissis nempe qvibusdam, & adjecta qvarta Limitatione, eum ex dicto Cottæ de verbo ad verbum transcripsisse.

I. D. DURANTIS CAUT. IX. TIT. II.

§. Qvo remedio hæres ab inventarii beneficio excludatur.

SUMMARIA.

1. *Hæres non astringitur æri alieno ultra vires hæreditarias, facto inventario.*

Compromissum habet instar judicii. ib.

Novatio utrum judicetur per compromissum. ibid.

2. *Terminus datus hæredi ad proponendum omnes exceptiones excludit eum à beneficio inventarii.*

1 INventario * facto, certi juris est, hæredes æri alieno ultra vires hæreditarias non astringi, *l.fi.§.& si præfatam. C.de jure delib.* §. Sed ut hæres inventario non juvante in solidum teneatur, remedium est, qvòd inducatur, ut faciat compromissum. Nam hæres si ex sententia arbitri condemnatus fuerit, beneficio inventarii non utetur, qvia compromisso intelligitur facta novatio, *arg.l.cum hæreditas.ff.ad Treb.ita tenet Ang. consi.30. visa laudo. col. penult. Are. consi.148.in qvæstione proposita, col. penult. Dec. cons. 300. visa petitione.col.2.* Mihi autem semper displicuit opinio hæc, qvoniam hodie nunqvam intelligitur facta novatio, nisi expresse id actum sit, *l.fi.C.de nova.* Et qvia compromissum habet instar judicii. *l. 1.ff. de arb.* Etsi à judice hæres condemnatus esset, etiam post sententiam & rem judicatam, inventarii beneficio non careret, secundum * communem opin. *ut dicit Alex.in l. ex diverso.§.fi.ff. sol.mat.* Præterea si qva novatio fiat per compromissum, non est novatio extinctiva primæ obligationis, sed illi accumulatur. *Spe.in tit.de arb.§.seqvitur.ver. item qværo. & Jas. consi. 168.in causa & lite.col.9.* ad tollendam tamen qvæstionem sit cautus hæres compromittens, ut dicatur circa novatio-
2 nem, & salvo beneficio inventarii. §. Secundum * remedium ad excludendum hæredem à beneficio inventarii, ne illo post sententiam possit uti, est, qvòd actor faciat hæredi terminum statui ad opponendum omnes & qvascunqve exceptiones dilatorias, peremptorias, & anomalas, qvo casu exceptio inventarii non opposita in termino præfixo à judice vel ab arbitro, non poterit post rem judicatam ab hærede proponi. *arg.cap.pastoralis.de except.ita tenet Bal. in*

in l. ab exeqvutio. col. pen. C. qvo ap. non recip. cujus dictum seqvitur & singulare dicit Alex. *in d. l. ex diverso. §. fi.* Hæres ergo sit diligens in opponendo intra terminum, si contingat creditores hoc consilio uti.

B. Cæpolla Cautela CCXXVI.

§. Qvòd inventarium tutoris de rebus pupilli prosit ipsi pupillo hæredi.

SUMMARIA.

1. *Inventarium qvotuplex esse dicatur.*
2. *Inventarium, qvod tutor facit pro administratione tutelæ conseqvendæ. an ipsi pupillo prosit, ut inventarii utriusq; beneficio uti possit.*

Duplex est inventarium, * unum tutoris, *de qvo in l. tutor qvi repertorium. ff. de adm. tut.* Aliud est hæredis, 1
de qvo in l. fi. C. de jur. delib. * Sed est dubium, nunqvid inventarium, qvod facit tutor pro conseqvenda administratione tutelæ, prosit pupillo hæredi, ut possit uti beneficio utriusq; inventarii. Dicas qvod non, qvia ista inventaria reqvirunt diversas solennitates, & in multis discrepant inter se, *ut patet ex his, qvæ habentur in d. l. tutor, qvi repertorium, in prin. & in d. l. fi. & ita tenet Bart. in l. in ratione. §. qvod vulgo. in pen. col. ibi, qværo, tutor. ff. ad leg. Falc. & Bal. in d. l. fi. §. cum igitur. in pen. col. ibi, etiam soluta est q. & idem tenet Paul. de Cast. in §. & si præfatam. in fi. in ead. l. & in consi. suo 28. ver. super secundo.* In qvibusdam tamen locis est consvetudo, qvòd inventarium tutoris sufficiat pupillo hæredi, qvæ consvetudo servanda est, *arg. l. 2. C. qvæ sit longa consvet.* dummodo probetur, aliàs judicandum esset secundum jus commune, *secundum Bal. in d. §. cùm igitur.* verum qvia pupillo essent magnæ expensæ, duo inventaria, & bis bona sua describere, §. Cautela est, qvod fiat tantùm unum inventarium per tutorem, in qvo serventur solennitates utriusq; inventarii, & sufficiet pupillo. Et licet dicatur in l. fi. §. sin autem dubius, qvod inventarium debet inchoari post aditam hæreditatem, tamen poterit de voluntate etiam inchoari, & fieri, licet non de necessitate, & ita pluries practicari feci. 2

I. D. Durantis Caut. III. Tit. VII.

§. Qvo remedio tutor non compellatur, vel compel-

latur inventarium, vel librum rationum facere, & qvomodo adversus hæc minoribus succurratur.

SUMMARIA.

1. *Tutor, qvi repertorium non fecerit, ut suspectus de furto à tutela removetur.*

Tutor tenetur facere inventarium & librum rationum. ibid. & num. 3.

2. *Inventarium facere tutor cogitur, nec sufficit à testatore remitti, nisi prohibeatur fieri.*

4. *Tutor cogitur per judicem facere inventarium & librum rationum ex causa, non obstante prohibitione & remissione testatoris.*

Judex ex causa potest venire contra testatoris dispositionem. ibid.

1 TUtor,* qvi repertorium non fecerit, de furto suspectus est, *§. sancimus. in auth. de hæred. & Falc.* & notatur infamia, l. *fi. C. de arb. tute.* & in carcere causam dicere debet. l. 3. § *tutores. ff. de suspec. tut.* Removetur à tutela ut suspectus, *d. l. fi.* Item contra eum in litem juratur. l. *tutor qvi repertorium. ff. de adm. tut. & per Lud. Ro. cons. 128.*
2 *Qvoad primum. & Fulg. cons. 196. Ad id.* §. Sed si * testator velit ab his incommodis liberare tutorem, remedium est, qvòd ipse testator tutori remittat necessitatem inventarium faciendi, qvod testator facere potest, *d. l. fi. C. de arb. tu. ut per Pau. &* Jas. *in* l. *nemo. ff. de leg.* 1. & addatur etiam prohibitio, ne tutor inventarium faciat. Nam ut tutor relevetur à necessitate prædicta, oportet qvòd testator prohibeat inventarium fieri. *d. l. fi.* Et in hoc etiam peritissimi errant, putantes solam remissionem sufficere, non considerantes prohibitionem necessariam esse, *ut per Spec. in tit. de tut. §. generaliter. vers. hoc autem notandum.* qvòd est memoriæ commendandum, *ut dicit Are. in §. præterea etiam. col. 28. vers. videndum restat de tutore. Inst. de excep. & Sal. in d. l. fi.* & cum * tutoris officio incumbat ultra inventari-
3 um facere etiam librum rationum, qvo non facto contra tutorem juratur in litem, l. 1. §. *officio. ff. de tut. & rat. distr. Cor. consi. 196. Ad evidentiam. in fi. lib. 3.* Jas. *cons. 3. Circa primum. par. 1. Dec. cons. 110. Verè.* §. ut liberetur tutor etiam

iam à necessitate conficiendi librum hujusmodi, remedium est, qvòd testator liberet tutorem ab obligatione faciendi librum rationum, *ut per Fulg. cons. 25. Spectabilis. col. 2.* Sed pro pupillo * ut non obstante prohibitione testatoris, 4
tutor inventarium & librum rationum facere compellatur, remedium est, qvod imploretur officium judicis. Nam comperto, qvòd prohibitio & remissio inventarii & libri rationum damnosa sit pupillo, judex (spreto testatoris præcepto) ad faciendum inventarium tutorem cogere poterit. *arg.* l. *in confirmando. ff. de confir. tut. ut per Bart. in d.* l. *nemo col. 3. & Dec. cons. 379. Consuluit. col. 2.* Potest enim judex ex causa venire contra dispositionem testatoris, & consulere utilitati impuberis. l. 1. *ff. ubi pupill. educ. deb. Bal. consil. 229. Viso testamento.* l. 4.

I. De Arnono Caut. LXX.

§. Pro creditore adeunte hæreditatem debitoris cum beneficio inventarii.

SI creditor sit institutus hæres à debitore suo, confunditur actio, ut scis, ratione contrarietatis: qvia actio & passio non possunt simul stare in eodem subjecto, *juxta materiam* l. *debitori tuo. C. de pact.* unde si in totum succedat, in totum confunditur, si in parte, confunditur, pro qva parte est hæres, l. *si uxor. C. de bon. auct. ju. possid.* l. *licet. C. ad legem Falc.* §. Cautela tamen est, ut creditor adeat hæreditatem debitoris cum beneficio inventarii: qvia poterit citatis citandis implorare officium judicis, ut sibi assignet aliqvam rem hæreditariam pro suo credito, de qva possit liberè disponere. *Ita Bal. in d. l. debitori tuo.* commendat Pau. de Cast. ibi, dicens alibi non vidisse. & dom. Alexan. qvi dicit, qvòd ita aliàs de facto fecit observari, & qvod idem tenet *Bal. in l. fin. §. in computatione. Versi. Venio ad oppositiones. C. de jur. delib. & istud dictum Baldi etiam seqvitur & reputat singulare idem Paul. de Cast. in l. qvoniam in prioribus ad fin. per illum text. C. de inoffi. test. Refert & seqvitur dom. Jas. in d. l. debitori tuo. in 2. col. in princ. dicens hoc esse in practica qvotidianum.*

DE MILIT. TESTAM. TIT. IX.

DE ACQVIR. VEL OMITT. HÆREDITATE. Tit. X.

I. D. Durantis Cautela XVII. Tit. II.

 §. Cau-

§. Cautelæ servandæ ab hærede scripto & actore, vel à possessore hæreditatis, ubi testamento inserta est clausula codicillaris.

SUMMARIA.

1. Testamentum si non valet ut testamentum, vires codicillorum obtinet, si codicillaris clausula sit inserta. Hæres agere volens, utrum ex testamento, vel ex codicillis, deliberare debet cum peritis. ibid.

2. Electa una via non est regressus ad alteram.

1 TESTAMENTUM * si non valet ut testamentum, vires codicillorum obtinet, si clausula codicillaris inserta sit testamento, l. *generaliter.* §. *ex testamento. ff. de fideic. lib.* l. *si patroni. ff. ad Treb. ubi per Docto. & per Bart. in* l. 1. *ff. de jur. cod. ut suprà apius dictum est.* Veruntamen animadvertat agere volens ex ultima voluntate, ut à juris prudentibus certior reddatur, priusqvam agat, an dispositio sustineri possit, ut testamentum. Nam qvi ageret tanqvam directò hæres ex testamento, & succumberet propter vitium testamenti, non posset postea tanqvam fideicommissarius hæreditatem petere, & redire ad jus codicillorum, qvoniam una via electa, tollitur altera, l. *fi. C. de cod.* Et econtrario, reus, contra qvem agitur, ex ultima voluntate sit cautus, ut ante litem contestatam agere volentem interrogari faciat, utrum ex testamento, an verò ex codicillis, vel alia ultima voluntate agere intendat, ut una via electa, regressus ad alteram percludatur. Qvòd si post litem contestatam interrogetur hæres scriptus, potest respondere, se omne jus suum in judicium deduxisse. *c. Abb. sanè. de re jud. lib. 6.* Et reus, qvi non curavit ante litem contestatam hæredem super hoc interrogari, stultus est, *ut dicit Spec. in tit. de instr. edi.* §. *compendiosè. Ver. &*
2 *nota, qvòd ultima voluntas.* Et * animadverte, qvod consilio Spec. utendum est tantum, qvando actor obscurè ageret, & petitio ejus tam ad testamentum, qvàm ad codicillos aptari posset. Alioqvi si ex testamento ut hæres ageret, si dispositio non valeret, nisi jure codicillorum & fideicommissi, reus incautus esset interrogationem ejusmodi faciens ante litem contestatam. Nam instrueret & petitionem emendare adversarium præmoneret, cùm, ante

qvàm fiat litis conteſtatio, liceat mutare libelli formulam, *ut tenet Paul. de Caſtr, in dict.* l. *fin.* qvoniam ante litem conteſtatam non dicitur qvis agere, ſed agere velle. glo. in l. ſi poſteaqvam. ff. de pecul. *ut per Bald. & Alexan. in dict. l. fin. faciunt copioſè tradita per Doct. in l. edita. C. de eden.*

B. CÆPOLLA CAUT. CLIX.

§. Pro illo, qvi vult adire hæreditatem.

SUMMARIA.

1. *Aditio fit, ſi bibant de vino, vel edant de frumento patris defuncti.*

2. *Teſtatoris filii repudiantes hæreditatem, repudiationis inſtrumentum ſtatim facere debent.*

ADvocatus creditorum ſit cautus, ut probet, ſi poteſt, 1 qvaliter filius teſtatoris bibit * de vino, vel comedit de frumento patris poſt mortem ejus, vel aliqvos fructus conſumſit in uſu vitæ, qvia tunc per iſtos actus filius non negans videtur adiviſſe, unde repudiare *a* non poteſt, & te- a nebitur creditorib. * & ſic etiam ipſe ſit cautus, ut non te- 2 neatur, qvod incontinenti faciat publicum inſtrumentum fieri de repudiatione. *ita eleganter dicit Angel. in l. ſi ſervum qvis alienum redemerit. §. prætor. de acqvir. hæred.*

ADDITIO.

a Repudiare.) *Hæres repudians hæreditatem, tenetur creditoribus tribus caſibus. ſcilicet, qvando pretio repudiavit, qvo caſu convenitur qvaſi poſſidens pro hærede. Item qvando rem unam hæreditariam retinet. Item in ſubſidium, qvando legitimus bona diſſipavit.* Bald. in Rub. C. ſi qvis omiſ. cauſa teſtam.

B. CÆPOLLA CAUT. CCIV.

§ Qvibus judicatur hæres ad adeundam hæreditatem.

SUMMARIUM.

1. *Hæres ubicunq; aliqvid facit, qvod non poteſt fieri, niſi hæres fuerit, hæreditatem adire videtur.*

QVidam erat debitor meus in mille, moritur, & nullus vult eſſe ejus hæres, qvale conſilium dabitur mihi creditori? certe conſilium eſt, qvod ego mittam ad hæredem, qvi ex teſtamento, vel ab inteſtato deberet ſuccedere alicui, qvi dicat: Accipe iſtos denarios, puta 20. ducatos: qvia ego ſum debitor defuncti; etſi accipiat, ſtatim

tim erit obligatus ad debita hæreditaria solvenda, *ut probatur in* l.*cùm debitum. C.de jure delib.* ✱ qvia ubicunqve
1 hæres facit aliqvid, qvod non potest fieri, nisi sit hæres, videtur adire hæreditatē, *ut* l. *pro hæred.*§.*Papin.in fi.de acq. hær.* & qvia in dubio accipiendo videtur recipere pro se, & non pro alio: *ut* l.*Julianus.*§.*si servum.eod.tit.* & l. & *magis. ff.de solu.* & *no.gl.in d.* l.*pro hæredo.*§.1. & istud consil. dedit Rayn.de For.*in d.*l.*cùm debitum.C.de jure delib.* Sed adverte: qvia hoc debet fieri post triginta dies, qvi dantur ad inchoandū inventarium: *ut* l.1.*sin autem dubius.eo.tit.* ad hoc, ut non possit postea inventarium conficere, & facias fieri dictam solutionem coram testibus, ut probari possit. Ego tamen dubito, qvod ista cautela non prodesset, si constaret me submisisse illum, qvi sic solveret, & sic induxisset ipsum ad adeundum hæreditatem. arg.l. *si servus plurium.*§.*si qvis ante.ibi, sed si subjecit delatorem. cum notat.per Doct.de leg.*1.*in* l.*mancipia.ver.sanè mancipium torqveri. C.de servis fugit.* & *adde qvod dicam in seq.* Potes alio modo inducere ad adeundum, si facias unū creditorem in minima qvantitate interrogare hæredem, si est hæres: qvia si respondit, qvòd sic, talis confessio proderit etiam tibi, & cuilibet alii creditori absenti. l.*pro hær.in princip.ff.de acq. hær.* qvod procedit, qvando filius non abstinuerat se ab hæreditate paterna, vel alius hæres non repudiaverat, *ut est glo.in* l.1.*ff.de interrog.actio.* secus si primò abstinuisset, vel repudiasset: qvia tunc talis responsio & confessio non præjudicaret, nisi qvoad interrogationem, *ut est text.in d.*l.*fi.qvi ita debet intelligi secundum gl.fi. ibi, qvam seqvuntur Doct.*

B. CÆPOLLA CAUT. CXXXIII.

§. Qvomodo petitio hæreditatis datur contra possidentem titulo universali, vel singulari.

SUMMARIA.

1. *Hæreditatis petitio regulariter non datur contra titulo possidentem, etiam universali.*
2. *Hæreditatem qvi vendidit, non videtur in qvota vendere res singulas, sed hæreditatis jus.*
3. *Debitor tuus si in magna qvantitate fuerit, & judex non possit cognoscere nisi usq; ad vigesimum qvintum annum, omnia singulariter petere poteris.*

Licet

Licet [* petitio hæreditatis non a detur contra titulo 1
possidentem etiam titulo universali regulariter, *ut d. l. hæreditatem. C. in qvibus causis cessat longi temporis præscriptio, & in* l. 2. *C. de petitione hæreditatis*, qvæ regula fallit in pluribus casibus, *de qvibus per gloss. & Doct. in d. l. 2. & in d. l. hæreditatem, & per Bald. in* l. *fin. C. de edicto divi Adriani tollendo*. Tamen ultra prædicta est dare alium casum notabilem & singularem: videlicet, pone, qvòd ille, qvi possidebat hæreditatem, vendidit partem suam, & sic qvotam bonæ fidei emtori, & sic transtulit dominium per illum titulum, tunc ego, qvi prætendo me hæredem, potero agere petitione hæreditatis contra istum emtorem: dummodo agam ad singulas res, non ad qvotam, qvod possum, *ut lege licet minimam. ff. de petitione hæreditatis.* qvia ille, qvi vendidit hæreditatem, non videtur transtulisse dominium in qvalibet re de per se, sed solum jus hæreditarium videtur esse translatum, *ut notatur in* l. 2. *C. de hæred. vel ac. vend. facit* l. *eum qvi ædem. in princip. ff. de usufr. & in* l. 2. *& qvod ibi notatur, C. de evict.* & ibi hoc expresse notat Bart. *in principio*, qvi dicit: * qvòd ille, qvi 2
vendidit hæreditatem, & idem in qvota, non videtur vendere singulas res, sed jus hæreditatis. *ff. de regul. jur.* l. *hæreditas. & idem tenet ibi Salicet. in princip. facit etiam, qvod notat Bart. in* l. 1. *ff. de leg.* 1. *in illa qvæstione*, an transeat dominium rei singularis, qvando legatum est singulare, & qvòd possit agi ad singulas res petitione hæreditatis, videtur esse casus secundum aliqvos *in dict.* l. 2. *in fin. C. de petitione hæreditatis, ibi, singularium rerum jure convenitur, & cetera scilicet, petit. hæreditat. ut conveniat prædictis, & tit.* Ex qvo nota Cautelam, qvando qvis possidet titulo universali res hæreditarias, licet non possis agere contra eum petitione hæreditatis ad totam vel qvotam, tamen agas: qvia agere potes ad singulas res petitione hæreditatis, qvod est valde singulare: qvia iste agens non tenetur agere rei vendicatione, & sic non gravabitur in onere probandi dominium, qvod esset sibi difficile, *ut leg. cùm res. & ibi nota, C. de probat.* Et sufficit sibi agendo petitione hæreditatis probare, qvòd illæ res fuerunt de hæreditate tempore mortis testatoris, vel defuncti, ut leg. & tantum, de petitione hæreditatis, qvod erit sibi valde facile,

le, & utile. Pro ista opinione adduco istam rationem: qvia si est verum, qvòd non censetur ille habere titulum in rebus particularibus, qvi emit totam vel qvotam hæreditatis, ergo agens petitione hæreditatis, dicitur habere meliora & potiora jura, & sic agere poterit per notata in dicta lege secunda. Sed textus in eadem lege secunda nihil videtur probare: qvia cùm dicitur in litera, jure convenitur, debet intelligi secundum glossam ibi, rei vendicatione, non petitione hæreditatis: nam in fine illius legis textus loqvitur de titulo singulariter, ergo non potest loqvi de petitione hæreditatis: qvia illa non datur contra titulo possidentem res titulo singulari, sed per rationem, qvam statim dixi, credo dici posse illam esse veram. Sed adverte: qvia ista Cautela videtur posse destrui ex alio capite. nam videtur, qvod possit dicere reus conventus: Volo, qvòd tu agas contra me ad singulas res pluribus judiciis, qvia interest mea, ne distrahar per plura judicia, *ut leg. ne plures. ff. de exercito. & not. per Bart. & Doctor. in lege qvidam existimaverunt. ff. si certum petatur, & per Bart. & Doctor. in lege in commodato. §. duobus. ff. commod. & in lege scire debemus. ff. de verborum obligationib.* Sed tu dic, qvòd prædicta causa procedit indistinctè, qvando non opponeretur à parte, ut totum peteret. Item potest dici, qvòd etiam non posset opponi à parte conventa: qvia dicta oppositio, ut totum peteret, habet locum, qvando actor totum petere potest. sed ibi non posset totum petere, ut in casu nostro dicemus, qvòd sibi non posset opponi talis exceptio. & hoc in simili videtur velle Bartol. in dicto §. duobus.
3 * ubi dicit, qvòd si sum debitor tuus in magna qvantitate, & judex non posset cognoscere nisi ad vigesimum qvintum, ad hoc ut judicium valeat. *& idem tenet Matthæus de Mathesilanis in notabili centesimo decimo sexto, qvod incipit, not. qvod si ex centum, & cetera.* posset etiam hæres petere omnes res singulariter, & in uno & eodem judicio. & sic cessabit dicta oppositio, qvod bene no.

ADDITIO.

a Petitio hæreditatis.) *Petitio hæreditatis datur ei, qvi nunqvam possedit hæreditatem, non ei, qvi qvandoq; possedit.* Azo, gl. & Bart. in l. 2. ff. de fideicommiss. hæred. pet. & Paul. de Castr. cons. 94. *sed non datur ante aditam hæredi-*

ditatem. per Philipp. de Cor. in consil. statutum sic dispo-nit, si qvis autem, &c.

R. Fichardi Caut. XXXIV.

§. Pro hærede, auxilium judicis implorante, ad acqvirendum hæreditatis possessionem.

Hæres potest hæreditatem sibi delatam & vacantem, propria autoritate occupare & adipisci. *Bart. in* l. *ultim. n.* 16. *C. de edict. divi Adria. tollen.* & *ibid. Decius n.* 4. *Alex. in* l. *qvoties. n.* 5. & l. *extraneum. in fi. C. de hæredib. instituen. Decius cons.* 191. *vers. secundo qvia. nu.* 9. *Goz. ad. cons.* 21. *n.* 10. *Nevis. cons.* 82. *n.* 29. & *probatur per* l. *cum hæredes. ff. de acq. possess.* Et in eo licet ipsi uti altero ex duob9 remediis, primo, qvod socios secum habeat, qvorum auxilio possessionem adipiscatur, *per* l. *si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verborum obligat.* Secundò, ut imploret & reqvirat brachium & auxilium Judicis, qvi ipsi concedat aliqvos, qvorum auxilio ad possessionem adipiscendam concomitetur. §. Et in hoc casu traditur Cautela, ut non petat se per illud auxilium mitti in possessionem, sed ut tantum comitetur & associetur ad adipiscendam possessionem illam, idq; ideo, ne videatur non uti velle sua autoritate, sed Judicis, per qvod suam autoritatē perdidisse conseretur. *Bald. in* l. 2. *n.* 29. *C. de servi.* & *aqva. Such. in* l. *ultim. n.* 286. *C. de edict. divi Adria. tollen. Menoch. in Remed.* 6. *de adipis. possess. n.* 10. Posset tamen hæres etiam illa uti Cautela, ut cùm petit se mitti in posses. per manum familiæ Judicis, protestetur, qvòd salvum velit jus propriæ autoritatis, *ut tradit Menoch. ibid. num.* 11. *per plurima ad id allegata.*

R. Fichardi Caut. LX.

§. Pro hærede, petente se immitti in bonorum possessionem, ut rectè formet petitionem, ne succumbat.

Solent plerunqve Hæredes, dum se pro hæredibus declarant, simpliciter petere, se in defuncti bonorum possessionem immitti, nulla habita ratione, qvòd fortassis plures sint hæredes, qvi æqvè pro sua parte immittendi essent, ideoqve non liceret ipsis universalem possessionem petere. Ne igitur hæredes propter illam petitionis generalitatem succumbant, neqve cohæredes eos in pœnam plus petentium condemnari, petere possint, §. Cautela est, ut

ut petant se immitti pro sua qvilibet parte tantum, aliàs enim petitio foret inepta, & succumberet Petens. *Castr. cons. 44. num. 2. l. 1. Decius cons. 588. nu. 8. Achill. Person. in tract. de adipisc. poss. nu. 88. in princ.*

I. D. DURANTIS CAUT. II. TIT. II.

§. Consilium à notario servandum, dum ab eo immixtionis scribitur instrumentum.

SUMMARIA.

1. Hæreditatis aditio est animi.

2. Hæreditas dicitur delata, quam qvis adeundo conseqvi potest.

Instrumentum immixtionis filii famili. qvomodo fiat. ibid. & num. 4.

3. Filiifamiliàs majores se suos hæredes esse ignorare non debent.

1 HÆreditatis aditio * animi est. *l. pro hæred. ff. de acqvir. hæ. & ibi glo.* & ideo ex sola voluntate resultat aditio, licet per actus extrinsecos declarata non fuerit, secundum communem opinionem, *ut patet ex relatis per Cor. consi. 312. videtur in hac. col. ult.* l. 4. qvare in ea re non spectam9 veritatem, sed animi opinionem seqvimur. Et qvi tanqvam voluntarius hæres adit vel repudiat, cùm sit necessarius, nihil agit. l. *is qvi putat. ff. de acq. hære.* & propterea ibi dicit Bart. qvòd qvando redigitur in scripturam immixtio filiifam. cautus debet esse notarius, * ne scribat, Titius sciens hæreditatem patris sibi delatam esse, illam adivit: qvia delata hæreditas dicitur, qvam qvis adeundo conseqvi valeat. l. delata. ff. de verborum significat. & filiusfam. non potest adeundo acqvirere patris hæreditatem, cùm domin9 censeatur etiam vivo patre, & administratio sola transire videatur in filium, *ut no. in §. sui. Inst. de hæred. qval. & differ. & in* l. *in suis. ff. de libe. & posth.* Sed scribat notarius, qvòd Titius filius Sempronii sciens patrem defunctum, & se suum hæredem esse, hæreditati paternæ se immiscuit. Jas. *in d.* l. *is qvi putat*, dicit hoc dictum esse mirabile. Sed Bal. *in* l. *potuit. q. 7. C. de jur. delib.* dicit, id ridiculum esse, qvoniam verba impropriè accipienda sunt, ut actus valeat. l. *insulam. ff. de præs. verb.* & verbum, delata, est verbum commune. *l. si infanti. & l. cum in antiqviorib. & l. fi. §.*

cum

tum igitur. C. de jur. delib. & *contra Bar. tenet etiam Pau. de Cast. in d. l. is qvi putat. Alex. ibi seqvitur opinionem Bal.* præterqvam in muliere, minore, & rustico : hi enim non præsumuntur scire jura, *prout no. gl. in* §. 1. *ver. sciens. in auth. de incest. nup.* Majores * natu filiisfa. se suos esse hæ- 3
redes ignorare non debent. *l. leges, C. de leg.* Tollendæ qvæstionis gratia servanda est doctrina Bart. qvam commendat, & memoriæ commendandam esse dicit Jas. *in d. l. is qvi putat.* Planè * ad tollendum dubitationem suprascriptam, re- 4
medium est, qvòd post verbum, adivit, adjiciatur, & se immiscuit : nam propter hoc verbum sustinebitur actus, *ut patet ex dictis per Alex. cons. 126. viso processu.* l. 7.

I. D. Durantis Caut. XX. Tit. II.

§. Remedia, qvibus hæres possessionem bonorum expeditius nanciscatur.

Summaria.

1. *Possessio non transit in hæredem, anteqvàm corpore sit apprehensa.*

Hæreditate adita transeunt in hæredem omnia jura præter possessionem. ib.

2. *Hæres potest authoritate propria nancisci possessionem.*

Possessio dat alicui commodum non leve. ib.

Actore non probante reus absolvitur. ib.

Possidentis conditio est melior in re dubia. ibid.

3. *Dominii probatio est adeò difficilis, ut qvodammodo judicetur impossibilis.*

4. *Petitio hæreditatis pro qvibus rebus detur.*

5. *Hæres, qvibus remediis adipisci possit possessionem.*

Hæredi petenti se mitti in possessionem hæreditatis non potest opponi exceptio aliqva falsitatis vel nullitatis. ib.

Fideicommissarius qvonam modo potest petere se mitti in possessionem bonorum hæreditatis. ib.

6. *Hæres potest petere sibi dari possessionem interdicto qvorum bonorum.*

7. Pos-

7. Possessionis utilitas qvanta sit.

8. Hæres missus in possessionem non tamen ritè, qvomodo possit se tueri contra agentem de nullitate.

Spoliatus ante omnia reintegrandus est. ibid.

Instrumentum testamenti, ubi habet executionem paratam, facit rem notoriam.

9. Veritatis amici esse debemus.

1 LIcet * omnia jura statim adita hæreditate in hæredes transeant, possessio tamen hæredi non qværitur, anteqvam corpore apprehensa sit, *l. cum hæredes. ff. de acq. poss. & ibi Doct.* Etsi alius possessionem rei hæreditariæ occuparet, non incideret in pœnam. l. *si qvis in tantam. C. unde vi.* Nam loci vacantis possessio impunè occupatur. §. *qvod autem. Inst. de usuca. Bal. in* l. *si qvis presbyter. C. de Epis. & cle. cum aliis relatis per Barb. inc. cù in officiis, col. 7. de testam.* § Qvare cautus debet hæres esse, ut mortuo te-
2 statore illico bonorum posses. apprehendat. * Nam potest hæres possessionem propria authoritate nancisci, *ut patet ex allegatis per Dec. in* l. *fi. col. 2. C. de edic. divi. Adri. tol.* Et hæres ex possessione non leve commodum conseqvetur. Nam post mortem ejus, cui succeditur, sæpe contingit dubitari, utrum defunctus rei alicujus dominus fuerit, vel an ex sua, an verò ex alterius pecunia bona qvæsierit, & de qvalitate bonorum, veluti si post mortem vasalli qvæstio sit, an bona sint feudalia, an libera. Et si defunctus erat prælatus ecclesiæ, potest in dubium revocari, utrum bona emerit pecuniis ecclesiæ, an verò nummis propriis & lucris suis. Etsi hæres negligens fuerit in accipienda possessione, qvandocunq; aget contra possessores in re dubia, ipsum hæredem probare oportebit, l. *ei qvi dicit. ff. de prob.* l. *actor. C. eo.* Si verò hæres nanciscatur possessionem, agenti contra eum onus probationis incumbet. Nam actore non probante reus absolvitur, l. *qvi accusare. C. de eden. c. 1. Ver. debito. de eo qvi mit. in pos.* l. *6. Rot. deci. 15. si in causa. in no. Dec. cons. 91. Diligenter. gl. in c. nulli. 12. q. 5. cum aliis relatis per Barb. in c. ut unusqvisq; de pec. cle.* & comprobatur hæc ex scriptis per Dec. *cons.* 467. *Bene & consultè. in prin.* ubi dicit hæredi esse salubre consilium, qvod posses-

sio-

ſionem accipiat, & adverſarios petitores conſtituat, qvia in re dubia melior eſt conditio poſſidentis. §. *commodum, inſt. de interd.* l. 1. §. *non autem. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. ubi Bart. cum aliis allegatis per Barb. in c. 1. col. 17. de prob.* Qvòd * ſi alius poſſeſſionem bonorum occupaverit, poteſt hæres agendo rei vendicatione poſſeſſionem avocare ab eo, qvi poſſidet, probando ſe dominum eſſe, l. *in rem. ff. de rei vend.* qvod non facile eſt. Nam probatio dominii eſt adeò difficilis, ut qvodammodo impoſſibilis judicetur, l. *cum res. C. de prob. cum no. ibi per gl. & Doct. & per Alex. conſ. 4. videretur. col. 1. lib. 3.* Et ob id jurisconſulti conſilium ſeqvendum eſt, qvi ſvadet potius iis remediis experiendum eſſe, qvibus qvis poſſeſſionem acqvirat, ut neceſſitas probandi dominium in adverſarios transferatur, l. *is qvi. ff. de rei vendicatio.* Et prodita ſunt infra ſcripta remedia, qvib. hæres poſſeſſionem nanciſci poſſit, & primum * qvidem remedium eſt, qvòd hæres agat petitione hæreditatis: nam in judicio hoc probare ſufficit, defunctum poſſediſſe, vel detinuiſſe, & agentem hæredem eſſe. l. *item videndum. §. fi. cum* l. *ſeqven. ff. de peti. hæred. & ibi Bart. & Ang. & alii Doct.* Et in hoc judicium veniunt etiam feudalia, *ſecundum gl. in d.* l. *item videndum.* §. *fin. qvam ſeqvuntur Bart. & Alex. in* l. *ſi patroni. ff. ad Trebell. limitando tamen, ut ibi per eos, & per Jaſonem in prælud. feud. fol. 5. col. 2. & conſ. 138. revocatur. 2. part.* §. Secundum * & melius remedium eſt, qvòd hæres, oſtenſo judici teſtamento, petat ſe mitti in poſſeſſionem rerum, qvas teſtator mortis tempore poſſidebat ex beneficio l. fi. C. de edict. divi Adria. tollen. In hoc enim judicio proceditur ſummatim, nec diſputatur de viribus teſtamenti, nec opponi poteſt exceptio nullitatis, vel falſitatis, vel qvòd teſtator eſſet uſurarius manifeſtus, *ut per Bald. conſ. 311. qvidam Thomas. lib. 2.* Nec oportet probare mortem teſtatoris, nec res exprimere, & finibus demonſtrare prædia, ſed hæc in exeqvutione inveſtigabuntur, qvamvis magis expediat ſimul declarari, qvæ ſint bona hæreditaria. Nam tantum reqviritur, qvòd ſcriptus hæres judici competenti teſtamentum oſtendat non cancellatum, neqve abolitum, neqve ex qvacunq; ſuæ formæ parte vitiatum *d.* l. *fin. &* l. 2. *C. de edict. divi Adria. tollen. & per Alex. conſ. centeſimo vigeſimo primo, viſis omnib. col. ultim. lib. 5.* Sit tamen cautus hæres, pe-

3
4
5

tens in possessionem mitti. dict. l. fina. ut producat in judicium originalem scripturam, qvoniam exemplum non probat scriptum originale omnis visibilis vitii suspicione carere, *ut per Bart. in* l. 1. *§. si qvis in duobus. ff. de bonor. poss. secund. tabul. cum aliis relatis per Dec. in dict. l. fina.* Sed ut producto exemplo testamenti intra terminum datum ad probandum hæres obtineat, remedium est, qvòd hæres post terminum qvandocunq; ante decretum judicis, instrumentum scripturæ originalis exhibeat, *secundum Bald. in cap. 1. in princip. de fide instr. arg.* l. *si donata. §. si sponsus. ff. de dona. inter virum & uxorem. & seqvitur opinionem hanc Decius in dicto cons.* 497. *col. ultim.* Fideicommissarius verò, qvi effectu qvodammodo hæres est, l. *si filiusfam. ff. qvod cum eo.* cautus sit, ut, priusqvam petat se mitti in possessionem ex beneficio dictæ l. final. petat verbo restitui hæreditatem sibi. Nam si non obtenta verbali restitutione peteret, se in possessionem mitti, succumberet, *ut per Bart. cons. nonagesimo primo. in qvæstione. & Bart. Alex. & alios Doct. in d.* l. *finali,* ubi Decius dicit o-
* pinionem hanc * communem esse. §. Tertium remedium
6 est, qvòd hæres interdicto * Qvorum bo. petat sibi dari possessionem bonorum, qvæ defunctus possidebat. l. 1. *ff. qvor. bon. §. seqvens. & ibi Are. Instit. de interd. & Barb. in cap. cùm in officiis. de testa.* Caveat tamen hæres, ne remediis adipiscendæ possessionis gratia inventis utatur ad recuperandam possessionem bonorum, qvæ ut hæres prius possedit, *gloss. in cap.* 1. *de confess. lib. 6. ut per Alex. cons.* 152. *in*
7 *causa & lite. lib. 6.* Utilitas * remediorum, qvæ comemoravimus ad possessionem adipiscendam, evidens est, qvia in judicio possessorio non obstabunt hæredi præsumtiones, si qvæ ad probationem dominii adversarium juvare videantur, *ut per Alex. in* l. *qvi jure. ff. de acq. poss.* Præterea utile est uti possessoriis judiciis, qvia in eis non exigitur plena probatio, *ut per Bart. in* l. 1. *C. qvor. bonor. & Gemi. cons. 137. super isto dubio, per c. ex insinuatione. de procur. & Alex. d. cons. 70. in fi. lib. 6. & cons. 91. in causa. lib.* 5. ubi affirmat, in judicio possessorio ad probationem unum testem cum actoris juramento sufficere, per ea, qvæ ibi allegat; & in eadem opinione est in consil. 117. viso processu. lib. 2. & comprobatur opinio hæc ex allegatis per Feli. *in c.*

ve-

Veniens. 1. colum. 3. de testi. Decius cons. 56. in causa. col. 1. Ex qvibus apparet, in contrarium non esse * communem opinionem, qvamvis id asseruerit sibi ipsi contrarius Alexand. *cons. 139. circa primum. in fin. lib. 6.* Præterea utilitatem non parvam sentiet hæres, si agat possessorio judicio. Nam adversarius ejus succumbens appellando exeqvutionem impedire non poterit. l. 1. *ubi Docto. C. si de mo. poss. c. ei qvi appellat. §. de possessione. 2. q. 6. & ibi Doct. Spec. in tit. de app. §. in qvibus. versi. sexto non appellatur. cum aliis relatis* per Deci. *cons.* 28. *pro temporis angustia, ubi dicit opinionem hanc * communem esse.* Et * * prætereundum non est, qvòd si hæres obtinuerit se mitti in possessionem ex beneficio. d. l. fin. C. de edict. divi Andria. tol. vel interdicto, qvorum bonorum, si non sit ritè processum, poterit adversarius dicere decretum nullum, & hac via retractare missionem in possessionem. Nec enim id reperitur prohibitum in judiciis, ideo standum est regulæ, qva permittitur, sententiam nullam dicere, l. *si expressim. cum ibi traditis per Bart. ff. de appell.* l. 1. *ff. qva sent. sine app. rescin.* l. 1. *ff. de fer. Clemen. 1. de re judi. Bald. in l. 1. col. 1. C. ne lic. ter. pro. & in dict.* l. 1. *col. pen. C. si de momen. poss.* Et ita rescindi exeqvutionem factam ex decreto invalido, hæredis adversarius obtinebit. l. *si cum nulla. ff. de re jud. Bal. in* l. *tale pactũ. §. qvi provocavit. in repetitio. q. 12. ff. de pact. cum aliis allegatis per Alex. cons. 2. consideratis his. lib. 3. & Dec. in* l. 1. *col. 2. C. de bon. poss. sec. tab. & per Bart. cons. 82. illud. col. 4. lib. 3. & Jas. cons. 66. in qvæstione. & cons. 187. circa primum. prima parte.* Sed ut hæres, qvi autoritate judicis non ritè procedentis in possessionem missus est, defendatur in ea, nec ei noceat, qvòd decretum viribus careat, remedium est, qvod excipiat notoriè constare de injusta causa agentis, & petat missionem in possessionem confirmari. Et qvatenus opus sit ex integro decerni, repetat productionem testamenti, seu iterum instrumentum testamenti producat. Et sic hæres missus in possessionem, decretum confirmari, seu in possessionem mitti se novo decreto judicis obtinebit. argum. l. 1. §. *finali. ff. qva sent. sine app. rescin. cum aliis allegatis per Alex. in* l. *si finita. colum. penult. & ultim. ff. de damn. infect. & per Decium cons. centesimo nonagesimo primo, in causa. col. ultim.*

8

Nec obſtat, ſi dicatur contra agentem remedio recuperandæ poſſeſſionis objici non poſſe aliqvam exceptionem, neqve contra eum reconventionem ſuper eadem re fieri licere. l. *fina. cum ibi notatis per Doctores de ordin. cogni.* Et ſpoliatum etiam autoritate judicis, qvi non ritè proceſſerit, ante omnia reintegrandum eſſe, l. *meminerint. cum ibi notatis per Doct. C. unde vi. c. conqverente. & ibi per Abba. de reſtitut. ſpoliat. & per Philip. Franc. in c. licet. de preb. lib. 6. & Petr. de Anch. conſi. ducenteſimo nonageſimo tertio. videtur prima facie. cum allegatis per Alex. conſilio qvinqvageſimo ſecundo. in cauſa & lité. colum. 2. lib. 7. & per Felinum. in cap. eccleſia ſancta Maria. colum. 11. verſ. ſextò nota. de conſti. & in cap. dilectus. colum. 1. de reſcrip.* Nam reſpondetur, qvòd ſpoliatus autoritate judicis non reintegratur, ſi probetur, qvòd reſtituere eandem rem teneatur, & ſuper hoc eſt habenda cognitio. *gloſſ. in cap. præſentium. 7. qvæſt. cum allegatis per Felinum in ca. cùm cauſa. colum. 1. de offi. delegat.* Præterea eſto, qvòd opinio contraria regulariter verior ſit, tamen in caſu propoſito ſecus dicendum eſt, qvia inſtrumentum teſtamenti habet exeqvutionem paratam. *d. l. fina. C. de edict. divi Adria. tollen. Alex. poſt Bart. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. colum. 2. ff. ſoluto matrimon.* Et inſtrumentum, ubi habet exeqvutionem paratam, facit rem notoriam, *ut per Abba. in cap. cum olim. de cenſ. & per Decium conſ. 413. negari non poteſt.* Ideo exhibito ab hærede inſtrumento teſtamenti, poſſeſſionem recuperare nitens exceptione repellitur, *ut per Corſet. in tract. de poteſtate regia. qvæſtion. 72. 35. limitatione.* Nam etiam in profanis per exceptionem notoriam omninò detrahentem juri agentis & fundantem jus excipientis, ſpoliati reſtitutio impeditur, *ut per Gemi. & Phil. Fran. in c. ad decimas. de reſti. ſpol. lib. 6.* Licet ſecus ſit, ſi jus excipientis non fundet exceptio, *& ita intelligitur Rot. deciſ. 7. nota qvòd ubi agitur in antiq.*
9 Poſtremò * cunctos, qvi librum hunc legerint (& præcipuè notarios) admoneo, & obteſtor, ne conſiliis noſtris abutantur, ſed ut (fraudis hoſtes, & veritatis amici) honeſtæ voluntati teſtatoris obſeqvantur Nam veritas ſeqvenda, & colenda eſt. l. *cùm ita legatum. ff. de cond. & dem. l. 1. in fin. C. de lat. lib. toll.* cùm veritas Deus ſit. Ipſe namq; dixit: *Ego ſum veritas,*

tas, Joannis 14. c. absit. 11. qvæst. 3. Cujus nomini omnem honorem, & gloriam nostræ actionis ascribimus.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXX.

§. Pro propinqvis pupilli decedentis qvoad successionem pupilli.

SUMMARIUM.

1. Judex bonorum possessionem pupillo absenti & ignoranti decernere debet.

PRopinqvi alicujus pupilli, cui est relicta, vel delata bonorum possessio, debent esse cauti, qvando pupillus est in articulo mortis, & non habet tutorem, qvi agnoscat, ut scilicet petant à judice,* ut pupillo etiam absenti,& igno- 1
ranti decernat bonorum possessionem, qvia ad hoc judex tenetur. *ita dicit Paul. de Castr. in* l. *certum. unde cognat.*

I. D. DURANTIS CAUT. XI. TIT. II.

§. Qvo remedio sustineatur aditio facta ex secundo testamento invalido, cum ex priore testamento adeunda fuisset hæreditas.

SUMMARIA.

1. Hæreditatis aditio ex secundo testamento viribus caret, licet hæreditas adiri potuisset ex priore testamento.

2. Clausula, omni meliori modo, operatur, ut actus valeat eo modo, qvo valere potest.

Error non nocet in hæreditatis aditione virtute clausulæ, omni meliori modo, &c. ibid.

SI qvis * putans secundum testamentum valere, cùm vi- 1
ribus careat, & ex eo adeat, aditio non valet, qvamvis in priori testamento valido fuerit idem hæres institutus. l. *Cladius ff. de acqvi. hare.* Et qvi ex parte institutus insolidum adiret, putans se solum hæredem, nihil ageret. l. *si qvis mihi bona.* §. *sed si mandavit. ff. eo. tit.* Et ideo moriens ad hæredes ejus hæreditatem non transmitteret. l.
1. §. *in novissimo. C. de cad. tol.* §. Sed * ut errore non 2
vitietur hæreditatis aditio, remedium est, qvòd instrumento aditionis inseratur clausula, omni meliori modo, &c. qvæ operatur, ut actus sustineatur omni meliori modo, qvo potest. *Bald. & Imo. in* l. *cum pater.* §. *filius matrem.*

ff.de leg.2.& error non nocebit, *ut per Card. & Imo. in c. ex literis.de offi.deleg.& Pet.de Anch.cons.204. Ex themate predicto.& per Dec.cons.13.Consideratis his. faciunt no.* per Feli.*in c.cum super.col.fin.de of.del.* ubi dicit, qvòd institutus hæres in duobus testamentis, si dubitet de viribus secundi,potest adire omni meliori modo,qvo potest, & valebit hujusmodi aditio. Sufficit ergo in genere scire delatam sibi hæreditatem, licet hæres dubius sit de jure deferente. facit *l.qvi jure.ff. de mili.test.* qvod Bal.non videtur considerasse,dum contrarium tenuit *cons.* 142. *Qvaritur. lib.* 3.

R. FICHARDI CAUT. LIX.

§. Pro eo, qvi veretur, ne possessio alicujus fundi per hæreditatem delati, sibi præripiatur ab eo, qvem vel non solum possidere, vel ad successionem omnino non admittere, velit.

SUMMARIA.

1. Possessionis utilitas.

2. Seqvestratio Possessionis necessaria, ne partes ad arma veniant, & ejus seqvestrationis utilitas.

1 QUantam prærogativam inter litigantes habeant* Possessores,qvantumq; commodi, plus qvam Petitores, constat, præter naturalem sensum, *ex l. in pari causa.& l. cum par delictum.ff.de regul.*jur.cum similib. adeò, ut non immeritò in Proverbium abierit: Gaudeant Possidentes. Si igitur contentio vel sit, vel futura sit de aliqvo fundo, vel prædio, &c. alterq; contendentium timeat, ne ab altero in arripienda possessione præveniatur, §. Cautelam tradit Achil.Person. *in tract.suo adipis.pos.num.27.* ut ille timens arma capiat, pro adipiscenda possessione, & ut certo modo procuret, hoc ad notitiam judicis, vel superioris, pervenire. Is enim tunc, propter majus malum cavendum, & evitandum, per informationes, qvas ex officio suo nobili recipere tenetur, citata parte altera, vel non, prout moræ periculum dictabit, partibus præcipiet, ne alteruter ac-
2 cedat * ad possessionem capiendam, sub certa pœna, qvod præceptum non revocatur, neq; ab eo appellare licet, *secundum allegata per Achil.Person.in d. tract. suo.num.29.* Et interim possessionem ipse judex per suos capiet, fructusqve

qve seqvestrabit, atqve ita timenti subvenietur, ut adversarius non veniat in possessionem, sed in pari causa cum ipso maneat. allegat ad hoc etiam Zuccard. *in* l. *fi. de edict. divi Adr. tol. nu.* 102. *Vers. & ex hoc. Cui tu adde Menochium de adipisc. possess. Remed.* 6. *nu.* 13. 19. *&* 25. *cum plurimis ibidem alleg.* Et hanc Cautelam ego practicari vidi ab Abbate Fuldense inter qvosdam ejus Vasallos nobiles: prodest ad hoc, ut dum utraq; pars nihil interim ex illo fundo litigioso fructuum percipit, sed econtrà sumptus ad litem facere cogatur, seqvestribus interea illum fundum obtinentibus, tunc tantò citius litigantes cogitant de transactione aliqva, de qva alioqvin Possessor, qvantumvis malè sibi conscius, nihil audire vellet, sed potius ad appellationem recurreret, ut saltem diu differret, & ipse interim fructib. gauderet, Petitor verò sumptibus litis, & indignatione consumeretur, ut, proh dolor! sæpius fieri videmus.

I. D. Durantis Caut. VII. Tit. II.

§. Qvo remedio provideatur seqventibus in gradu, ubi primus hæreditatem adire cunctatur.

Summaria.

1. *Hæres seqvens in gradu hæreditatem adire non potest, qvamdiu primus adire non potest.*

2. *Hæredi cunctanti adire hæreditatem, debet præfigi terminus.*

Filiis datur anni spacium in adeunda hæreditate ad deliberandum, ceteris verò temp9 centũ dierum. ib.

3. *Hæres absens, qvi primum adeundi gradum tenet, qvomodo excludetur.*

Mors qvomodo probatur.

4. *Curator dari potest hæreditati jacenti, qvi satisfaciat creditoribus & exerceat hæreditarias actiones.*

Potestas * adeundi hæreditatem 30. tantum annis durat, *ut per Doct. in* l. *licet. Cod. de jure delib. & suprà proximè diximus.* & qvamdiu primus adire potest, seqvens in gradu pro hærede se gerere non potest. *l. qvamdiu ff. de acq. hær.* & sæpè etiam is, ad qvem primo delata est hæreditas, abest, & dubitatur an vivat, & hæreditas jacet. §. 2
Sed ne seqvens in gradu diuturnam moram patiatur, 2

 reme-

remedium est, qvòd præsenti vel etiam absenti terminus statuatur ad hæreditatem adeundam vel repudiandam. Nam termino lapso primus intelligitur exclusꝰ, si non adierit, & seqvens in gradu hæreditatem adire poterit, *dict.*l. *qvamdiu. Et secundum Bar.in* l.*si qvis instituatur.§.fi.ff.de hær. inst.* & *Alex.cons.*46.*in causa* & *lite*.l.7. Et liberis qvidem anni spacium, aliis centum dierum tempus dandum est ad deliberandum, & ad adeundum vel repudiandum hæreditatem, & si minus detur, Bar. putat irritari processum *per* l.1.*§.largius.ff. de suc.edi.*l.3 *ff.de jur.de.*Gl.autem *in d. l. qvamdiu.* tenet terminum statui posse arbitrio judicis, &
* opi.hæc est * communior, *ut patet ex relatis per Alex. consi.*4. *videtur.col.*3.l. 2. & *Alex.ac Jas. in rub. C. de suc.*
3 *edi.* Et * notandum est, qvòd si is, qvi obtinet primum gradum, sit absens, ut absens qvoq; excludatur, & aperiatur via his, qvi in seqventi sunt gradu, remedium est, qvòd à judice absenti terminus præfigatur & denuncietur ad domum, in qva is habitare consvevit, servata forma legis municipalis, dantis modum reqvirendi absentes, qvo termino lapso intelligitur absens exclusus, & seqvens poterit hæreditatem adire, *dict.*l.*si qvis instituatur.ad fi.ubi Bal.* & *Alex.d. consi.*4. & qvòd lapsus termini excludat à jure adeundi, tenet etiam Jas.*in d.rub.C.de suc.edi.*& dicit hoc probari forti tex. *in §.cum igitur. Inst.de bonor.poss.cum aliis per eum alleg.* Etsi dubitetur, an absens sit mortuus, remedium est, qvod probetur mors per luctum consangvineorum, vel per diligentiam exploratorum missorum à judice, qvi facta investigatione referat illum in rebus humanis non inveniri, *ut ibi per Alex.col.*3. Et animadvertendum est, qvando terminus præfigitur absenti (ut suprà dictum est) qvòd detur amplius tempus, qvàm si terminus statueretur præsenti, &
4 sit terminus longior anno, *ut docet ibi Alex.* Et * pendente termino ut bona conserventur, & creditoribus satisfiat, & hæreditariæ actiones exerceantur, poterit dari curator hæreditati jacenti. l.2.*ff.de cur.bon.dan.gl.* & *Bar.in* l.*pen. ff.de bo.aut.jud.pos.cum aliis allegatis per Alex.d. consi.*4. *col.* 3.

I. DE ARNONO CAUT. XCV.

§. Pro hæredibus clerici beneficiati decedentis in medio anni, ut petant pensionem pro possessionibus locatis pro rata temporis.

Præ-

PRæſuppoſito pro vero, qvòd clericus faciat fructus beneficiorum ſuos: *De qua materia plenè per do. Ab. in c. fi. de pecul. cle. & in repet. c. cùm eſſes. de teſta. in 7. col. in fi. ibi, ſecundò principaliter qværo*, an, ſi decedat in medio anni, percipere debeant hæredes ſui pro rata anni penſionem, qvæ ſolvebatur pro poſſeſſionib. locatis? Dic qvòd ſic, *per tex. ſin. in* l. *defuncta. ff. de uſuf. & per no. in* l. *divortio. ff. ſo. mat. in pr.* §. Cautela eſt igitur, ut clerico defuncto ſui hæredes petant fructus pro rata temporis, per ſuprà dicta. Et iſte caſus accidit mihi millies in facto.

I. D. Durantis Caut. XIV. Tit. II.

§. Qvo remedio etiam lapſo tempore agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis hæreditas jure civili adiri poſſit, ubi tantum bonorum poſſeſſio prætorio jure competeret.

SUMMARIA.

1. *Bonorum poſſeſſio non agnita non transmittitur ad hæredes.*

Bonorum poſſeſſio agnoſcitur coram judice intra centum dies, vel intra annum, ſit fit ex liberis. ibid.

2. *Bonorum poſſeſſio etiam hodie neceſſaria eſt in plurimis caſibus enumeratis. ibid.*

Bonorum poſſeſſio, unde liberi, etiam non agnita, tranſmittitur ad hæredes. ib.

3. *Hæreditas ex teſtamento facto coram judice poteſt adiri de jure civili, etiam in caſibus, in qvibus regulariter neceſſaria eſt bono. poſſ.*

SIt cautus * is, cui bonorum poſſeſſio datur in caſu, qvo ſolum bonorum poſſeſſio competit, ut non gerat ſe pro hærede, neq; hæreditatem ullo modo tacitè vel expreſsè adeat. Nam ſic nihil ageret, & moriens bonorum poſſeſſionem non transmitteret ad hæredem, l. 3. §. *acqvirere. ff. de bo. poſſ. cùm relatis per Cor. conſi. 176. In præſenti. col. 3.* 1 1. Sed coram judice bonorum poſ. agnoſcat intra centum dies, vel intra annum, ſi fit ex liberis. l. 1. §. *qvod diximus. & §. largius tempus. ff. de ſuc. edic. juncta. l. fi. C. qvi admi. ut per Cor. conſi. 176. In præſenti conſultatione. col. 3. & 4.* l. 2. Planè plurimi ſunt caſus, in qvibus etiam hodie bonorum poſſeſſio neceſſaria eſt. Et * primus eſt, qvando poſthumus, cujus nativitate ruptum eſt teſtamentum, vi- 2

vo testatore decesserit: nam scriptus hæres eo testamento non hæreditatem adire, sed bono. possessionem secundum tabulas petere poterit. l.*posthu.ff.de injust.test.* & *ibi Doct. Bal.consi.* 201.*super his punctis.* & *consi.*215.*Testament.*l.4. & *consi.*102. *Præsupposito.lib.*5. & *Cor. d. consi.*176. Secundus casus est, ubi testamentum capitis diminutione infirmatum est, & mortis tempore testator civis Romanus & sui juris invenitur. §.*non tamen. Inst.q.mo.testa. infir.* Tertius casus est, qvando hæres conditione scriptus est: nam conditione pendente non potest hæreditatem adire, sed bonorum possessionem petere potest. *l.*2.§.*si sub conditione.ff. de bon.pos.sec.tabu.tres hos casus ponit gl.in* l *fi. C.und.legi.* Qvartus casus est, qvando filius præteritus expresse testamentum approbat. Nam testamentum tunc jure prætorio convalescit, *d.l. posthumus. ubi gl.* & *Bar. nota.* Qvintus casus est, ubi furioso defertur hæreditas: nam eo casu hæreditas non potest adiri, sed curator furiosi bonorum possessionem petere poterit. *l.fi.§.nos itaq;. C. de cur.fur.* & *per A.ex.in* l.*cum hæres.ff.ad Treb.* Et nihilominus si furiosus non respuerit, hæreditas devolvetur ad eos, qvi successuri erant, ac si furiosus in rerum natura non fuisset. l.*hæres furiosi.ff.de pet.hære.dict.*l.*fin.§.itaq;.* & *ibi Bar.* Sextus casus est, qvando institutio facta est sub conditione, qvam remittit prætor. l. *facta.§.si danda. ff.ad Treb.* Septimus casus est, qvando emancipatus est ritè præteritus, id est, cum adjectione causæ; tunc enim necessaria est bonorum possessio contra tabulas *secundum.Bar.in auth. ex causa. col.* 8. *C.de lib.præte.per not.per glo.in* §.*exhæredatos.in auth. de hæred.* & *falc.* Octavus casus est, si patre præmortuo filius impubes hæres institutus capiatur ab hostibus, & apud eos moriatur. Nam substitutus benignitate prætoris admittitur, & *bon.poss. habet.* l. *pater.*§.*fi.ff. de capti.* & *post.re.* & *ibi Bart.* Nonus casus est, si filius præteritus lapsu anni exclusus sit à bonorum possessione contra tab. Tunc enim scriptus hæres volens succedere, bonorum possessionem sec. tab. petet. l.*si impubes.*§.*fi.ff. de Carb. edic.* Decimus casus est, si pupillus sit in loco longinqvo, & ad eum tutor commodè non possit accedere. Nam si pupillo hæreditas deferatur, poterit tutor pupilli nomine bonorum possessionem agnoscere, qvamvis ipse hæreditatem

adire

adire non possit. l. *potuit. cum ibi no. per glo. & Doct. C. qui admi.* Undecimus casus est, si hæres renunciaverit juri adeundi, qvod sibi de jure civili competebat. Nam poterit nihilominus bonorum possessionem petere. *l. suum. C. de jur. delib. & ibi per Doct.* Duodecimus casus est, qvando testator testamenti tabulas incidisset, ut testamentum prius factum vires haberet. l. *qui ex liberis. §. testamento. ff. de bon. poss. sec. tab.* Decimus tertius casus est, si hæres scriptus omissa causa testamenti ab intestato hæreditatem adiverit. Nam substitutus pupillo nunc juvatur ex titulo, si qvis omis. caus. test. l. 2. ver. planè. cum glo. ff. de vulg. & pup. Ideo bonorum possessionem petere poterit, & comprobantur prædicta ex scriptis per Are. *in rub. Inst. de exhar. lib. colum. pen. & ult.* ubi enumerat casus, in qvibus hodie bonorum possessio necessaria est, *& per Doct. in d. l. fi. C. und. legi.* In omnibus igitur casibus, in qvibus tantum bonorum possessio datur, frustra qvis tanqvam hæres hæreditatem adit. Nam bonorum possessio petenda est, alias successio non transmittetur ad hæredes, nisi bonorum possessio competat liberis. Nam bonorum possessio unde liberi non agnita transit ad descendentes. *leg. 1. C. de his qui ante ap. tab. ut per Doctor. in l. emancipata. C. qui admi.* & est * communis opin. *ut ibi testatur Alex. & in eadem sententia est idem Alex. consi. 20. viso processu. col. 4.* l. 1. Novissimè * sciendum est, si testator velit ex suo testamento hæreditatem perpetuò adiri posse, nec corruere vires testamenti, si intra præstitutum tempus agnita non sit bonorum possessio, vel si hæres scriptus ex imperitia adeat, ubi bonorum possessionem petere debeat, remedium est, qvod testamentum fiat coram eo, qvi habet merum & mistum imperium. Sic necessaria non erit bonorum possessio, sed jure civili hæreditas adiri poterit, *ut per Alex. post. glos. & antiqvos Doctor. in l. omnium. C. de test. & est * communis opi. ut dicit Jas. in dict. l. fi. col. ult. C. und. legi.* ubi etiam seqvens Bal. præsentiam cujuscunqve judicis sufficere arbitratur.

*
3
*

I. D. Durantis Caut. VI. Tit. II.

§. Qvo remedio post præscriptum jus adeundi hæres possit hæreditatem acqvirere.

SUMMARIA.

1. Hæreditas adiri potest spacio triginta annorum.
Jus omne perimitur spacio triginta annorum.
2. Filii possunt hæreditatem adire paternam vel maternam non obstante lapsu triginta anno. ex capite, unde legitimi.
3. Restitutio in integrum datur etiam extraneis, quibus ignorantibus lapsum est tempus adeundi hæreditatem.
Præscriptio 40. anno. an excludat omnem hæreditatis aditionem. ib.
4. Restitutionis in integrum tempus est utile, & non currit, nisi à die scientiæ.
Ignoranti non currit utile tempus. ibid.
5. Possessio bonorum & ejus tempus datur etiam post lapsum 40. anno.

1 JUs * adeundi hæreditatem ac se immiscendi triginta annorum curriculo tollitur, *l. fi. C. de edi. divi Adr. toll. gl. in l. 3 ff. de acq. hære. Bar. Ang. & Pau. de Cast. in l. filio præterito. ff. de injust. test. gl. & Alex. in l. licet. C. de jur. deli. & in l. 1. C. qvan. non pet. par. Bal. cons. 317. Domina. l. 2. & cons. 450. Super primo. lib. 4.* & opin. hæc communiter approbatur, ut dicit Alex. *in d. l. licet, & Cuman. 1. cõs. 29. Qvidam Gionterinus. Alex. cons. 163. Viso processu. col. 2.* l. 2. & Jas. *cons. 19. Præsentis.* l. 1. Et ratione firmissima fundatur communis opin. Nam potestas adeundi est jus, *l. si mater. C. de inst. & subst.* & dicto temporis spacio jus omne perimitur, *l. sicut. C. de præscriptio. 30. anno.* Et sæpè accidit fœminas excludi ab hæreditate parentum ob negligentiam adeundi, permittentes bona materna à suis consangvineis
2 possideri. §. Sed * ut filii sic exclusi obtineant paternam vel maternam hæreditatem, non obstante lapsu 30. annorum, remedium est, qvod agnoscant hæreditatem ex capite, unde liberi, à qvo triginta annorum præscriptione exclusi admitti possunt intra alios triginta annos ex capite legitimorum. *arg. l. 1. §. sed videndum. ff. de suc. edi. ut per Alex. & alios Doc. in d. l. licet. Bar. cons. 128. Qvidam habuit. Cor. cons. 70. Veniunt col. pen. & ult.* l. 4. *cum relatis per* Jas. *cons.* 34.

Ad

Ad mora Va. col. 2. par. 1. & est communis opinio, ut dicit Alex. *conf. 89. Viso puncto, col.* 2. l. 2. §. Pro * extraneo autem, cui ex testamento vel agnati seu cognati, cui delata sit hæreditas, idq; ignoraverit, & qvoniam ab obitu defuncti 30. anni fluxerint, ab hæreditatis petitione ceciderit. l. *hæredit. C. de pet. hær.* remedium est, qvòd propter justam ignorantiam ex clausula generali, si qva mihi justa causa esse videbitur, adversus præscriptionem in integrum restitutio petatur, qvæ concedenda est, *ut per Fulg. cons. 64. Franciscus. in fi. per doct. Bar. in l. 1. §. si qvi propter. ff. de it. actuq; pri. & comprobantur meliꝰ hac ex his, qva tradit Spec. in tit. de præscript. §. 1. ver. pone, colonꝰ. Fulg. cons. 64. Francisc. in fi. Alex. d. cons.* 89. *col.* 3. & est communis opinio, ut dicit Soc. *in l. cum filius. § in hac. col. 5. ff. de verbor. obl. & Alex. cons. 16. Perspectis, col. 1. l. 5. & Dec. cons.* 303. *In casu, col.* 2. Hoc tamen remedium non prodesset contra præscriptionem qvadraginta annorum, qvoniam illa plenissimam securitatem parit, *l. omnes. C. de præscrip. triginta anno. & hoc tenet Alex. in d. cons. 162. col. 3. Soc. in d. §. in hac. in fin. & cons. 164. Visa bulla. in fi. Dec. cons. 29. Et pro tenui. & cons. 375. Juridicam.* nisi sit ecclesia, qvæ petat se restitui, *ut per Dec. cons. 36. Diligenter consideratis. in fi. faciunt scripta per Soc. cons. 299. Capio primum. circa fi.* Notandum * 4
tamen est, qvòd beneficium hoc restitutionis in integrum non currit nisi à die scientiæ: qvia tempus qvadriennii datum ad petendam restitutionem in integrum, est utile à principio, *l. fi. C. de temp. integ. resti. ut per Bal. cons. 226. Qvæstio. l. 2. qvod putat esse memoria commendandum. Ale. cons. 16. Perspectis. l. 5.* Et tempus utile non currit ignoranti, *l. utile. ff. qvis ord. in bon. pos. ser. cum allegatis suprà hoc tit. cau. 1. ver. sed & si major.* Et ita remedium hoc dabitur etiam contra præscriptionem qvadraginta annorum, si is qvi petit restitui, justè ignoravit hæreditatem sibi delatam esse, *ut per Alex. d. cons. 26.* Datur hoc * casu post qvadra- 5
ginta annos & alterum remedium hæredi, videlicet qvòd petat bonorum possessionem: qvia tempꝰ petendi bonorum possessionem est utile, & non currit ei, qvi per singulos dies non scierit, & potuerit petere. *tex. est. apertꝰ. in d. l. utile. & seqv. opin. hanc. Bal. cons. 13. Super eo. l. 1.* Qvare filia, qvam à successione parentum, donec supersint masculi, lex munici-

nicipalis excludit, etiamsi post qvadraginta annos deficiant masculi, ad successionem admittetur, *ut per Bar. in* l. *fin. ff. ad Tertul. & est communis opi. ut dicit Soc. cons. 63. in causa Vert. col. 1. lib. 1.*

B. CÆPOLLA CAUT. CLXIIX.

§. Pro conjuncto, qvi ignoravit mortem conjuncti.

SUMMARIUM.

1. Hæreditatem adeundi tempus ignoranti etiam currere potest.

NOta auream Cautelam, qvando conjunctus tuus decessit te ignorante, & elapsum est tempus adeundi, scilicet 30. annorum, *juxta* l. *licet. C. de jure deli.* * qvia non debes petere hæreditatem illius, ex qvo cucurrit, licet tibi ignoranti terminus ad adeundum, sed petes bonorum possessionem in bonis illius, *ut singulariter voluit Balb. in Rub. C. qvi admitti. in 5. q. & in* l. *licet. praal. in 4. q. & Paul. de Cast. in* l. *qvamdiu. C. qvi admit.*

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXXII.

§. Qvòd etiam elapso termino ad petendum bonorum possessionem possit qvis agnoscere.

SUMMARIUM.

1. Bonorum possessionem elapso termino ad petendum qvomodo qvis agnoscere possit.

1 BAldus singulariter dicit l. *puberem. C. de ju. del.* * qvòd elapso termino ad petendum bonorum possessionem, potest qvis adhuc agnoscere, qvia tunc videtur se gerere pro hærede. & sic efficitur hæres de Jure Civili. §. Cautela est, qvòd qvis non obstante lapsu termini adhuc petat bon. poss. licet Bart. ibi contrà, & malè, *secundum Angel. de Peru. in Rubri. qvi admitti. 10. col.*

R. FICHARDI CAUTELA XXXV.

§. Pro hærede, qvi passus est præscriptionem 30. annorum, qvos habuit ad adeundam hæreditatem, Præscriptio juris adeundi vel immiscendi. 30. annis procedit.

JUS adeundi, vel immiscendi, regulariter præscribitur contra hæredem, spacio triginta annorum, *per text. in* l. *licet. & ibi gloss. & Bald. C. de jur. delib.* l. *sicut &* l. *omnes. C. de praescript. 30. ann.* Si igitur hæres passus sit contra se tanti temporis præscriptionem currere, nec interea adivit hæ-

hæreditatem, Cautela est, si fuerit in testamento hæres institutus, & ita tanqvam instituto cucurrit præscriptio dicta, ut postea petat se (si modò filius, vel sangvine junctus proximus, defuncto fuerit) ab intestato admitti, ex capite: Unde liberi, vel Unde legitimi, ad qvod habebit adhuc alios triginta annos. Si verò non sit hæres institutus, sed ab intestato veniens, tunc si sit ex numero liberorum, elapsis triginta annis, qvos habuit ex capite Unde liberi, habebit adhuc alios triginta annos ex capite, Unde legitimi. Et dicit Balb. *in tracta. præscript. 4. part. 4. partis principalis. §. decimo nono principaliter qværo. n. 6. in fin.* qvòd illis qvoqve elapsis, habebit deniqve adhuc alios triginta annos ex tertio capite, Unde cognati. textus est optimus *in* l. 1. §. *sed videndum est. ff. de success. edict. & ita tradit Catel. Cott. in Memoralibus in verb. Juri adeundi. & Bald. (qvi etiam communem eam dicit) in dict. §. decimo nono principaliter. n. 5. & 6. cum plurimis per eos allegatis ibid.* Et simili ratione is, qvi non est ex numero liberorum, sed ex secundo capite succedit, elapsis triginta annis pro illo secundo capite, habebit adhuc alios triginta pro tertio capite. *per dict.* l. 1. Notandum tamen est hoc loco, qvod Bald. ibid. n. 7. hanc doctrinam limitat, qvando bona illa hæreditaria essent per possessorem bonæ fidei cum titulo præscripta, *secundum Bald. post gloss. in* l. *finali. C. fin. regund.* Imò etiam sine titulo, modò bona fide, & spacio triginta annorum. *per* l. *si qvis emtionis. §. 1. C. de præscri. triginta annorum.* Alexan. *cons.* 89. *col.* 3. *vol.* 2. ubi ait: Qvòd licet filius non sit exclusus à jure veniendi ad successionem, excludatur tamē præscriptione à jure agendi petitione hæreditatis, ad rem possessam spacio triginta añorum, *juxta* l. *hæreditatis. C. de petit. hæred. & l. hæreditatem. C. in qvibus causs. cess. long. temp. præscrip.* Videndum igitur esset hæredi hoc casu, an mala fides, vel qvid aliud objici posset possessori, vel an hæres posset pet. restit. in integrum ex capite ignorantiæ, ut ibi. etiam admonet Balb. qvem omninò vide.

I. D. Durantis Caut. I. Tit. II.

§. Qvo remedio hæreditas non adita fiat transmissibilis ad hæredes.

Sum-

SUMMARIA.

1. *Hæreditas non adita, non transmittitur ad hæredes, nisi sit ascendentium, qvæ transmittitur non adita.*
2. *Hæredibus infantis vel minoris competit restitutio adversus hæreditatem non aditam per minorem.*
3. *Infans transmittit hæreditatem patris non agnitam ad hæredes.*
4. *Restitutio in integrum ex clausula generali datur hæredibus majoris, qvi decessit ignorans hæreditatem sibi fuisse delatam.*
5. *Fideicommissum purum non agnitum transmittitur ad hæredes.*
6. *Institutio facta cum clausula codicillari, convertitur in fideicommissum transmissibile ad hæredes etiam non agnitum.*
7. *Jus deliberandi transmittitur hodie ad hæredes.*
8. *Transmissibile qvod non est, fit transmissibile voluntate testatoris. de substi. Caute. 23. n. 5. & de legat. Caute. 38. n. 2.*

1 HÆreditas * non adita non transmittitur ad hæredes. §. *in noviss imo. C. de cad. tollen.* nisi sit hæreditas ascendentium, qvæ etiam non adita transit in liberos. l. 1. *C. de*
2 *his qvi ante apert. tab. & ibi per Docto.* Sed si hic, * qvi decessit hæreditate non adita, erat minor, ut hæredes ejus hæreditatem conseqvantur, remedium est, qvòd eo casu ex clausula generali (si qva justa causa, &c.) petant restitutionem in integrum adversus hæreditatem non aditam à minore. l. *Pantonius. ff. de acqviren. hæred.* l. *qvi duos. ff. de reb. dub.* l. *non solùm. ff. de restit. in integr. Bart. in d. l. qvi duos. & in cons. 78. Perusinus qvidam. & in* l. *si infanti. col. fina. C. de jur. delib. Bald. cons. 349. qvæstio est. lib. 4. Fulg. cons. 74. infans. cum aliis allegatis per Alex. cons. 79. Franciscus. in fi. lib. 6.* & est * communis opinio secundum
* Paul. de Cast. *in d. l. si infanti. & Corn. cons. 312. videtur. in fi. & Ludov. Roman. cons. 58. visis narratis.* & procedit etiam in infante, licet Bald. *cons. 226. qvæstio. lib. 2.* putet qvæ-

qvæstionem esse difficilem. *& cons. 213. casus talis est.* l. 3. habeat pro absurdo ratione minoris ætatis dari restitutionem in integrum. *& Soc. cons. 216. non potest negari. col. 5. vers. ad tertium.* dicat in hac qvæstione esse locum gratificationi, & propter authoritatem eorum, qvi sunt in opinione contraria, & ob validissimas rationes, qvibus responderi non potest, rem indigere decisione Cæsarea, tamen Doct. Communiter tenent, qvòd competat restitutio in integrum etiam hæredibus infantis, *ut per Corn. cons. 87. circa primum. cum aliis allegatis ibi per eum, de qvo vide per Barb. cons. 60. illud col. 11. &* 12. l. 3. Et * notandum est, 3
qvòd filiusfam. etiam infans transmittit hæreditatem patris non agnitam ad qvoscunq; hæredes jure suitatis, *l. apud hostes. C. de su. & legi. hær.* & est communis opinio, ut patet ex relatis per Dec. *consi. 331. pro resolutione. col. 5. & consi. 245. in causa. & consi. 250. antiqva. &* Jason. *cons. 120. magnificus. col. 3. part.* 1. qvamvis Barb. *dicto consi. 60. col.* 12. aliter dixerit. §. Sed * etsi major decedat hæreditate 4
non adita ignorans hæreditatem sibi delatam esse, remedium est, qvòd hæres ejus ex persona defuncti impetret restitutionem in integrum ex clausula generali *de l. Pantomius ubi Barto. & Paul. de Castr. Alex. consi. 20. viso processu. col. fin. lib. 1. & consi. 169. viso themate. colum. penult. lib. secundo. & Jason. in l. cùm in antiqvioribus. C. de jur. delib.* Et nota tempus ad petendum restitutionem in integrum nunqvam currere, nisi à die scientiæ, etiamsi laberentur centum anni: qvia tempus petendæ restitutionis in integrum ab initio est utile, *l. fin. C. de temp. in integ. resti. cum relatis per Alexand. d. consilio 169. in fin.* & est communis opinio, ut dicit Dec. *consi. 36. diligenter. column. ult.* Si tamen * ex testamento, in qvo sit clausula 5
codicillaris, delata sit hæreditas, & hæres scriptus non adita hæreditate decesserit, necessaria non est in integrum restitutio: qvoniam hæredes ejus habent remedium, ut hæreditatem petant ex fideicommisso: qvia fideicommissum purum, licet adhuc non agnitum, transmittitur ad hæredes, *l. cog. §. inde Matianus. ff. ad Treb. ut per Bal. consi. 69. factum tale est. lib. 2.* & est communis opinio, ut dicit Alex. *in l. cum filio. col. 9 ff. de lega.* 1. qvamvis ibi gloss. in contraria opinione fuerit. Et clausula codicillaris facit videri

ri eos, qvi ab intestato succedunt rogatos esse hæreditatem restituere ei, qvi in testamento hæres scriptus est, *ut notatur in* l. *ex testamento. C. de fideicom.* & licet Bart. *in* l. 1. *ff. de jur. codi. q.* 1. *& cons.* 12. *si qvis instituatur*, sit in opinione, qvòd clausula codicillaris non operetur transmissionem hæreditatis conversæ in fideicommissum: tamen opinio hæc, ut dicit Alex. *in d.* l. *cum filio.* jure non probatur. Et contra Bart. comunem opinionem esse, patet ex relatis per Alex. *in d.* l. *cum filio.* ubi Socin. tertius manifestè
* testatur hodie * comunem opinionem, qvod contra Bart.
6 Et * meminisse oportet communem opinionem etiam, si institutio vi dictæ clausulæ convertatur in fideicommissum transmissibile ad hæredes etiam non agnitum, procedere, ubi clausula codicillaris concepta est verbo, qvod futurum tempus significet, *secundum Bart. in d.* l. 1. *q.* 12. *& Corn.*
7 *cons.* 62. *aliàs consulus. lib.* 3. Hodie * hæres si intra tempus annale, ex qvo ei testamentum cognitum est, decesserit, reliqvum anni tempus ad deliberandum & adeundam hæreditatem transmittit ad hæredes. Secus si id ignoraverit. *d.* l. *cùm in antiqvioribus.* Sed tunc hæredibus ejus, ad qvos jus deliberandi non est transmissum, ex clausula generali succurretur. cùm aliud remedium eis non detur, *ut colligitur ex dictis per Corn. d. cons.* 87. Nec curandum est de dictis Alex. *cons.* 62. *viso processu causæ. lib.* 2. qvia ibi per-
8 functoriè loqvitur. Sanè * licet hæreditas non adita non transmittatur ad hæredes. *d.* §. *in novissimo. &* l. *si ex pluribus. ff. de suis & legit.* Tamen si testator velit transmitti hæreditatem non aditam, remedium est, qvòd hoc dicat, qvia qvod non est transmissibile ex voluntate testatoris, *ut per Bald. in* l. 1. *col.* 2. *C. de his qvæ ante aper. ta. junctis nota. per eum in cap. Cumana. de elect.*

I. D. DURANTIS CAUT. V. TIT. II.

§. Qvo remedio provideatur, ne hæres censeatur hæreditatem adivisse per actus, qvi solent aditionem hæreditatis ostendere.

SUMMARIA.

1. *Hæreditas ex qvibus videatur adita.*

Aditio hæreditatis ex qvatuor actibus demonstratur. ibid.

2. *Hæres qvomodo debeat protestari, ne intelligatur adire*

adire per aliqvem actum futurum.

3. Protestationis verba hæredis debent concipi in tempus futurum.

OMnia,* qvæ circa jus & nomen hæredis fieri neqveunt, gesta ab eo, qvi hæreditatem adire poterat, faciunt, ut adita videatur hæreditas, l. *pro harede. §. Papinianus. ff. de acqviren. hare, ut ibi per Docto.* & sunt qvatuor, qvæ aditionem hæreditatis probant, videlicet actus acqvisitus, actus translativus, actus possessivus, & declaratio facta verbo, *ut per Bald. cons. 224. Super. eo. lib. 2.* Qvare intelligitur hæres hæreditatem adire, si utatur frumento, vino, aliisqve bonis hæreditariis, vel si qvid ex bonis defuncti eroget, vel si hæreditariis creditoribus debitum solvat, aut à debitoribus solutionem recipiat, *ut per Bart. in* l. *gerit. ff. de acqvir. har. & Alex. in* l. 1. *C. de jur. delib.* Sed * ne hæres ex hujusmodi gestis hæreditatem adire videatur, & ne æri alieno obligetur, si hæreditas solvendo non sit, remedium est, qvòd ab initio testetur, se nihil gesturum animo adeundi hæreditatem. *d.* l. *pro harede. & ibi Bart. & Jas.* l. *& si qvis. §. plerisq; ff. de relig. & sump. fun.* l. *qvi in aliena. §. fi. ff. de acq. har. & ibi doc. & Pau. de Cast & Alex. in* l. *ita tamen. §. si pater. in fi. ff. ad Treb. & protestatio debet pracedere, ut per Ludo. Ro. cons. 247.* Primo dici potest. in fin. * Et ne per actus ex intervallo factos videatur à protestatione recessum, remedium est, qvòd verba protestationis concipiantur verbis significantibus tempus futurum, ut si ita dicatur. N. protestatus est, qvòd si contigerit ipsum ullo unqvam tempore in futurum facere aliqvem actum, qvo posset videri hæreditatem adivisse, pro hoc nunqvam intendet adire hæreditatem, *ut tenet Bart. & Alex. in d.* l. *qvi aliena. §. fin. per* l. *si ita stipulatus. 1. ff. de fidejus. faciunt not. per Doct. in* l. *non solum. §. morte. ff. de no. oper. cum congestis per Fel. in c. cum M. Ferrari. col. secund. de consti.*

(margin: 1 — line "OMnia"; 2 — line "Sed * ne"; 3 — line "Et ne per actus")

I. D. Durantis Caut. XV. Tit. II.

§. Qvibus remediis tutus sit filius, ne possidendo bona paterna hæreditati se immiscuisse videatur.

Summaria.

1. Hæreditas intelligitur adita per habitationem domus defuncti.

Filius sit cautus, ne videatur se hæreditati immiscuisse, si perseveraverit habitare in domo paterna. ib.

2. Hæreditatis aditio non valet ignorata causa, ex qva qvis possit hæres esse.

Ignorantia testamenti qvando præsumatur in hærede suo. ibid.

Scire non dicitur, qvi rei qvalitates ignorat. ibid.

3. Filius sine periculo immixtionis potest retinere bona paterna sibi obligata pro restitutione maternæ dotis.

4. Inventarium prodest hæredi, etiamsi non fuerit factum aditionis tempore.

1 SI filius * post mortem patris paternam domum habitet, hæreditati se immiscuisse censetur. l. 1. *C. de repud. hæred. cum ibi no. per Doct. & per Dec. cons. 491. in casu proposito.* Sed ut filius sine periculo præsumtæ immixtionis pro bonis maternis, vel pecuniis sibi debitis bona paterna detinere possit, remedium est, qvòd mortuo patre illico protestetur, se non animo immiscendi hæreditati paternæ: sed pro satisfactione sibi facienda ex bonis paternis, se bona hæreditaria detenturum esse. l. *sed & si qvis. §. pleriqve. ff. de relig. & sumpt. fune.* Etsi hæreditas indubitanter solvendo non sit, ab hæreditate abstinere, & confecto repudiationis seu abstensionis instrumento bona hæreditaria vacantia occupare poterit filius. Cautius tamen faciet, si id autoritate judicis exeqvatur cum descriptione rerum hæreditariarum, ne in controversiam deduci contingat, an aliqva ex bonis hæreditariis ipse subtraxerit, vel qvod in fraudem abstinuerit ab hæreditate paterna, si post repudiationem sine justa causa bona hæreditariā possideret. Tunc enim perinde teneretur hæreditaria debita solvere, ac si hæreditati se immiscuisset, *ut colligitur ex scriptis per Pau. de Cast. in* l. *servum. §. fi. ff. de acq. hær. & per Alex. & alios Doct. in* l. 2. *C. de repud. hære. & per Alex. cons. 185. causa & lise. col. 1. lib. 6.*
2 Et * notandum est, qvòd filius bona paterna detinens, non intelligitur se immiscuisse ex testamento, nisi illi notum fuerit patris testamentum. Qvare filius, qvi à creditoribus paternis in jus vocetur, poterit se tueri,

tueri, dicens se ab inteſtato immiſcuiſſe, & immixtionem non valuiſſe: qvia pater deceſſit facto teſtamento, cujus notitia nunc primum ad ipſum pervenit, & propterea nunc ejus animi eſſe, ut neqve ex teſtamento, neqve ab inteſtato hæres eſſe velit. Nec enim valet immixtio, nec aditio hæreditatis, ſi ignoretur, ex qva cauſa ſuccedi poſſit. l. *ſi is qvi.* & l. *in repudianda. ff. de acq. hæred. cum ibi not. per Doctor.* Et præſumitur ſuus hæres non habuiſſe notitiam teſtamenti. l. *ejus qvi. ff. ſi cert. pet. ubi Bart.* & *in* l. *cum hæres. ff. de libe. lega.* & *in* l. *qvi Romæ.* §. *duo fratres. ff. de verborum obligat. ubi latius per Alex.* poteſtqve filius, ſi ignoravit teſtamentum patris, jurejurando affirmare, ſe ignoraſſe tenorem teſtamenti, & ſtandum erit juramento ejus. Nam ea, qvæ animi ſunt, jurejurando probantur. *gl. in* §. *aliæ. Inſtit. de actio.* & *gloſ. in* l. *ſi cui.* §. *hiſdem. ff. de accuſ. Bart. in* l. *Celſus. col. 2. ff. de uſucap. cap. paſtoralis. de except. gloſ. in cap. præſentium. de teſt.* & *in cap. ſi verò. 2. de ſentent. excom. cum aliis allegatis per Felin. in cap. ſignificaſti. 1. de homi.* Etſi non poſſit filius jurare, qvòd ignoraverit patrem feciſſe teſtamentum, ſatis eſt, qvòd juret ſe ignoraſſe qvalitates, conditiones, & modos teſtamenti: nam non dicitur factum ſcire, qvi facti qvalitates ignorat. *gloſ. in cap. qvanto. in ver. notorium. de tranſact. Epiſcopo.* nec nocet qvaliſqvalis notitia. *gl. in cle. cauſam. in ver. plena. de elect.* & *melius probatur per gloſ. in c. concertationi. in ver. ſciverit. de app. lib. 6.* & *ibi per Gem.* & *fac. ſcripta per Jaſ. conſ. 159. Super facto. col. 4. part. 1.* Et ita puto intelligendam eſſe doctrinam doctorum tenentium, qvòd filius, qvi cohabitabat cum patre, præſumatur ignorare patris teſtamentum, ut hoc ſit verum reſpectu qvalitatum teſtamenti. Nam abſurdum eſſet credere filios ignoraſſe ſimpliciter teſtatum patrem eſſe, niſi fortè teſtamentum factum eſſet in occulto. l. *ſemper.* §. *hoc interdictum.* §. *qvod vi aut clam.* cum omnes domeſtici ſcire præſumantur teſtamentũ, qvod domi palam factũ eſt. l. *conſenſu.* §. *ſervis. C. de repu. juncta gl. in* l. *ſi tut. C. de peri. tuto. c. 1. de poſthum. præla. cum aliis allegatis per Barb. conſ. 5. Prima dubitatio. col. 2. lib. 4.* Licet ſola ratio conſangvinitatis non ſufficiat ad inducendum præſumtionem ſcientiæ teſtamenti. l. *qvoniam.* & *ibi Doct. C. de jur. deli.* Et videtur prædictũ remediũ generale eſſe in

 omni-

omnibus, qvi ab inteſtato ſuccedunt, ut licet gerendo pro hærede confiteri videantur ſe hæredes eſſe, tamen non eſt conſeqvens, ut magis ex teſtamento, qvàm ab inteſtato hæredes eſſe voluiſſe intelligantur, ſi dicant ſe non habuiſſe notitiam teſtamenti, ſeu qvalitatum ejus. *arg. d. l. qvoniam ſororem. cum ibi no. per Doct.* Et ante apertum teſtamentum præſumitur ignorantia, *d. l. cum hæres.* Et hodie qvilibet hæres adire poteſt non apertis tabulis teſtamenti. *§. in noviſſimo. C. de cad. tol.* & in extraneis tantum hæredib. id eſt non ſuccedentib. jure ſangvinis, videtur procedere præſumptio, qvòd ſciverint ſe ſcriptos hæredes, poſtqvam adiverint, cum aliter hæredes eſſe & adire non poſſent, *l. ſed & ſi de ſua. ff. de acq. hær.* Filii verò ſeu legitimi hæredes ſcripti, cùm poſſint etiam ab inteſtato ſuccedere, nulla neceſſaria conſeqventia videntur ex teſtamento hæredes eſſe voluiſſe, cum liceat omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidere, licet ſuccurratur his, qvi aliqvid percepturi fuerant ex judicio teſtatoris, *l. 1. ff. ſi qvis omiſ. cau. teſt.* Verior tamen videtur opi. qvòd ei, cui notum erat teſtamentum factum, eſſe imputetur negligentia non inveſtigandi qvalitates teſtamenti, *arg. c. innotuit. de elect. ut per Barb. in d.*
3 *conſ. 5. col. 2. & per Alex. conſ. 4. videtur. col* 8. l. 2. Si * tamen filius habeat obligata bona paterna ex cauſa reſtitutionis dotis maternæ, tutus erit, ſi dicat jure hypothecę bona ſibi obligata tenuiſſe, *ut per Doct. in d. l. 1. C. de repud. hær.* Et hoc præſumetur: qvia id erat ſibi utilius. Nam qvisqve præſumitur actum facere velle eo modo, qvi ipſi utilior eſt, *l. 1. ff. de ſol. l. 3. & ibi Bart. ff. de mil. teſt. & per Alex.*
4 *conſ. 172. In cauſa & lite. col. 3.* l. 6. Qvòd * ſi filius vel extraneus hæres non facta proteſtatione aliqva ſe immiſcuerit, vel pro hærede geſſerit, ſit cautus, ut intra triginta dies inventarium inchoet, & adverſus creditores tutus erit. *d. l. fi. §. ſin verò. C. de jur. delib. Paul. de Caſt. conſ. 210. Paſſus de qvo qværitur.*

T. FERRATUS CAUTELA XXXVII.

§. Ad inſtruendum filium, qvibus verbis debeat uti, qvando vult renunciare hæreditati paternæ, & acceptare emphyteoſim, vel feudum acqviſitum pro ſe, & filiis ſuis.

SUMMARIA.

1. *Feudorum & rerum emphyteoticarum acqviſitiones,*

nes, à communiter accidentibus, altero de qvatuor modis accipiuntur.
2. Dictio: hæredibus, qvomodo exponatur.
3. Qvittationem generalem si frater fratri fecerit de omni eo & toto, qvod in hæreditate paterna petere posset, an propter hoc prohibebitur petere partem suam feudorum & rerum emphyteoticarum.

A communiter * accidentibus, acqvisitiones feudorum, & rerum emphyteoticarum, concipiuntur altero de qvatuor modis, aut dicitur, accipio talem rem in emphyteosim, vel in feudum pro me, & filiis meis, aut pro me, & meis hæredibus, aut, pro me, & filiis meis hæredibus, aut, pro me, & filiis meis, & hæredibus. primo, & secundo casu communis conclusio Scribentium est, qvòd filii possint renunciare hæreditati paternæ, & acceptare ipsam emphyteosim, vel feudum, ut de primo casu habetur per Bar. *in* l. *jurisjurandi.* §. *si liberi. in* 1. *col. Vers. qværo qvid si filius non renunciavit. ff. de ope. lib. per Bar. Ang. & alios, in* l. *si tibi* 10. §. *si pactus. ff. de pac. per Bar. & alios, in* l. *si non sortem.* §. *libertus. in ult. col. ff. de cond. ind. per Bart. Ang. Imol. & Mod. in* l. *Gallus.* §. *qvidam rectè. ff. de libe. & posth. per Bar. Imo. & plenè per Alex. in* l. *qvod dicitur. de verborum obligat. per Bal. in cap.* 1. *an agna. vel filii. in* 2. *col. vers. sed qvid si filius vivente patre,* ubi extendit istud habere locum, etiamsi renunciatio prædicta esset facta cum juramento. De secundo casu, qvando est dictum: Accipio in emphyteosim pro me, & hæredibus meis, * qvòd illud verbum hæredibus exponatur, id est filiis, & sic sit casus similis præce. de hoc est glo. *in* l. *ex facto.* §. *fi. ff. ad Treb.* & ibi in specie no. Paul. de Cast. dicens, qvòd alibi istud non invenies, & qvòd ista est una cogitatio, qvæ tunc sibi in mentem venit, & qvòd videtur sibi verissima. *qvem approbando seqvitur* Jas. *in d. l. si non sortem.* §. *libertus. circa fin. ff. de cond. indeb. & in d. l. Gallus.* §. *qvidam rectè. in pen. col. ff. de lib. & posthu.* nunqvid autem emphyteosis, de qva facta est mentio per Doct. in locis præalleg. intelligatur de emphyteosi ecclesiastica, an verò de emphyteosi concessà à privato, remitto me ad ea, qvæ latè scribit Alex. *in d.* l. *qvod dicitur. de verbor. obligat.* De tertio autem, & qvarto casu, communis 1 2

opinio est, qvòd reqviratur utrunq;, scilicet, qvòd sint filii, & hæredes, alias si essent filii, & nollent, vel non possent esse hæredes, vel econtrà, non possent acceptare emphyteosim, seu fundum acqvisitum pro se & filiis hæredibus, vel pro se, filiis, & hæredib. & ab hæreditate paterna se abstinere, *prout notatur in locis præallegatis, cum aliis concordan. traditis.* Jas. *in d. §. libertus. in penult. col. Versi. secus autem, qvi si copulativè esset stipulatus.* Tu autem, vis renũciare hæreditati paternæ, ne tenearis ad debita patris, & acceptare emphyteosim, seu fundum acqvisitum ab ipso patre, pro se, & filiis suis, si vis, qvòd talis renunciatio operetur intentionem tuam, qvòd, ea non obstante, valeas acceptare empyteosim, vel fundum acqvisitum, ut suprà, sis cautus, qvòd in renunciatione non dicas: Renuncio bonis patris mei, seu paternis, sed dicas, renuncio hæreditati paternæ. ita signanter dixit Specul. *in titu. de loca. §. nunc aliqva Vers.* 158. qvem refert & seqvitur Jason. *in dict. §. libertus in penultim. col. Vers. ego limito singulariter. & in d. §. qvidam rectè. in ult. colum. Vers. limita tamen.* ubi dicit, qvòd ista est sua limitatio, & qvod sæpè habuit de facto, *in auth. unde si parens. in 2. colu. Vers. limita prædicta multum signanter. C. de inoffic. testam.* ubi dicit, qvòd istud est bene tenendum cordi, & qvòd non reperit ab alio ponderatum, *& in prælud. feud. in 17. col. Versi. limita tamen singulariter hanc decisionem.* ubi dicit, istud esse multum notandum ad hoc, ut instruaris ad formandas istas generales renunciationes fratrum, & ratio istius pulchræ decisionis est: qvia appellatione bonorum continetur emphyteosis, *secundũ Speculat. in loco præallegato, allegantem textũ in* l. *rem in bonis. ff. de acq. rerũ domi. & in* l. *bonorum. ff. de Verborum significatio.* secus est in appellatione hæreditatis: qvia tunc non venit emphyteosis, secundum prædictos, unde dixit not. Bart. *in* l. *item Videndum. §. fina. ff. de petit.*
3 *hæredit.* Dyn. consuluisse: * qvod si frater fecit qvittationem generalem fratri de omni eo, & toto, qvod petere posset in hæreditate paterna, qvòd propter hoc non prohibebitur petere partem suam feudorum, & rerum emphyteoticarum. qvam decis. ibi seqvuntur Bal. & Angel. & Bal. *in* l 1. *in* 1. *qvæst. ff. de rerum divis. & in auth. si qvas ruinas. in 3. col. de sacrosanct. eccles.* & latè Alber. de Rosa. *in*

in l. *tres fratres. ff. de pac.* ubi recitat totum illud consilium Dyn. & de qva etiam meminit Alex. *in consi. 19. incipiente, super eo, de qvo qværitur, in* 1. *col. in qvinto volum.* de cujus tamen veritate habetur per Bal. *in* l. *cum virum. circa fin. C. de fideicom. & per Doct. maximè per Alex. in* l. *si patroni. ff. ad Treb. & per* Jas. *in præluд. feud. in* 16. *col. versi. an autem feudum peti possit.* & ista non sunt oblivioni tradenda: qvia qvàm plures faciliter errarent, hoc non perpendentes, & aliàs hic Paduæ ista q. fuit ventilata, in qva intervenerunt famosiores Doctores totius Gymnasii, & tandem propter auctoritatem Spec. & Jas. fuit judicatum contra qvendam, qvi non obstante renunciatione facta de bonis paternis, per verbum Bonis, volebat vendicare certam emphyteosim acqvisitam à patre suo pro se, & filiis suis.

I. D. DURANTIS CAUTELA X. TIT. II.

§. Qvo remedio uti debeat filius, volens, retentis bonis emphyteoticis, abstinere à successione paterna.

SUMMARIA.

1. Emphyteotica retinere potest filius repudiata patris hæreditate.

2. Filius, nisi fuerit hæres, non admittitur ad stipulationem factam filiis, & hæredibus.

3. Renuncians hæreditati, & bonis paternis, intelligitur etiam cedere bonis emphyteoticis.

POtest * filius repudiare patris hæreditatem retentis 1 emphyteoticis bonis, cum pater sibi & filiis emphyteosim stipulatus esset, *secundum Dyn. qvem refert & seqvitur Bart. in* l. *item videndum. §. fin. ff. de pet. hær.* §. Sit * tamen cautus filius, anteqvam emphyteosi se immisceat, 2 qvòd perlegat, ac etiam intelligat tenorem instrumentorum, qvæ super contractib. emphyteoticis facta sunt. Nam si stipulatꝰ sit pater sibi, filiis & hæredib. possidendo emphyteotica, videtur hæreditati immiscuisse filiꝰ, & ad æs alienũ hæreditarium solvendum obligatur. Nam stipulatione sic concepta, emphyteosim habere non potest, qvi non sit hæres, *ut per Bar. in* l. *ut juris jurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. Alex. in* l. *Gallus. §. etiamsi parente. ff. de lib. & posthum. cum aliis per eum allegatis consilio 19. Super eo. colum.* 1.

cons. 129. Perspectu. lib. 5. ubi testatur opinionem hanc esse * *Communem. & seqvitur* Jas. *in* l. *si post mortem. ff. de legat.* 1. *& cons. 57. in cau. col.* 1. *&* 2. *cum allegatis, ibi per eum, lib.* 1. Qvòd tamen limita, ut non procedat, qvando emphyteosim pater accepisset pro se, filiis & hæredibus masculis. Tunc enim etiam si non sint hæredes, admittuntur ad emphyteosim ejus liberi, *ut per Dec. cons. 239. Primo. col.*
3 2. Item * sit cautus, qvi renunciat hæreditati paternæ intendens emphyteutica retinere, ut renunciet hæreditati simpliciter, & non dicat, renuncio hæreditati, & bonis paternis. Nam renuncians bonis paternis, intelligitur renunciare etiam emphyteosi, *secundum Speculat. in titu. de loca.* §. *nunc aliqva. n.* 156. *&* Jas. *in authent. unde si parens. col.* 2. *C. de inoffic. testamen. argum.* l. *rem in bonis. ff. de acqvir. rerum. domi.*

B. CÆPOLLA CAUT. CCXXIX.

§. Pro illo, qvi adivit hæreditatem, qvomodo poterit illam repudiare, vel illi renunciare. *a*

SUMMARIA.

1. *Hæreditatem qvi adivit, ipsam repudiando, amittere non potest.*
2. *Hæreditatem paternam, vel maternam si filia adiverit, & postea cùm maritatur, ad instantiam fratris dicat, repudio hæreditatem paternam vel maternam, repudiatio nihil valet.*
3. *Propositum in proposito sicut operatur, ita oppositum in opposito.*
4. *Naturalius nihil est, qvàm eo vinculo unumqvodq; dissolvi, qvo ligatum est.* 3
5. *Verbum unum, qvod impropriè capiatur ad hoc, ut aliqvid operetur, nullum inconveniens est.*

1 QVi adivit * hæreditatem, non potest ipsam repudiando amittere, *ut* l. *sicut. C. rep. haredi.* qvæ est bona lex pro puellis, qvæ maritantur à fratribus, qvi faciunt eas repudiare hæreditatem paternam, vel maternam, in locis, in qvibus succedunt filiæ sicut masculi, sicut de jure communi, *ut* l. *maximum vitium. C. de lib. præ.* * Nam si filia hæ-

hæreditatem paternam, vel maternam adiverat, & postea cùm maritatur, ad instantiam fratris dicit: repudio hæreditatem paternam, vel maternam, nihil valet repudiatio, & ea non obstante potest partem suam avocare. §, Et ideo debet esse cautus frater, ut soror non dicat, repudio, sed dicat, renuncio, & dono tibi partem meam, qvam habeo, vel habere spero in hæreditate paterna vel materna, qvod perpetuò tene menti: qvia notarii non intelligentes, de facili possent errare in concipiendo verbo, *secundum Paul. de Cast. in d.* l. *sicut.* Sed adverte, qvod ista Cautela esset necessaria, si d. l. sicut. intelligeretur indistinctè, videlicet qvòd ille, qvi adivit hæreditatem, vel in ea se immiscuit, non posset ipsam repudiare, nec qvoad suum comodum, vel favorem, nec qvoad ipsius præjudicium, prout intellexit Jacob. de Are. & Cyn. ibi, qvi reprehendunt *glo. penult. ibi.* & *pro hoc facit textus in d.* l. *sicut.* ibi: nec qvòd confessos in jure pro judicatis haberi, qvia illa verba præsupponunt in damnum confitentis. Sed si teneremus, qvod illa l. sicut. intelligatur solùm, qvòd dicta repudiatio non valeret in favorem repudiantis, qvia conveniebatur ille, qvi adivit, à creditoribus hæreditariis, sed in ejus præjudicium sic, puta: qvia conveniebatur ab illo, qvi dicebat se esse hæredem, *prout intellexit gl.* & *Ang.* tunc non esset necessaria ista Cautela, & pro ista parte, qvòd repudiatio hæreditatis jam aditæ valeat in præjudicium repudiantis, videtur tenere gl. pen. & ult. *in d.* l. *sicut.* & facit ratio, qvam allegat, qvia dicta repudiatio habet vim cujusdam renunciationis. l. *post qvam litis. C. de pactis.* Item qvia ista procedunt à pari, non posse adire, postqvam repudiavit, & non posse repudiare, postqvam adivit, *ut d.* l. *sicut.* sed si primò repudiasset: deinde interrogatus ab uno, si est hæres, respondet, qvòd sic, habetur pro hærede, qvantum ad ipsum interrogantem, *ut est textus cum gl. fi. in* l. *fi. ff. de interrog. actio.* & *dixi suprà in Cautela.* ergo econtrà videtur dicendum, qvando prius adivit, & postea ad instantiam unius repudiavit, ut repudiatio sibi noceat, qvantũ ad illum, & non qvantum ad alios, *
2 qvia sicut operatur propositum in proposito, ita operatur oppositũ in opposito, *ut* l. *fi. in fi. ff. de leg. 3.* & l. *sed & si contra tabulas. ff. de vulg. & pup.* & *notat Bartol. in* l. *inter stipulantem.* §. *sacram. de verbor. obligat.* Item qvia licet repu-

b repudiatio non teneret, *b* tamen non licet sibi, vel hæredi suo venire contra factum suum. l. *per fundum. ff. de servi. rustico. præd. & l. post mortem. ff. de adopt.* Item qvia repudiando videtur hæreditatem habere pro derelicta. l. 1. & 2. *ff. pro derelicto.* & maximè, si nunqvam habuit possessionem bonorum hæreditatis: qvia tunc cessat l. *si qvis vi. §. diffe-*
4 *rentia. ff. de acq. poss.* ✱ Item qvia nihil tam naturale, qvàm eo vinculo unumqvodq; dissolvi, qvo ligatum est, *ut* l. *nihil tam naturale. ff. de reg. jur.* & sola & nuda voluntate aditur, & qværitur hæreditas. l. *pro hærede. in princ. ff. de acq. hæred.* igitur debet sola voluntate posse amitti, *per d.* l. *nihil tam naturale. & per not. in* l. 1. *C. de pactis.* Item hoc maximè procederet, qvando fuisset adita hæreditas per cohæredem, qvia facta repudiatione, fuit habita pro derelicta, & acqvisita cohæred. l. 1. §. *is ita. C. de cadu. tollen.* Item, qvia repudiando videtur fateri se nunqvam adivisse, vel si aliqvid fecit, propter qvod præsumatur adivisse, sed nunqvam habuisse in rei veritate animum adeundi, & sic, qvòd verè non adiverit, & ita contra confessionem suam ipse, vel hæres suus contravenire non potest. l. de ætate. §. 1. *de interrog. act.* & ita reperio consultum per Baldum *in cons. suo* 138. *qvod incipit, Joannes Symeonem, & Petrum filios suos in fine. 5. col. versic. circa tertiũ repetam illud.* Et istam opinionem puto veriorem, qvia licet qvis non possit hæreditatem aditam propriè loqvendo repudiare, *ut dict.* l. *sicut. C. de repud. hæred.* tamen in sui præjudicium potest, maximè in casu nostræ qvæstionis, in qvo verbum, repudiatio, nisi operaretur, nihil valeret, & ideo, ut potius valeat dicta repudiatio, qvàm pereat, expono verbum, repudiatio, pro re-
5 nunciatione. ✱ Nec est inconveniens, qvòd unum verbum capiatur impropriè ad hoc, ut aliqvid operetur, *ut capit. cùm dilectus. extra, de consvetud. & argu. gloss. notab. in* l. *& puto.* §. 1. *ff. famil. herciscund. cum ibi notatis.* & præsertim, cùm dicta verba repudiationis sint prolata à muliere, vel à minore, qvi communiter ignorant vim & potestatem vocabulorum: *& per hoc allego gloss. singularem in* l. *qvoties. C. famil. herciscund.* & dicit, qvòd omnes testatores nesciunt dicere, hæredem instituo, & ex prædictis concluditur, qvòd Cautela domini Paul. non est necessaria, tamen est utilis, ut evitentur opiniones. *c*

ADDI-

ADDITIO.

a Renunciare,) *Renunciatio successionis forma est, videlicet renuncio, & do fratribus partem meam hereditatis paternæ, non sit, renuncio partem meam.* Paul. de Cast. in l. sicut. C. de rep. hær. *Vide formam instrumenti dictarum renunciationum,* in Specul. de pactis. §. 2. in 1. col. ubi plenius.

b Repudiat.) *Repudians qvibus casibus teneatur.* Bald. in Rub. C. si qvis ali. test. prohi.

c *Caute est agendum, ut evitentur opiniones.*

R. FICHARDI CAUT. LIII.

§. Pro muliere, qvæ renunciat hæreditati paternæ.

REnunciationes super hæreditate paterna per mulieres, mediante juramento factas, de jure tam Civili, qvàm Canonico tenere, patet *ex c. qvamvis. & ibi communiter Dd. de pact. in 6.* Qvia tamen hoc limitatur in casu, qvando mulier primò jurasset, qvòd non vellet renunciare, & tamen postea renunciasset, etiam medio juramento, tunc enim tenendum est primum juramentum, & non valebit renunciatio, qvia illa renunciatio propter prius factum juramentum non amplius dependet ex mera facultate renunciantis, *ut Dd. post gloß. in verb. compellendos. in cap. licet mulieres. de jurejurand. in 6. communiter tenent, itē Imol. in cap. cùm contingat. col. 99. &* 101. *extra de jurejur. Bart. in* l. *si qvis pro eo. ff. de fidejuss. Alex. in* l. *stipulatio hoc modo. col. 4. ff. de verbor. obligation.* §. Ideo Cautelam docet Maran. *in disput.* 10. *n.* 53. *versic. ex hoc igitur.* ut mulier, qvæ metuit sibi de renunciatione, faciat protestationem, & juret se nunqvam spontè renunciaturam. etsi postea contingat eam renunciare, protestetur, se non spontè renunciare, & non tenebit renunciatio. *Concord. Jas. & Dd. in l. duobus. §. fi. ff. de jurejur. ubi discutitur veritas hujus dicti.*

I. D. DURANTIS CAUT. XIX. TIT. II.

§. Qvibus remediis contra pacta & cessiones juris sui læsis mulieribus succurratur.

SUMMARIA.

1. Fœmina, qvæ causa masculorum cessit hæreditati, qvando regressum habeat, deficientib. masculis.

2. Pacto potest jus successionis reservari.

Renuncians potest sibi reservare regressum, ibid.

2. Mu-

3. Mulier renuncians successioni, si prius clam fuerit protestata, se non sponte renunciaturam frustra renunciat, & num.6.

Protestatio clam facta qvando juvet protestantem. ibid.

4. Juramentum non firmat pactum, ubi est enormissima læsio.

Absolutio à juramento debet ante omnia peti per mulierem læsam in renunciatione. ibid.

Injuria non fit scienti & consentienti. ib.

5. Juramentum supplet defectum insinuationis.

Remittere est donare. ibid.

6. Juramentum posterius non tollit vim prioris juramenti.

1 SI mulier * parentis hæreditatem repudiaverit, nullum ad eam amplius habebit regressum, nisi in casibus. l. *fin. Cod. de rep. hæred.* Ideo deficiente qvoq; linea masculina, ad hæreditatem semel repudiatam redire non poterit. Sed ut masculis deficientibus mulier regressum habeat ad suam portionem hæreditatis, remedium est, qvòd in instrumento repudiationis seu cessionis scribatur, propter fratres, & contemplatione agnationis, repudiavit hæreditatem, & cessit ac donavit masculis jus suum. Nam vi hujusmodi verborum donatio & remissio intelligentur habere vires, donec res in eodem statu maneat, *l. qvod Servius. ff. de cond. ob cau.* & qvum defecerit linea masculina, mulieri dabitur regressus, *secundum Bal. & Pau. de Cast. in* l. *pactum. C. de colla. cũ aliis relatis per Alex. in* l. *stipulatio. col. 4. ff. de ver-*
2 *bor. obligat.* Posset * qvoq; mulier expressim sibi reservare regressum cedens eo pacto, ut qvandocunq; linea masculina defecerit, cessio intelligatur infecta, & salvum sit mulieri jus suum, deturq; ei regressus ad actiones, qvas fratribus remisit. Nam potest pacto jus successionis reservari. § *fi. Inst. de legi. agna. suc. ut per Gem. in c. qvamvis. de pact.* l. 6.
3 Et * qvoniam fœminæ propter sexus infirmitatem favore dignæ sunt. l. 2. *ff. ad Velleja.* l. *assiduis. C. qvi potio. in pign. hab.* bonum est remedia dare, qvibus illæ adversus captio-

ſas remiſſiones actionum ſuarum ſe tueri poſſint. Qvare ſi qvando contigerit minis & metu mulierem impelli ad jus ſuum remittendum, cauta ſit mulier, ut anteqvam cedat juri ſuo, clam proteſtetur honeſtis perſonis & notario, ſe non ſponte, ſed minis & metu compulſam, juri ſuo ceſſuram eſſe. Et qvandocunq; ipſam cedere contigerit, ſe non conſentire, neq; conſenſuram eſſe, ſed metu facturam eſſe, qvicqvid contra propria commoda faciat. Nam præmiſſa proteſtatione hujusmodi, ſeqvens remiſſio viribus carebit. *c. de eo qvod met. cauſa. Cautelā hanc docuit Dy. qvem refert. Bart. in* l. *qvi in aliena.* § *fin ff. de acq. hær.* Et licet ibi Bart. & Alex. reprehendant Dyn. qvia proteſtatio in actu pendente à voluntate duorum non adjuvat proteſtantem, niſi proteſtationi pars qvoq; altera conſentiat. *l. fin.* §. *ſi prædixerit ff. naut. caup. ſtabu.* attamen opin. Dy. vera eſt, qvando mulier proteſtatur clam, qvia palàm non audet proteſtari. l. 2. *Cod. de his qvi propter met. jud. non ap. ut per Pau. de Caſtr. in dict.* l. *qvi in aliena.* §. *ſi. faciunt not. per Bart. in* l. *de pupillo.* §. *ſi qvis ipſi prætori. ff. de novi ope. nun. cum aliis relatis per Soc. conſ. 263. Capio primum. col.* 4. Poſt * factam autem remiſſionem, ex qva mulier læſa ſit, ſi juravit, 4
remedium eſt, qvòd ante omnia petat abſolutionem à juramento, qvæ indulgenda eſt, ne juramentum ſit iniqvitatis vinculum. *c. & ſi Chriſtus. & c. qvanto. de jurejur. gloſſ. in auth. qvod eis. C. de nup. Doct. in c. cum contingat. de jureju. Pau. de Caſt. conſi. 175. Contra ſuperius.* 1. *par. cum allegatis per Alex. conſ.* 213. *Viſis.* l. 7. *& per Curt. conſi.* 44. *Super contingentia. circa ſi.* Nam ex enormi & evidenti læſione præſumitur dolus, etiamſi ceſſio facta eſſet patri. *l. ſi ſuperſtite. C. de dol. cum relatis per Soc. d. conſi. 263. col. 1. cum ſeq.* Sciendum tamen eſt, qvòd ſi in inſtrument. ſcriptum ſit, mulier ſciens hæreditatis æſtimationem ſponte & ex certa ſcientia ceſſit, &c. mulier contra pactum qvaſi decepta, venire non poterit. Nam ſcienti & conſentienti non fit injuria, neq; dolus. *l. cùm donationis. C. de transact. ita tenet Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. 3. per not. per Bart. in l. 2. C. de reſcind. vend.* maximè ſi juraſſet non contravenire ratione enormiſſimæ læſionis, *ſecundum D. Ant. in d. c. cum contingat. & Alex. in d. l. ſtipulatio.* Nam eo caſu etiam minori ſuccurrendum non eſt per relaxationem juramenti, pro-

prout communiter teneri dicit Curt. *d. consi. 4. col. pen.* Quæ sententia seqvenda non est, qvando non subessent verisimiles conjecturæ, qvod mulier sponte donare voluerit, secundum * communem opin. *ut patet ex dictis & relatis* 5 *per Deci. cons. 379 Reqvisitus. in fi.* Et * si precium hæreditatis, cui cessit mulier, excederet qvingentos aureos, cessio, qvatenus fit ultra qvingentos, revocabitur defectu insinuationis omissæ. *l. sancimus. C. de donat.* Nam remittere donare est. l. *si qvis delegaverit. ff. de nova. cum allegatis per Soc. consi* 189. *viso testamento. col.* 1. & secundum qvosdam defectus insinuationis non suppletur juramento. *arg. l. jus publicum. ff. de pact. &* l. *nemo. ff. de legat.* 1. *ita tenet Lud. Ro. cons. 12. viso facto. cum aliis, qvos videre poteris in subscriptione ad consi. Curt. 68. Circa hoc. post præcedens consilium Barba. ubi dic. opin. hanc * communiter approbari.* Verior tamen & communior opi. est, qvòd jurejurando suppleatur insinuationis defectus, *ut per Jas. cons.* 118. *Contra donationem.* 1. *par.* 2. *& consi.* 169. *Duo testamenta,* 2. *par. & Laur. Cal. consi.* 18. *Ad primum. in fin.* Verùm * ne juramento tollatur defectus & vitium insinuationis, remedium est, qvòd ante cessionem & remissionem sui juris mulier juret se non remissuram esse jus suum. Nam si postea metu compulsa juret non contravenire, dum remittit posterius contra prius juramentum, non operabitur actus firmitatem, *ut per gl. in c. licet de jurejur.* l. 6. *& ibi per Phil. Franc. & per Alex. in l. Mavia. § fin. ff. solut. mat.* Tutius tamen est, qvòd mulier promittat, cui magis libuerit bona sua non donare neq; juri suo cedere, etsi contingat secus à se factum iri, voluit tunc haberi pro donatis eidem præsenti & stipulanti omnia ea, qvæ alteri in futurum donasse comperta fuerint, & juret se ita servaturam. Sic enim procul dubio per seqventem donationem & remissionem etiam juramento firmatam prior actus juratus non revocabitur, & seqvens remissio, & donatio, defectu insinuationis vitiabitur, *ut per Alex. consi.* 16. *Ponderatis narratis. col.* 3. Constituatq; mulier se in dictum eventum nomine prioris donatarii possidere, ut donatarius prior possessionis jure sit potior. l. *qvoties. cum ibi latè traditis per Jas. col.* 4. *vers. qvinto principaliter. C. de rei vend. & per Deci. consi.* 598. *Visis his. & per gloss. & doct. in* l. *ab emptione. ff. de pact.*

I. D.

§. Qvibus remediis corroborentur renunciationes mulierum, & conventiones ex testamento dependentes.

Summaria.

1. *Fœminæ pariter & æqvaliter cum masculis succedunt de jure communi.*

Hæreditas semel adita repudiari non potest. ibid.

Sororis renunciatio fratri circa bona paterna qvomodo fiat. ibid. & nu. seq.

2. *Renunciatio eorum, qvæ ex testamento deferuntur, ignoratis verbis testamenti, non valet.*

3. *Juramentum an confirmet remissionem eorum, qvæ delata sunt ex testamento, ignoratis verbis testamenti.*

Ubi servatur jus * commune, masculi, & fœminæ pariter æqvaliterq; succedunt, *l. maximum vitium. C. de lib. præ.* Et si fœmina, postqvam pro hærede gessit seu hæreditati se immiscuit, eam repudiet in gratiam fratris, facto repudiationis instrumento, nihil agitur, qvoniam hæreditas semel agnita repudiari non potest, l. *sicut. C. de rep. hæ.* Sed profuturus fratri modus est, qvòd soror cedat, & donet ipsi fratri omne jus, qvod habet seu habere sperat in bonis paternis, *ut per Paul. de Castr. & alios Doct. in d. l. sicut Bald. consi. 403. Punctus talis est. lib. 1. & consi. 144. Statuto. lib. 2. Fulg. consi. 101. Testator. & Dec. consilio 14. Diligenter consideratis column. ult.* * Item notandum est, qvòd si soror fratri faciat generale pactum, ne petat aliqvid ex testamento, vel ab intestato de bonis paternis & maternis, non nocet pactio qvoad relicta in testamento: qvia lex pro forma reqvirit fieri expressam & specialem mentionem eorum, qvæ relicta sunt in testamento, ut pactum valeat, l. *de his. ff. de transf.* Nec sufficit in genere cogitatum esse, ubi lex specialiter qvid exprimi statuit. *arg. c. qvi ad agendum, de proc. lib. 6. cum relatis per Socin. consi. 283. Eleganter.* Nec sufficit notarium scribere, certior facta à me notario, &c. *c. qvoniam contra. de prob. ut per Fed. de Sen. cons. 199. Qværit.* * Sed ut pactum vires habeat, remedium est, qvòd in inst. inserãtur verba hæc, visis & inspectis seu auditis, interpretatis, & plenè cognitis verbis & tenore testa-

(margin: 1 at "Ubi servatur"; 2 at "Item notandum est"; 3 at "Sed ut pactum")

menti, *secundum Bart. Ang. in d.* l. *de his,* & *Angel. in* l. *tres fratres. ff. de pact.* & *Bald. cons.* 392. *Anno lib.* 1. *Barb. cons.* 48. *Illud. col. penult. lib.* 1. & *Fulg. cons.* 84. *Bonacursius.* Expedit qvoq; ad corroborandum pactum hujusmodi, instrumento inseri clausulam hanc, promisitq; non uti beneficio. l. de his. ff. de transac. aut exceptione doli, condictionis indebiti, & sine causa, aut qvocunq; alio legum & juris auxilio. Nam verba hæc omnem omnino actionem & exceptionem elidunt, *ut per Bart. in authent. matri* & *avia. C. qvand. mul. tut. of. fun. pos.* Subindeq; adhibeatur jusjurandum. nam licet simplici pacto tolli non possit. *dict.* l. *de his*: qvia est prohibitoria *per no. per gloss. in* l. 1. *C. ne fide. dot. dentur.* Attamen juramento vires assumit pactio. *c. cum contingat. de jur. secundum.* Jo. *And. in addit. ad Spec. in* §. *porro. in fin. Bald. in* l. *antiqva.* §. *fin. C. ad Velleja. cum relatis per Alex. in* l. *qvi Roma.* §. *duo fratres. circa* 5. *qvæst. Bart. ff. de verbor. oblig.* & *in cons.* 11. *viso ac ut oportet. lib.* 2. & *cons.* 113. *viso instrumento. lib.* 7. & *per Cor. cons.* 248. *Bona via. lib.* 4. Tutius tamen est, specialiter mentionem facere scientiæ & cognitionis relictorum in testamento ad evitandam dubitationem, propter opi. eorum, qvi putant etiam juramentum non prodesse *contra d.* l. *de his. qvos refert* & *seqvitur Soc. cons.* 214. *In causa Honofrii.*

I. D. DURANTIS CAUT. XIII. TIT. II.

§. Qvo remedio actiones hæredi competentes hæreditatis aditio non confundat.

SUMMARIUM.

1. Aditione hæreditatis confunditur actio hæredi competens.

Inventarium facit, ut actio non confundatur aditione hæreditatis. ibidem.

2 SI creditor * hæreditatem debitoris adeat, confunditur actio. l. *Stichum.* §. *aditio. ff. de solut.* §. Sed ut aditio non confundat actiones hæredi competentes, remedium est, qvòd hæres inventarium faciat. l. *fi.* §. *si vero* & *ip. e.* & *ibi Bar.* & *ceteri Doct. C. de jur. deli.* & *per Roma. cons.* 276. *visis dubiis.* ac deinde separationem bonorum impetret, & de bonis defuncti pro modo qvantitatis debitæ insolutum à judice sibi assignari faciat, *leg.* 1. & l. *fin.* & *ibi Bart. ff. de separata.*

parata. & per Paul. de Castr. Alex. & alios Doct. in l. *debitari. C. de pact. & Jas. cons. 28. Qværitur. col. 2. lib. 3.*

De Executoribus Testamentorum.

B. Cæpolla Caut. CXLII.

§. Pro emente ab executoribus testamenti.

Summarium.

1. Hæres ratificare cogitur rem à testamenti executore venditam.

TU, qvi emis ab executoribus testamenti rem hæreditariam, sis cautus, qvòd petas ab hærede venditionem tibi factam ratificare, * qvia hæres ad hoc cogitur, *secundum* 1
Bald. no. in Authent. si captivi. in ult. col. C. de episc. & cle.

I. D. Durantis Caut. VI. Tit. VII.

§. Qvo remedio possit providere testator, qvòd per exeqvutores tantum à se deputatos relicta solvantur, & sua voluntas præcisè servetur.

SUMMARIA.

1. Exeqvutor testamentarius per annum negligens, exeqvendi potestate privatur. (*lege datum.*

2. Testator potest prorogare tempus exeqvutoribus à

3. Substitutus exeqvutor potest à testatore dari primo exeqvutori in casu negligentiæ.

4. Pecunia legata ad aliqvod opus pium, an possit converti in alium usum.

Voluntas testatoris præcisè servanda est, & commutari non potest. ibidem.

SI exeqvutor * testamentarius per annum in exeqvendo 1
sit negligens, exeqvendi potestate privatur, l. *nulli. C. de Episc. & cle. c. 1. nos qvidem. c. tua nos. & c. si hæredes. de testa.* §. Sed si testator nolit per alios, qvàm per exeqvutores à se deputatos, suam dispositionem adimpleri, remedium est, * qvòd testator legale tempus datum ad exe- 2
qvendum suo arbitrio proroget. Potest namqve testator disponere, qvòd exeqvutori nullus terminus labatur. *Bald. in l. 1. col. ult. de leg. 1. & in l. nulli. C. de Episc. & cler. & cons. 01. Constitutio Patriarchal. li. 2. Anc. cons. 396. Ore tenus. 16. in d. c. nos qvidem. col. 2. & Bar. in c. Joan. in fi. de testa.*

Etsi testator mandet legata solvi, qvando exeqvutori placuerit, exeqvutori viventi non labetur terminus *argu. l. sed si ante. ff. ad Treb. cum aliis alleg. per Bal. cons. 297. Te-*
3 *stator. lib. 2.* §. Secundum remedium est, * qvòd exeqvutori testator alium substituat in exeqvutionis officio, l. *& haredib. ff. de leg. 2.* ut si prior exeqvutor intra annum, vel intra tempus ab ipso testatore præfixum, non exeqvutus fuerit, tunc substitutus exeqvatur, provisio testatoris cessare faciet provisionem legis, l. *si fundum. §. Stichum. ff. de leg. 1. & ibi gl. Bal. Imo. & Jas. Confirmantur prædicta ex allegatis per Barba. in d. c. nos qvidem. col. fi.* Non tamen posset testator exeqvutori ipsummet exeqvutorem substituere, *ut patet ex allegatis per Barb. in c. tua nobis. col. 8. de test.* nec dicat testator substituendo exeqvutorem exeqvutori, si primus fuerit negligens, sed substituat simpliciter supra concepta sunt verba, *ut per Barb. in d. c. tua nos. col. 8. faciunt not. per Bar. in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. leg.*
4 * Ubi dat Cautelam, qvòd testator provideat, qvid fieri debeat de pecuniis ad opera pia legatis, si intra terminum ab eo statutum voluntas sua impleta non fuerit. Sic in opus aliud contra voluntatem ipsius pecunia legata non poterit converti, *ut per Bar. in l. legatum. ff. de usufr. lega. & de hoc est tex. in l. si testamentum. C. de test.* & vide Barb. *in d. c. nos qvidem. col. 2.* ubi seqvitur opinio. hanc nisi ex magna causa Papa faceret commutationem ex potestate absoluta: juxta cle. qvia contingit. de relig. domi. de Episco. & legato de latere, non oportet dubitari, an habeat talem potestatem, cùm sit de reservatis Papæ, *ut per Barb. ibidem, & cons. 23. Et qvidem viso puncto. lib. 1.*

I. D. DURANTIS CAUT. VII. TIT. VII.

§. Qvo remedio possit facere testator, qvòd ejus voluntas exeqvutionem habeat nutu eorum, qvi exeqvutores esse non possunt.

SUMMARIA.

1. Frater ordinis minorum sancti Francisci testamentarius exeqvutor esse non potest, etiam de licentia sui superioris. *(qventi consulere.*

2. Exeqvutor qvi non potest esse, non prohibetur exe-

3. Religiosus ordinis minorum, licet exeqvutor esse non

pos-

possit, tamen habere potest ex testamento facultatem nominandi & eligendi.

Religiosus * ordinis minorum sancti Francisci, etiam de licentia superioris sui testamentarius exeqvutor esse non potest. *cle.exivi de Paradiso.§.cumqve.ff de verb.sig. ut per Soc. cons.17.Supra dicta.in fi.li.1.* Sed si testator velit suam dispositionem adimpleri, cura & opera alicujus religiosi dicti ordinis, remedium est, qvòd alius exeqvutor constituatur ea conditione, ut nihil sine consilio illius religiosi facere possit. Nam dare consilium exeqventibus ultimas defunctorum voluntates, Regulæ dicti ordinis non repugnat, d. clc. exivi. §. verum. Scire * tamen oportet, qvòd valerent facta ab exeqvutore, non habito consilio religiosi, qvi non poterat esse exeqvutor, l. *qvidam decedens. cũ ibi not.per Bart.ff.de administra.tuto.& in* l. 1. §. *si plures.ff.de exerc.actio. & Ale:cons.57.Perspectis.col.3.li.2.* §. Remedium tamen est, qvòd testator irritet gesta sine consilio religiosi, *ut per Soc.cons.2.Circa præsentem.* Cautius * autem remedium est, qvòd testator de religioso potestatem nominandi, & eligendi personas, & loca, qvibus sit dandum, qvòd testator dari voluit per exeqvutores. Nam qvi exeqvutor testamenti esse non potest, habere potest ex testamento facultatem nominandi & eligendi. l. *cùm pater §.hæreditatem.& ibi hoc tenet Bar.ff.de leg.2.Bal.in aut. ingressi.C.de sacrosanc.eccl.Salic. in* l. 1. *C.de hær.inst.Anc. cons.293.Circa primum.& Alex.d.cons.57.faciunt dicta per Pet.de Anch.cons.436. Primo igitur & Abb.cons.* 11. *Factum sic se habet. & cons.* 110. *in causa.lib.2.* Aliqvi tamen contrarium tenent, qvorum opinio de jure verior videtur, *ut patet ex allegatis per Barb. in cap. tua nobis.col.4. & 5. de test.* Sed Bartol. opinio videtur communior. De aliis religiosis, qvomodo exeqvutores constitui possint, *vide per Lud. Rom. cons. 469. Qvoad primum.*

1
2
3

I. D. DURANTIS CAUT. IIX.

§. Qvo remedio possit qvilibet exeqvutor sine alio exeqvi.

SUMMARIA.

1. Exeqvutor unus sine alio non poterit exeqvi, nisi altero mortuo.

2. Exeqvutor unus sine alio poterit exeqvi, qvando sunt in solidum constituti.

1 SI plures * fuerint exeqvutores testamento dati, alius sine alio non poterit exeqvi, nisi eorum aliqvis sit mortuus, aut in remotis degat, vel exeqvi nolit. *c. religiosus.* 2 *§. fin. de test.* l. 6. Sed * si testator velit alium sine alio exeqvi posse, remedium est, qvòd testator exeqvutorib. in solidum det licentiam exeqvendi, *arg. d. §. fin.* à contrario sensu. facit c. si duo. *de procu. lib. 6. §. disponat. in auth. de nup. c. ult. Voluntas.* 13. q. 2. & opin. hanc tenet Spec. *in titul. de inst. adi. §. nun c Verò aliqva. Ver. notandum qvoq;. & Soci. consi.* 11. *Circa præsentem, & Laur. Calc. consi.* 102. *Pro part.*

I. D. DURANTIS CAUT. IX.

§. Qvo remedio exeqvutor possit agere, & procuratorem constituere ante litem contestatam.

SUMMARIA.

1. Exeqvutor testamentarius regulariter agere non potest contra debitores testamentarios, neque contra hæredem.

2. Testator potest dare facultatem exeqvutori agenti contra debitores & contra hæredem, procuratoremq; faciendi.

Exeqvutor qvando possit agere & procuratorem constituere, ibidem.

1 EXeqvutor * testamentarius regulariter non potest agere contra debitores hæreditarios, l. *Lucius. §. Mævia. cum ibi no. ff. ad Treb.* & ubi agere potest, anteqvam litem contestetur, procuratorem facere non potest. *l. neq; C. de procu. Specul. in tit. de instr. adi. §. nunc verò aliqva. nu.* 24. & contra hæredem qvoq; agere non poterit, nisi sit exeqvutor ad pias causas, *ut per Bal. in l. id qvod pauperibus. q. 5. & 6. C. de Episc. & cler. & Alex. cons. 99. visio & consi-* 2 *derato. in fi.* l. 2. Sed * ut exeqvutor possit ad libitum etiam lite non contestata procuratorem facere & contra hæredem, & debitores agere, remedium est, qvòd testator det illi potestatem agendi, procuratoremq; constituendi, *per no. per gl. & Doct. in cle. religiosus. de proc. & per Zab. in cle. 1. q. 13. de testa.*

I. D.

§. Qvibus remediis exeqvutor possit vendere, vel possessionem capere propria authoritate, & seipsum prohibeatur eligere.

SUMMARIA.

1. Exeqvutor alienare bona non potest, nisi à testatore sit ei data potestas.

2. Exeqvutor debet hæredem prius reqvirere, si velit alienare bona propter facultatem sibi concessam.

3. Hæres ad impediendum potestatem exeqvutoris poterit offerre se paratum vendere & de pretio satisfacere.

Exeqvutor potest à testatore habere potestatem accipiendi, & alienandi bona authoritate propria. ibid.

4. Eligere seipsum poterit, si indigeat ille, cui data est facultas aliqvid distribuendi inter pauperes.

QVando * alius scriptus est hæres, non potest exeqvutor bona distrahere, ut satisfaciat creditoribus, & legatariis, 1 l. *a lio. ff. de alimen. lega.* nec sine decreto judicis poterit vendere immobilia hæredis minoris, l. 1. *ff. de reb. eo.* Sed ut possit, remedium est, * qvòd testator exeqvutori det alienandi potestatem liberam, *gl. in* l. *prædium. C. qvando decre. opus non est. Spec. in tit. de instr. edi.* §. *nunc verò aliqva. qvæst. 31. & Alex. cons. 62. visa facti.* l. 2. 2 Non tamen poterit exeqvutor per licentiam hanc sibi datam vendere, non reqvisito prius hærede: qvia hoc bonæ fidei non convenit. l. *prohibere.* §. *clam. ff. qvòd vi aut clam.* l. *creditor. C. de distra. pign.* & à potestate alteri data, dolus intelligitur semper exclusus. l. *creditor.* §. *Lucius. ff. mand. ut per Bart. in dict.* l. *a lio. col. 5. & per Alex. d. cons. 62.* §. Ideo cautus hæres ad impediendam potestatem exeqvutoris * poterit protestari, & offerre se paratum vendere, & de pretio satisfacere, 3 *ut ibi per Bart.* vel si certæ rei velit venditionem hæres impedire, remedium est, qvòd dicat, & indicet aliam rem esse, qvam vendi magis expediat, *arg. l. magis puto.* §. *ne passim. ff. de reb. eo.* Etsi vili pretio exeqvutor sit paratus aliqvid vendere, potest hæres sibi consulere indicando alium esse, qvi rem justo pretio empturus sit, & protestando,

 qvòd

qvòd debeat facere licitationem, *argum.* l. *si sine.* §. 1. *de mino.* Ex his apparet, qvòd hærede invito & ad satisfaciendum parato, exeqvutor bona alienare non potest. Et ideo non est seqvenda opinio Baldi *cons.* 380. *Super eo. libro qvarto* dum dixit ad alienationem faciendam ab exeqvutore non esse necessarium vocari hæredem. Et prædicta procedunt, nisi amplior potestas exeqvutori à testatore tributa sit, *ut per Bart. in d.* l. *alio. col. fi.* Potest etiam testator exeqvutori dare potestatem accipiendi bona hæreditatis propria autoritate, l. *Titia cum testamento.* §. *Lucius, ff. de legat. 2. cum aliis allegatis per Soc. cons.* 11. *Circa præsentem. lib.* 1.
4 Et * ex dictis ibi per eum habes, qvòd exeqvutor constitutus à testatore ad distribuendum bona inter pauperes, poterit eligere seipsum, si indigeat. *arg.* l. *præses. C. de ser. & aqva.* & Esaiæ c. 58. Carnem tuam ne despexeris. Sed si testator velit aliorum, & non exeqvutorum commodis cedere, qvæ inter pauperes distribuenda relinqvit, sit cautus, ut prohibeat exeqvutores, ne in propriam utilitatem qvicqvam vertant ex bonis inter pauperes distribuendis, vel id moderetur arbitrio suo. Nam servandum erit, qvod ipse decreverit. §. *disponat in auth. de nup. c. cum Martha. de celeb. miss. ut per Soc. in d. cons.* 11.

B. CAEPOLLA CAUTELA CCIX.

§. Qvomodo negligente executore testamentario, etiam post annum testamenti executio ad episcopum non spectat.

SUMMARIA.

1. *Executor ad pias causas, si intra annum legata non exeqvatur, potestas exeqvendi regulariter ad episcopum devolvitur.*
2. *Testatoris provisio, si hæres fuerit, legis provisionem facit.*
3. *Episcopi relicta in testamentis ad pias causas adimplere debent, etiamsi per testatorem hoc interdictum fuerit.*
4. *Jus accrescendi in hæreditate simpliciter prohiberi non potest, sed substituti dationem.*
5. *Executor si sibiipsi substitutus fuerit, scilicet qvòd executor esse desierit: qvid juris.*

Qvia

QVia legimus nunc. 1. die 11. 1466. l. si fundum sub conditione. §. Stichum. de leg. 1. in qvo Bald. & Doct. ponunt unam singularem Cautelam, ideo hic eam ponere constitui, * si executor ad pias causas non exeqvitur legata intra annum, regulariter potestas exeqvendi devolvitur ad episcopum, *ut* l. *nulli. C. de episcop. & cleri. & c. non qvidem. & c. hæredes, extra, de testamentis.* §. Sed Cautela est: ut episcopus nunqvam possit se intromittere de legatis tuis, seu relictis ad pias causas, etiam post annum, si volueris: qvia fortè non confidis de Episcopo. Nam debes in testamento tuo, vel codicillis ita dicere: Relinqvo talem: puta Titium executorem meum, & volo, qvòd exeqvatur intra annum omnia legata mea, qvòd si non fecerit: tunc volo, qvòd Sejus faciat prædictam executionem, etsi Sejus non faciat prædictam executionem intra alium annum, volo, qvòd eam faciat Sempronius, & sic potest alios plures substituere de anno in annum. Nam si tuus primus executor non adimpleverit intra annum voluntatem defuncti, non devolvetur jus exeqvendi ad episcopum: sed ad Sejum, secundum executorem, & sic de aliis subrogatis dicendum est, *probatur in d. §. Stichum.* Et ratio: qvare subrogatus per testatorem præfertur episcopo, est: * qvia provisio testatoris si sit hæres, facit provisionem legis, l. *fin. C. de pactis conventis. & no. in* l. *2. C. de jure emphyt.* Ita singulariter dixit Bald. *in d. §. Stichum.* qvi dicit, qvòd ista est via, per qvam testatores possunt sibi providere de executoribus successivè, ita, qvòd nunqvam executio veniat ad episcopum. *& Doct. ibi seqvuntur eum: & idem tenet etiam Bald. in* l. 1. *& in* l. *item & ad lit. ff. de procu. in apostill. & in* l. 1 *in princ. vers. no. secundò per istum tex. C. de cad. tollen.* Nec obstat auth. licet testator. *C. de episcop. & cleri.* & in corpore, unde sumitur, & in c. tua nos, extra, de testamentis, in qvibus dicitur, * qvòd episcopi debeut adimplere relicta in testamentis ad pias causas, etiamsi per testatorem sit eis hoc interdictum: qvia illa jura loqvuntur, qvando testator simpliciter prohibeat, non providendo de alio executore; secus si providit de executore, ut dixi, *& hac tenent Oldra. Bald. Raph. & Doct. in dicta auth. licet testator. & probatur in d. §. Stichum. pro hoc facit* l. *si qvis ita hares instituatur, excepto fundo. ff. hared. inst. conjuncta l. 2. §. si*

1 2 3

4 *duo.ff.de bon.poss.secundum tab.* ubi habetur, * qvòd jus accrescendi in hæreditate simpliciter non potest prohiberi, sed per dationem substitui, sic : ut ibi. Nec obstat l. nemo potest.ff. de leg. 1. qvia loqvitur in his, qvæ concernunt solennitatem actus, qvam testator potest tollere in testamento, *ut dicit gl.in d.l.nemo pot.* sed ea, qvæ sunt introducta in favorem testatoris, potest tollere, *ut l.2.& l.pen. C. ut*
5 *in poss.leg.* * Sed circa prædicta dubitatur, qvid si substitutus est executor sibi ipsi, videlicet, qvum executor esse desierit, eundem sibi ipsi substituo. Ista qvæstio formatur per Bald. *in* l.1.*ante finem prin.C.de cadu.tollen.* & refert, qvod qvidam sapientes dicebant, qvòd istud erat factum in fraudem constitutionis episcopalis, & ideo non valebit ista Cautela, *ut dict.auth.licet testator.* & bene secundum eum; qvia negligens abiit ab officio, & ideo non debet in eodem officio reponi, *ut C. de procu. l. reum. arg.* tamen contra. ff. qvibus modis ususfructus amit.l. sicut in annos. Sed dic, secundum Bal. qvòd ibi testator disponit de rebus suis, qvod potest, hic de jurisdictione episcopi, qvæ est de jure publico, qvod non potest. *ff.de pactis. l. jus publicum.* & hoc modo respondet etiam ad l. qvòd si nolit. §. si qvis ita. ff. de ædil.edic. qvæ omnia tene menti.

I. D. DURANTIS CAUT. I. TIT. VII.

§. Qvo remedio agnati in tutela matri præferantur, & qvo remedio debitor, vel creditor pupilli ejus tutelam possit assumere.

SUMMARIA.

1. *Mater in tutela filiorum præfertur omnibus agnatis. Mater præfertur in tutela fratribus, cum qvibus pariter succedit.ibid.*
2. *Tutor testamentarius præfertur matri.*
3. *Debitor vel crediter pupilli non potest esse tutor. limita ut ibidem.*

2 MAter * omnibus cognatis in filiorum tutela præfertur. *auth.matri & avia.C.qvando mul.offic. tute.fun.pot.* qvod procedit, etiamsi statuto propter agnatos à successione filiorũ mater excludatur. qvia in matre nõ habet locum regula, qvòd ad eundẽ tutela & hæreditas deferatur, *de qva in auth.sicut hæreditas.C. de legit. tuto.* Nam regula hæc fallit

fallit in matre, qvæ ordine successionis non servato admittur ad tutelam. Nam mater præfertur in tutela fratribus, cum qvibus pariter succedit, *ut per Salicet. in d. auth. matri & avia. & per Corn. consi.* 101. *Licet videatur. lib.* 3. §. Sed * si testator uxorem ineptam videat, & velit illam non posse assumere filiorum tutelam, remedium est, qvòd ipse in testamento de alio tutore provideat, qvia tutorem dando, matrem à tutela potest testator excludere, cum matri tutores testamentarii præferantur. §. *ex his. in auth. de hæred. ab intest. ven. & per Doct. in d. auth. matri & avia. Bal. consi.* 308. *Testator in testamento*, l. 2. & *Cor. in præallegato consi.* 101. & *Curt. consi.* 47. *Super controversia. in princ.* Item * notandum est, qvòd debitor, vel creditor pupilli non potest esse tutor. *auth. minoris. C. qvi dar. tut. vel cura.* Sed si testator velit debitorem, aut creditorem posse tutelam gerere, remedium est, qvòd ipse in testamento dicat se scire eum, qvem dat tutorem, debitorem, vel creditorem, & idoneum tutorem esse. Nam fide tutoris, à testatore scienter approbata, tam debitor, qvàm creditor tutor esse poterit, *arg.* §. 1. *Instit. de sat. tut. ut per Barto. in d. auth. minoris. & consi.* 148. *Qvæstio ista.* 2 3

I. D. Durantis Caut. II.

§. Qvo remedio tutor possit liberari à necessitate rationis reddendæ.

Summaria.

1. *Tutor cogitur reddere rationem suæ administrationis, limita ut ibidem.*
2. *Rationis reddendæ necessitas à testatore emissa qvid operetur.*
   Dolus futurus remitti non potest. & in num. seq.
3. *Legatum liberationis ab administratione tutelæ qvid operatur.*
4. *Conditio impleri non potest in persona hæredis.*

Administrationis * suæ rationem tutor reddere cogitur, tàm eorum, qvæ fecit, cum facere nõ deberet, qvàm eorum, qvæ non fecit, cum cum facere oporteret. *l. 1. ff. de tute. & ratio. distra.* Sed si testator velit tutorem non teneri ad rationes reddendas, remedium est, qvòd vetet à tuto-

tutore rationes exigi. *l. qvidam decedens. ff. de administra. tut.* Sed nihilominus de his, qvæ dolo commisit, rationem reddere tenebitur, *ut ibi per Doct. & per Curt. consi. 29. In*
2 *regno. in fine.* §. Sed * si testator velit ita liberare tutorem, ut nullo modo ad reddendas rationes astringatur, remedium est, secundum qvosdam, ut tutori legetur omne id, in qvo tutelæ occasione illum condemnari contigerit, *per l. si cujus rationes. ff. de liber. lega.* verius est, qvòd remedium hoc non defendat tutorem ab his, qvæ dolo fecerit, qvia dolus futurus remitti non potest. l. *si unus. §. illud. ff. de pact.* Et qvòd hoc remedium non prosit, qvantum ad gesta per dolum, & restitutionem reliqvorum, *ut patet ex dictis per Salic. in* l. *cum necessitatem. C. de fideicom. & Alex. consi. 62. Serenissimus.* l. 4. *& consi. 164. Præsupponi.* l. 5. *& Curt. consi. 67. Sapienter. versic. capio. secundum qvod est consilium Barbat. & Dec. consi. 349. Consuluit. in fi. cum allegatis per eos, & per Socin. consi. 73. Difficultatem. col.*
* *5. & 7.* l. 3. & est * communis opi. ut dicit Barb. *consi. 68. Clementissimi. col. 3. libr. 2. & Deci. consi. 178. In causa.* Proderit tamen prædictum remedium tutori, ne possit ex culpa conveniri, vel ex dolo præsumpto, *ut per Dec. d. consi.*
3 *278.* Sed * posset testator (ut qvidam putant) per indirectum liberare tutorem à dolo futuro, ut si mandet hæredi, qvod tutorem liberet ab omni eo, in qvo apparuerit tutorem ex administratione tutelæ obligatum esse. Tunc enim videtur etiam dolus remissus, ac etiam remissa intelligitur necessitas restituendi reliqva, *ut per Bart. in* l. *Aurel. §. Cajus. col. 3. versi. qværo qvando sit liberatio in ult. volum. ff. de lib. leg. & in hac opin. est Angel. & Dyn. qvos refert Barb. consi. 4. Illud. in medium.* l. 4. Tu tene contrarium, qvòd nec directè, nec indirectè possit remitti dolus futurus in ultima voluntat. secundum Bart. *in d. §. Cajus. col. ultim. vers. qvod si relinqvitur liberatio.* ubi declarat, ea, qvæ suprà dixerat, procedere, qvando relinqvitur liberatio ab administratione præterita. & hoc seqvitur, & multis rationibus comprobat Barb. *in d. consi.* 4. ubi dicit tale legatum solum operari, qvòd tutor non teneatur reddere scrupulosam rationem administrationis tutelæ, *& comprobatur etiam hoc ex dictis per* Jas. *consi. 14. Nobilis. libr. 3.* Et notandum est, * qvòd legatum factum tutori de omni
4 eo,

eo, in qvo ipsum ratione tutelæ condemnari contingeret, non proderit hæredi tutoris, qvi mortuo tutore condemnatus fuerit ad reddendam rationem, qvoniam conditio impleri non potest in persona hæredis, l. *qvi Roma. §. Augerius. & ibi Doctor. ff. de verb. oblig.* Qvare latius accipienda sunt verba, ut dicatur, in qvo ipsum tutorem vel hæredem ejus condemnari contingat. Sic enim conceptis verbis etiam hæres legati commodum sentiet, *& faciunt scripta per Fulg. consi.* 103. *Notabilis vir.*

I. D. Durantis Caut. IV. Tit. VII.

§. Qvo remedio mater moriens possit providere, ne bona materna impuberis tutor legitimus vel testamentarius administret.

Summaria.

1. *Tutor dari non potest habenti tutorem.*
   Pupillo habenti tutorem ex patris testamento, non potest alius dari tutor etiam ex matris provisione volentis eum bona sua gubernare. ibid.
2. *Mater moriens qvomodo possit providere, ne tutor testamentarius, vel legitimus administret bona, quæ ipsa relinqvit pupillo.*
3. *Qvartam Trebellianicam non deducit ille, qvi scriptus est hæres gratia fideicommissaria.*
4. *Pater qvomodo providere potest, ut post pubertatem filii bona sua non dilapidentur.*

Pupillo * habenti tutorem ex testamento patris non poterit alius tutor dari, etiam ex provisione & nominatione matris volentis tutorem testamentarium bona materna gubernare non posse. Qvoniam habenti tutorem, tutor dari non potest. §. *interdum, Inst. de curato.* §. Sed remedium est, * qvòd mater, qvem velit tutorem dare, hæredem instituat, & roget, ut filio ipsius testatricis, cùm is ad pubertatem venerit, hæreditatem plenè restituat. Ita enim scriptus hæres erit nudo nomine, & administrabit, qvamdiu filius erit impubes, & facto puberi hæreditatem restituet. Hoc remedium servatum fuit à propinqva Pollidii, *ut est casus singularis in l. in fideicommissi. §. cùm Pollidius. ff. de*

(Margin numbers: 1 beside "Pupillo * habenti…", 2 beside "dium est, * qvòd mater…")

3 *de usur.* & in dicto casu hæres * institutus restituet hæreditatem cum fructibus perceptis, & qvartam Trebellianicam non deducet, *ut per gl. in l. in fideicommissaria. §. fi. in ver. in fideicommissum cadit. ff. ad Trebell. qvā seqvitur & existimat singularem Imol. in l. cum filio. col. ultim. ff. de legat. 1. & opinionem gl. seqvuntur etiam Alex. & alii relati ab eo in d. §. fin.* & ex dictis ibi per eum apparet, qvoties qvis institutus est hæres ad utilitatem alterius, & rogatus restituere hæreditatem ei, cui testator providere voluit, non posse Trebell. detrahi, & dicit ibi Alex. hoc esse bene notandum. Mater autem utens hac cautela, exprimat se ita testamentum facere, ut melius filio consulatur hærede scripto administrante bona, dum filius sit impubes, & testatrix mandet interim pupillo alimenta præstari ex fructibus hæreditatis. Et cum undiq; talis provisio sit profutura filio, non rumpetur testamentum præteritione pupilli, l. *multi, cum ibi traditis per DD. ff. de lib. & posth.* Simile *
4 qvoqve remedium adhiberi potest à parentibus, ut post pubertatem filii bona non dilapidentur, sed ab aliqvo idoneo administrentur, l. *Lucius. §. Mavia. ff. ad Trebell.*

I. D. DURANTIS CAUT. V.

§. Qvo remedio tollatur qvæstio, ubi pupilla educari debeat.

SUMMARIUM.

1. Pupilla ubi, & in qvo loco sit educanda.

Judex non potest à voluntate testatoris recedere, nisi ex causa. ibidem.

1 INter tutorem, * & conjunctos pupillæ divitis sæpe controversia nascitur de loco, ubi pupilla educari debeat, & totum hoc judicis arbitrio committitur, l. 1. *ff. ubi pupill. edu. deb.* l. *B. eo. & ibi DD. & pulchrè per Bald. cons. 487. Ser. Franc. lib. 5.* §. Ad tollendam hujusmodi qvæstionem, remedium est, qvòd ipse testator in suo testamento decernat, ubi, & apud qvos pupilla debeat educari. Nam voluntas testatoris servanda est, & ab ea non recedit judex, nisi ex causa *d.* l. 1. *ff. ubi pup. edu. de. ut per Socin. cons. 131. Circa primum. Et de materia hac vide per Jason. cons. 99. Magnifici. lib. 2. & cons. 59. Statuto. col. penul. lib. 3. & cons. 132. in 2. parte.*

TESTA-

TESTAMENTA QVEMADMODUM APERIANTUR, Inspiciantur et Describantur. Tit. IV.

I. De Arnono Caut. LXXXVII.

§. Pro petente à notario, oſtendi ſibi in Protocollis inſtrumentum teſtamenti ſine mercede.

NOTARIUS fuit rogatus de inſtrumento teſtamenti, ego vado ad notarium, & peto, qvòd oſtendat mihi in Protocollis illud inſtrumentum teſtamenti, ut videam, ſi in eo aliqvid continetur, qvod ad me pertineat, & notarius dicat; Ego nolo tibi oſtendere, ſed bene dabo tibi copiam, ſi ſolvas mercedem, & ego dico, nolo copiam, nec facere impenſam: qvia forte nihil intereſt mea. Qvid juris de iſto caſu? iſtum caſum in ſpecie ponit ſolus Pau. de Caſt. *in* l. 1. *qvemadmodum teſta. aper.* & ibi dicit, qvòd non poſſum cogere notarium, ut mihi oſtendat, ſed bene poſſum eum citari facere coram judice, & iſta eſt Cautela, & judex faciet ſibi portari Protocollum. Etſi videbit in illo teſtamento contineri aliqvid, qvidem ad me ſpectet, illius particulæ faciet mihi dari copiam. Et dicit, qvòd ita conſvetudo obſervat. *& ſeqvitur ibi do. Alex. & do. Jaſ. refert & ſeqvitur in* l. *fi. C. de prec. imp. off. no. hanc Cautelam, qvia qvotidiana eſt.*

B. Cæpolla Caut. CCXIIX.

§. Inſtruens advocatum rei, cùm producitur teſtamentum, habens clauſulam codicillarem

Summarium.

1. *In teſtamento alia ſolennitas reqviritur, & alia in codicillis, vel in alia ultima voluntate.*

CAutus advocatus, ſeu procurator rei, dum producitur teſtamentum, vel agitur vigore teſtamenti, in qvo eſt clauſula codicillaris, *juxta not. in Auth. ex cauſa. C. de libe. præt.* debet ante litis conteſtationem petere, an actor teſtamento, qvod producit, velit uti, an uti codicillis, vel alia ultima voluntate. nam cogitur eligere, & facta electione, non poterit variare, *ut* l. *fi. in princ. C. de cod. &* l. *qvod hæred.* §. *eligere. ff. de trib. & c. ad falſariorum. ext. de crim. fal. prope princip.* & erit utile. * qvia alia ſolennitas reqviritur in teſtamento, *ut* l. *hac conſultiſſima. C. de teſtam.* & alia reqviritur in codicillis, vel in alia ultim. voluntate, *ut d.* l. *fi. C. de cod. & ita tenet Specul. in titu. de inſt.* 1

inst. edi. §. compendiosa. vers. & not. qvod cùm ultima voluntas. & ita aliàs observavi.

SI QVIS OMISSA CAUSA TESTAMENTI, AB INTESTATO VEL ALIO MODO POSSIDEAT HÆREDITATEM. TIT. IV.

I. D. DURANTIS CAUT. XXVI. TIT. V.

§. Qvo remedio fideicommissum vires habeat etiam hæreditate non adita.

SUMMARIA.

1. Fideicommissaria substitutio evanescit, si hæres scriptus moriatur, hæreditate non adita, limita ut ib.

2. Fideicommissum ab hæredibus ab intestato repetitum censetur virtute clausulæ codicillaris.

Aditio hæreditatis ex testamento non necessaria, ubi est clausula codicillaris, ibid.

Fideicommissa qvando debentur hæreditate non adita, ibid.

3. Fideicommissa & legata omnia videntur repetita ab his, qvi sunt ab intestato successuri, licet ex testamento non adeatur hæreditas, si testatoris juramento confirmetur testamentum.

4. Donatio causa mortis non reqvirit hæreditatis aditionem.

5. Fideicommissa debentur etiam hæreditate non adita per ab intestato successuros, si sic fuerit à testatore dispositum.

6. Fideicommissario consulitur contra hæredes hæredis minoris, qvi decesserit hæreditate non adita.

1 FIdeicommissaria * substitutio evanescit, si hæres scriptus moriatur, hæreditate non adita, *l. ille. §. si de testamento. ff. ad Treb. ubi DD. & Alex. consi. 1. col. 4.* l. 1. §. Sed ne hoc modo fideicommissum reddatur inutile, remedium est, qvòd fiat substitutio compendiosa, veluti si dicatur, qvandocunq; hæres decesserit, Lucium substituo. Nam hærede scripto non adeunte, vulgaris erit substitutio, & ex ea substitutus hæreditatem obtinebit, *per no. per DD. in l. centurio.*

turio. ff. de vulgar. & pup. & in l. precib. C. de impu. & aliis subst. & in c. Raynut. &c. Raynaldus. de test.a. Bald. cons. 408. factum tale est lib. 2. Alexan. cons. 12. visis. colum. 2. libr. 3. Dec. cons. 228. in casu proposito. Calca. cons. 106. tradita sunt. §. Secundum remedium est, *qvòd adjiciatur clausula codicillaris, per qvam fideicommissum ab hæredibus ab intestato repetitum censetur, l. *ex testam. C. de fideicom. Bart. in* l. 1. *ff. de jure codi. & in auth. ex causa, C. de lib. prate,* ita dicit Soc. *cons. 218. consideratis. col. 4. cum allegatis per Alex. cons. 4 attentis narratis. col.* 2. l. 7. Intelligitur tamen facta repetitio sub eisdem conditionib9, ideo si testator ita substituerit, si hæres decesserit sine filiis, & hæres script9 cum filiis decedat ante aditam hæreditatem, vi hujus clausulæ hæreditatem fideicommissari9 non habebit. *secundum Soc. in praallegato cons. 218. col.* 5. Et est notandum, qvòd idem operatur clausula illa, videlicet, voluit valere jure cujuslibet ultimæ voluntatis: nam ultima voluntas in genere reperitur, *gl. & DD. in* l. *licet inter privatos. C. de pac. & per Barb. in Rub. de test. fol. 17. vers 3. lim.* 2
§. Tertium remedium est, * qvod testator juramento confirmet testamentum, tunc enim videntur fideicommissa & legata omnia repetita ab his, qvi successuri sunt ab intestato, & vires habent, licet ex testamento non adeatur hæreditas, *ut per Barb. in Rubr. de testa. fo.* 18. *ver. octavo limita arg. l. cum pater. §. filius matrem ff. de legat.* 2. §. Qvartum remedium est, * qvòd adjiciatur clausula, voluit etiam valere jure donationis causa mortis solenni modo, ut sæpè docuimus. Nam donatio causa mortis non reqvirit aditionem hæreditatis, l. 1. *ff. qvi sin. manu. ad lib. peru. cum aliis allegatis. per Barb. in Rub. de test. fol. 18. ver. 20. limit.* 3
4
§. Qvintum remedium est, * qvòd testator disponat, fideicommissa deberi etiam hæreditate non adita ex testamento per eos, qvi succedent ab intestato, *per no. per Bar. in* l. *pactum inter heredes ff. de pact.* & sic concepta clausula, non obstabunt dicta per Ang. *in* l. *eam qvam. C. de fideicom. & per Barb. in Rubric. de testa. col. penult.* Illud etiam notandum est, * qvòd si hæres script9 esset minor, qvi non adita hæreditate decesserit, fideicommissarius posset cogere minoris hæredes ad petendum restitutionem in integrum adversus hæreditatis aditionem non factam, & illa obten- 5
6

ta, hæredes minoris hæreditatem adibunt, & fideicommissario restituent, & qvòd sit concedenda restitutio, *probatur in* l. *qvi duos. & ibi per Bart. ff. de reb. dub. facit ad id* l. *Pantonius ff. de acq. hære. no. per Bart. & Doctor. in* l. *si infanti. C. de jur. delib.* & remedium hoc eo casu competere scribit Alexand. *in dict.* §. *si de testamento.*

I. D. DURANTIS CAUTELA XLV.

§. Qvo remedio legata nominatim ab aliqvo, eo non succedente, ab aliis hæredibus debeantur.

SUMMARIA.

1. *Repetitio legatorum ab instituto, qvando censeatur facta à substituto, vel conjuncto.*
2. *Legata ab instituto qvando repetitia censeantur substituto. ibidem.*

1 RElicta * nominatim ab instituto non censentur repetita à substituto, vel conjuncto. l. *si plures. de leg.* 3. l. *Celsus.* §. *penult. ff. de leg.* 2. *Fulgo. cons* 92. *Antonius.* Et speaicale est in legato ad pias causas, ut relictum ab aliqvo ex hæredibus nominatim debeatur etiam à substituto, vel conjuncto, *ut patet ex dictis per Bart. in* l. *libertis.* §. *fin. ff. de alimen. leg. & Decium cons.* 182. *in casu. col.* 2. *& per Bart. & Alex. in* l. 1. §. *id qvod ex substitutione. ff. ad legem Falcidic.* §. Sed si * testator velit relicta etiam à substituto, vel conjuncto persolvi, remedium est, qvòd in testamento testator adjiciat repetitionem legatorum, mandans omnia relicta præstari tam ab institutis, qvàm substitutis, & conjunctis. Nam repetitionem legatorum potest facere testator, & voluntas ejus servatur, etiamsi appareat ex conjecturis tantum. l. *licet. ubi Doct. ff. de leg.* 1.

DE S. C. SILANIANO, ET CLAUDIANO, QVORUM TESTAMENTA NE APERIANTUR. TIT. V.

Qvo Senatus Consulto punitur hæres, si adeat hæreditatem ante qvæstionem de familia habitam.

SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIBUERIT, VEL COEGERIT. TIT. VI.

I. D. DURANTIS CAUT. XII. TIT. II.

§. Qvo remedio possessor hæredem indignum ab hæreditatis petitione possit excludere.

SUM-

SUMMARIA.

1. Indignus hæreditate non potest exceptione repelli à possessore.

2. Indignus ut removeatur ab hæreditate, debet cessio juris à fisco impetrari.

IS, qvi * possidet hæreditatem, si contra agentem petitione hæreditatis vel familiæ ercisc. judicio excipiat, qvòd est indignus hæreditate, ut puta, si defunctum testari prohibuerit, l. *2. C. si qvis al. testar. prob. cum nota. per Bart. in l. fin. ff. eod. tit. & per Soc. cons. 105. viso processu. lib. 3.* vel qvòd defuncti uxorem vel liberos occiderit, vel tacitam fidem de restituenda hæreditate incapaci accommodaverit, ut sæpe accidit in his, qvi instituuntur hæredes ab habentibus filios spurios, *ut per Bald. in l. si qvis presbyter. C. de episc. & cler. & per Barb. in c. cum in officiis. col. ult. de test.* exceptione non juvabitur, *glo. in l. his conseqventer. §. 1. ff. fam. ercisc. l. loci. §. competit. ff. si ser. ven. & ops. hæc* * *communiter approbatur, ut per Corn. cons. 150. Circa præsentem: in fin. lib. 2.* §. Sed * pro eo, qvi possidet, ut possessionem retinere & adversus indignum se tueri possit, remedium est, qvòd ipse impetret jus à fisco, & valebit cessio, qvamvis modico precio possessori facta fuerit, l. *per diversas. cum ibi traditis per Bart. C. manda.* Expeditqve impetranti obtinere cessionem sub forma motus proprii. l. 1. *C. de pet. bonor. sublat. cum ibi not. per Doctor.* Et qvando clerico successisset hæres laicus indignus, vel clericus laico hæres esset, impetranda est cessio à fisco ecclesiæ vel imperii, habita consideratione personæ proximæ, *ut per Barb. in d. c. cum in officiis. in fin.* 1 * 2

I. D. DURANTIS CAPUT. XLI.

§. Qvo remedio hæres non privetur hæreditate, qvamvis monitus legata non solverit.

SUMMARIA.

1. Hæres bis monitus, si legata non solverit, hæreditate privatur.

2. Executor datus in testamento an excuset hæredem legata non solventem.

3. Pœna legis evanescit per pœnam impositã à testatore.

HÆres * bis à judice monitus, si per annum in legato- 1

 rum

rum solutione cessaverit, ab hæreditate cadit. *authent.hoc amplius. C.de fideicom.cum ibi notatis per gloss.& Doct.& Bald.cons.346.qvando qvis. lib. 4.& per Paulum de Castro cons.166.in facto isto.* §.Sed pro hærede, ne propter moram in solvendis legatis hæreditate privetur, remedium est, *se-*
2 *cundum Bart.in authen.hoc amplius.* * qvòd in testamento detur executor, *per* l. *mulcta.ff.de cond.& demonst.& in eadem opinione fuit etiam consulendo idem Bart. cons. 137.statuto communis Gualdi.* Qvod est verum, qvando hæres sine executore non possit solvere, aliàs secus, *secundum Bald.&* Jasonem *in d.authen.hoc amplius.arg.*l. *si ut*
3 *certo.§.penult.commo.* §.Tutius remedium est,* qvod hæres pœnam aliqvam levem sibi curet imponi per testatorem, si solvere legata cessaverit, qvia per pœnam impositam à testatore pœna legis evanescit l. *si fundum sub conditione.§.Stichum.& ibi not.ff.de legat.*1.§.1.*ff.de pœn.legat.*l.1. §.*item si ita.ff.ad legem Falcid.*ubi probatur in ultimis voluntatib9 fieri novationem per appositionem pœnæ, *ut per Alex. in* l. *ita stipulatus. col.penult.ff. de verbor. obligat.* Melius tamen remedium est, qvòd testator ipse ad solvenda legata, ad implendam voluntatem ipsius, tempus prolixius præfigat hæredi. argum l. *diem. ff.de leg.* 2.

DE JURE CODICILLORUM. TITUL. VII.

B. CÆPOLLA CAUT. LXXXVII.

§. Qvòd tutius sit relinqvere alicui in Codicillis, qvam in testamento.

SUMMARIA.

1. Hæres in Codicillis institui non potest.

2. Codicilli primo testamento facti non tolluntur per alios Codicillos, qvi postea fierent, neq; per aliud testamentum seqvens, nisi expreßè dicatur.

SI aliqvis velit tibi relinqvere certam partem bonorum suorum, qvid est melius, & utilius, an qvòd relinqvat per Codicillos, vel per testamentum? Et prima facie videtur, qvòd sit melius, qvòd relinqvat per testamentum: qvia illud fit cum majori solennitate, qvàm Codicillus, *ut probatur in* l. *hac consultissima. C. de test.juncta.*l.*fin.C.de codicillis.* Sed tú dicas; qvòd tutius est relinqvere per Codicil-

cillos, qvàm per testamentum: nisi fortè qvis vellet instituere hæredem, * qvòd in Codicillis fieri non potest. l. 1
hæreditatem. C. de codicill. Et est ratio; qvia testamentum per aliud testamentum semper rumperetur: *ut in* l. *sancimus. C. de test. & in* l. *si qvis. in prin. testamenti. de leg. 3.* * 2
Sed codicilli primo facti non tolluntur per alios codicillos, qvi fierent postea, neqve per aliud testamentum seqvens, nisi expresse dicatur, *ut est text. Instit. de codicill. §. non tantùm. Et not. Spec. in tit. de instr. edi. §. compendiosè. in versi. sed id consideres.* & qvòd tutius sit relinqvere per codicillos ratione prædicta tenet *Spec. in d. tit. de instr. edi. §. viso. de impugnatione. ver. & no. qvod tutius est*, & ideo sis cautus, ut consulas, qvod potius relinqvatur per codicillos, qvam per testamentum.

B. Cæpolla Caut. CLXV.

§. Qvòd sit tutius, qvòd relictum fiat in codicillis, qvàm in testamento.

Summarium.

1. Hæres in codicillis fieri non potest.

Melius est, qvòd relictum certæ partis bonorum fiat in codicillis, qvàm in testamento, nisi fortè qvis vellet instituere hæredem, * qvod fieri non potest in cod. l. *hæreditatem. C. de cod.* Ratio est, qvia testamentum per aliud 1
seqvens rumpi posset, sed codicilli primò facti non rumpuntur per alios, *a* nec etiam per aliud testamentum, nisi a
expresse hoc dicat. *text. est Instit. de cod. §. non tantùm. & Spec. in tit. de instru. edi. §. compendiosè. versic. si ad consultandum.* & qvòd hoc ratione prædicta sit tutius, tenet Spec. *in tit. de instru. edi. §. viso de impugnatione. ver. & not. qvòd tutius est.*

Additio.

a Per alios.) *Codicillus primus non rumpitur per secundum, ac etiam per testamentum* l. 1. & ibi Bart. C. de codi. in Spec. de inst. edi. §. viso. de impugnatione. ver. & no. qvòd tutius. & in §. compendiosè. vers. si ad consultandum. Inst. de cod. §. non tantùm. vide l. ante. & ibi Bart. ff. eod. tit. Bald. in add. Spec. de instr. edi. ver. codicillus. nisi sint contrarii. volum. 3. C. de cod.

D. Durantis Caut. X. Tit. II.

§. Qvo remedio ex codicillis, vel pacto possit esse successio.

SUMMARIA.

1. Hæreditas codicillis neq; dari neq; adimi poteſt.
Subſtitutio directa non poteſt fieri in codicillis. ibid.
Verbis directis non utendum in codicillis. ibid.
2. Pacto hæreditas dari non poteſt.
Juramentum non confirmat pactum de ſuccedendo. ibid.
Pactum de futura ſucceſſione valet. ibid.
3. Donatio non inſinuata firmatur juramento.
Juramentum ſupplet defectum inſinuationis. ibid.
4. Bona poſſunt dari aliter, qvàm in teſtamento.
In donatione ex cauſa mortis ſufficiunt qvinq; teſtes. ibid.
Donatio cauſa mortis facta coram duobus teſtibus, & presbytero parochiali, valet, vel coram qvatuor teſtibus. ibid.
De jure Canonico. ibid.
Donatio ex cauſa mortis poteſt revocari pœnitentia donatoris. ibid.
Donatio cauſa mortis an vitietur pacto de non revocando, ibid.

1 HÆreditas * codicillis neq; dari, neq; adimi poteſt. l. *qvod per manus. ff. de jure cod.* §. *codicillis. Inſt. eo. tit.* nec ſubſtitutio directa fieri poteſt in codicillis. l. *ſi idem. C. eod.* Cautela eſt igitur, qvòd in codicillis abſtineamus à verbis directis, utamur precariis, & obliqvis, qvalia ſunt rogo, volo, mando, fideicommitto. *Inſt. de ſing. rebus per fideicomm. rel.* §. *fin.* Et certi juris eſt, hæreditatem in codicillis dari poſſe per verba obliqva. l. *hæreditatem. C. de cod.* valebit tamen diſpoſitio, ut fideicommiſſum, etiamſi teſtator uſus ſit verbis directis, *ut ſentit gloſ. in* l. *verbis civilibus. ff. de vulgar. & pupill.* Tutius tamen eſt, qvòd codicillis inſeratur clauſula, hæc videlicet, & voluit hanc ſuam voluntatem valere jure codicillorum, & omni alio jure ultimæ voluntatis, qvo melius, & efficacius valere poterit. nam virtute hujus clauſulæ inſtitutio, & directa ſubſtitutio

tutio in fideicommissum non dubiè convertuntur, *ut per Bart. in* l. 1. *ff. de jure codi.* & *per Docto. in* l. *eam qvam. C. de fideicom.* & *Corn. consi.* 44. *videtur. col.* 3. l. 3. & *consi.* 306. *oportunum. eod. lib. facit no. per Alex. consi.* 113. *post redditum.* l. 3. * Pacto qvoq; non potest dari hæreditas, qvia hæreditas solo testamento per hominem datur. l. *hæreditas. C. de pact. conven.* l. *pactum.* & *ibi Doct. C. de pact.* ubi inter cetera dicunt decipi eos, qvi filias divitum in uxores accipiunt cum pacto, qvod ultra dotem post mortem parentum ipsæ mulieres habeant etiam hæreditatem. nec enim valet hoc pactum, nec firmatur juramento, etiamsi fieret pactum de qvota hæreditatis, *ut per glo. in* l. *si qvando.* §. *illud. in ver. gravari. C. de inoffi. testa. cum alleg. per Jas. in d. l. pactum.* & *per Dd. in l. fin. C. de pact.* & *in* l. *pactum. C. de coll.* §. Sed ut pactum sit efficax, remedium est, qvod pactum fiat de succedendo in certis bonis singulariter expressis, vel sub nomine qvotæ bonorum, non autem sub nomine qvotæ hæreditatis. l. *si qvis argentum.* §. *sed* & *si qvis. C. de do. glo. in d. l. fin. vers. accommodaverit. qvam ibi* * *communiter seqvuntur Doct. de pact. Bart. consi.* 32. *ex facto proponitur. Oldra. consi.* 129. *ad habenda. cum aliis alleg. per Deci. consi.* 215. & *in d.* l. *pactum. in fin. C. de pact.* Et fugienda sunt verba universalia, veluti omnia bona præsentia, & futura, *ut per Socin. consi.* 136. *visum fuit. col. fin. lib.* 3. & *per Deci. in d.* l. *fin. col.* 6. Vitetur etiam simplex verbum successionis, *ut per Alex. consi.* 28. *ponderatis.* l. 3. §. Et ne irritetur actus ob omissam insinuationem, qvatenus concessio excederet qvingentos aureos, l. *sancimus. C. de do.* remedium est, qvòd pactum de succedendo in rebus certis confirmetur juramento, nam juramentum supplet defectum insinuationis. *arg. auth. sacramenta pube. C. si adver. vend. c. cùm contingat. de jurejur. ut per* Jo. *Andr. in Spec. in instr. edit. cap. porrò. ver. sed qvid si renuncians juravit. cùm aliis allegatis per Soc. consi.* 70. *in præsenti.* & *consi. seqven. l.* 1. & *Alex. consi.* 20. *ponderatis.* & *consi.* 21. *attentis his. col.* 3. *l.* 3. Et est * communis opinio, ut dicit Deci. *consi.* 239. *primò.* & *Jas. consi.* 118. *contra donationem, parte prima*, ubi dicit, temerarium esse ab opinione hac recedere, & idem affirmat consi. 169. duo testamenta, parte secunda. & opinioni huic adhæreo. Qvæstionis tamen evitandæ gratia cau-

Ii 4 tius

tius est, qvòd fiat insinuatio, qvia multi contrariam opinionem seqvuntur, *ut per Soc.cons.80.primum autem. col. 5. lib.1.* & dicit eam opinionem comuniter approbari Barb. *cons. 66. sapienter.in fin.inter cons.Cur.& cons.52.viso libro 4.& Calcan.cons.18.ad primum. in fin.*

4 * Possunt qvoqve aliter, qvàm per testamentum dari bona, videlicet, per donationem causa mortis coram qvinq; testibus. l. *fin.C.de don. cau.mort.* & de Jure Cano. sufficiunt duo testes cum presbytero parochiali, vel qvatuor sine illo. *argu. cap. cùm esses. de testamen.ut per Socin.cons.130. visa contingentia. col. 2. lib.1.* & reqviritur præsentia donatarii, & pactum, *ut per Bald. in l.2. ff. de pact.cum aliis suprà sæpius alleg.* Est tamen revocabilis ista donatio pœnitentia donatoris. l. *non omnis. ff. si certum petatur. ubi Docto.* Sed ut donatio sit irrevocabilis, remedium est, qvòd fiat cum pacto, qvòd nullo casu detur repetitio, & sit omninò irrevocabilis, & effectum habeat donatio post mortem donatoris, aliqva revocatione non obstante. l. *si alienam. §. Marcellus. &* l. *ubi ita donavi. & ibi Bart. ff. de donat. caus. mort. cum alleg. per Socin.cons. 54. in præsenti consultatione. col.2. & cons. 137. multum eleganter. lib. 1.* §. Et ad tollendum dubitationem, an voluerit donator esse omninò donationem causa mortis, & conseqventer, an pactum non revocandi donationem vitietur. *argum.* l. *cum precario. ff. de precar. qvod tenuit Jason. cons. 6. exhibentur. col. 3. lib.3.* remedium est, qvòd addatur clausula, omni meliori modo, &c. *de qva per Felin. in c. cùm super. de offi. deleg.* Etsi fiat donatio omnium bonorum, ut valeat, fiat donatio mobilium, & immobilium, *ut per Jas. cons.5. strenui. col.4. lib. 3.* vel mentio mortis fiat in verbis exeqvutivis, non autem in verbis dispositivis, *ut per Bald. in addi. ad Spec. in tit. de instr. edit. col. ult. versi. si qvis donat. & per Jas. d. cons. col.3.*

I. D. DURANTIS CAUT. IIX. TIT. X.

§. Qvo remedio hæreditas possit adimi codicillis.

SUMMARIA.

1. Hæreditas codicillis dari vel adimi non potest.
2. Indigno qvod aufertur, pertinet ad fiscum.
3. Codicillis vel pacto hæreditas dari vel adimi licet non

non possit, tamen institutio vel substitutio dubia declarari potest.

4. *Conditione revocata dispositio permanet, ita qvod non sit amplius conditionalis.*

SI codicillis * alicui ex scriptis hæredibus testator adimat partem hæreditariam, non valet ademtio, qvia hæreditas non potest adimi codicillis, l. *hæreditatem. C. de codi.* adeò qvòd nec conditio in codicillis adjici potest institutioni hæredis in testamento factæ, *ut per Baldum cons. 475. ad evidentiam. lib. 2.* Non tamen puto verum esse dictum Baldi ibi putantis, non posse in codicillis Trebellianicam prohiberi, qvia licet codicillis directò hæreditas adimi non possit, tamen per indirectum & via fideicommissi potest, ut proximè dicemus. Sed ut * ademtio codicillis facta efficax sit, remedium est, qvod non solùm adimat, verùm & declaret scriptum hæredem indignum esse causa expressa. l. *hæreditas. C. de his qvibus. ut indign. qvod ibi Alex. dicit esse bene notandum.* Sed sciendum est, qvòd ademtio ita facta hæreditatem ademptam facit deferri ad fiscum. *d.* l. *hæreditas. & per Dec. cons. 361. omissa. col. 4.* §. Tutius ergo remedium est, si testator velit ad cohæredem, vel ad agnatos hæreditatem pervenire, qvod codicillis jubeat hæredem scriptum hæreditatem restituere totam & integram. Nam codicillis, verbis precariis hæreditas, & dari & adimi potest. l. *Scævola. ubi Bart. ff. ad Trebell. & per Corn. consi. 305. in hac. in prin. & Dec. d. cons. 361.* Et notandum est, * qvòd licet codicillis hæreditas dari, vel adimi non possit, tamen qvando institutio vel substitutio est dubia, potest testator declarare voluntatem suam codicillis, cùm declaratio possit fieri etiam coram duobus testib. *ut not. gl. in* l. *hæredes. §. si qvid post. in ver. posse. ff. de testa. & ibi Doct. & per Bald. cons. 440. in primis. & cons. seqvent. lib. 2.* Adimi autem etiam legata non possunt, nisi coram qvinq; testib. l. *fi. in fi. C. de codicill.* licet de Jure Cano. sufficiat præsentia duorum testium, *c. cùm esses. & c. relatum. de testa. secundũ Bald. cons. 28. super. eod. lib. 3.* Et prætereundum non est, * qvòd interdũ evenit codicillis revocari conditionẽ aliqvã; & sunt qvi putent revocatione conditionis revocari totam dispositionem, qvæ sub conditione illa facta fuerat, argum.

1 2 3 4

l.1.C.de pact. Verior tamen est opinio, qvòd revocata simpliciter conditione, remaneat dispositio, & non sit amplius conditionalis, sed pura. l. 3. §. conditio.ff. de adi. lega. & hoc procedit, si communis usus loqvendi contrarius non sit. Et oportet probari talem esse communem modum loqvendi ab eo, qvi hoc dicit, *ut per Bart.in* l.*si qvis servum. ff.de condit.& demonstrat.* Sed ut testator hujusmodi ambiguitatem tollat, si velit dispositionem remanere, & conditionem adimere, remedium est, qvòd adimat conditionem salva remanente dispositione. Sic enim in verbis nihil erit ambigui, & cessabit qvæstio. *l.ille.aut ille.§.fi.ff.de lega.* His autem verbis non adjectis, judex seqvendo verborum significationem, judicare debet dispositionem remanere, nisi aliud constet de mente testatoris, *ut per Alex.& latius per Claud.in d.l.C.de aden.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM, LIBER TRIGESIMUS.

DE LEGATIS PRIMO TIT. I.

De Legandi verbo.

I. D. DURANTIS CAUT. XLIV.

§. Qvo remedio prohibitus legare alicui, possit illi relinqvere.

SUMMARIA.

1. *Legati verbum etam universitati adjectum, non habet vim institutionis.*

Legandi significatio hodie non refertur ad institutionem hæredis. ibid.

2. *Hæres institui poterit, cui donatio fieri non potest.*

1 APPELLATIONE * legati institutio qvoq; hæredis olim continebatur. l. verbis. ff. de verb. sign. Nam verbum, lego, latiorem habebat significationem, qvam hodie habeat, & usu mutata est significatio hujus verbi, nam nunc non propriè continetur hæredis institutio appellatione legati, & sunt distincta hæc vocabula, *ut patet ex tit. de hared. inst.& de leg.* adeò, qvòd verbum, lego, etiam universitati adjectum, non habet vim institutionis. *l.mulier. §.fi.ff.ad Treb.& ideo Bart.l.in centurio.ff.de vulg.& pu.& Bal.in l.qvoties.C.de hared.inst.* sentiunt, qvòd verbum, lego, sit obliqvum, licet in lege duodecim tab. esset commune.

mune. *d.l. Verbis.* & est * communis opinio, *ut post Alex. & Jas. affirmat Soc. tertius. ff. de leg. 1. in Rub. col. 12. Versi. circa secundum caput.* In materia igitur exorbitanti, & correctoria, ubi sit stricta interpretatio, legati appellatio non complectitur institutionem hæredis. §. Et ideo * si statutum prohibeat maritum uxori donare, si maritus velit uxori relinqvere, Cautela est, qvòd eam in aliqva portione hæredem instituat, non autem leget, *ut per Corn. consi. 185. aliqVando diu.* l. 1. & Fulgosi9 consilio ducentesimo decimoqvinto, in primo. ubi declarat hoc procedere, etiamsi statutum prohibeat legari, vel aliqvo alio modo relinqvi, qvoniam verbum generale debet restringi secundum præmissam speciem, ut prohibitio relinqvendi referatur ad fideicommissa, donationem causa mortis, & alias species ultimæ voluntatis, præter institutionem hæredis. *arg. l. fin. cui dulcia ff. de Vin. tritic. oleo leg.* * 2

Qvis Legare possit.

I. D. Durantis Caut. LXV.

§. Qvo remedio *Uxor* uti debeat, qvæ secundo viro velit relinqvere plus, qvàm liberis ex primo matrimonio genitis.

Summaria.

1. *Uxor non potest secundo viro plus relinqvere, qvàm reliqverit alicui ex liberis primi matrimonii.*
2. *Mater potest filiis, ex secundo matrimonio natis, plus relinqvere, qvàm natis ex primo.*

Uxor * non potest de bonis suis relinqvere secundo viro ultrà qvàm relinqvat uni ex liberis ex primo matrimonio genitis, l. *hac edictali. Cod. de secun. nup. & ibi Doct.* Ideo non valet legatum, qvatenus uxor plus leget secundo conjugi. *ut per Fulg. consi. 97. Antonius transiens. & Abb. consi. 117. Videtur primo. l. 2. Bal. consi. 105. QVadam domina. l. 2. & Alex. consilio 158. Circa primum. libro. 5.* §. Sed si uxor habeat filios etiam ex secundo matrimonio, remedium est, qvòd relinqvat filiis secundi * matrimonii, & non patri. Nam potest mulier plus relinqvere filiis ex secundo viro procreatis. §. *pen. auth. de nuptiis. Bald. consil. 11. Casus talis est. colum. ultim. libr. 3.* nec fit fraus legi, si legatum seqvatur ejus personam, cujus potest, & filii 1 2

ex

ex secundo matrimonio capiant, qvantum juris ratio permittit, *l. si servus communis meus. in princ. & in fine. ff. de stipulatio. servo. ita tenet Bald. in dict. l. hac edictali. colu. 3 & in* l. 1. *q. 2. C. de inoffic. donat.* §. Et efficacius erit hoc remedium, si relicto modum testatrix adjiciat, videlicet, qvòd patri non acqviratur ususfructus rerum eisdem liberis relictarum, *ut per Pau. de Cast. consi. 171. viso casu. col. ult. arg. not. per Bartolum. in* l. *Gallus. §. qvid si hu. ff. de lib. & posthum.*

A Qvibus legare liceat.

I. D. DURANTIS CAUT. II.

§. Qvo remedio sustineantur relicta ab eo, qvi scriptus est *heres universalis*, hæreditate non adita.

SUMMARIA.

1. Hæreditate non adita, nihil valet ex his, qvæ in testamento scripta sunt.

Legata viribus carent, si non adeatur hæreditas. ib.

2. Institutio in re certa non evanescit, si universalis hæres non adierit hæreditatem.

Paria sunt, non fuisse institutum, & institutum non adire. ibid.

3. Legata repetita videntur ab his, qvi ab intestato succedunt virtute clausulæ codicillaris.

4. Donatio causa mortis valet, qvamvis non adeatur hæreditas, & suprà de subst. Cautela 26. num. 4.

5. Clausula, omni meliori modo, &c. facit, ut relicta simpliciter intelligantur relicta jure institutionis.

6. Legata debentur, etiam hæreditate non adita, ex testamento, si sic dicatur à testatore.

7. Amicitia magna facit videri insertam testamento clausulam codicillarem in gratiam amici.

Ultima voluntas in genere reperitur. ibid.

1 SI nemo * hæreditatem adierit, nihil valet ex his, qvæ in testamento scripta sunt, *l. si nemo. ff. de test. tute. Lud. Rom. consi. 428. in terminis. Alex. consi. 198. viso processu. col. ult. lib. 7.* §. Sed ut hærede unversali scripto non adeunte, irri-

irrita legata non fiant, remedium est, qvòd res, qvas testator legaturus erat, relinqvat institutionis titulo, non legati, & si non omnibus, saltem eis, qvos magis diligit: 2
qvia si universalis hæres non adierit, morte præventus, vel repudiatione aut tempore exclusus, ad eum, qvi in re certa institutus est, hæreditas devolvetur: qvia paria sunt, non fuisse institutum, & institutum non adire, l. 2. §. *sed & si sint sui. ff. ad Tertul.* nec alteri est impedimento, qvi non succedit, l. *si necem.* §. *si deportatus. ff. de bo. lib. Fu g. consi.* 102. *præsupposito. colum.* 2. Et paria sunt ab initio non fuisse, & postea desinere, l. *si qvis sub conditione. ff. de test. tute.* qvi non adivit hæreditatem, habetur perinde, ac si ab initio hæres scriptus non fuisset, l. 1. *in princ. ff. de suis & legit. cum aliis alleg. per Bald. consi.* 379. *thema. lib.* 4. Et si ab initio nullus fuisset hæres scriptus, ad institutum in re certa tota hæreditas pertineret. l. 1. §. *si ex fundo. ff. de hær. inst. & Barb. in c. Raynutius. col.* 63. *de test.* & qvòd hærede universali non adeunte institutus in re certa, ex asse sit hæres, * communis est opinio, ut testatur Alex. *in l. qvoties. C. de hær. inst.* & instituto in re certa adeunte, qvoad omnia testamentum confirmabitur, *ut per Alex. consi.* 58. *habita super narratis. col.* 1. *lib.* 3. §. Secundum remedium, * *
* qvòd adjiciatur in testamento clausula codicillaris, per qvam legata repetita videntur ab his, qvi ab intestato succedunt, l. *ex testamento. C. de fideic. Bart. in l.* 1. *ff. de jur. cod.* Idem qvoq; operatur juramentum testatoris, *l. cùm pater.* §. *filius. de leg.* 2. *ut per Barb. in Rub. de test. col* 66. *in* 7. *limitatione.* §. Tertium remedium est, * qvòd testator dicat ea, qvæ disposuit velle valere, etiam tanqvam donationem causa mortis. nam donatio causa mortis valet, qvamvis non adeatur hæreditas. *ita sentit gl. in l. post legatum.* §. *qvi mortis. ff. de his qvib. ut indig. ut per Jo. de Imo. in l. fin. ff. de don. cau. mor. & Alex. in* l. *illud. col.* 2. *C. de colla. cum allegatis per Barb. in Rub. de test. col.* 67. *in* 20. *limitatione.* Oportet tamen legatarios esse præsentes, vel absentibus notarium stipulari, vel pacisci: qvia donatio causa mortis nudum saltem pactum desiderat, *ut per gl. in l. cùm pater* §. *Mævio. ff. de leg.* 2. etsi legatariis absentibus clausula hæc adjiceretur, si nemo pro eis reciperet, ad confirmationem relictorum aditio reqvireretur, *per not. Bald. in l. & si mortis.*

tis. C. ad l. *Falcid. Alex. in* l. 2. *col.* 2. *ff. de leg.* 1. §. Qvartum
5 remedium est, * qvòd testamento inferatur clausula, omni
meliori modo, qvo firmiùs, & validius, &c. Nam vis hujus
clausulæ facit, qvòd ea, qvæ relicta sunt, intelligantur reli-
cta jure institutionis, si aliter qvovis modo inutilia redde-
rentur, *ut per Bald. in* l. *qvoties. col.* 2. *C. fam. her. Cor. consf.*
62. *aliàs consultus. col.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *qvem allegat & se-
qvitur Soc. tertius in Rubr. ff. de lega.* 1. *col.* 12. *verfi qvi-
bus adde. & faciunt allegata per me suprà, de liber. inst.
Caut.* 1. *verfi. secundum remedium.* §. Qvintum remedi-
6 um est, * qvòd testator dicat, relicta velle valere, etiam
hæreditate non adita: qvia testator potest disponere, qvòd
legata debeantur, etiamsi nemo ex testamento hæredita-
tem adierit. *arg.* §. *si verò expreßim. in authent. de hæred.
& fal. Bart. in* l. *nemo. ff. de lega.* 1. *Paul. de Cast. consf.* 389.
visis dubiis. col. 4. *& per Ludo. Roma. consf.* 71. *visis dubiis.*
Sed contrarium tenet Alexan. *in* l. *extraneum. C. de hære-
dib. instituen.* qvia §. si verò expressim. est exorbitans, &
correctorius, & ideo non extendendus. l. *præcipimus. C. de
appell. c. qvæ à jure. de regul. jur. lib.* 6. *& est sententia
Oldr. in consf.* 108. *Titius veniens ad mortem*, & compro-
batur reprobatio dicti remedii ex his, qvæ scribit Barba. *in
Rubr. de testam. col.* 65. Sed notandum est, qvòd hoc reme-
dium est utile, si testator dicat legata velle solvi, etiamsi
hæreditas non sit adita ex testamento: qvia tunc verba hæc
habent vim clausulæ codicillaris, per legem codicillis. §.
finali. ff. de legat. 2. secus est si diceret, qvòd legata debe-
antur etiam hæreditate non adita. *ita concludit Alex. in d.*
l. *nemo. colum.* 3. Est igitur cautè concipienda hæc formu-
la, ut semper adjiciatur verbum illud ex testamento. *faci.
no. per Barba. in dict. Rub. de testa. colum. penult. & vide,
qvæ diximus suprà de substi. Caut.* 26. *fideicommissaria.*
7 §. Sextum remedium est * qvòd testator dicat velle testa-
mentum valere jure cujuslibet ultimæ voluntatis nam re-
peritur ultima voluntas in genere. *gloß. in* l. *licet. C. de
pact. gloß. in* l. 1. *C. de codicill. & remedium hoc seqvitur
Barba. in dict. Rubr. de test. col.* 65. Qvòd si testamento
nullam ex dictis clausulis testator inseruerit, & hæres scri-
ptus hæreditatem non adiverit, ut legatarii conseqvantur
legata, remedium est, qvòd probent judici se fuisse testato-
ri

ri magna amicitia junctos. Nam ardor liciti amoris habet vim clausulæ codicillaris, *gloss. in* l. *testamento. ff. de fideic. liber.* & *in* l. *si jure. ubi Bald. C. de man. testa.* & *Barb. in d. Rubri. de test. col. 66. in* 11. *limitatione.* & *in cap. reqvisisti. col.* 11. *eodem tit. gl. in* l. *cohæredi* §. *cum filia. in vers. voluit.* & *qvæ ibi no. Docto. ff. de vulga.* & *pupill.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBRI TRIGESIMUS PRIMUS.

DE LEGATIS SECUNDO. TITUL. I.

Qvibus Legari possit.

§. *Bannito* & *Deportato* qvo remedio relinqvi possit. *Vide supr. Tit. qvi Testament. facere possint.*

I. D. Durantis Caut. LV.

§. *Ecclesiæ*, qvo remedio post testamentum constructæ, si annuum relictum sit ecclesiis, participes sint legati.

SUMMARIA.

1. *Ecclesiæ constructæ post testamentum, an admittantur ad annuum legatum factum ecclesiis.*
2. *Legari potest etiam iis, qvi nondum sunt in rerum natura.*

Dispositio facta in gratiam eorum, qvi adhuc in rerum natura non existunt, dicitur habere vires, ibidem.

AD annum * relictum omnibus ecclesiis, non admittuntur ecclesiæ post mortem testatoris constructæ, sicut de posthumis dicitur, l. *qvi filiabus. ff. de legat.* 1. *facit Cle. literas. de rescript. gl. in c. cum capella. de privil. Bald.* & *alii Doctor. in dicta.* l. *qvi filiabus.* Et procedit hoc etiam, qvantum ad ecclesias, vivo testatore constructas post testamentum, *ut per Alex. ibi.* * Sed si testator velit ad legatum annuum admitti ecclesias, etiam post testamentum, vel testatoris obitum constructas, remedium est, qvòd testator id exprimat, legando ecclesiis constructis, & construendis, *ut per Doctores in d.* l. *qvi filiab.* Nam vires habet dispositio facta in gratiā eorum, qvi adhuc in rerum natura non existunt, *ut per Zab.* & *Abb in cap. ad audientiam.* 2. *de eccle. adi.* & *in Clemen. literas. col.* 3. *versic. venio ad tertium. de rescript.* & *Bart. in l. servos. ff. de alim. lega.*

(margin numbers: 1 beside "AD annum", 2 beside "Sed si testator")

lega. qvod procedit in his tantum, qvæ præsentiam seu consensum de præsenti non reqvirunt. *c. Abbate. de re judica. lib.6. juncta glo. in l. illud. C. de sacros. eccles.*

I. D. DURANTIS CAUT. VII.

§. Qvo remedio legatum non loco, sed personæ, vel collegio acqviratur.

SUMMARIA.

1. Legatum factum capellæ, seu Sacello, utrum ei, vel ecclesiæ, debeatur.

2. Collegia non improbata sunt legatorum capacia. Trebellianica de relicto ecclesiæ non detrahitur, secus de relicto personis, aut collegio, seu fraternitati. ibid.

3. Loci contemplatione relictum intelligitur, qvando legatur personis cum commemoratione loci.

1 IN ecclesiis * solent esse Sacella, habentia collegia, qvæ vulgo fraternitates appellantur, qvale est Sacellum corporis Christi in ecclesia sancti Benedicti, oppidi Gualdi patriæ meæ, cui cùm testatrix qvandam pecuniæ summam legasset, & dubitaretur, utrũ ecclesiæ sancti Benedicti, an collegio, & societati corporis Christi legatum deberetur? Respondi legatum ad ecclesiam, non ad collegium pertinere. *arg. l. statua. ff. de usufruct. cum ibi notatis per Flo. & Innoc. & Joan. Andr. in cap. cùm super. de caus. pos. & proprie.*

2 §. Qvare, si testator velit collegio legatum deberi, sit cautus, ut leget ipsi collegio, nam collegium relictorum capax est, *l. patet. §. Tusculanus. ff. de legat.* 3. l. *cùm senatus. de rebus dub. ubi Bart. & Doctores in* l. 1. *C. de sacros. eccles.* Multum enim interest, utrum legetur loco, seu ecclesiæ, an verò personis, seu collegio ecclesiæ: nam relictum ecclesiæ ut pium non patitur deductionem qvartæ, secus est in relicto personis, collegio, seu fraternitati ecclesiæ, *ut patet ex dictis per Lauren. Calc. consi. 20. retento themate. consi. 2. col. 2.*

3 Et * si indefinitè legetur personis certi loci, videtur relictum factum loci contemplatione, *secundum*

* *Bart. in* l. *civitatibus. ff. de rebus dub. cujus opinio * communiter approbatur, ut dicit Barba. cons. 1. col. 12. lib. 4. De qvo videre potes latius dicta per Doctores in c. reqvisisti. de test.*

§. Qva-

§. Qvare cautius est, qvòd testator exprefsè declaret loco, an collegio velit legatum acqviri. Nam potest testator esse interpres mentis suæ, l. *hæredes palàm. §. si qvid post. ff. de testa. & ibi Doctores.*

De Extero.

I. D. DURANTIS CAUT. XL.

§. *Extero*, qvo remedio legari possit prædium, statuto prohibente, alienari immobilia in alienigenas.

SUMMARIA.

1. *Statuto prohibente alienari immobilia in alienigenas, an possit exterus ex testamento consequi prædium testatoris.*
2. *Mixtus casus non comprehenditur sub simplici probatione.*
3. *Statutum prohibens in alienigenam fieri rei alienationem, an prohibeat legare in testamento.*
4. *Alienatione prohibita per statutum non intelligitur prohibita hæredis institutio.*

Institutio facta de eo, qvi non potest emere in territorio, valet. ibidem.

SI statutum * civitatis prohibeat prædia vendi exteræ gentis hominibus, & testator hæredi mandet, ut alienigenæ prædium vendat, prædium ille ex venditione hæredis habere non poterit, qvia non ex ultima voluntate, sed ex contractu inter vivos legatarius rem acqvirere videretur, in legato enim non est, nisi ipsa venditio. *gloss. in l. in æstimationibus. ff. de pet. hære. facit l. si fidejussor. §. fin. ff. de lega.* 1. §. Sed ut prædium exterus soluto pretio acqvirat, remedium est, qvòd hæres rogetur illi prædium dare, si certam summam solverit. Nam sic prædium ex legato acqviritur, & pecunia datur gratia conditionis implendæ. l. *qvod conditionis. ff. de don. cau. mor.* qvod procedit non dubiè, si legatarius minus justo pretio gratia conditionis implendæ solvere debeat. Nam tunc negari non potest, qvin in parte legatarius sit, & casus mixtus non comprehenditur in exorbitanti statuto. l. *qvim passam. §. præscriptione. ff. de adulte.* Et * si statutum prohibeat in alienigenam alienari immobilia, & testator velit prædium alienigenæ legare,

1 (margin, beside "exteræ")
2 (margin, beside "acqvirat")
3 (margin, beside "alie-")

legare, remedium est, qvòd leget præcipiendo, qvòd legatarius prædium vendat, & pretium sibi habeat, *per no. per gl. in c. 1. in ver. domum. de relig. domi.* l. 6. *l. filiusfamilias. §. si qvid. & ibi Bart. ff. de leg. 1. & Bal. in* l. *cùm qvæstio. C. de lega. ita determinat Barb. in Rub. de rebus. ecc. non alienan. ubi id latius discussum videre poteris.*
4 * Posset qvoq; testator in alienigenam transferre dominium prædiorum instituendo eum hæredem. nam per prohibitionem alienationis in homines alterius territorii non intelligitur hæredis institutio prohiberi. *glo. in* l. 1. *in versi. loca. C. non lic. hab. metr.* l. 11. *& glo. illam commendat, & seqvitur Fulg. consi. 215. in primo. Faciunt alleg. per Alex. consi. 155. visis & accuratè.* l. 2. *& Jas. consi. 101. super præmissa. & consi. 120. domina Dorothea. lib. 3.*

I. D. DURANTIS CAUT. XVI.

§. *Filiusfa.* qvo remedio rem legatam habere possit, etiam cum emolumento fructuum, qvi de jure patrifamilias qværerentur.

SUMMARIA.

1. Ususfructus adventitiorum acqviritur patri.

2. Pater rerum filiofamilias donatarum fructus non acqvirit contra voluntatem testatoris.

3. Pater etiam ubi non habet usumfructum in bonis filii, habet saltem commoditatem, nisi fuerit prohibitus à testatore.

1 EX adventitiis * bonis filiorum patri qværitur usufructus, *l. cum oportet. Cod. de bon. qvæ libe.* Si qvis autem filiofam. legaturus sit prædium, & nolit usumfructum ad patrem pertinere, remedium est, qvòd leget hac lege adjecta, ut ad patrem non pertineat usufructus: nam potest qvilibet conditionem hanc addere, authen. excipitur. eodem tit. Qvod etiam habet locum qvantum ad legitimam, si mater vel avus maternus sic relinqvet, qvia dispositio hæc non injuriam filii, sed commodum respicit. l. *filius matrem. ubi Bald. C. de inoffi. testam.* hoc tenet Bald. *consi. 168. Proponitur. & consi. 324.* Omissis opinionibus. libro qvinto. & glo. *in authentic. ut lice. mat. & au. in princ. ver. participium.* & ibi Angel. qvorum opin. veram puto, licet Bartol. in contraria opin. fuerit in *d. auth. excipitur.* per text.

text. *in d. auth. ut lice. mat. & avi.* qvi non obstat: nam text. ille restringit libertatem donandi vel relinqvendi qvantum ad legitimam filiis debitam; non autem ibi fit ulla prohibitio, qvòd in legitima non liceat ita filiæ providere, *ut patet ex tex. Præterea inductio. Barto.* est per argumen. à contrario sensu, qvod non procedit, ubicunq; resultat absonus intellectus. *glo. in l. 2. C. de condi. inser. & in cap. 1. de etat. & qual. libro sexto.* Et notandum est, qvòd * non solùm potest hæc conditio adjici, ne patri ususfructus qværatur, verum & gubernator rerum relictarum poterit qvispiam à testatore constitui, si filiusfam. cui relinqvitur, minor sit §. si verò & minores. in authent. ut lice mat. & aviæ. qvòd servandum censeo, qvando pater luxui inserviret, ne ipse potestate patria ad licentiam corrumpendi effundendiqve bona filii abutatur. *l. fin. C. de sentent. pas.* Et qvia in casibus, in qvibus patri non qværitur usufructus, pater saltem bonorum filii commoditatem habet, *secundum Aret. in §. prim. Instit. per qvas perso. nob. acq. qvod dictum seqvitur, & singulare dicit esse Jas. in* l. *cum filiofam. col. 31. ff. de legat. 1. per* l. *fin. ff. de usufr.* At si testator talem commoditatem patri acqviri nolit, remedium est, qvòd expressè prohibeat, ne patri ex bonis, qvæ ipse testator filiofam. relinqvit, usufructus, seu aliqva commoditas acqviratur, *ut per Aret. in dict. §. 1.* 2 3

D. DURANTIS CAUT. XIV. TIT. I.

§. In *filios non legitimos* qvibus remediis possit pater sua bona transferre.

SUMMARIA.

1. *Spurii excluduntur à successione parentum.*
   Spurii non possunt succedere, etiamsi statutum eis hoc permittat.
   Statutum disponens spurios posse succedere, non valet.
   Delinqvendi occasio danda non est.
2. *Legitimatio naturalium filiorum fit per matrimonium subseqvens.*
   Spurii legitimantur per matrimonium subseqvens cum concubina contractum.

Matrimonium contrahi potest ab eo, qui est constitutus in extremis vitæ.
3. Pater cum filio illegitimo contrahere non prohibetur.
Fraus quibus conjecturis probetur.
4. Jurare cogimur, an in fraudem quid fecerimus.
5. Incapax capere potest, quia ei datur gratia conditionis implendæ.
6. Societatis jure spurius hæreditatis semissem consequetur.
Incapax capere potest ex persona socii capacis.
7. Incapax dicitur deferens se habere partem rei legatæ.
8. Tacitam fidem accommodasse non dicitur palàm rogatus restituere incapaci.
9. Extraneus rem jam suam effectam per restitutionem non prohibetur donare filio spurio testatoris.
Incapax capere non potest ab executore testamenti.
10. Incapax capere potest, ut alii restituat.
11. Succedentes ab intestato post mortem patris nulla promissione & conventione præcedente possunt sua sponte donare spurio filio defuncti.
Spurii capere possunt ab hærede patris.
12. Macula & incapacitas patris non transit in ejus filios.
Spuriis filiis potest relinquere pater.
13. Alimenta debentur etiam filiis spuriis.
Spurii capere possunt pro alimentis.
Dos danda filiæ spuriæ debet esse moderata.
14. Testator potest incapaci facere substitutionem, si eum hæredem instituat.
Incapaci potest dari substitutus.

15. In-

15. *Incapax potest institui in tempus, cùm capere poterit.*

16. *Legitimatus non rite si instituatur ut filius, institutio non valet.*

SPurii * excluduntur à successione parentum. l. 1. *& per totum tit. C. de na. lib.* & non valet statutum disponens, 1
spurios ex testamento vel alia ultima voluntate posse succedere patri suo: qvia statutum daret occasionem fornicandi, *l. convenire. ff. de pact. dot. c. qvemadmodum. de jurejurand. Fed. consi. 275. casus. & consi. 277. factum.* & * com- 2
munis opin. *ut per Deci. in c. in præsentia. de proba. col. 17.* §. Ut autem hæreditas perveniat ad filium non legitimum, remedium est, qvòd pater hæredem faciat matrem spurii, qvia etiam concubinæ donare & in testamento relinqvere possumus, l. *donationes. ff. de donatio.* l. *qvi concubinam. & l. uxorem. §. concubina. ff. de legat.* 3. & mortuæ matri spurius succedere poterit. Omnis enim illegitimus ex coitu non accusabili natus ad successionem matris admittitur, si mater non sit illustris. l. *si qva illustris. C. ad Orfician. Cor. consilio vigesimoqvinto. in præsenti. in fine.* l. 1. nec prohibetur spurius succedere ad hæreditatem patris. l. *si u. & ibi Doctores, ff. de vulgar. & pup. gloss. in §. fina. in authent. de nat. libe. Bal. consi. 140. casus est talis. libr. 2.* Et sic ante obitum matris filius habebit alimenta: qvia mater locuples tenebitur alere filium spurium, *ut not. Bart. in authent. ex complexu. C. de incest. nup.* §. Secundum remedium est, * *
qvod pater existens in mortis articulo, si tempus non patiatur impetrari legitimationem à principe, matrimonium contrahat cùm concubina, & ita filii efficientur legitimi, *c. tanta. qvi filii sint legi. & ibi Doct. & Bald. consilio trigesimonono. matrimonium.* l. 4. nam & is, qvi est in mortis articulo, potest matrimonium contrahere, *ut tenet Abb. in c. commissum. per illum tex. de sponsa. & Alex. in* l. *si qvis posthumos. ff. de lib. & posthu. & Jas. in* l. *sed est qvæsitum. eod. titul.* §. Tertium remedium qvidam dicunt esse, * qvòd 3
pater prædia, qvæ filio spurio relinqvere proponit, sub venditionis titulo in filium transferat: qvia pater cum filio illegitimo contrahere non prohibetur. *l. qvi testamentum. ff. de probat.* Sed remedium hoc fraudem continet, & contra

 frau-

fraudem hanc hæredibus datur remedium, ut simulationem contractus probent, & ita venditionem retractent. probatur autem simulatio conjecturis, & conjectura simulationis erit, si pater majorem partem suorum bonorum filio vendiderit. l. *Lucius. §. omnes, cum ibi no. per Doct. ff. de his. qua in fraud. cred.* erit qvoqve simulationis conjectura, si per interpositam personam filius emerit, l. *pupillus. §. penult. & ibi Bald. ff. de aut. tut.* maximè si filius ab interposita persona in continenti prædia illi à patre vendita emerit. *arg.* l. *si neutri. §. fin. ff. de privi. cre.* alia conjectura erit, si intervenerit confessio receptionis pretii, non autem numeratio. *gloss. in d.* l. *qui testamentum. & late per Jas. d.* l. *si is. ff. de vulgar. & pup. & per Alex. cons. 18. consideratis. lib. 3. & per Laur. Cal. cons. 58. requisitus.* §. Qvartum re-
4 medium esse dicunt, * qvòd pater amicum hæredem instituat, qvem certissimè credat filio spurio ipsius testatoris bona, & hæreditatem restituturum: nam si hæres bona det filio spurio testatoris, non præsumitur propterea tacitam fidem accommodasse. & l. 1. Cod. de nat. lib. procedit, qvando constaret filium spurium possidere bona ex judicio patris, ut declarat Corn. *cons. 236. videtur prima facie. lib. 2.* ubi tenet hoc procedere, etiamsi dixerit testator, qvòd hæres sibi hæreditatem retinere non possit, sed restituere debeat, cuicunqve voluerit. cessat enim suspicio fraudis propter liberam restituendi facultatem. *argu.* l. *fideicommissa. §. qvanqvam. ff. de leg. 3.* hoc tamen remedium filio tutum non erit: qvia hæres scriptus sibi potius habere volet hæreditatem, qvàm illam dare filio testatoris, vel si tacitam fidem accommodavit, cogetur in judicio verum dicere vi juramenti. poterit namqve hæres ad jurandum cogi, l. *Marcellus. ff. rerum amo. l. non intelligitur. §. tacitam. cum gloss. ff. de jur. fis. ut per Bart. in* l. *fina. ff. de his qvibus ut indignis. & cons. 194. casus de Spoleto.* §. Qvintum
5 remedium est, * qvòd testator extraneum instituat, sub conditione, si ejus filio mille dederit: qvia conditionis implendæ causa etiam incapaci dari potest. l. *Mævius. ff. de cond. & demonst.* & hæres testatoris filio spurio de suo dare non prohibetur, l. *ita fides. in fin. ff. de jur. fis.* sed periculosa est Cautela hæc: qvia qvod spurio conditionis implendæ gratia datum esset, ut indigno auferretur, *secundum. Bart.*

Bart. in l. *qvod conditionis. ff. de donatio. caus. mortis.* §. Sextum remedium est, * qvòd spurius societatem omnium 6
bonorum cùm aliqvo contrahat, & socio huic pater spurii, qvantam velit pecuniam, mutuo det, & illi postea liberationem leget, & liberatio etiam spurio proderit, l. *si is qvi duos. ff. de libe. lega. & ibi per Dyn. & Bartol.* vel socium hæredem instituat, & societatis jure spurius hæreditatis semissem conseqvitur. l, *societatem. &* l. 3. §. *specialiter. ff. pro soc. fac.* l. *communem. ff. qvi. mo. ser. amit.* l. 1. *C. si unus ex plu.* & comprobatur hoc ex Cau. qvæ traditur ad instituendum forensem, stante statuto, qvòd forensis non possit hæres institui: nam ut valida sit institutio, datur Cautela, qvòd forensis non solus, sed cùm indigena, cum qvo contraxerit societatem, hæres instituatur: nam propter socium capere poterit, *ut patet ex allegatis per Barbat. in Rub. de rebus eccles. non alien. col. 14. versic. duodecimò limita. & per Jas. cons.* 112. *viso longo, col. 2. parte. 2.* & procedit Cautela hæc, si non fiat in fraudem, *ut per Barbat. in dict. Rubric.* Septimum remedium est, * qvando hæ- 7
res de restituendo hæreditatem spurio tacitam fidem accommodasset, ut spurius rem deferat fisco, qvia semis hæreditatis deferenti, alter autem semis fisco dabitur. l. *edicto. &* l. *senatus.* §. *senatus. ff. de jur. fisci.* & caveat spurius, ne ab alio præveniatur, qvià prævenienti semis ille dabetur. l. 1. *ff. eodem titul. secundum Veron. dict. Cautela* 38.
§. Octavum remedium est, qvòd * pater hæredem scriptum 8
palàm roget filio restituere, qvia palàm rogatus apud se retinet, nec intelligitur tacitam fidem accommodasse. *dict.* l. *non intelligitur.* §. *si qvis palàm.* & hæres restituendo de suo largitur, qvod facere permissum est, *dicta* l. *ita fidei. in fin. sed Ludovi. de Sord. de Ferra. in tract. de naturalib. liber.* opinatur hæc procedere, si hæres talis sit, qvem sit verisimile de suo largiturum filio spurio testatoris, qvod etiam sentit Veronen *d. Cautela* 38. *vers.* 5. §. Nonum remedium est, * qvòd amicus hæres instituatur, & rogetur re- 9
stituere hæreditatem, cui videbitur, & scriptus hæres capaci restituat, & is restituat filio spurio testatoris: qvia extraneus rem jam suam effectam per restitutionem non prohibetur donare filio spurio testatoris *per ea, qva notat gloss. in* §. *fina. in auth. qvibus mod. natur. effic. sui. & hoc tenet*
 Bart.

in l. fi. ff. de his qvib. ut indign. ab ipso autem hærede non posset sine medio spurius capere, qvia à testatore capere videretur. l. *unum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de legat. 2.* maximè si bona universa restituerentur spurio, *d.* l. *Lucius.* §. *omnes.* vel ex aliis conjecturis de fraude liqveret, *ut per Bald. consi. 75. spurio.* l. 2. sed consilium hoc aliqvid fraudis continet, *ut per Bart. in d.* l. *fi. ff. de his qvib. ut ind.* est tamen tutius hoc, qvàm si restitutio fiat per executorem testamenti, à qvo nullatenus potest spurius capere. l. 1. *C. de nat. libe. secundum Corn. consi. 236. in fin.* l. 2. §. Decimum

10 remedium est, * qvòd pater instituat spurium, & roget eum hæreditatem restituere alicui, qvi fideicommissum verisimiliter nunqvam petiturus sit, veluti Imperatori, vel Regi, qvia incapax capere potest, ut alii restituat, l. *cogi.* §. *hi qvi solidum. ff. ad Treb. secundum Ang. in* l. *in tempus. ff. de hæred. inst.* Cautela tamen hæc improbatur à Bald. *consi.* 399. *qvoad primum.* l. 2. nam fraudem continet, *ut per Imol. in d.* l. *in tempus, & improbatur etiam à Corne. consi. 217. Chiriacus.* l. 3. *& ab Alex. in d.* §. *hi qvi solidum. &*

11 *in* l. 2. *C. de hæred. inst.* §. Undecimum remedium est, * qvòd successori ab intestato promittant, patri se renunciaturos & daturos hæreditatem filio ejus spurio, & promissionem juramento confirment, *c. cum contingat. de jurejurand. ca. qvamvis.* l. 6. sed videtur, qvòd hoc casu ad fiscum deferatur hæreditas. *d.* l. 1. *C. de nat. lib.* possent tamen succedentes ab intestato post mortem patris nulla promissione & conventione præcedente sponte sua donare spurio defuncti, *d. l. ista fidei. in fin. gloss. in d. § fin. in authent. qvib. mod. nat. efficiant. sui.* §. Duodecimum remedium est, *

12 qvòd pater instituat spurium in eo, qvòd capere potest, & in residuo instituat filios spurii natos, seu nascituros, macula enim patris, & incapacitas non transit in ejus filios, l. 1. *§. penult. ff. de bon. poss. contra tabu.* l. *cognovimus. & authent. idem de Nestorianis. C. de hæret.* l. *divi fratres. ff. de jur. pat.* & remedium hoc approbat Bartol. *in* l. *Gallus. §. qvid si his. ff. de libe. & posthum. & consi.* 118. *Adducitur Cornelij de Gualdo. Franc. de Peru. consi. incip. qvidam instituit. qvod est inter consilia Bald. 72. lib. 5. ubi dicit hanc esse meliorem viam, qvæ possit inveniri. & Corn. dict. consilio 25. in præsenti. lib. 1.* ubi dicit ad excludendum omnem

præ-

præsumptionem fraudis expedire, qvòd testator expressè agat, ne pater commodum aliqvod possit percipere ex eo, qvod ejus filii capient, & ibi respondet ad ea, qvæ in contrarium dici possent, & qvando hoc actum esset, ne filio spurio aliqvid commodi qværatur, possent institui legitimi ex eo nepotes, qvamvis testator legitima sobole non careret, *ut declarat Corn. in eod. consi.* hanc autem Cautela non servata superstite legitima sobole testatoris, nepotes etiam legitimi ex filio non legitimo capere non possent ex testamento avi. *glos. in* l. *fi. C. de natur. lib.* & est communis opin. *ut dicit Jas. in* l. *hæreditas. C. de his qvib. ut indign.* §. Decimum tertium remedium est, * qvod pater il- 13
legitimo filio aliqvod prædium relinqvat pro alimentis, qvod de jure canonico fieri potest, *ut per Barto. in authen. ex complexu. per cap. cùm haberet. de eo qvi dux. in uxo. qvam pol. per adul. Barto. in d. l. fin. c. de his qvibus ut indign. Bald. consilio 116. spurius. lib. 2. Pau. de Cast. consi. 5. qvicqvid dicatur. col. 2. & Alex. consi. 74. viso processu. in fi. lib. 2.* & juri canonico in hoc standum est etiam de jure civili, *ut per Anton. Cor. in sing. vers. spurius.* & est communis opi. qvòd hoc servandum sit etiam in terris Imperii, *ut dicit Jason. consi. 26. Omissis. lib. 1.* & proprietatem eorundem prædiorum testator relinqvat nepotibus natis, vel nascituris ex filio illegitimo. cavendum tamen est ad excludendam præsumptionem fraudis, ne immoderatum sit legatum respectu alimentorum, ut sentit Veron. d. Cau. 38. & Abb. *consi. 115. videtur primò. lib. 2.* ubi dicit dotem, dandam filiæ spuriæ, moderatam esse debere, l. *ficta. ff. de leg. 3.* l. *qværo. ff. de jure dot.* & qvod est ultra honestum modum, videri in fraudem relictum. §. Decimumqvartum remedium est, * qvòd pater instituat spurium, & in eo, 14
qvod capere potest, & ei substituat, qvem velit, in eo, qvòd ipse spurius capere non poterit. sic enim pater erit certus, qvòd non deveniat ad alios, qvàm ad eum, vel substitutum id, qvod spurius capere non poterit. Cautelam hanc dicit Bar. se docuisse patrem qvendam, qvi habebat filium legitimatum per qvendam comitem, & legitimatio in dubium revocari poterat, *ut per eum in lib. 2. C. de hæredibus instit.* & seqvitur ibi Sali. dicens testatorem posse incapaci facere substitutionem, si eum hæredem in-

 stituat.

15 stituat. §. Decimum qvintum remedium est, * qvòd pater hæredem instituat filium in tempus, cùm capere poterit, & valet institutio, *d.* l. *in tempus.* & testator det licentiam in testamento eidem filio, ut mortuo ipso testatore possit se qvandocunqve legitimari facere. *authen. item si qvis. C. de nat. lib.* & interim ei relinqvat alimenta. *d. c. cùm haberet. & Cautela hæc approbatur per Bartol. in dict.* l. *Gallus.* §. *& qvid si tantùm. & per Ang. Aret. in tractatu de testamento. vers. pupillariter. Veronen. d. Cautela* 38. *Bal. cons.* 263. *qværitur utrum filius. libr. qvinto. & cons.* 146. *Titulus principis. libr. primo. & in l. rescripta. q.* 3. *C. de pre. imp. off.* & est communis opi. ut dicit Jas. *cons.* 117. *dubitatur. col. pen. par.* 2. & pendente conditione legitimationis spurius poterit petere bonorum possessionem, ex qva obtinebit administrationem hæreditatis, anteqvam legitimetur, l. *si qvis instituatur. cum ibi not. per Bart. & alios Docto. ff. de hæredibus instituen.* qvidam tamen tenent contrarium, *ut per Cor. cons.* 2. 7. *eleganter. lib.* 3. *& per Lud. Fer. in tracta. de legitimatione. col. fi. vers. nono.* Postremò animadvertendum est, * qvòd si qvis habeat filium ex adulterino coitu, filius ille honesta juris præsumtione reputatur filius non adulteri, sed mariti mulieris adulteræ. l. *miles.* §. *defuncto. ff. de adul. Paul. de Cast. cons.* 174. *super primo. col.* 4. *Alex. cons.* 157. *circa primum. lib.* 5. *Barba. cons.* 58. *sapienter. lib.* 2. *& cons.* 68. *omnipotentem. lib.* 4. *& per Dec. cons.* 288. *qværitur. & cons.* 657. *plene. cum alleg. per Jas. cons.* 125. *pondus.* 2. *part.* Ideo sit cautus pater, habens hujusmodi filium adulterinum, si velit eum hæredem instituere, ut instituat eũ sub nomine proprio,
16 * & non sub nomine filii: qvia instituendo eum ut filium, præsumeretur testator per errorem instituisse, & testamentum patris adulteri non valeret, l. *si pater. C. de hæred. insti. ita tenet Barto. cons.* 27. *scripsit.* similiter si qvis instituat filium non ritè legitimatum, præsumitur per errorem illum instituisse, & vires non habet testamentum, *ut per Dec. cons.* 176. *viso themate.* §. Sed remedium est, qvòd pater det filio licentiam, ut iterum faciat se legitimari, qvatenus opus sit. de auth. item si qvis. & cùm capere poterit, faciat eum hæredem, *d.* l. *in tempus. Bart. in d.* §. *& qvid si tantum. & ibi Jas. col.* 24. *versi. seqvitur secunda principalis qvæstio.*

T. FER-

T. Ferratus Cautela XLI.

§. Pro patre ad relinqvendum *filio spurio.*

Summaria.

1. Statutis disponi non potest, qvòd pater filio suo spurio aliqvid relinqvere possit.

2. Contractus celebratus inter patrem, & filium titulo oneroso, an valeat.

3. Confessio emanata inter personas prohibitas actum facere suspecta est.

4. Confiteatur, si pater in testamento se habuisse & recepisse centum à filio suo spurio, qvo casu talis confessio valeat.

5. Confessio mariti: qvòd emerit fundum de uxoris pecunia, qvo casu valeat.

6. Confessio facta per patrem: qvòd habuerit pecuniam à filiis suis, qvo casu valeat.

Doctores conantur invenire modum, & viam, qvomodo pater, si non per directum, saltem per indirectum possit aliqvid relinqvere filio suo spurio, qvo casu Bartho. Cæp. in suis Cautelis, Cautela trigesima octava, incip. nunc videamus, enumerat 12. Cautelas, qvæ qvasi omnes non procedunt, ut ibi per eum, qvibus adde duas, per qvas filius spurius poterit conseqvi de bonis paternis. Prima est, qvòd pater vendat ei partem aliqvam bonorum suorum, & palàm recipiat actualiter pretium, qvod pretium ad libitum suum poterit ei postea clàm restituere: qvia licet pater non valeat aliqvid relinqvere filio spurio, *ut est text. in §. penul. in auth. qvib. mo. nat. effi. sui. & tex. in auth. licet. in fin. C. de nat. lib. & in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & ponit Bart. in* l. *si gener. ff. de his, qvibus ut indig.* * adeò, qvòd per statuta non posset disponi, qvòd pater posset relinqvere filio suo spurio, *prout tenent Bar. Ba. Pau. de Cast. & alii in* l. *testamenti factio. ff. de test.* ubi Imo. d. Lanc. Deci. dicunt istam esse comunem opin. qvam etiam consulendo secutus est Federic. de Senis *in suo cons. 275. inci. casus talis est, statuto cavetur, qvòd filius spurius. & qvam similiter consulendo tenuerunt solennes DD. Jas. & Pau. de But. & Recup. de S. Miniato, ut apparet in suis consiliis positis post* 1

dictum

dictum consilium Ped. licet contrariam opi. tenuerit Cal. *in consi. 10 pen. post. o sub Rubr. de constit.* tamen pater non prohibetur filio spurio vendere, nec alium contractum onerosum cum eo celebrare, nisi talis contractus fuisset factus in fraudem, alias secus. & in fraudem intelligeretur factus, qvando intervenisset tantummodò confessio de receptione pretii, *per ea, qvæ habentur per Bart. in* l. *si forte. ff. de castren. pe. & in auth. si qvis in aliqvo documento. C. de eden. & per omnes in* l. *si donatione. C. de coll. reprobata gl. in* l. *qvi testamentum. ff. de prob.* secus autem si actualiter pretium intervenit, qvia tunc non præsumitur de aliqva fraude. ita dicit Bald. *in* l. 1. *C. de nat. lib. & in* l. *si is qvi ex bonis, de vulg. & pupil. & in d.* l. *qvi testamentum in lect. antiqva. ff. de prob.* & ita in effectu tenent Paul. de Castr. Alexand. & Jal. *in d.* l. *si is qvi ex bonis. de vulga. & pup.* cócludentes, * qvòd valeat contractus celebratus titulo oneroso inter patrem, & filium spurium, dummodò non appareat de aliqva præsumtione fraudis extrinseca, puta, qvòd emerit omnia bona patris, adde tu, vel majorem partem: qvia talis venditio arguit suspicionem. *arg.* l. *omnes.* §. *Lucius. ff. de his, qvæ in frau. cred. &* l. *nomen.* §. *filio. ibi, prope omnis substantia. de leg.* 3. vel si pater confiteretur recepisse pretium, qvia
3 tunc talis confessio non valeret: * qvia *a* confessio emana-
a ta inter personas prohibitas actum facere, est suspecta, ut superiùs dictum est, etiamsi talis confessio esset jurata, *prout not. Bart. in* l. *cùm qvis decedens.* §. *Titia honestissima. de leg.* 3. *& Alex. in* l. *si donat. reprobata opin. Bald. ibi C. de colla.* vel similiter qvòd emisset per magnam qvantitatem pecuniæ, & non subesset aliqva verisimilitudo, unde potuisset tantam pecuniam habere, sed si similes præsumtiones extrinsecæ non concurrant, contractus valet & tenet, licet contrariam partem teneat Bart. & Imo. *in d.* l. *si is qvi ex bonis.* & Bartol. *in d.* l. 1. *C. de nat. lib.* sed pro opinione Baldi stringit text. *in* l. *cùm autem.* §. *si tibi maritus. ff. de donatio. inter virum & uxorem. allegatus per Alex. in d.* l. *si is qvi ex bonis.* ubi habemus, qvòd licet contractus inter virum & uxorem sit prohibitus propter præsumtionem donationis, ne mutuo amore se spolient, *ut* l. 1. *ff. eod.* tamen si vero titulo maritus vendat uxori, talis venditio tenet. Ego ultra istud fundamentum corroboro opinionem Baldi de

eo,

eo, qvod multum solenniter, & in fortioribus terminis consulendo tenuit Alexand. *in cons. 18. in c. consideratis his, qvæ in themate narrantur, in 3. volum.* * ubi voluit, qvòd 4
si pater in testamento confiteatur se habuisse & recepisse centum à filio suo spurio, licet talis confessio tanqvam suspecta non teneat, ut superiùs est dictum, tamen istud est verum, & procedit, nisi aliqva verisimilitudo sit pro filio, qvòd apud eum potuerit esse illa qvantitas pecuniæ, puta, qvia habebat in bonis, vel faciebat aliqvod exercitium, per qvod verisimiliter potuerit superlucrari illam qvantitatem, qvam pater confitetur habuisse: qvia tunc talis confessio valida est, qvoniam secundum eum, una præsumtio tollit aliam, *juxta* l. *divus. ff. de in integ. rest. & c. literas. de præsump.* & pro ista sua opin. adducit notabilem decis. Salic. *in* l. *si pater. C. de contrah. emp.* ubi dixit se aliàs habuisse de facto consulere, * qvòd si maritus emat fundum 5
pro uxore sua absente, & pretium, qvod solvat, confiteatur se solvere de propria pecunia uxoris, licet sit præsumtio, qvòd talis confessio emanaverit animo donandi, qvæ donatio inter eos est prohibita, *ut toto titul. ff. & C. de don. inter vir. & uxor. & c. fin. extra. eod.* tamen si apparet ex aliqva verisimili præsumtione, qvòd uxor aliunde potuerit habere d. pecuniam, tunc est secus, *& ita etiam est secundum Alex. de mente Cyn. in* l. *fin. C. de sacros. eccl.* Secundò adducit decis. Ang. *in consilio secundum eum 153. incip. pater emit domum pro se, & filiis,* ubi vult, * qvòd licet con- 6
fessio facta per patrem confitentem se habuisse pecuniam à filiis suis, talis confessio sit suspecta, qvia per talem confessionem præsumitur donatio, qvæ prohibita est inter patrem & filium in potestate patris existentem, *ut l. 2. C. de inoffic. don. & l. donationes qvas parentes. C. de donat. inter virum & uxorem. & per Docto. in l. frater à fratre. ff. de cond. inde.* tamen si tempore dictæ confessionis paternæ filii erant in aliqvo eorum exercitio, qvòd verisimiliter potuerint dictam pecuniam, de qva in confessione, superlucrari ex sua industria, tunc sufficeret dicta confessio, *per no. per gl. Cyn. Bart. & alios in l. cùm oportet. in princ. C. de bonis, qvæ lib. & istas decisiones refert, & seqvitur præstantissimus DD. & præceptor meus in canonibus Phil. Dec. in suo consilio 96. incip. viso puncto,*

puncto, & consideratis objectionibus. versi. nec obstat, qvòd talis confeßio. qvanto ergo fortiùs dicendum est in casu nostro, qvòd si filius spurius emat à patre, & actualiter ei pretium solvat, & dictum pretium verisimiliter potuerit aliunde habere, qvàm à patre suo, talis contractus valeat & teneat. §. Secunda Cautela est, qvòd qvando vis relinqvere filio tuo spurio, non dicas, instituo, vel relinqvo talem fundum Sempronio filio meo: qvia si contingeret te non habere uxorem, & nunqvam habuisse, vel habere, sed à parvo tempore citra, ex ipsis verbis comprehenderetur, illum Sempronium esse filium tuum spurium, vel aliter incapacem, & sic per ista verba institutio, seu legatum redderetur nullum, sed dicas, qvaliter instituis, vel relinqvis talem rem Sempronio filio talis mulieris, vel alio modo taliter ipsum specifica, qvod clarè constet de qvo Sempronio intelligas, *juxta l. duo sunt Titii. ff. de testa. tut.* qvia si adversarius non probabit, illum Sempronium esse filium tuum spurium, qvòd à communiter accidentibus cum magna difficultate potest probari, institutio seu legatum valebit, *ita docent. Bal. Paul. de Cast. & Alex. in* l. *etsi pepercerit. qvæ est in* l. 3. *ff. de lib. & posth.*

ADDITIO.

a *Confeßio.) Adverte in hoc, qvia licet confeßio mariti, qvòd emerit fundum de pecunia uxoris, suspecta sit, propter donationem, qvæ inter virum & uxorem prohibetur, tamen si sit verisimilis: qvia mulier aliunde habuisset, attenditur talis confeßio propter talem verisimilitudinem, sit etiam de confeßione patris, qvi confitetur habuisse à filio in potestate, licet sit multum suspecta; tamen si verisimilis sit, qvia filius erat in aliqvo exercitio, & lucrabatur, illa confeßio justificat.* ita concordant Ang. in consilio 153. pater emit fundum. & Alex. in consi. 18. consideratis his. l. 3. qvæ consilia allegat, super qvibus fundara est præsens Cautela, Phil. Decius, à qvo hausit dom. Thol. in consi. suo 96. viso puncto, & consideratis objectionibus, qvod est elegantissimum, & qvotidianum consilium.

I. D. DURANTIS CAUT. LXIV.

§. Si *filia* minus relinqvatur, si monasterium ingrediatur qvàm si nupserit, qvo remedio valeat legatum.

SUM-

Summaria.

1. *Legatum factum filiæ in minori qvantitate, si monasterium ingrediatur, utrum valeat.*

Causa religionis est favorabilior nuptiis. ibid.

2. *Benefacere nemo compellitur.*

Filiæ minus relinqvi potest si monasterium ingressa fuerit, qvàm si nupserit. ibid.

Æqvitati naturali sufficit niti, ubi lex deficit.

Virgo,* cui legata sunt centum, si nupserit, & si non nupserit, relicta sunt solùm qvinqvaginta, centum conseqvetur, qvamvis religionem ingrediatur. qvia si rejicitur conditio, qva qvis retrahitur à nuptiis, l. qvoties. ff. de condi. & demonst. multo magis rejicienda est conditio, qvæ retrahitur à vita contemplativa. §. *sed hoc præsenti. in auth. de sanctis. Episcop. opinionem hanc seqvitur* Joan. *Andr. in rubr. de stat. mona. Barto. in* l. 2. *ff. de his qva pæn. nom.* Jas. *in authent. si qva mulier. de sacrosanct. eccles. Alexan. consi.*121. *viso themate. colum.*4. l. 2. *& consi.* 35. *Super contentu. colum.*3. *cum relatis per Dec. consi.*634. *In testamento Bernardini, & ibi dicit opinionem hanc * communem esse.* §. Sed si * testator velit dispositionem suam vires habere, remedium est, qvòd testator expresse declaret, filiam non posse conseqvi centum, nisi matrimonium contraxerit, etsi monasterium ingressa fuerit, non possit petere, nisi qvinqvaginta. Nam servanda est voluntas testatoris, qvando de illa apertè constat. §. *disponat. in Authent. de nupt.* l. *in conditionibus. ff. de cond. & demonstr.* & qvilibet rei suæ potest, qvam velit, legem imponere, l. *qvoties. C. de donat. qva sub mod. c. verum. de condi. appo.* & qvilibet rei suæ est moderator, & arbiter. l. *sed & si lege.* §. *consuluit. ff. de petit. hare.* l. *in re mandata. C. manda.* l. *Mavio. ff. de cond. & demonstr. glo. in* l. 1. *Cod. de inoff. testam.* & æqvum non est, qvòd monasterium habeat bona testatoris inviti, id est, illa centum, qvæ relicta sunt, si virgo nuberet, qvia invitus nemo cogitur benefacere. *Cod. de Judæis.* 45. *distinctio. c. ad fidem.* 23. *q.* 5. & ista verior est, & magis * communis opin. *ut scribet Dec. post relatos per eum consi.* 419. *viso eleganti consi. col.* 2. & in hac opinione sunt qvamplurimi, qvos refert

(margin: 1 … * … 2 … *)

refert Jaso. *cons. 43. Joannes. col. 5. lib. 3.* ubi dicit, qvòd totus mundus seqvitur hanc opinionem. §. Secundum * &
3 tutius remedium est, qvòd testator dicat, relinqvo mulieri qvinqvaginta, & illi, qvi eam uxorem duxerit, relinqvo alia qvinqvaginta pro augmento dotis. Sic monasterium non poterit capere, qvod non est relictum mulieri, sed illi, qvi eam duceret uxorem, l. *Titio*, §. 1. *ff. de condi. & demonst. Cautelam hanc tradit Bart. in dict. l. 2. ff. de his qvæ pæn. nomi.* & cautelæ prædictæ adjuvantur naturali æqvitate, qvia minus sufficit religionem profitentibus, qvam in seculo manentibus, satis est niti naturali æqvitati, l. *scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. & per Jaso. d. cons. 43. colum. 5.*

T. FERRATUS CAUT. IX.

§. Contra illam communem opinionem, qvòd non possit relinqvi plus filiæ, si nupserit, qvàm si in monasterium intraverit.

SUMMARIA.

1. Testator si relinqvat filiæ mille, si nupserit: si verò monasterium intraverit, relinqvat tantummodo centum, an si monasterium ingressa fuerit, mille habere debeat.

** Bartoli laus.*

2. Matrimonii appellatione, an matrimonium carnale, & spirituale veniant.

3. Statutum disponens qvidpiam contra cognoscentem mulierem nuptam, an in cognoscente monialem, locum habeat.

4. Legis verba, ad qvæ non adaptantur, ad ea nec ejus etiam dispositio.

5. Delinqvere velle qvis in dubio non præsumitur.

6. Dotis verbum, an in ingrediente monasterium verificetur.

7. Statutum si disposuerit, qvod filia dotata à fratribus excludatur, an monialis ita per fratres dotari debeat, si ipsam excludere valeat; ac si mundo nupsisset.

8. Le-

8. *Legatum factum in casu nuptiarum: an in religionis ingressu verificetur.*

9. *Testator si legaverit genero suo certam qvantitatem pro dote, & contracto matrimonio: an si eo non consummato: sponsa monasterium ingrediatur: legatum habere debeat.*

10. *Simonia an sit: si pater dixerit: supplico vobis: ut filiam meam in monialem accipere velitis: & pro ejus alimentis volo, qvod de bonis meis habeatis mille.*

11. *Simoniæ an sit: si testator in testamento dixerit: si tales moniales filiam meam in sororem accipient: relinqvo eis pro alimentis centum.*

12. *Regula: non in qvem verba: sed in qvem disponentis intentio dirigetur: qværi oportet.*

RIchardus Malumbre, & Thomas de Formaginis, de Bononia disputaverunt hanc qvæstionem, * an si testator 1
relinqvat filiæ mille, si nupserit, si verò monasterium intraverit, relinqvat tantummodò centum, an si monasterium intraverit, debeat habere mille, ac si nupsisset. Et concluserunt qvòd sic, qvia si tale legatum præcisè valeret, esset impeditivum vitæ contemplativæ, & qvis volendo eligere vitam spiritualem, esset inferioris conditionis, qvam si eligeret vitam activam. Qvam disputationem retulit, & secutus est Joan. And. *in addi. Spec. in tit. de statu. mona. super Rubr. circa medium. Vers. 2. qvæstio fuit disputata.* & hanc opinionem referendo ipsam disputationẽ tenet Alb. de Ros. *in suo tract. statut. in secunda parte. q. 104. incip. adhuc ex eodem themate qværo. & in l. Deo nobis. in secunda col. Vers. sed ulterius qværo. de episc. & cler. Bar. & Alexand. ibi, in apostill. in l. 2. ff. de his qvæ pœn. nomi. ubi refert Alexand. ita alias consuluisse* Joan. *de Ana. & ita fuisse judicatum in civitate Bononiæ, dominus Anto. in c. in præsentia. in 9. col. de prob. & ibi Francisc. de Aret. in* 18. *Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. in 7. col. Vers. ult. ad idem de Verbor. obl.* Matthesil. in suis singul. *l. 2. incip. ne. qvòd si testator relinqvit.* ubi dicit, qvòd miratur,

 qvòd

qvòd monasteria monialium istud non practicent. *Alexan. in cons. 35. inci. super contentis. in d. themate. in 2. col. Vers. 7. pro hac parte facit. in 3. Volum.* Et dicit Imo. *in l. Lucius, la secunda, in ultim. col. ff. de hared. inst.* qvòd vidit in civitate Bononiæ ita defacto judicari. Et licet contrariam partem teneat Bal. *in auth. nisi rogati. in 3. col. Versi. hac ratione determinatur alia qvæstio. C. ad Trebell.* ubi dicit, qvòd communis observantia & naturalis æqvitas est in contrarium. & ibi etiam Paul. de Castr. ubi dicit, qvòd aliàs ita consuluit Bononiæ, & idem tenent Bald. & Paul. de Cast. *in d.* l. *Deo nobis. de episc. & cler.* Pau. de Cast. *in* l. *Titio centum. §. 1. ad fin. ff. de con. & demonst.* ubi similiter dixit, qvod ita aliàs consuluit, & qvod ita observat totus mundus. Et Rapha. Cum. in l. *si ita qvis. §. is cui. de legat. 2.* & Imo. *in d.* l. *Lucius, la secunda, in ult. col.* ubi dicit, qvòd ista opinio est æqvior, qvia qvando filia nubit, magnæ expensæ fiunt, secus qvando ingreditur monasterium, & forsitan in puncto juris ista opin. est verior: qvia ut dicit Bal. *in qvodam suo cons. incip. inter scholam S. Mariæ,* non est dicendum, qvòd mulier, qvæ ingrediendo religionem, abdicat à se proprium, ut c. cùm ad monasterium. de statu mona. velit postea advertere ad proprium, qvia hoc modo esset committere actum continentem in se repugnantiam. Tamen in consulendo & judicando non est recedendum à 1. opi. tanqvam comuni, qvam ultra præfatos Doct. tenuerunt qvatuor principaliores, Modern. nostræ tempestatis, videlicet Fel. *in d. c. in præsentia. in 18. col. Vers. & ex istis remanet decisa alia qvæstio.* ubi dicit, qvòd ab ista opi. non est recedendum. Bart. Soc. *in d. l. 2. ff. de his qvæ pœ. no. do.* Jas. *in authen. si qva mulier. in 2. col. Vers. juxta hanc partem forma qvæstionem utilem. C. de sacros. eccle. & præceptor meus in legib. Joan. Campetiɂ in suo tract. eo. in prima parte, qvæst.* 30. §. Tu ergo, qvi habes filiam, & consideras, qvòd major qvantitas pecuniæ, reqviritur, qvādo filia nubit mundo, qvàm qvando ingreditur monasterium, qvo remedio poteris uti, ut valeas ei minus relinqvere, si monasterium ingredietur, qvàm si mundo nupserit, dic qvod Cautela est, ut concipias dispositionem tuam hoc modo: Relinqvo filiæ meæ, puta centum, & illi, qvi ducet eam in uxorem, relinqvo mille: qvia hoc modo, licet monasterium ingrediatur, tamen

tamen ipſum monaſterium non poterit petere illa mille: qvia non ſunt legata ipſi mulieri, ſed ei, qvi ducet eam in uxorem. ita notabiliter tradit Bartol. *in d.l.2. ff. de his, qvæ pœn. nom.* ſubdens tamen, qvòd conſuluit, ut addatur unum, ſcilicet & id, qvidem marito relinqvitur, debeat eſſe pretium dotis, aliàs ipſe ſibi haberet. qvam opinionem ſeqvitur Soc. *in d. l.2. & Fel. in d.c. in præſentia. & cum ipſo etiam videtur tranſire Jaſ. in d. auth. ſi qva mulier. C. de ſacroſ. eccleſ.* Adverte tamen, qvòd licet auctoritas * Bart. magna ſit, ipſe enim fuit lucerna juris, ut dicit Ang. *in conſ.15. inci. qvæcunq; diximus in vulgari.* & illuminator Juris Civilis, ſecundum Panorm. *in ſuo conſ.3. incip. caſus ſuper qvo conſilium petitur. in 2. col.* & virtus juris noſtri ſecundum Ro. *in conſ. 480. inci. in caſu propoſita conſultationis.* & in eo ſemper ſoleat eſſe ſubſtantia veritatis ſeqvenda in judicando, & conſulendo, ut dicit idem Ro. *in conſ.469. inci. qvoad primum propoſita conſultationis.* & Franc. de Curte, *in conſ. 49. inci. ſuper controverſia vertente inter Lanterminum. 3. col.* Tamen aliàs dicebam, qvod non eſſet ponere os in cœlum, ſi aliqvis teneret contra iſtam Cautelam Bart. Nam mulier, qvæ profitetur, contrahit matrimonium ſpirituale, & nubit Chriſto, & profitens immortali ſponſo ſe conjungit, *ut c. qvæ in Chriſto. & c. qvod autem. 27. q. 1.* * unde matrimonii appellatio non ſolùm intelligitur de carnali, *juxta l.1. ff. ſolut. matr.* ſed etiam de ſpirituali tanqvam de digniori, & in qvo verſatur ſalus animæ, *ut 27. q.1. c. nuptiarum bonum.* per qvæ jura dixit Dionyſi. de Peruſio, *in qvodam ſuo conſil. incip. & ſi doctrina cæcum illuminet. qvem refert Maria. in repet. c. qva inter & qvando. lo ſecundo, in 8. q. in penultim. art. extra. de accuſ.* * qvòd ſtatutum diſponens aliqvid contra cognoſcentem mulierem nuptam, habet locum in cognoſcente monialem, cujus matrimonium indubitanter eſt dignius: qvia licet virgines, & continentes, ac etiam conjugati per fidem certam, & operationem bonã Deo placentes, ad æternam mereantur pervenire beatitudinem, *ut c. firmiter. de ſumma Trinit. & fide Catho.* tamen continentes plus Deo placent, qvàm conjugati, qvia non expedit homini ad regna cœlorum tendenti accipere uxorem carnalem, *ut 33. q. 5. c. tunc ſalvabitur. & not. glo. in d.c. firmiter.* vita enim contemplativa ſalubrior eſt, qvàm activa. *c. ſanè. de regula.* Modò ſi teſtator

Margin notes: * (beside "Bart. magna"); 2 (beside "unde"); 3 (beside "qvòd ſtatutum di-")

concipiet dispositionem suam, *juxta consilium Bar.* videlicet illi, qvi ducat eam in uxorem, relinqvo mille, si filia profitebitur, dicet monasterium, qvòd ipsum debebit habere illa mille: qvia sive velis subintelligere illius verbis, illi, qvi ducet, illi, scilicet sponso, vel illi scilicet marito tunc, cùm mulier ingreditur monasterium, profitendo dicitur nubere, & se conjungere cum Christo, ut dictum est, & qvod in terminis Bartol. iste intellectus debeat accomdari, facit ratio, de qva supr. in princ. scilicet ratio impediens vitam contemplativam, qvia mulier considerans, qvòd si mundo nupserit, maritus, qvem accipiet, habebit mille nomine dotis, faciliter causa conseqvendi illa mille, retraheretur à vita monastica. Et non obstat si diceretur, qvòd illa causa, qvam subjungit Bart. tollit omnia fundamenta,
4 scilicet, qvod illa mille habeat nomine dotis: * qvia regula est, qvòd ad ea, qvibus non adaptantur verba legis, & testatoris, non adaptatur ejus dispositio, *ut* l. 4. §. *totses*, *ubi Bart. not. ff. de dam. infect.* & l. *hos accusare*. §. *omnib. ff. de accusa.* & *c. ex parte ubi Ant. de conc. praeben.* & *bonus text. in c. indemnitatib.* §. *sed cùm eas. de electio. in 6. qvem dixit meliorem de jure* Jo. *de Ana. in c. fin. in* 11. *col. versi. in qvantum etiam Bart. dicit. extra, de maledi.* sed verbum dos, de qvo facta est mentio per testatorem, non potest adaptari ad illam, qvæ ingreditur monasterium: qvia natura dotis est, qvòd remaneat apud filiam, & censeatur suum patrimonium, *ut* l. *Pomp. Philad. ff. fam. hercis.* & l. 3. §. *sed utrum. in fin. ff. de min.* sed illud, qvod datur pro ingressu, remanet apud monasterium, & monasterio qværitur, *ut c. conqvestus. de foro comp.* nec remanet, nec qværitur, nec qværi potest filiæ, cùm sit professa, per qvam professionem abdicavit à se proprium, nec proprium habere potest, *ut c. cùm ad monasterium: de statu monacho.* nec talis pecunia restitueretur ipsi moniali, si ad aliud monasterium se transferret, *ut* 27. *q.* 1. *si qvis rapuerit.* & *in authen. de mona.* §. *si verò relinqvens,* & *est casus in c. cùm olim. lo secundo. de privi. de qvo plenè per Scribentes in c. cum ad te. de cler. conjug.* imò si aliter diceremus, qvòd dos intelligeretur relicta pro ingressu religionis, esset committere crimen simoniæ, *ut c. non satis.* & *c. veniens,* & *c. tuanos. de simo.* & 1. *q.* 1. *placuit.* unde *a* in dubio testator faci-
a
ens

ens mentionem de dote, non debet intelligi, qvòd voluerit intelligere de dote danda pro matrimonio spirituali: * 5
qvia in dubio qvis non præsumitur velle delinqvere, *ut vulgata* l. *merito. ff. pro socio. & cap. fin. de præsump.* nec esse immemor salutis æternæ, *ut ff. ad legem Juliam, repet.* l. *sancimus. Canonizata.* 1. *q.* 7. nec eligere viam ad impugnandum sua judicia, *ut* l. *similes. ff. de testam. milit.* Et ita in specie tenuit Pet. de Ubaldis de Perusi. in suo tractatu de duobus fratribus, *in* 11. *parte, q.* 4. *referens ita aliàs consuluisse. Pet. de Per. in qvodam suo cons. incip. viso præfato principe, & visis præfatis statutis. in* 14. *lib. cons. char.* 102. & pro hac opin. bene facit, qvod voluit Bald. *in authent. nisi rogati. in* 2. *col. versi. qværo nunqvid monasterium. C. ad Trebell.* volens qvod executores deputati ad virgines maritandas, non possint dare illam qvantitatem virginibus intrantibus monasterium, & sic vult qvod id, qvod datur moniali, non dicatur pro matrimonio, & sic nec dos, *juxta no. in Rub. ff. solut. matr. de qva decisione meminit Felin. in c. ecclesia. S. Mariæ. in* 31. *col. vers. & ista opi. adduci potest, extr. de const. & Card. Alex. in c. versi. in* 5. *col. vers. & ideo dicimus, de conditio. appo.* * qvia in contrarium, qvòd 6
imò verbum dotis verificetur, etiam in illa, qvæ ingreditur monasterium, facit qvod notabiliter voluit Bart. *in* l. 1. §. *si parens. ff. si qvis à par. ma. sue.* volens, qvòd illud, qvod dat pater filiæ ingredienti monasterium, puta, qvando ponit centum super altari, qvòd illud datum dicatur dos ipsius filiæ, & imputetur filiæ in legitimam, & dicens, qvòd per tale datum vulgo filia dicitur dotata, qvam opinionem seqvitur idem Bartol. *in* l. *Titio centum.* §. *Titio genero. in fin. ff. de cond. & demonst. & Bald. in* l. *qvoniam Novella. in ultimis verbis. C. de inoffi. testam. & Bald. in suo tractatu dotis. in* 1. *parte, in tertia col. vers. adde etiam, qvòd si pater, & Fabia. de monte S. Sabini, in sua rep. Aut. novissima. in* 10. *q.* 9. *q. prin. C. de inoffi. testa. & Georg. Natan. in repe. c. qvamvis. in* 32. *col. vers.* 12. *qværo. de pact. lib.* 6. *& præceptor meus in legi. Joannes Camoet. in suo tract. do. in ulti. parte, q.* 31. & qvod verbum dotis, verificetur etiam illa, qvæ ingreditur monasterium, demonstratur de eo, qvod pulchrè consuluit Pet. de Anch. *in cons. mihi* 107. *incip. in d.* l. 1. *Ferraria, &c. & in cons. seq. incip. in paucis verbis tractatum est. superius*, volens, * qvòd stante sta- 7
tuto,

tuto, qvòd filia dotata excludatur à fratrib. qvòd monialis ita debebit dotari per fratres, si volent eam excludere, ac si nupsisset mundo, qvod non esset verum, si illud datum, seu oblatum, non diceretur propriè dos, cum in statutis verba propriè, & strictè intelligantur, *ut habetur in vulgata. l.3. §. hac verba. ff. de neg. gest. & in l. qvidqvid astringenda. de verb. obligat. & in c. cum dilectus. cum concord. de consvet. Motus Pet. de Anch. inter cetera per hanc*
8 *auth. nisi rogati in ratione sui. C. ad Treb.* * ubi legatum factum in casu nuptiarum, verificatur in ingressu religionis, *& pro hoc etiam bene facit qvod no. Bal. in* l. *fin. in 2. col. versi. sed pone qvòd filia. C. de dot. promiss.* & volens,
b qvod qvemadmodum pater *b* tenetur dotare filiam volentem mundo nubere, *ut d.* l. *fi. &* l. *qvi liberos. ff. de ritu nupt. & per Bart. in l. obligamur.* §. 1. *ff. de act. & oblig. & per Alex. in* l. *mulier.* §. *cùm proponeretur. ff. ad Treb.* ita tenetur dotare volentem ingredi monasterium, *qvam decisionem seqvitur Felin. in c. non satis. de simonia. & Alex. in consf. 140. incip. viso themate suprascripto. in 3. col. versi. facit ad prædicta qvod not. Bal. in 2. volu. & Bal. Novellus, in suo tract. dotis, in 16. speciali, circa principium.* Ulterius fortiter urget decisio qvasi in terminis nostris ejusdem Bal. *in d. Auth. nisi rogati. in 3. col. versi. qværo qvid si testator.*
9 *C. ad Treb.* ubi voluit, * qvòd si testator leget certam qvantitatem genero suo pro dote, & contracto matrimonio, sed adhuc non consummato, sponsa ingreditur monasterium, qvòd muliere profitente, monasterium habebit illud legatum, non alia ratione, nisi qvòd monasterium succedit loco generi. Non obstat illud, qvod dicitur de simonia, qvia est verum, qvòd per dationem alicujus rei temporalis pro ingressu religionis committetur simonia, ut illis juribus superiùs allegatis. Sed illud procedit, qvando temporale datur principaliter pro ingressu, ut esset qvando intervenisset pactum, secus autem, qvando datur non principaliter, sed secundariò, & ita intelliguntur jura præallegata.
10 Id circo dixit Bald. *in l. fi. C. de spons.* * qvòd si pater dicit, Supplicio vobis, ut velitis accipere filiam meam in monialem, & pro alimentis ejus volo, qvòd habeatis mille de bonis meis, qvod non est simonia. & similiter dixit Abb. *in c. tua nos. extra. eodem. de simon. qvem ibi referunt & seqvun-*

qvuntur Jo. de *Ana.* & *Felin.* qvòd illi, qvi donant Cardinalibus, & aliis prælatis, ut per eorum intercessionem conseqvantur beneficium, qvòd si intendunt donare non principaliter causa auxilii dandi: qvòd secundariò hoc sperent, non committunt simoniam. Similiter donans familiari alicujus prælati, ut ei beneficium sollicitet, si ille familiaris non est talis, cujus intuitu prælatus sit donaturus, non est commissa simonia. Ita do. Cardinalis *in cap. tuam. de ætate & qvalitate.* dicens se ita respondisse cuidam Curiali urbis Romæ, Ita possumus dicere in casu nostro, qvòd testator relinqvens, ut suprà, voluerit relinqvere principaliter pro ingressu religionis, eveniente casu ingressus. & possibile est etiam, qvod voluerit relinqvere secundariò, ergo seqvitur, qvòd iste intellectus ultimus tanqvam benignior, & excludens peccatum, debebit amplecti, *juxta regulam in dubiis ff. de regulis juris. & c. estote misericordes. eod. titu. in antiqvis.* Et de hoc videtur in terminis decisio Bart. *in d.* l. *Titio centum.* §. 1. *in fi. ff. de condit. & demonstr.* dicens, * qvòd si testator dicat in testamento: Si 11
tales moniales accipient filiam meam in sororem, relinqvo eis centum pro alimentis, tale legatum valet, nec dicitur simonia. idem dicendum est in casu nostro, qvando legatur aliqvid pro dote, cum ipsa dos succedat loco alimentorum, *& per* Jo. *Andr. de statu monachorum, post medium, versic. scire debes. & per dominum de Rot. in sua decisio.* 18. *posita sub Rubr. de consvetutidine, incipiente fuit dubitatum, & in relationibus, positum in novissi. & per Bal. & Sali. in* l. *sancimus. C. de nupt. & per Alb. de Ros. in* l. *qvoniam in prioribus. in ult. col. C. de inoffi. testam. & alibi sæpè Doctor.* & qvod contra Cautelam Bart. possit teneri, facit illa regula, qvæ est, * qvòd non in qvem ver- 12
ba, sed in qvem disponentis intentio dirigitur, qværi oportet, ut l. cùm pater. §. donationis. de legat. 2. similiter qvando una persona exprimitur, & in aliam finis & intentus dirigitur, attendi debet persona, in qvam intentus dirigitur, *ut l. cum dotem. ff. ad legem Falcid.* Ita in casu nostro. nam testator uni legat, & tamen alteri, id est filiæ, legare intendit super qvibus cogita.

Additio.

a Unde in.) *In dubio testator faciens mentionem de*
 dote,

dote, an debeat intelligi qvod voluerit intelligere de dote danda pro matrimonio spirituali, vel an relictum pro dote de necessitate, intelligatur pro matrimonio carnali. ita qvod si ingrediatur monasterium, relictum non debeatur, vide d. Alex. signanter in consi. suo. 121. in 2. volum. ibi. *qvartò probatur illud, qvod relinqvitur pro dote, nec mandabis oblivioni.*

b Pater tene.) *Sed qvid si filia habeat de suo, unde se dotare possit, an pater de proprio eam dotare teneatur si habeat idoneam substantiam?* vide per d. Alex. in cons. 7. secundæ partis consiliorum. *Et an legatum dotis succedat loco legitima debita de jure natura? dic qvod sic.* vide per eundem, & d. Alex. in cons. 20. in secundo volumine. *& in qvo differat legatum dotis collatum in tempus nuptiarum, & qvando relinqvitur mulieri pro se maritanda, vel ad maritandum.* vide per eundem in consilio septuagesimo septimo, in qvinto volumine, ibi, ideo enim, &c.

I. D. DURANTIS CAUT. LX.

§. *Hæres hæredis qvo remedio* locum primi hæredis assumat, & qvo consilio ad successores non transeat legatum alicui sub nomine dignitatis.

SUMMARIA.

1. *Legata res ad vitam legatarii, mortuo legatario, redit ad hæredem testatoris.*
   Hæredis appellatione solùm complectitur illum, qvi testamento legi potest, ibid.
2. *Hæredis appellatione quando veniat hæredis hæres. suprà de substitu. Caute. 24. nu. 1. & 2.*
3. *Legatum annuum rectori ecclesiæ factum sub nomine dignitatis transit ad ejus successorem.*
   Legatum simpliciter relictum, si sit iterabile, & respiciat pietatem, vel publicam causam, censetur annuum ibidem.

SI fundus * Titio legetur, qvoad vixerit, & additum sit, qvòd post mortem Titii fundus ad infrà scriptum hæredem revertatur, si scriptus hæres ante Titium moriatur fundus penes hæredes Titii legatarii permanebit, & hæres hæredis testatoris fundum vendicare non poterit, *secundùm Alex.*

Alex.consi.173.visa facti.l.5. qvia fideicommissum hoc conditionale censetur, *l.hæres meus ff.de cond. & demonstr.* & conseqventer non transmittitur ad hæredem, *l.in causa.§.Pomponius.ff.de minor.*l.1.*§.sin. autem sub conditione.Cod.de cadu.tollen.* Nec obstat, qvòd hæredis appellatio hæredem qvoq; hæredis comprehendere soleat. l.*in annalibus.C.de legat.* Qvia hoc non procedit, ubi dictum esset hæredem infrà scriptum, vel suprà scriptum, qvia tunc hæredis appellatio solùm complectitur illum, qvi testamento legi potest, *ut per Bart.in* l.*qui liberis.§.hac verba.ff. de vulg. & pup.* Sed *ut hæres hæredis admittatur, remedium est, 2 qvòd simpliciter Titio legetur, donec vixerit, sic enim relicto facto post Titii mortem non solùm testatoris primus hæres, sed & hæres hæredis ipso jure fundi dominium nanciscitur, *l.final.cum glo.in versi.remanentibus. C. de legat.* qvia per hæc verba ad nullum ex hæredibus, præcipuè relatio habita videtur *secundum Paulum de Castr. & Alex. in dict.l.fin.* Sed & si diceretur in testamento, qvòd post mortem legatarii res ie devolvatur ad hæredes infrà scriptos, & eorum hæredes, omnis qvæstio cessaret manifestissimis verbis, sublato ambiguo voluntatis, *l.ille.§.fina.ff.de legat.3.* *Illud etiam notandum est, qvòd si qvid annuum 3 alicui sub nomine dignitatis officii relinqvatur, successori qvoq; in dignitate, vel officio legatum præstari oportebit, ideo si annuum relinqvatur rectori ecclesiæ, relictum erit perpetuum. Sed si testator velit legatum finiri morte rectoris, adjiciat verba hæc, videlicet, qvoad vixerit, *per not. Doctores in* l. *annua.§.1.ff de annuis legat.& per Bal.consi.126.factum sic proponitur.* l. 5. *& per Doctores in cap. reqvisisti.de testam.* Item sciendum est, legatum simpliciter relictum, si sit iterabile, & respiciat pietatem, vel publicam causam, censeri annuum, *l.legatum. & ibi Bart. & l.penult.ff.de annuis legatis.* Sed si testator aliud sentiat, sit cautus, ut legatum limitet ad unam præstationem. Nam standum est in hoc limitationi ipsius testatoris, *ut per Soci.consi.48.eleganter.lib.3.*

Incapacibus qvo remedio relinqvi possit, *Vide suprà Titulo qui testamenta facere possint. in Excommunicatus.*

I. D. DURANTIS CAUTELA LXII.

§. Qvo remedio legatum factum *religiosis Mendicantibus* cum onere ædificandi ecclesiam robur assumat.

SUMMARIA.

1. Ecclesiam novum religiosi mendicantes construere nequeunt sine authoritate pontificis.

Legatum locis religiosis mendicantibus cum onere ædificanti ibi ecclesiam, an valeat, ibid.

2. Legatarius incapax prædii potest consequi pretium.

1 SI fundus * Religiosis mendicantibus cum onere ædificandi in eo ecclesiam relinqvatur, onus hoc tanqvam impossibile rejicitur, qvia locus novus ab eis sine authoritate Papæ construi non potest, *cap. 1. de relig. dom. & cap. 1. de excess. prala. libro 6.* & fundum religiosi non habebunt, cùm sint in capaces, *cap. exiit qui seminat. de verborum significationib. eodem libr. ita colligitur ex doctrina Bart. in l. apud Julianum. §. constat. ff. de legat. 1. & Bal. in authentic. ingressi. colum. penultim. C. de sacrosanct.* 2 *eccles.* Ut * autem legatum inutile non sit, remedium est, qvòd testamento adjiciatur, qvod si dicta conditio impleri non possit, fundus vendatur, & pretium in usum eorundem religiosorum convertatur, qvod fieri potest, *per glo. in dict. cap. 1. de relig. domi. libr. 6. facit text. juncta. gloss. in l. si qvis inqvilinos. ff. de legat. 1. secundum Alexand. in dict. §. constat. cum aliis ibi per eum relatis. & in consilio nono. visis. colum. 4. versic. praterea. libr. 2. & Cautelam hanc tradidit Bal. in l. cum qvastio. in fin. C. de legat. & seqvitur Barb. in Rubr. de rebus eccles. non alienan. colum. 6. in 5 limitatione. & per no. per eum ibi, & per Doctores in d. §. constat.* videtur qvòd incapas immobilium non suo vitio possit capere pretium rei, ideo videtur qvòd Cautela hæc non jus immutet, sed qvæstionem, & controversiam tollat.

I. D. DURANTIS CAUT. LXIII.

§. *Monacho* qvo remedio legari possit, ita ut commodi particeps non sit Abbas.

SUMMARIA.

1. Ususfructus monacho qvomodo cautè relinqvatur.

2. Mo-

2. Monacho ususfructus potest relinqui temporaliter, qvamdiu Abbas ei non fecerit qvæstionem super eo.
Monachus ipse capax est legati alimentorum.
Alimenta monacho relinqvi possunt ita, ut illa ipse, & non Abbas, percipiat. ibid.

Pater *vel alius qvi monacho velit relinqvere usumfructum, & providere ne in eo ab Abbate ei molestia inferatur, si leget sub pœna, qvòd privetur relicto, si Abbas aliqvam molestiam inferat, pœnæ adjectio non valet, qvia turpe est arctare Abbatem, ne possit monacho imperare, *secundum Imo. post Bart. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellan. cap. cum ad monasterium. de stat. regu.* §. Sed * Cautela est, qvòd non sub pœna, sed temporaliter legetur, qvamdiu ei Abbas non moverit qvæstionem, *secundum dominum Bal. in l. 1. C. de his qvæ pæn. nomi. faciunt not. per Bart. in auth. excipitur. C. de bonis qvæ libe. & per Abba. consi. 63. Ut veritas. lib. 2.* §. Secundum remedium est, * qvòd monacho relinqvatur annuum, nomine alimentorum, ita qvòd Abbas se non ingerat circa illud, *l. servo alieno. cum glo. ff. de lega. 1. Bart. in d. §. tres hæredes. & Bal. in auth. licet. C. de epis. & cleric. l. servos. ff. de ali. & cib. le. Abb. cons. 44. Ad decisionem.* l. 2.

1
2
3

I. D. Durantis Caut. XV.

§. *Pluribus* qvo remedio possit facere testator, qvòd non sit jus accrescendi inter legatarios, vel hæredes.

SUMMARIA.

1. Jus accrescendi est inter legatarios conjunctos.
Soror legataria præfertur hæredibus in legato sororis collegatariæ. limita, ut ib.
2. Legatarius non succedit legatario jure accrescendi in quantitate separatim legata, etiamsi eorum nomina conjungantur.
3. Jus accrescendi in legatis prohibere potest testator, secus inter hæredes.
Legatum alimentorum natura taxatum est. ibid.
4. Institutus hæres in certis rebus qvando totam hæredi-

reditatem conseqvitur contra testatoris voluntatem, etiam in foro poli. & numer. 6.

5. Hæres contentus esse jussus certis rebus residuum intelligatur rogatus per fideicommissum restituere.

1 SI filiabus * vel neptibus testator legaverit aureos ducentos, altera defuncta priusqvam dies legati cesserit, in parte sororis mortuæ, soror altera hæredibus præferetur, l. *re conjunctis. ff. de leg. 3. & §. eis ita. C. de cad. tol.* Nam & nomine collectivo conjunctio verbalis inducitur, & ex ea jus accrescendi est inter conjunctos, l. *qvi qvartam. §. fi. & ibi Bart. ff. de leg. 1. Bald. cons. 419. Testator legavit. in fin. lib. 5. & cons. 359. Factum tale est lib. 3.* §. Sed si testator nolit esse inter filias jus accrescendi, remedium est, qvod separatim eis relinqvat, qvia procul dubio cessat jus accrescendi, si disjunctim pluribus legetur. l. 1. *ff. de usufru. accrescen.* dumodo inter legatarios conjunctio realis non sit.
2 §. Secundum remedium est, * (si nomina conjuugantur) qvòd qvantitas disjungatur, veluti si ita legetur: Item reliqvit Cœnobiæ, & Catharinæ aureos centum pro qvalibet, qvia non est locus juri accrescendi, qvando legatariis separata qvantitas legatur, etiamsi eorum nomina conjungantur, l. *hujusmodi. §. qvibus ita. ff. de leg. 1. & hoc ibi tenet Bart. qvi dicit sæpius id vidisse in facto, & seqvitur ibi post alios Jaso. & in d. l. re conjunctis. col. 32.* Tertium remedium
3 est, * qvod jus accrescendi testator prohibeat, nam potest jus accrescendi expressè prohibere testator, l. *Lucius. §. qva habebat. ff. ad Trebell. Bart. in l. pater filium. col. ult. 2. lect. ff. de inoffi. testam. Ang. Aret. in tracta. de testamen. versicu. item inter dictos B. & prohibuit jus accrescendi. cum allegatis per Barb. consi. 81. illud in medio. lib. 3.* Etsi ususfructus pluribus conjunctum legetur ut inter eos non sit jus accrescendi, satis est dicere, legavit usumfructum ad alimenta. l. *dominus. §. 1. ff. de usufruct.* qvia legatum alimentorum natura taxatum est. *l. legatis. ff. de leg. 3.* & jus accrescendi taxatione perimitur. *d. §. qva habebat. Jas. in d. l. qvi qvartam. §. fin.* & qvod diximus testatorem posse prohibere jus accrescendi, intelligas hoc procedere in legatis.
4 * Nam secus est inter hæredes. l. *si qvis ita hæres instituatur excepto fundo. ff. de hæred. instituen. & glo. in l. si servo*

ex-

extero.eod.tit. & est * comunis opinio, ut dicit Alex. *in l. si qvis priore. col. fin. ff. ad Trebell. & idem tenet in l. qvoties. C. de hæred. instit.* & qvòd hæc sit communis sententia, patet ex relatis per Curt. *cons. 75. Andreas. col. 2.* Adeò qvod hæres institutus in certis rebus totam hæreditatem conseqvatur, non obstante prohibitione testatoris contra opin. Bar. *in l. qvoties. §. si duo. ff. de hæred. instituend. & cons. 156. Titius fecit testamentum. Et procedit hoc etiam in foro poli, ut per Feder. de Sen. cons. 131. Casus talis est.* §. Sed ut institutus in re certa contra voluntatem testatoris non habeat omnia bona defuncti, remedium est, * qvòd testator in prohibitione juris accrescendi addat verba hæc, videlicet, Et voluit dictum hæredem dictis rebus esse contentum. Sic enim residuum intelligitur rogatus restituere successuris ab intestato, *l. peto. cum ibi not. per Bart. ff. de lega. 2.* & idem operatur etiam clausula codicillaris, ut per fideicommissum hæres intelligatur rogatus restituere his, qvi ab intestato succedunt, argum. d. l. si qvis priore. *ut l. latius per Curt. d. cons. 75. col. fin.* Jaso. autem conatur substituere opin. Bart. *cons. 8. Super duobus. col. 9. lib. 3.* dicens, * communem opinionem esse cum Bart. Tutum tamen est uti dictis remediis ad controversiam tollendam. Illud etiam scire expedit inter plures, qvibus legatus est ususfructus, vel omnium bonorum, vel certi prædii, esse jus accrescendi, etiam post qvæsitum usumfructum. *l. 1. §. 1. de usufruct. accr.* §. Sed si testator velit non esse locum juri accrescendi, remedium est, qvòd leget usumfructum pro alimentis, sic enim de usufruct. *& ibi gloss. & doct. notant, qvòd dicit esse valde notabile Abba. cons. 78. Circa primum. in final. lib. 2.*

(margin: 5 at "qvòd testator in"; * at "Alex. in l. si"; * at "dicens, * com-")

B. Cæpolla Caut. CXXII.

§. Relinqvendi legatum rebellii

Summarium.

1. *Legatum filio in potestate, vel rebelli, non debetur, nisi cùm sui juris factus fuerit.*

NOta tu, qvi vis relinqvere rebelli, ut dicas sic: Lego tali fundum, ut ipsum habeat, vel retineat, qvia hoc relictum non debetur sibi, nisi cùm factus sit capax, & restitutus ad gratiam communis, & non antè, unde ad

ad fiscum non pertinet, sicut dicitur de legato facto filiofam. modo prædicto, * qvia ei non debetur, nisi facto sui
1 juris. *text. est not. in* l. *fiavic.* §. *hac verba.* & §. *si filio. ff. de leg.* 3. *& ita alias dixit* Jacob. *de Praato Veters, advocatus fiscalis.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM, LIBER XXXII.

DE LEGATIS TERTIO. TITUL. I.

Qvæ legare liceat.

I. D. DURANTIS CAUT. XXV.

§. *Æstimatio* rei legata, qvo remedio etiam re peremta legatario debeatur.

SUMMARIA.

1. Legatario non debetur æstimatio legati per emphy. limita. ut ibid.

2. Debitor qvantitatis expressæ respectu alicujus speciei, non liberatur etiam morte ipsius speciei.

1 AESTIMATIO *speciei relicta, si species pereat non debetur, l. *qvidam.* §. *si tibi. ff. de lega.* 1. Qvare si cui eqvi æstimatio legata sit, mortuo eqvo, legatarius æstimationem non poterit petere. Sed ut eqvo mortuo nihilominus
2 nus ejus æstimatio legatario debeatur, remedium est, * qvòd æstimatio certa, & designata relinqvatur, qvia qvando æstimatio est expressa, & taxativa, debitor qvantitatis respectu speciei perempta specie non liberatur. l. *vir uxori. ubi Barto. ff. de dot. prale. & illum text. dicit esse valde notabilem Alexand. in* l. *Titia. textores.* §. *fin. ff. de legat.* 1. *& ibi vide Paul. & Jas. reddentes rationem hujusmodi varietatis.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXII.

§. *Aliena* rei legatum, qvo remedio vires habeat.

SUMMARIA.

1. Aliena si legentur, qvibus & qvando debeantur. Amicitia magna juri sangvinis exaeqvatur, ib.

2. Legatum rei alienæ scienter à testatore factum valet saltem in æstimatione.

3. Lega-

3. *Legatarius qvomodo conseqvitur legatum rei alienæ ab hærede, qvi sit conjunctior testatori.*

ALienæ rei legatum * inutile est, nisi conjunctæ personæ legetur, vel testator sciat rem suam non esse, & hoc à legatario probetur. §. *non solùm. Instit. de lega.* l. *cùm alienam. ubi Doct. C. eodem tit. Abba. cons. 45. Videtur. lib. 2.* vel nisi testator leget valdè amico, qvoniam magna amicitia juri sangvinis exæqvatur. l. *cùm allegas. Cod. de cast. pec. lib. 12. glo. in cap. reqvisisti. & ibi Abb. de testam. & per Jason. in* l. *si res obligata. ff. de legat.* 1. §. Sed si * testator velit de viribus legati dubitari non posse, remedium est, qvòd legando dicat scire se rem alienam esse. Sic enim efficax erit legatum, & hæres evictionis periculo astringetur, l. *si domus. §. de evictione. ubi Docto. ff. de lega.* 1. & est communis opinio, ut dicit Alexand. *in d.* l. *cùm alienam.* respondens *ad c. filius. de recta.* qvod ille tex. procedit in re ecclesiæ, cujus alienatio difficilis. *cap. sine exceptione. 12. qvæst. 2. vel d. cap. filius.* debet interpretari secundum jus civile, ut si legatum rei alienæ sit factum à sciente, licet non valeat in damnum domini, cui res sua debet à legatario, vel ab hærede possessore restitui, legatario tamen æstimatio solvi debeat ab hærede, *ut sentit gl. in d. c. filius. & comprobatur ex dictis ibi per Barb. colum.* 4. Et notandum est, * qvòd si testator leget rem alienam conjunctiori, si hæres sit conjunctior, ut puta si sit filius testatoris, legatum solvere non tenetur. *arg.* l. *cum acutissimi. C. de fideicom. &* l. *si nunqvam C. de revo. ut per Bald. in d.* l. *cùm alienam.* Sed ut legatarius possit legatum conseqvi, remedium est, qvòd faciat articulum, & probet, qvòd ipse legatarius erat à testatore valde dilectus, & benemeritus de testatore, & qvod verisimile est, qvòd testator etiam habens filium sic merenti, & dilecto relinqvere voluerit rem legatam, vel æstimationem ejus, si legatarius rem habere non posset. hoc probato legatarius obtinebit. *faciunt not. per Barto. in l. fin. ff. de hared. instit. in princip. & alia ad id allegata per Barba. in d. c. filius. colum. ultim. Jas. in l. si res obligat. 1. ff. de legat. 1. & vide hoc tit. Cautela 37. Res alienas.*

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (at "Sed si * testator"), 3 (at "qvòd si testator leget").

I. D.

I. D. DURANTIS CAUT. XXXVII.

§. Qvo remedio contra dominum rei legatæ, qvi legato consensit, legatarius habeat actionem.

SUMMARIA.

1. Legatarius contra qvem agat, qvando testator legavit rem alienam consentiente domino.

Aliena re legata legatarius habet actionem: si dominus rei consenserit, ibid.

2. Pacto testatoris qværitur actio legatariis.

Legatarius qvodammodò hæres in re legata censetur, ibid.

3. Hæres cogitur cedere actionem legatario contra dominum rei legatæ à testatore.

1 RES * alienas expedit domino consentiente relinqvere, l. *sicut.* §. *venditionis. ff. qvibus mod. pigno. vel hypo. sol. facit text. in c.* 1. *& qvod ibi notat Bald. de prohib. feud. alien. per Fede.* Nam ex tali consensu conseqvitur legatarius retentionem, licet ex hoc non possit agere contra dominum rei, qvi consensit, cui nihil testator legavit. l. *ab eo. C. de fideicom.* l. *cùm qvis decedens. & ibi Bartol. ff. de lega.*

2 3. Sed * ut legatarius contra dominum rei actionem habeat, remedium est, qvòd dominus rei non simpliciter testatori consentiat, verùm etiam illi nomine legatarii stipulanti promittat solvere rem legatam, qvia ex testatoris pacto legatariis actio qværitur. Nam legatarius qvodammodò hæres in re legata censetur, l. *id tempus.* §. 1. *ff. de usuca. juncta.* l. 1. *C. ut ab hære. & con. hær. &* l. *si tibi.* §. *pactum. cum ibi not. ff. de pact.* Et qvòd ex promissione domini facta testatori legatarius agere possit, *tenent Bart. & Alexan. in* l. *nemo. ff. de legat.* 1. *& comprobat opinionem hanc Jas. in* l. *si fundum per fideicommissum. col.* 8. *ff. de legat.* 1. Sed

3 * si Cautela hæc in testamento fuerit omissa, remedium, qvo rem legatam legatarius conseqvatur, est, qvòd ipse agat contra hæredem, l. *si duos. paragr. penultim. ff. de lega.* 1. & hæres vel cedet actionem contra dominum rei legatæ, qvi legato consensit, vel ipse aget contra eundem. Habet enim hæres contra illum, qvi consensit, actionem mandati, l. 1. *&* 2. *ff. man. & comprobantur prædicta per Bart. cons.* 211.

211. qvidam sibi filius. Paul. de Castr. cons. 240. circa primum. & Jas. cons. 13. casus talis. l. 1.

§. *Armentum* si legetur qvid debeatur. *Vide jus eodem in Mobilium.*

I. Durantis Cautela. IV.

§. *Communi* re legata qvo remedio legatarius rem integram conseqvatur.

Summaria.

1. *Legata re communi, legasse testator intelligitur partem suam tantum.*
2. *Suus, sua, suum, pronomen, restringit legatum rei communis in parte tantùm testatoris.*

RE * communi legatâ, sæpe nascitur qvæstio voluntatis, utrum testator totum, an partem suam reliqverit, & * communis conclusio est, partem suam testatorem reliqvisse videri etiamsi fundus suis omnibus finibus, & jugerum numero demonstratus esset, qvia ea demonstrationis tantùm gratia expressa viderentur, l. *Julianus. §. si Titius. ff. de act. empt. secundum Bald. in* l. *cùm alienam. col. ult. ver. dubitatur etiam. C. de lega. Alex. & Soci. in* l. *servi electione. §. cùm fundus. ff. de legat. 1.* §. Sed si testator totum fundum legare intendat, ne legatum restringatur ad partem testatoris, remedium est, * qvòd legato adjiciatur verbum, integritatem significans, veluti si testator dicat, vineam totam, vel integram lego. *arg.* l. *Julianus. ff. de leg. 3. ut per Bart. in d. l. cùm alienam. & Abb. in c. filius. de testa.* Sed tunc cavendum est, ne apponatur pronomen, suum, qvia tali pronomine adjecto, videretur tantùm relicta portio testatoris, qvamvis totus fundus fuisset finibus designatus, *l. legat. 2. §. finali. ff. de sup. lega. secundum* Jasonem *in d. §. cùm fundus.* §. Cautius tamen est, qvòd testator indubitatis verbis declaret, an partem suam, an verò totum fundum leget, & si totum fundum legare velit, dicat: Lego fundum ita, ut integer præstetur, *secundum Bart. in* l. *Mavius. §. fundo. ff. de legat. 2. fac. no. in l. decem. ff. de fideic. liber.*

I. D. Durantis Caut. XXVII.

§. *Debitum* qvomodo alteri legari possit, & qvo remedio actionem habeat contra debitorem, vel rei possessorem is, cui legata est res debita testatori.

SUMMARIA.

1. Legatarius non potest agere contra debitorem testatoris, nisi prius actione cessa.

2. Legatario qværitur utilis actio ex legato nominis vel actionis.

3. Cessio id operatur in nominibus debitorum, qvod operatur traditio in rebus corporalibus.

1 ACtione * non cessa non potest legatarius agere contra debitores, si testator sibi rem debitam legaverit, *l. apud Iulianum.* §. *Titius. ff. de leg.* 1. Sed ut legatarius
2 contra debitorem agere valeat, remedium est, * qvod ei non solum res debita, verùm etiam & nomen debitoris, & actio legentur. Nam ex legato nominis vel actionis, utilis actio legatario qværitur, *l. ex legato, ubi Bal. & alij Doct. C. de lega. Alex. Aret. & Iason in d.* §. *Titius.* Et si
3 hoc * in testamento servatum non fuerit, potest legatarius agere contra hæredem, ut ipse agat contra debitorem. *l. si sic.* §. *fin. & ibi Bart. ff. de leg.* 1. Potest etiam testator legatario præsenti, vel notario præsenti, vel notario pro eo recipienti actiones suas cedere. Nam cessio id operatur in nominibus debitorum, qvod operatur traditio in rebus corporalibus, & ex cessione transit in legatarium exercitium actionum, *ut per Alexan. in dict. l. ex legato. faciunt scripta per Dec. consilio* 440. *viso eleganti consilio.*

I. DE ARNONO CAUT. XLVI.

§. *Emphyteoticum.* qvo remedio sine consensu domini legare possit testator, & non cadat à jure suo.

SUMMARIA.

1. Legatum, est donatio qvædam.

Emphyteota legans prædium sine consensu domini, cadit à jure suo. ibid.

Emphyteota utrum possit donare jus emphyteoticum, etiam domino non requisito. ibid.

2. Clausula, salvo jure domini, qvam vim habeat.

3. Legatarius non potest acqvirere possessionem rei emphyteoticæ sine domini consensu.

1 LIcet * legatum donatio qvædam sit. l. legatum. ff. de lega. 2. & emphyteota jus emphyteoticum donare possit.

sit, etiam non reqvisito domino, *secundum glo. in l. fin. in versic. aliis vendere. C. de iu. emphyt.* & comprobetur glo. communiter à Docto. ut dicit Alexan. *in l. si domus. §. fin. ff. de lega. 1. & cons. 90. super eo. in fin. libr. 4. & consil. 198. viso & mature col. 3. lib. 2.* Qvoniam non eadem ratio est donandi, & vendendi. *l. nec adjecit. ff. pro soc.* Si tamen testator prædium emphyteoticum simpliciter leget, privatur jure suo, *ut per Bart. in d. l. si domus. §. fin. & per Abb. cons. 74. duo principalia. lib. 1.* Nam testator videtur legando malè uti re sibi in emphyteosim data, cùm ex eo paretur legatario causa contra dominum præscribendi, *authent. qvi rem. C. de sacrosanct. eccles. ut per Bald. in l. eadem. colum. 1. C. loca. & in cap. 1. §. donare. qva. ol feu. alien. pot. & in l. usufruct. ff. solut. matrimon.* Nam & qvod non jure relinqvitur, usucapi potest pro legato. *l. 1. ff. pro lega.* & rationem hanc non videtur considerasse Bal. qvi fuit in opinione contraria. *consi. 160. qvaritur libr. 3.* & * Communis opinio est emphyteotam donare vel legare non posse, *ut per Card. Flor. in cap. potuit de loca. & Iason. in d. l. domus. §. fina. col. 5. versic. ego pro ista opinione.* Sed * ne testator legando rem emphyteoticam cadat à jure sua, remedium est, qvòd prædium ut emphyteoticum leget, reservato & salvo jure habentis directum dominum, *ut patet ex allegatis per Alexan. in d. §. fin. col. 2. & 3. & consi. 187. in hac causa. columm. 4. lib. 1.* & addatur, ita tamen, qvòd traditio ab hærede non fiat, anteqvam dominus consenserit, non aliter, nec alio modo, & sic legatum erit validum, & testator non privabitur jure suo, *ut per Bald. in c. Cumana. de elect. cum aliis relatis per Curt. consilio 8. viso instrumento. & per Deci. cons. 160. in causa monasterij. columm. 2. & 3.* * & 3
postmodum cavendum erit, ne legatarius ab hærede in possessionē inducatur sine consensu domini. per hoc enim res emphyteotica rediret ad dominum, *l. fina. cum ibi latè traditis per Iasonem colum. 21. & per Alexan. consi. 119. visis narratis. lib. 3* Et si tempus pateretur, cautius esset, ante testamentum & legatum habere consensum directi domini, *secundum Alex. in d. §. fin.* sic enim omnis dubitatio tolleretur. Nam Bar. & alii, qvorum magna est autoritas, contra communem opinionem tenent, *in locis relatis per Alex. in d. § fi.*

§. *Eqvum* qvemadmodum legare liceat, ut fœtus postea editus debeatur *vide inf. eodem in Mobilium.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXII.

§. *Juris* legatum qvo remedio utile sit, etiamsi jus qvod testator habet in re legata, ipsi9 testatoris interitu finiatur.

SUMMARIA.

1. *Legatum, licet sit ex hoc inutile, tamen testator non intelligitur legasse, nisi jus, qvod habeat in re, qvamvis morte finiendum sit.*
2. *Inutiles actus voluisse multiplicare nemo præsumitur.*

Fideicommissum non potest ab eo relinqvi, qvi nullum commodum habiturus est ex testamento. ib.

1 TEstator * rem legando simpliciter, jus suum tantum legare præsumitur, etiamsi tale jus extingvendum sit morte ipsius, & per hoc legatum reddatur inutile, veluti si leget prædium emphyteoticum per generationem finitam ad ecclesiam reversurum, l. *qvod in rerum.* §.1. *ff. de leg.* 1. *& ibi hoc tenet. Bar. cujus opi. decit. esse magis communem Alex. ibi, & Corn. cons.* 24. *Videtur. colum.* 1. *lib.* 2. & licet contra opin. hanc plurimæ rationes faciant: attamen eam communiter approbari dicit etiam Jaso. *cons.* 109. *Spectabilis.* 2. *par.* §. Sed si testator velit legatum omnino deberi, etiamsi jus suum per ipsius obitum expiraturum sit, remedium est, qvòd testator adjiciat clausulam, hanc videlicet, Et voluit testator omnia per eum relicta effectum habere, *secundùm Alex. cons.* 9. *visis. col. fin. lib.* 2. *argu.* l. 3. §.
2 *conditio. ff. de le.* 3. §. Est * etiam Cautela, ut ut aliqvod onus legatario injungatur, per id enim censetur voluisse testator legatum præstari, etiamsi jus ejus morte desineret: qvia non est credendum, testatorem voluisse facere tot act9 inutiles, l. 3. *ff. de mil. testa.* & fideicommissum non potest relinqvi ab eo, qvi nullum commodum est habiturus ex testamento. l. *ab eo. C. de fideicommis. ut per Alex. in d. cons.* 9. *col.* 5. Melius tamen esset, qvod testator circa tale relictum manifestius exprimeret mentem suam.

I. D. DURANTIS CAUT. LIII.

§. *Mobilium* legatum qvo remedio contineat qvasqve res mobiles debitas testatori.

SUM-

Summaria.

1. *Debitorum nomina non continentur in legato mobilium.*
2. *Testatoris voluntas in testamento multum operatur.*
3. *Fructus nondum à solo separati continentur in legato mobilium.*
Animalia continentur in legato mobilium, ibid.
4. *Supellectilium appellatione quæ contineantur.*
Massaritiarum nomine quæ contineantur, ibid.

NOmina * debitorum non continentur in legato mobilium, qvia nomina sunt tertia species. l. *à divo Pio.* §. *in venditione. ff. de re jud. & per Bartol. in* l. *potest. ff. de auth. tuto. & in* l. *moventium. ff. de verborum sign. Zab. consf. 51. ad primum. in fin.* §. Sed ut res mobiles testatori debitæ legato mobilium cadant, remedium est, qvòd hoc declaret testator, qvia in ultimis voluntatibus totum facit voluntas testatoris. l. *ex facto proponebatur. ff. de hare. inst. faciunt not. per glos. Bart. Alex. & Jas. in* l. *si qvis in fundi vocabulo. ff. de legat.* 1. *&* l. *librorum.* §. *qvod tamen Cassius. ff. de lega.* 3. *& Deci. cons.* 381. *visis his. in fin.* Et notandum est, * qvòd legatum mobilium continet fructus etiam nondum separatos à solo, qvamvis adhuc immobilium naturam retineant, cùm sint pars soli. l. *fructus. ff. de rei vend.* Nam in legatis destinatio inspicitur, & destinatione inter mobilia fructus hujusmodi annumerandi sunt. l. *catera.* §. *fina. de leg.* 1. *& ibi Doct. ut per Pau. de Castr. cons.* 237. *videtur dicendum.* Item legato mobilium animalia qvoq; continentur. l. 1. *in princip. ff. de rei vendicat. Decius cons.* 653. *casus. in princip.* Qvòd si * testator tantùm legare intendat instrumenta domestica, qvæ ad usum patrisfamiliàs parata sunt, non dicat: Lego mobilia, sed suppellectilia, seu (ut vulgari verbô utar) massaritias. Et in hoc legato continebuntur lecti, culcitræ, arcæ, scamna, & hujusmodi, nō autem legatum hoc complectetur vestes, *dict.* l. *si qvis in fundi vocabulo. & ibi Alex. & Jas. col. 4. versicu. qvartò nota.* nec animalia comprehendet, *ut per Bart. in* l. 1. *ff. de sup. leg.* Nam solùm qvod olim nomine supellectilis significabatur, hodie vulgari massaritiarū nomine continetur, *secundum*

(margin numbers: 1, 2, 3)

Bart. in d. l. 1. & Jas. in d. l. si qvis in fundi vocabulo. & Abb. consl. 88. casus in facto. lib. 2.

I. D. DURANTIS CAUT. X.

§. QVO remedio animalia supernascentia cedant legato.

SUMMARIA.

1. *Animalia supernascentia post testamentum legato non cedunt.*

2. *Futura qvando legato cedant.*

1 SI testator * leget eqvos suos, non debetur fœtus editus post testamentum, l. *si ita. ff. de lega. 3.* Sed ut capita armenti, seu gregis nata post testamentum legato cedant, 2 remedium est, * qvòd testator utatur nomine collectivo legando armentum eqvorum, vel gregem pecudum, & sic pertinebit ad legatarium futurum incrementum, vel pecus etiam vivo testatore natum, l. *grege legato. ubi gloss. Bart. & Alexand. ff. de legat. 1. faciunt, qva scribit Bald. cons. 485. qvi legat.* l. 4. §. Sed etsi testator utatur verbo generali, vel oratione indefinita, ut comprehendantur in legato qvæsita post testamentum, remedium est, qvòd testator non dicat mea, sed qvæ mea erunt, l. *nuper.* & l. *nomen.* §. *filio. ff. de legat. 3. & ibi Doctor.*

I. D. DURANTIS CAUT. LXVII.

§. Jus *Patronatus* Episcopi, qvo remedio non inutiliter legetur, non habito consensu tempore testamenti.

SUMMARIA.

1. *Jus patronatus legari non potest sine consensu sui Episcopi.*

2. *Consensus alicujus ubi reqviritur in actu, sufficit intervenire post factum.*

3. *Legatum deficiens mista consideratione legantis & legatarii nunqvam convalescit.*

Laicus est incapax juris spiritualis. ibid.

Invalidum ab initio tractu temporis non firmatur. ibid.

4. *Legatum juris patronatus valet sub conditione hac, si episcopus consenserit.*

1 PAtronus * sine consensu sui pontificis privatam personam

nam jus patronatus transferre non potest, *c. illud. ubi Abb. & alii Docto. de jure patro.* Et ideo jus patronatus privato legari non potest, *ut per Abb. in sua disput. incip. Augenio. colum. 9.* Sed ut valeat legatum, sit cautus testator, ut habeat consensum Episcopi, prius qvàm leget, tunc enim valebit legatum, ut patet ex relatis per Cæsa. Lamb. *in tracta. de jure patro. lib. 1. parte 2. qvæst. 6. prin. & eadem qvæst. artic. 2.* ubi dicit hanc esse communem opin. * Sed ut convalescat legatum juris patronatus, non habito 2 tempore testamenti consensu Episcopi, remedium est, qvòd post testamentum vivo testatore obtineatur consensus superioris intervenire post legatum in vita testatoris, *arg. c. cura. & c. suggestum. de jur. patr. & c. si qva de rebus. 12. q. & c. qvod autem. de elect. c. cum vos. de his qvæ fiunt à præla.* l. *fina. C. ad Macedo.* Nam juris regula est, qvòd ubi in actu reqviritur consensus alicujus, sufficit consensum intervenire post pactum, *ut per Abb. & Card. in d. c. cura. & in d. c. suggestum. cum congestis per Cæs. Lamb. in d. tract. lib. 1. par. 2. q. 1. prin. art. 6.* Post mortem autem testatoris, hujusmodi consensum in damnum hæredis frustra legatarius obtineret. *arg. c. qvamvis. & c. si pro te de præb. lib. 6.* l. *fi. ff. communi. prædi.* Nam, qvod inutiliter legatur, apud hæredem remanet, l. *in metallum. ff. de his, qvæ pro non script. hab.* l. *non intelligitur. §. si qvis palam. ff. de jur. fisc. Bartol. in* l. *hæredem. C. de his qvibus ut indig.* Ideo post jus qvæsitum, honestum non est, qvòd ab Episcopo jus auferatur hæredi. *c. super eod. cum ibi traditis per Docto. de rescript. per Fels. in c. causam qvæ. ver. interpretatio privilegii. eo. tit. & in hac opinione fuit Abb. in c. cum seculum. colu. ultim. de jur. patro. & in d. disputatio. Augenio. & Roch. in tracta. de jur. patro. in ver. pro eo qvod Diœcesani consensum. q. 2. col. ult.* Contrarium tenet Rot. Deci. 873. Qvidam laicus. *in antiq.* & alii *qvos refert Cæs. Lamb. in d. tract. lib. 1. par. 2. qvæst. 1. princ. art. 17.* Sed contra Rotam bis fuisse judicatum refert ibi dictus Cæs. Mihi * verior videtur opinio, qvòd capacitas 3 laici superveniens ex consensu Episcopi præstito post obitum testatoris non det vires legato jurispatronatus, qvia legatum, qvando deficit, mista consideratione legantis & legatarii, nunqvam convalescit, l. 1. *cum ibi not. per Bart.* col.

col.2. ff. de reg. Cato. ubi dicit, qvòd omnino invalidum est legatum factum spurio, licet post testamentum legitimetur, adeò qvòd stricto jure fortè, nec vivo testatore per supervenientem consensum confirmatur legatum jurispatronatus. Laicus enim est incapax juris spiritualis. *c. causam. de praescript.* & de jure patronatus judicandum est, ut de jure spirituali. *argum.* l. *qua religiosis ff. de rei vendic. & c. qvanto. de jud. cum ibi notatis per Felin. post alios Docto.* ex qvib, apparet laicum esse incapacem jurispatronatus, licet illud obtinere possit ex gratia. Et conseqventer legatum est inutile considerata incapacitate legatarii. Est qvoqve inutile considerata impotentia legantis. Nam testator donare non potest laico juspatronatus. *c. 1. de jure patro. lib. 6.* & legatum est species donationis, l. *legatum. ff. de legat. 2. facit d. cap. nullus, & alia suprà in principio alle-*
4 *gata.* Sed * ut legatum jurispatronatus non dubiè vires assumat à superveniente consensu Episcopi, etiam post mortem testatoris, remedium est, qvòd legatum fiat sub conditione, si Episcopus consenserit. Nam regula Catoniana ad relicta sub conditione non pertinet. l. 1. & l. *placet. & ibi Bartol. ff. de reg. Caton.* l. *interdicit. ff. de condi. & demonstr. & per Bart. & Soc. in* l. *si cognatus. ff. de reb. dub.* l. *in tempus. & ibi Doct. ff. de hered. institu.*

I. D. DURANTIS CAUT. I. TIT. IX.

§. *Sepulchrorum* jus qvo remedio legari possit.

SUMMARIA.

1. Sepulchra non sunt in hominum commercio.
2. Locus fit religiosus per illationem cadaveris.

1 SEpulchra * religiosa sunt, qvare in commercio non habentur. l. *locum. C. de relig. & sump. fun.* & conseqventer legari non possunt. l. *apud Julianum.* §. *fi. ff. de lega. 1.* §. Sed si testator velit, qvòd mortui alicujus exteræ familiæ
2 in sepulchrum suum inferri possint, remedium est, * qvòd non leget sepulchrum sed relinqvat familiæ illi jus inferendi mortuos. l. *monumenta. & ibi Alex. & alii Doct. C. de lega. faciunt nota. per glos. & Doct. in l. si monumento. C. qvæ res pign. obl. pos.* Notandum tamen est, qvòd si locus esset purus, & nondum factus religiosus per illationem cadaveris, posset legari etiam ipsum monumentum. *arg. d. l.*

si

si monumento. ut per Firmia. in tract. de epi. lib. 4. parte 4. q. 13. & per Cas. Lamb. in tract. de jur. patron. lib. 1. par. 2. q. 6

I. D. Durantis Cautela. II.

§. Qvo remedio deportati possint intra territorium patriæ sepeliri.

SUMMARIA.

1. *Sepeliri non possunt deportati in loco, à qvo deportati sunt.*

2. *Ossa hominis mortui non sunt homo mortuus.*

DEportati, * seu relegati, sepeliri non possunt intra fines territorii civitatis, à qva exules per sententiam facti sunt, qvia pœna etiam post mortem manet. l. 2. *ff. de cad. pun. & ibi Bart. Abb. & Fel. in cap. à nobis. 2. de sent. excom.* §. Sed * ut possint saltem mortui reduci in patriam, ibiq; sepulchrum habere, remedium est, qvòd non sibi, sed ossibus suis sepulturam eligant in loco patriæ. Ossa namq; mortui non sunt homo mortuus. l. 2. §. *prætor.* l. *ossa* & l. *liberum. ff. de relig. & in hac opinione est* Joan. *de Ana. in cap. 2. de furt.* qvæ qvidem opinio magis est benigna, qvàm vera, qvoniam ossium & cinerum, idem judicium, qvòd de corpore hominis habendum est. l. 1. *in fi. ff. de cad. pun.* Posset etiam à principe id impetrari, qvod negari non debet, *ut scribit. C. Augustus. lib.* 10. *de vita sua.* l. 1. *ff. de cad. pun. & per Zaba. in Cle. 1. in fin. de pœn. & re.* 1 2

I. D. Durantis Caut. III.

§. Qvo remedio mulier possit alibi, qvàm in sepulchro viri sepeliri.

SUMMARIA.

1. *Uxor est sepelienda in sepulchro viri.*

2. *Maritus ubi debet sepelire uxorem.*

MUlier * in sepulchro viri sepelienda est. *ca. is qvi.* §. *mulier. de sep. lib. 6.* Sed si mulier velit alibi sepeliri, remedium est, qvòd sibi (ubi libuerit) eligat sepulturam. *c. de uxore. cum ibi traditis per Doct. de sepul.* Et si mulier non electa sepultura decesserit, non potest maritus alibi eam sepelire, qvàm in sepulchro majorum suorum. *d.* §. *mulier.* Sed * si vir velit mutare sepulchrum uxori, remedium est, qvòd ipse statim mortua uxore sibi eligat 1 2

ſepulturam in loco, ubi velit uxorem ſepelire, & hoc modò poterit in loco à ſe electo uxori ſepulchrum conſtituere, *ut per Gem. in d. §. mulier.*

I. D. DURANTIS CAUT. IV.

§. QVO remedio impuberes poſſint ſepeliri extra ſepulchrum majorum, & qvo remedio poſſit qvis ſuæ poſteritati alibi conſtituere ſepulturam.

SUMMARIA.

1. Impuberes non poſſunt eligere ſepulturam.

2. Jus funerandi eſt de jure parochiali, ſicut ſacramentorum exhibitio.

Sepeliendus qvisq; eſt vel in eccleſia parochiali, vel in ſepulchro majorum, ibid.

3. Sepulturæ mutationem poteſt etiam Epiſcopus concedere.

1 IMpuberibus * non eſt permiſſa electio ſepulturæ, ſicut nec teſtamenti factio. l. *qva ætate. ff. de teſt. ca. licet. de ſepul. lib. 6.* Sed ſi libeat puerum alibi, qvàm in ſepulchro majorum ſepelire, remedium eſt, qvòd pater impuberi filio eligat ſepulturam. *d. c. licet & not. in cap. de uxore. de ſepul.* qvod fieri poteſt, ſi conſvetudo contraria non obſtet. *dict. cap. de uxore. §. fina. & ibi Doct.* Qvidam tamen putant, id procedere tantùm, ubi loci conſvetudo partibus id permitteret, vel conſvetudo locorum vicinorum, *argum. c. cùm olim. de conſvet. ut per Fed. de Sen. conſ. 91. qvod pa-*
2 *tet.* Et * notandum eſt jus funerandi, eſſe de jure parochiali, ſicut eſt ſacramentorum exhibitio. *Cle. dudum. §. verùm. de ſepul. c. eccleſiarum. 14. q. 1.* Qvare in eccleſia parochiali, vel in ſepulchro majorum ſuorum qvisqve debet ſepeliri, *ca. 1. de ſepul.* Sed ſi qvis velit mutare ſepulchrum ſuæ poſteritati (ut accidit, qvando qvis Sacellum alibi conſtruxit) velitqve ibi ſuorum poſterorum ſepulchrum conſtituere, remedium eſt, qvòd hoc à loci epiſcopo impe-
3 tret. * nam non ſolùm Papa, verùm etiam epiſcopus poteſt concedere ſepulturam *ita tenet Abb. in c. certificari. col. 2. de ſepul. argu. c. ſicut uni re. de exceſ. præla.* Et bonum eſt argumentum de toto ad partem. l. *videamus. §. deferre. ff. de in lit. ju. c. paſtoralis. cùm totum de offi. deleg.*

I. D.

I. D. Durantis Caut. V.

§. Cautelæ adhibendæ circa funerationem mortuorum.

SUMMARIA.

1. *Expenſæ immoderatæ factæ in funere ſine ordinatione teſtatoris repeti non poſſunt.*
2. *Expenſas etiam immodicas repetet impendens ex ordinatione teſtatoris.*
3. *Funus facientes proteſtari debent.*
4. *Hæres dubitans de viribus teſtamenti qvomodo caveat ſibi de ſumtibus funeris, ne videatur adiviſſe hæreditatem.*
5. *Sepelientes non debent ornamenta cum corporibus condere.*

AMbitione * ac hominum ſimplicitate funerales creſcunt impenſæ, & ſine cauſa pecuniæ conſumuntur per pompas funebres immoderatas, qvòd reprehenſibile eſt: nam honeſtus modus eſt ſervandus, nec immoderata cujusqve luxuria ſubſeqvenda. l. *ex damni. ff. dam. infect.* Et ideo qvi funeris curam geſſit, non poteſt illos ſumtus repetere, qvi immoderati ſunt. l. *& ſi qvis. §. hac actio ff. de rel. & ſumtibus fun.* Qvamvis impenſa funeris ſit valde favorabilis, & omne creditum præcedat. l. *pen. ff. de relig.* adeò qvòd præferatur etiam privilegio dotis, *ut per Doctores in* l. 1. *ff. ſoluto matrimo.* Sed * ut is, cui funeris ſui curam teſtator mandat, qvæſtionem ab hæredibus non patiatur, remedium eſt, qvòd teſtator taxat, qvantum ſit pro funere impendendum. Nam & qvòd immodicè juſſu teſtatoris impenſum fuerit, repetetur. l. *hæreditas. ff. de pet. hæred.* dummodò juſſus teſtatoris non excedat omninò honeſtum modum. *d.* l. *& ſi qvis. §. qvod ergo.* Et * notandum, eſt, qvòd is, qvi ſine mandato teſtatoris vel hæredis, in funus impendit, qvia dubitari poterit, utrum defuncti, an verò hæredis negotium gerens, ſeu pietatis cauſa funeraverit, cautus eſſe debet, ut proteſtetur, qvo animo faciat, ne poſtea ſuper hoc controverſiam patiatur. *d. §. qvod ergo. in fin.* Item * notandum eſt, qvòd qvando dubitatur de viribus hæreditatis, ne ex cura funeris ſe immiſcuiſſe, vel hæreditatem adiviſſe videantur hæredes ſcripti, proteſtari ſolent pieta-

pietatis gratia facere, qvæ protestatio illud facit, ne aditio præsumatur. Sed qvi protestantur se pietatis gratia facere, sumptum non repetunt. Sint igitur cauti, ut plenius protestentur in hunc modum pietatis gratia id facere, ita tamen, ut sumptus possint servare. Ita monet Jure consul-
5 tus in dict. l. *& si qvis.* §. *plerisq;*. Maritus * qvoq; uxorem defunctam sepulturæ tradens caveat, ne pretiosas vestes, & ornamenta uxoris cùm ejus cadavere condat, qvia hæres uxoris repetere posset. nam factum hoc non improbatur, nec oportet ornamenta cum corporibus condi, qvod homines simpliciores faciunt, dict. l. *si qvis.* §. *funeris.* & rerum, qvas uxor defert in domum viri, repetitioni locus est, l. *si ego.* §. *dotis. ff. de jur. dot. & per Ludo. Rom. cons.* 254. *in facto.*

I. D. DURANTIS CAUT. VI.

§. Qvo remedio electio sepulturæ fiat irrevocabilis.

SUMMARIA.

1. Electio sepulturæ potest revocari.
2. Sepulturæ electio fit irrevocabilis juramento.
Canonica portio debetur parochiali. ibid.

1 REvocari * potest electio sepulturæ. *arg.* l. 3. *in fi. cum seqventibus. ff. de adimen. lega.* Sed si qvis sano judicio eligat sepulturam, & vereatur, ne mortis tempore aliqvorum instigatione ad electionem revocandam, & ad sepul-
2 turam alibi eligendam inducatur, §. remedium est, qvòd sepulturam eligat, & promittat non revocare, & juret, qvòd nunqvam contra dictam electionem aliqvid faciet. Juramentum enim servari debet, qvando non vergit in dispendium salutis æternæ. *cap. cùm contingat. de jurejur.* Et hoc procedit, si ex devotione & sine damno parochialis eccelsiæ, cui canonica portio debetur, fiat electio juramento firmata. *cap.* 1. *de pact.* l. 6. *juncta l. si qvis inqvilinos.* §. 1. *ff. de lega.* 1. *secundum Hostien. in summa. de sepult.* §. *an licitum. vers. qvid si qvis.*

I. D. DURANTIS CAUT. VII.

§. Qvo remedio excommunicatus non careat ecclesiastica sepultura.

SUMMARIUM.

1. Excommunicatus carere debet ecclesiastica sepultura.
Sepulturam in ecclesia excommunicatus non habet. ibid.

De-

Decedens *in excommunicatione carere debet ecclesiastica sepultura, & si excommunicatorum corpora tumulata fuerint in loco ecclesiastico, exhumari debent, & procul ab ecclesia projici. *ca. sacris. de sepult.* Sit ergo cautus excommunicatus, cupiens habere ecclesiasticam sepulturam, ut saltem in mortis articulo reconcilietur ecclesiæ. *d. c. sacris.* Et si sacerdotis copiam non habeat, absolvi faciat se à laico, vel ad Deum corde rediens, signa contritionis ostendat, & ita sepultura ecclesiastica non carebit. *c. à nobis. 2. ubi Abbas & Felin. de sentent. excommu.* 1

I. D. Durantis Caut. XXIIX.

§. Totum qvomodo legetur & qvo remedio per legatum totius non intelligatur derogatum legato partis.

Summaria.

1. *Generi per speciem derogatur.*
   Pars integralis legata differt à legato totius respectu illius partis, ibid.
2. *Voluntas testatoris seqvenda est, ubi de ea constat.*

Generali * legato per legatum speciale derogatur l. *uxorem. §. codicillis. & fælicissimo. ubi Bar. ff. de leg. 3. c. generi. de regu. jur.* l. 6. & per legatum partis integralis videtur recessum à legato totius, respectu illius partis, *l. cùm qvæstio. C. de lega.* Qvare si testator alium hæredem faciat, alii usumfructum omnium bonorum relinqvat, ab hæreditate exemptus videtur ususfruct. & hæres in usufructu cum legatario non concurret, *Dec. consi. 607. viso puncto. cum allegat. ibi per eum.* aliud juris est, cum alii legatur totum integrale, & alii legatur pars substantialis, ut si alteri domus, & alteri ejusdem domus aliqva pars substantialis legetur, tunc in illa parte ambo legatarii concurrent. l. *si alii. ubi Bar. ff. de usufr. leg.* Sed si testator velit eum, cui legatur pars substantialis, integram partem habere, remedium est, qvòd ipse expressè disponat, qvod ille cui legatur hujusmodi pars substantialis, eam integram habeat. *Nam cum de voluntate constat, standum est dispositioni testatoris, *l. cum virum. C. de fideicommis. & est Communis opin. ut per Bart. in d. l. si alii. faciunt, qvæ superius diximus hoc tit. Caut. 24. si alii.* 1 2

DIGES-

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER XXXIII.

DE ANNUIS LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS TIT. I.

D. Durantis Caut. XI. Tit. I.

§. Qvo remedio relinqvi possit fratrib. minoribus Annuus reditus, vel aliud immobile.

Summaria.

1. Fratres mendicantes sunt incapaces hæreditatum.

2. Fratribus mendicantibus potest annuum relinqui ad certum tempus.

3. Fratrum mendicantium conventus capax est relictorum.

Religiosi ordinis minorum B. Francisci, cæteriqve mendicantes * sunt incapaces hæreditatum, seu annuos reditus ex testamento capere non possunt, *cle. exivi de paradiso. de verbor. sign. Bald. cons.* 439. *viso præfato, & consilio* 480 *præsupposito. libr.* 2. adeò qvòd nec naturaliter debentur relicta fratribus minoribus, & hæredes defuncti in foro conscientiæ illa justè retinent, *ut per Bart. intra. minc. lib.* 1. *distinct.* 1. *c.* 3 nec possunt d. fratres minores hæredes institui ea lege, ut bona vendantur, & pretium in usus dictorum fratrum convertatur, *ut tenet Bald. contra Bartol. in Auth. ingressi. col.* 4. *C. de sac. ec. & Fel. in c. in præsentia. col.* 22. *de prob. Zaba. cons.* 102. *super facto. Bald. cons.* 232. *super infra scriptis. libr.* 2. & ut dicit idem Bald. in d. auth. ingressi. clausula codicillaris qvoad hoc nihil operatur. Sed ut relictum fratribus minoribus valeat, etiamsi legetur annuus reditus, remedium est, qvod testa-
2 tor * annuum reditum leget non perpetuò, sed ad certum & limitatum tempus, *ut per Feder. de Senis cons.* 12. *fratres prædicatores*, & si relinqvat immobilia, jubeat res vendi, & pretium converti in alimenta fratrum, & in emptionem librorum, & aliorum necessariorum victui fratrum. *c. exiit qvi seminat.* §. *ad hæc. de verb. sign. libr.* 6. *gloss. in c.* 1. *de relig. domib. lib. eod. Bart. in* l. *servos. ff. de alim. legat. Alexand. in* l. 1. *colum.* 8. *versicu. item dum Bart. ff. de leg.* 2. *& Abb. cons.* 63. *qvædam domina. libro* 2. *Deci. cons.* 299. *in causa. cum aliis per eos allegat.* §. Secun-

cundum remedium est, * qvòd non fratribus, sed ipsorum 3
conventui relinqvatur. potest enim conventui eorundem fratrum relinqvi, *ut per Bartolum in dict.* l. *servos.* & *per Dect. dict. cons.* 299. Sed hæc opinio mihi non placet, qvoniam sic futurum est, ut mendicantes habeant in communi, vivantqve aliter qvàm ex mendicitate in certa, qvod illorum regulæ & professioni repugnat. *d. c.* 1. *de relig. dom. c. nimis iniqvi. de exceß. prælat.* & *faciunt dicta Fulg. cons.* 104. *Titius*, ab annuo qvoqve legato, etiam ad certum tempus fratres abstinere debent *ex consilio Bartol. in tract. mino. lib.* 2. *dist.* 6. *cap.* 3. Et notandum est, qvòd si fratribus mendicantibus relinqvatur locus, in qvo debeat construi nova ecclesia, ut ibi fratres commorentur, & relinqvatur pecunia ad constructionem, relictum est omnino inutile, qvia prohibitum est dictis fratribus novum locum acqvirere. *d. c.* 1. *de exces. præl. lib.* 6. & *cle. ultim. de pœn.* §. Sed ut dispositio testatoris effectu non careat, remedium est, qvòd testator relinqvat in tempus, cùm habita fuerit licentia à Papa, l. *in tempus. ff. de hæred. instit. not. per Doctor. in* l. *apud Julianum.* §. *fin. de legat.* 1. & *per Feder. de Senis cons.* 175. *viso instrumento.*

I. D. Durantis Caut. LII.

§. Cautela servanda, qvando pater filio studenti prælegare vult sumtus.

Summaria.

1. *Studenti si prælegentur expensæ studii, qvid intelligatur legatum.*
2. *Filius, qvi studere cœperat in vita patris, an teneatur de proprio complere studium post patris obitum.*

Si pater * filio præleget expensas librorum, non intelligitur testator legasse pretium librorum, sed expensas circa illos, ut in vehendo compaginandove factas. l. *qvibus diebus.* §. *qvidam. ff. de cond.* & *demonstr. cum allegatis per Alexand. consi. vigesimo. reqvisitus. col.* 1. *lib.* 5. §. Sit ergo cautus filius, ut sibi faciat prælegari expensas studii, tunc legato cedit qvicqvid qvacunqve ratione studii occasione impensum est, *per* l. *at si qvis.* §. *funeris. ff. de relig. secundum Bartol.* & *Socin. in d.* §. *qvidam.* & *Alexand.* 1

con-

2 *consi.77.capio primum.col.* 2. l. 4. Et * sciendum est, qvòd filius, qvi studere cœperat in vita patris, tenetur de proprio subire studii expensas post patris obitum faciendas, *secundum Bart. in* l. 1. *§. nec castrense. col. ultim. ff. de colla. bonor.* §. Ideo sit cautus filius studens, ut curet, qvòd pater in suo testamento jubeat expensas studii fieri debere communi sumptu cohæredum, *ut per Alex. d. consi. 77. col. 2. & 2.*

DE USU ET USUFRUCTU ET REDITU, ET HABITATIONE ET OPERIS, PER LEGATUM VEL FIDEICOMMISSUM DATIS.

TIT. II.

B. CÆPOLLA CAUT. CCLII.

§. Pro illo, qvi vult relinqvere monacho usumfructum alicujus rei, qvo modo relinqvet ad hoc, ut Abbas excludatur.

SUMMARIA.

1. *Monacho si legatum factum fuerit sub conditione, qvòd si Abbas eum molestaverit, à legato cadat, an si ipse Abbas ipsi monacho molestiam inferat, qvòd proprium habere non possit, à legato decidat.*
2. *Pœnæ impositio, qvando præcedit factum impossibile de jure, vel de facto, non valet.*

1 EST qvæstio, * si unus reliqvit monacho usumfructum alicujus rei, ut Abbas non faciat ei qvæstionem, nec eum molestet, talis reliqvit extraneo, vel sub conditione, si Abbas molestaverit eum, caderet à legato, nunqvid si Abbas movet qvæstionem monacho, vel eum molestet: qvia non vult monachum habere usumfructum, dicendo, qvòd non potest habere proprium, *juxta authent. ingressi. C. de sacros. eccl. & cap. secundo. extra, de statu monacho.* an cadat à legato? *glo. format istam qvæstionem in* l. *Lucius.* §. *tres hæredes. in verbo, de omni. qvæ incipit: qvid ergo. ff. ad Trebell. & ibi per Bart. & alios, & per Cyn. in* l. *qvoties. in fin. C. de iis qvæ sub modo. & per Bart. in authent. excipitur. in fin. C. de bon. qvæ liber. & plenè per Bart. Bald. & Jo. de Imo. in* l. *si alienum. in prin. ff. de hæred. inst. & per Bart. in sua disputatione, qvæ incipit, qvidam donavit. ubi disputat istam qvæst. & Bald. plenè in* l. 1. *in 7. q. & 5. opp. C. de his qvæ pœn. nomin.* §. Sed ut cessent dubitationes in ista qvæstione, Cautela est, ut testator non disponat per viam pœnæ,

pœnæ, * qvoniam impositio pœnæ, qvando præcedit factum impossibile jure, vel de facto, non valet l. *cerdonem. ff. de oper. liberto.* & l. 1. *C. de his qvæ pœn. nom.* Sed dicat: Relinqvo, qvousq; Abbas faciat qvæstionem, & ex nunc non relinqvo. *ita dixit not. Bal. in d* l. 1. *in 7. q. Pau. de Cast. in d. §. tres hæredes*. dicunt tamen, qvòd Abbas pro eo, qvod habuit monachus ante controversiam facere, & illi auferre. §. Sed in hoc erit utilis Cautela: qvia ante controversiam poterit monachus uti, & gaudere usufructu, qvod est notabile pro parentibus, & amicis, qvi volunt aliqvid relinqvere monacho, vel monachæ, ut eo gaudere possit aliqvo tempore. 2

I. D. Durantis Caut. XLIII.

§. Cautela adhibenda in legato usufructus, ne videatur legata proprietas.

Summaria.

1. *Usufructus finitur morte.*
   Uxor usufructuaria prohibita, ne alienet, dicitur domina rerum. ibid.
2. *Alienationis prohibitio facit videri legatum esse proprietatem.*

Usufructuario * moriente extingvitur usufructus. *§. finitur. Inst. de usufruct.* qvod non procedit, qvando testator prohibet, ne usufructuarius rem alienet. Nam ex hoc intelligitur legata proprietas. l. *Proculus. ff. de usufruct.* §. Qvando ergo testator legat uxori usumfructum omnium bonorum, vel usufructuariam relinqvit certarum rerum, sit cautus, ne adjiciat prohibitionem, qvòd alienare res non possit, nam tali prohibitione adjecta, uxor rerum domina fieret, *ut decidit Bal. in dict. l. Proculus. cujus decisionem seqvitur, & singularem dicit Lud. Roma. consi. 206. licet de communi. & Barb. consi. 20. clementissimum. col. 4. lib. 4. & Socin. consi. 210. satis anceps.* §. At si testator * amplius jus, qvàm ex legato usufructus competat, usufructuarium habere velit, remedium est, qvòd hoc disponat. nam si tacita voluntas admittitur, multò magis expressa servabitur, *d. l. Proculus. Cuman. consil. 120. Ser. Petrus.* 1 2

T. FERRATUS CAUTELA II.

§. Pro notariis ad convertendum legatum usfructus in legatum proprietatis, & qvod testator non advertat.

SUMMARIA.

1. Testator an possit usumfructum relinqvere uni, & proprietatem alteri?

2. Fundus si in gaudimentum legatus fuerit, an ipsa proprietas legata intelligatur?

3. Legatum non restringitur, si testator relinqvat matri suæ fundum seu aliqva alia bona, & postea adjiciat, ut possit vivere, & de eis uti, & frui, & de illis se sustentare, qvousqve vivat.

1 EVenit * in dies, qvod testatores in suis testamentis relinqvunt vel uxoribus suis, vel alicui alteri personæ usum, vel usumfructum alicujus rei, aliam verò personam instituunt hæredem utilem. qvo casu, indubitati juris est, qvod usus, vel usufruct. ejus rei, est ipsius usufructuarii: proprietas verò est ipsius hæredis, *ut in §. usufructus. Instit. de usufruct.* qvi usufructus postea finitur per mortem ipsius usufructuarii, & consolidatur cum proprietate, *ut* l. *antiqvitatem.* & l. *corruptionem. C. de usu & hab.* & §. *finitur. juncto §. fi. Instit. de usufru.* Tu autem tabellio, qvi rogatus es conficere simile testamentum, in qvo usufructus, puta alicujus fundi, relinqvitur alicui personæ, si vis tali personæ benefacere, hoc est, qvod tale legatum usufructus convertatur, & trahat secum proprietatem, & qvòd testator non advertat, cautela est, qvòd qvando in testamento dixisti: Item legavit uxori suæ usumfruct. talis fundi, ipsa existente casta, & honesta, & absqve marito, prout communiter talia verba ponuntur, subjungas, gravando tamen ipsam, qvòd non possit ipsum fundum pignorare, vendere, nec alienare: nam in istis verbis testator penitùs non advertet, imò credet, qvòd per talia verba non firmetur intentio sua, scilicet qvòd post mortem usufructuarii, ususfru. revertatur ad suum hæredem. Tamen ista verba, qvod non possit vendere, pignorare, nec alienare, habent istam naturam, qvòd intelligitur non solùm legatus usufruct. verùm etiam ipsa proprietas. *ista fuit elegans & singularis de-*

decisio Bald. in l. *Proculus. per text. ibi ff. de usufruct. qvam pro singulari refert & seqvitur Ro. in suo cons. 206. incip. licet de commun. conclusione. in 2. colum. 1. versic. 3. ista. & Alex. in* l. *si constante in princ. ff. solut. matrimon. Et idem sentit Bart. in* l. *ex hac scriptura. in 2. colum. versicu. sed contra prædicta. ff. de dona. & Bald. in* l. *ubi adhuc. in 1. col. ver. ibi, alienandi. C. de jure dot. & expressè Rapha. Fulgos. in cons. 13. incip. circa primum consultationis effectũ. in fin. versicul. in secundo consultationis articulo & expressè Soc. in suo cons. 131. computatis consiliis Mariani, patris sui incip. in præsenti consultatione de pluribus satis confusè qværitur. in ultim. colum. in versi. sed in casu nostro, videtur oriri pulchra difficultas, ubi dicit, se ita aliàs vidisse consultum per insignem Docto. Andr. Barba. seqvitur Philipp. Corn. in cons. 64. incip. in casu præsentis consultationis. versic. & licet postea fuerint mihi ostensa. in 4. volumin. Et Francisc. de Crema, in suis singu. singulari 26. incip. maritus legavit usumfructum*, licet Roma. sibi contrarius tenuerit oppositum, & malè, *in* l. *donationes in concubinã. §. species. ff. de donation.* §. Secunda Cautela est, si vis, qvòd legatum ususfructus trahat secum legatum proprietatis, & qvòd testator non advertat, qvòd in testamento non dicas: Item legavit usumfructum talis fundi, sed dicas, Item legavit tali personæ talem fundum ad usufructuandum, seu ad alimenta, qvia per ista verba, hoc modo concepta, intelligitur legatus non solùm usus fructus, sed etiam ipsa proprietas adeò, qvòd legatum est perpetuum, & transmissibile ad hæredes. *iste est casus. & ibi nota. Barto. Ange. Pau. de Cast. & D. Jas. reprobata ibi opinione gl. & Old. in* l. *cùm hi. §. si uni. ff. de transf. Bart. in* l. *liberto. la prima. de alimen. & cib. leg. Bart. & alii per textum ibi in* l. *donationes in concubinam. §. species. ff. de donat. Cyn. Bald. & Salic. in* l. *si mulier. C. de jure dotium. Alex. in suo consi. penult. incip. visis verbis testamenti. circa. fin. 2. volum.* Et istud similiter habet locum, & procedit, si sit dictum: * Item legavit fundum in gaudimentum, qvia similiter intelligitur legata proprietas, *prout singulariter dixit Bald. in* l. *si habitatio. §. sed si chrisis sit. ff. de usu. & habi. qvem refert & seqvitur D. Jason. in dicta.* l. *cùm hi. ff. de transact. Et qvem seqvitur Francisc. de Crema in suis sing. singulari 32. incipiente, Lego uxori meæ, & prout tenet Angel. in authent. hoc locum. circa finem.* 2

Digitized by Google

C. si secund. mul. nupser. licet Floria. *in dicta* l. *Proculus. ff. de usufruct.* dicat, qvòd multi ita consuluerunt, sed qvòd ipse noluit se subscribere, faciens qvandam suam distinctionem, qvòd aut erant instituti penitus extranei, & tunc intelligitur legata proprietas, aut erant instituti filii, & sic personæ prædilectæ à testatore, & tunc secus, *qvem refert & seqvitur Capo. in suo tracta. de servitutib. urbanorum prædiorum. in Rubr. de prima serv. mix.* ad unum tamen
a adverte, qvòd in ipso legato non facias *a* mentionem de vita usufructuarii, videlicet dicendo: Item relinqvit uxori suæ, vel tali personæ, talem fundum ad usufructuandum, vel ad alimenta, vel in gaudimentum toto tempore vitæ suæ. Ad hoc, ne intremus in illam qvæstionem, qvam dicit solennis Doctor Paulus de Monte pico, qvi nunc Papiæ ordinariam de sero legit *in sua eleganti repetitio. §. Titia cùm nuberet.* l. *Titia cum testa. de legat. secundo,* evenisse in ipsa civitate Papiæ. Qvidam magnificus D. Joannes Marcus de Balcredo, habens duos filios, videlicet Gerardum, & Zachariam: qvia forsitan plus amabat Gerardum, prælegavit ei partem castelli & turris, qvam habebat in qvodam loco montis alti, postmondum mandavit, qvòd in dictis bonis prælegatis, non deberet ipse Gerardus molestari, nec inqvietari, sed qvod ipsa teneret, haberet, & possideret toto tempore vitæ suæ, & ita habuit. Postea mortuus est ipse Gerardus, relictis filiis suis hæredibus, dubitatum fuit, an istud prælegatum fuerit, transmissibile ad hæredes ipsius Gerardi, an verò per mortem esset finitum, & sic deberet reverti pro parte sua ad Zachariam fratrem, refert qvòd pro parte Zachariæ vidit consultum per solennes Doctor. Franc. de Cur. Joan. de Put. Lancello. Decium, Danie. Laud. & Ambrosi. de Opizonibus, tunc ducalem qvæstorem, moti: qvia per illa verba, gaudeat, & possideat de toto tempore vitæ suæ, videtur testator limitasse legatum ad vitam tantùm ipsius Gerardi, adducentes tantummodò decisionem Bald. *in* l. *circa principium. C. de fruct. & litium. expen.* ubi dixit Bald. qvòd licet ista verba, utendum, & fruendum, non restringant concessionem pleno jure factam, tamen istud non procedit, ubi diceretur, in vita. In contrarium refert plures etiam consuluisse adducentes decisi. Paul. de Castr. *in suo consi. mihi.*

mihi. 266. incip. qvòd dicta substitutio. in penult. col. decidens, * qvòd si testator relinqvat matri suæ fundum, seu 3
aliqva bona, & postea adjiciat, ut possit vivere, & de eis uti, & frui, & de illis se sustentare, qvousqve vivat, qvòd per ista verba non restringitur legatum, qvia ista verba respiciunt causam, non autem legatum, ideo verba adjecta legato in favorem legatarii, non restringunt legatum, *ut* l. 4. *& ibi not. Bart. de alim. & ciba. leg. & dict.* l. *donat. in concubinam.* §. *species. ff. de donat. &* l. *fi. ff. de usufruct. earum rerum, qvæ usu consu. & tradit Rom. in cons.* 503. *incip. diligenter inspectis.* Modò illa verba, qvòd Gerard. deberet pacificè possidere toto tempore vitæ suæ, fuerunt apposita in favorem suum, ergo non debent restringere legatum, *juxta* l. *qvòd favore. C. de leg. &* l. *legata inutiliter. ff. de adi. leg.* unde dicebant decis. Bald. *in dict.* l. 1. fore falsam. §. Ad hoc ergo, ut varietatem Doct. fugias, sis cautus, non facere mentionem de vita ipsius usufructuarii. Et licet ista qvoad mundum sint pulcherrima, & suo loco, & tempore possent tibi non mediocrem afferre utilitatem: tamen qvantum ad animam, essent pernitiosa, si ipsis uteris, voluntate testatoris existente in contrarium.

Additio.

a Non facias.) *Adde, qvod hoc non est novum, qvòd relictus usufructus propter causam sibi adjectam restringatur. demonstrat hoc text.* in l. si habitatio. vers. sed chrisis. ff. de usu & habita. *ubi si relinqvitur usu-fructus domus habitandi causa, sola habitatio legata censetur, & sic generalitas relicti ususfruct. ex causa specifica restringitur.*

I. D. Durantis Caut. XLIX.

§. Qvo remedio uxor relicta usufructuaria habeat integros fructus, etiam superstitibus filiis.

SUMMARIA.

1. *Uxor relicta usufructuaria domina & massaria non habet integros fructus, sed alimenta tantum superstitibus liberis communibus.*
2. *Ususfructus singularium prædiorum uxoris, an sit integer propter existentiam filiorum?*

Uxor * relicta usufructuaria, domina, & massaria omnium bonorum in vita filiorum, habet alimenta tan- 1

tùm, *ut per Bart. in auth. hoc locum. C. si secund. nup. mul. & in l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. & cons. 244. fuit qvidam. col. ult. & consi. 170. Petrus Majoli. Bald. consi. 459. qvidam instituto. lib. 1. cum aliis relatis per Jas. cons. 65. spectabilis.* l. 1. & procedit hoc, etiamsi uxor esset relicta hæres in vita sua, *& per Decium consi. 278. Non levis perplexitas*, vel si usufructuaria in solidum relicta esset, *ut patet ex allegatis per*
2 *Jasonem consi. 90. non minus. parte prima.* Verùm * si testator uxorem velit habere fructus omnium bonorum, remedium est, qvòd expresse hoc caveat, nam totum facit voluntas testatoris. *l. ex facto. 2. ff. de hæred. inst. ita decidunt Paul. de Cast. consi. 387. qvòd uxor. & Alex. consi. 214. ponderatis verbis. col. fin.* l. 6. *cum allegatis per Dec. consi. 413. visa. colum. 1. & consi. 620. casus de qvo. colum. pen.* Posset etiam testator singularium prædiorum usumfructum uxori relinqvere, & ita eorum usumfructum integrum uxor haberet, *ut per Bart. in d. l. Titia. §. fina. versic. secundò adverte. & Bald. consi. centesimo vigesimo. Nicolaus Tuderti.* l. 3.

I. D. DURANTIS CAUTELA XXXIX.

§. Qvo remedio dispositio valeat, si post mortem uxoris alio hærede instituto, ipsa uxor usufructuaria relinqvatur.

SUMMARIA.

1. *Ususfructus si relinqvatur uxori, & post ejus mortem alius hæres instituatur ei, an valeat legatum?*

Principium non potest res capere ab eo momento, qvo debet desinere. ibid.

Notariorum imperitia mundus destruitur. ibid.

2. *Uxor relicta usufructuaria singulorum prædiorum: an habeat integrum usumfructum, etiam unius filii?*

Hæres idem est qvod dominus. ibid.

3. *Legata valent etiam hæreditate non adita ex testamento, si testator id voluerit.*

4. *Casta vivere dicitur etiam illa, qvæ in matrimonio est.*

5. *Uxor: cui legatum est, si vidua remanserit, consequi-*

qvitur legatum, etiam si secundo nupserit, sufficit conditionem momento extitisse.

SI uxori * usfructus omnium bonorum relinqvatur, & post uxoris mortem Titius hæres instituatur, legatum usfructus videtur inutile, qvia ante aditam hæreditatem dies usfructus legati non cedit. §. *in novissimo. C. de cadu. toll.* & cùm ante mortem uxoris non possit adiri hæreditas, qvia hæreditas potest dari sub die incerto, nec rejicitur dies, *ut not. glo. in §. hæres. in ver. ex certo. Inst. de hæredib. instituen. Fede. de Sen. consi. 56. dominæ Francisca.* Frustra videtur relictus usfructus uxori in tempus, qvo usumfructum habere desinit, si hæreditatis aditio expectetur. *l. Titio cùm morietur. ff. de usufruct. facit gl. in l. qvi filio. ff. de hære. inst.* & ibi Angel. tenet hoc legatum esse invalidum. *& seqvitur Alex. in l. extraneum. C. de hæredib. instituen.* qvæstio est dubia, & de apicibus juris, ut dicunt Doctores *in d. l. extraneum.* Alexan. tamen *in consi. 58. habita super narratis. lib. 3.* tenet legatum valere. ita etiam tenet Ludo. Rom. *cons. 71. visis dubiis.* ita etiam servari in practica dicit Bald. *in* l. *id qvod pauperibus. C. de episco. & cle.* & opinionem hanc seqvuntur etiam Bald. Pau. de Cast. & Jas. *in* l. *si filius fam. ff. de liber. & posthum.* ubi dicit Jas. imprudentia notariorum ejusmodi difficultates nasci, subjungens ex tabelliorum imperitia mundum destrui, *ex sententia Bald. consi. 6. viso testamento.* l. 4. *& secundum Bald. consi. 26. videtur dicendum.* l. 5. Conditio post mortem respicit finem usfructus, sed interim testator vult hæredem proprietatem habere, ita, ut si hæres scriptus præmoriatur, transmittat ad hæredes, nec hoc casu habet locum, *l. hæres meus. ff. de cond. & demonstr.* §. Ut autem uxor * sine controversia usumfructum habeat, remedium est, qvòd non simpliciter usufructuaria relinqvatur, sed adjicietur hæres. Nam si uxor hæres, & usufructuaria relinqvatur, & alius ei post mortem substituatur, uxor erit hæres in solidum. l. *si qvis ita hæres. ff. de hæred. instit.* etiamsi filii communes supersint, *ut per Bal. consi. 82. viso puncto.* l. 4. & institutio, vel substitutio aliorum in fideicommissum resolvetur, *secundum Angel. in* l. *filius à patre. ff. de liberis & posthu. & Salicetus in d.* l. *extraneum.* & hoc casu hæres uxoris retine-

1

2

bit qvartam. l.*qvanqvam.C.ad legem Falc. secundum Deci. consi.278. non levis perplexitas.* & *Alex.consi.162.circa.* l. 2. Idem juris erit, si uxor domina, & usufructuaria relicta fuerit, qvia hæres idem est qvod dominus. l.*item Mela.* §. *legis.ff.ad legem Aqvil.*§ *final.Instit.de hære.qvali.* & *differ. Decius consi.607.viso puncto.col.1.* §. Secundum remedium

3 est, qvòd * uxore omnium bonorum usufructuaria relicta, alius non post mortem uxoris, sed simpliciter hæres instituatur, qvo adeunte, confirmabitur legatum ususfructus, *per d.*§.*in novissimo.secundum Dec.d.cons.278.* l.*si nemo.ff. de testam.tuto.* & l. *testamento manumissus.ff. de manumiss.test. Alex.d.consi.58.* & *Jas.in d.*l.*extraneum.* §. Est & aliud remedium, videlicet, qvòd testator disponat legata ex suo testamento, deberi etiam hæreditate non adita ex testamento, *per no.per Bart.in* l.*nemo.ff.de leg.2.* & *Pau. de*

4 *Cast.consi.389. visis dubiis.colum.4.* Et nota,* qvòd si testator leget usumfructum, vel aliud uxori, donec castè, & honestè vixerit, si mulier transeat ad secunda vota, non perdit legatum, qvia, qvæ est in matrimonio, castè vivere dicitur. l.*mulier.* §.*cùm proponeretur.ff.ad Trebell.cap.Nicena.31.dist.* § & ideo Cautela est, qvòd legetur, donec honestè & vidua vixerit. l.*final.C. de indict. vid.toll.* Cautelam hanc tradit Bart. *in d.l.fin.* & *in auth.hoc locum. C.si secun.nup.mul.* & *in d.* §. *cùm proponeretur.* Verùm qvia

* opinio Barto. * communiter reprobatur, & tenetur, qvòd etiamsi sub conditione, si castè vixerit, leget vir uxori, uxor legatum amittat secundas nuptias contrahendo, *ut per Jasonem in d.l.fin.* non est curandum de Cautela Bartol. & §. cùm proponeretur, procedit in relicto à patre filiæ sub conditione, si castè vixerit, & multum interest, utrum à patre, an à marito sub tali conditione legetur, *ut in d. l.fin.declarat Jas.* Si tamen qvæstionis tollendæ causa utaris remedio Bar. nil nocebit. Et notandum est, * qvod relictum uxori,

5 si vidua remanserit, debetur, qvamvis vidua transeat ad secundas nuptias, sufficit enim conditionem momento extitisse, ut debeatur legatum. l.*si qvis hæredem. C. de condit. inst.* §. Sed ut legatum non debeatur secundò nubenti, remedium est, qvòd ita legetur: Si, vel donec, & qvandiu in viduitate permanserit, *ut per Bal.consi. 42.præmittendum est. lib. 5.*

I,D.

I. D. Durantis Caut. XLII.

§. Qvo remedio usufructuarius, & alii legatarii teneantur, vel non teneantur ad solvendum æs alienum, & qvo remedio Falcidiæ non sit locus.

Summaria.

1. *Actiones hæreditariæ à creditoribus contra hæredem sunt movendæ.*

Debita solvenda sunt ab hærede, & non à legatariis. ibid.

Institutus in rebus certis non tenetur ad solutionem æris alieni, limita. ut ibid.

Æs alienum regulariter incumbit hæredi. ibid.

2. *Legatarii non tenentur contrahere ad debita cum hærede, nisi jusserit testator.*

3. *Hæres qvando potest detrahere Falcidiam de legatis.*

4. *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

Legatum partis hæreditatis habet annexa onera. ib.

5. *Legatum partis hæreditatis qvando non continet onera ex mente testatoris.*

6. *Usufructuarius omnium bonorum an teneatur ad onera aliena.*

7. *Hæres an possit alienare bona hæreditaria in præjudicium usufructuarii.*

Cum * hæreditas ære alieno, & legatis exinanitur, hæres nullum, vel modicum lucrum sentit. Nam ipse hæres debita solvere cogitur, cùm legatum meram utilitatem legatariis afferat. l. *si hæreditatem. ff. mand.* l. *qvoties. C. de hær. inst.* & l. *fin. C. de hære. act. Bal. cons. 21. super primo.* l. 2. qvod procedit, etiamsi legatum capiatur jure institutionis. *dict.* l. *qvoties. Bal. cons. 57. si pater.* l. 3. Institutus enim in rebus certis non tenetur ad solutionem æris alieni, nisi tantum sit æs alienum, ut eo detracto, nihil supersit, tunc enim inutilis est institutio in re certa. l. *ex facto proponebatur. ff. de hær. inst.* & *ibi Dec.* & *Bal. cons. 126. si test.* l. 3. Regulariter autẽ onꝰ æris alieni hæredi incumbit. l. 1. *C. si cer. pet.* §. Sed pro hærede, ut legatarii ad debitorũ solutionẽ contri- 1

 buere

2 buere teneantur, remedium est, * qvò expressè testator provideat, qvod legatarii pro modo commodi debita solvere teneantur. l. *imperator. §. si centum. ff. de leg. 2. ut per*
3 *Lud. Ro. cons. 189. stante primo qvæsito.* Potest * autem hæres detrahere Falcidiam de legatis, l. 1. *ff. ad leg. Falc.* §. Sed pro legatariis, remedium est, qvod testator expressim prohibeat detractionem Falcidiæ. §. *si verò expreßim. in auth. de hær. & Falc. ut per Dec. cons. 257. qværitur.* Item scien-
4 dum est, * qvòd si testator alicui etiam sub nomine legati relinqvat partem hæreditatis, intelligitur reliqvisse cum oneribus hæreditariis l. *si qvis servum. §. fi. cum* l. *seq. ubi Bart. & Doct. ff. de lega.* 2. §. Sed si testator velit, qvòd is, cui portionem hæreditatis legat, legatum habeat sine onere solvendi debita, remedium est, qvòd leget partem suarum rerum non sub nomine hæreditatis, sed sub nomine bonorum, & ita scribatur: Legavit Sempronio qvartam partem suorum bonorum, tunc legatarius non tenebitur ad aliqva onera, qvia bona intelliguntur deducto ære alieno. l. *subsignatum. §. bona. &* l. *princeps bona. ubi Bart. ff. de verb. sign. & in opinione hac residet Bart. in d.* l. *si qvis servum. §. fi. & in* l. *fi. ff. de usufru. lega. & Alex. cons. 138. præclarè. in fi. lib.* 1. Et nota, qvòd cautius est, legare partem bonorum mobilium, & immobilium, qvàm bonorum simpliciter, *ut per Dec. cons.* 387. ubi declarat esse magnam inter hæc differentiam. Nam legatum certæ partis bonorum, qvoad effectum, continet onera, & non minus habet in effectu legatarius partis hæreditatis, qvàm legatarius partis bonorum. Nam si legetur pars hæreditatis, etiam legatarius, ut æri alieno satisfaciat, poterit conveniri. Sed si legetur pars bonorum, minuetur legatum per æs alienum, ipse tamen hæres convenietur à creditoribus, *ut per Paul. de Cast. in d.* l. *si qvis servum. §. fi.* Si verò legetur pars mobilium, & immobilium, erit legatum certarum rerum, qvod non minuetur ære alieno, *ut dicit Dec. cons. 237. in casu proposito. col. 2. & in d. cons. 387. per ea qvæ ibi allegat.* § Se-
5 cundum remedium est, * qvòd testator leget partem hæreditatis, seu bonorum cum expressione, qvod integram partem corporum habeat legatarius, nec legatum diminuatur qvoqvo modo per hæreditaria debita. Nam legatum tale non continet onera, etiamsi non ex expressa voluntate,

te, ſed tantùm ex conjectura mentis teſtatoris poſſit apparere, teſtatorem voluiſſe integram partem ære alieno non diminutam legatario aſſignari, *per doctrinam Alex. in* l. *cogi*. §. *non omnu. circa fin. ff. ad Trebell. qvod dictum commendat ut ſingulare, & ſeqvitur Jaſ. conſ. 64. in primis videretur. colum. 3. lib. 1.* Et * ſi cui legetur uſusfructus omnium 6
bonorum, onus æris alieni ſpectabit ad uſufructuarium, *ſecundum Bart. in d.* l. *fi. ff. de uſufruct. leg.* Sed in contrarium facit *in d.* l. 1. *C. ſi certum petatur. &* l. 2. *C. de hære. act. & ex dictis per Jaſonem in* l. 1. *col.* 3. *&* 4. *ff. ad Trebell. & per Socin. conſ.* 131. *in præſenti. col.* 6. *& per Dec. conſ.* 485. *caſus. in fin.* patet contra Barto. eſſe * communem opinionem, & *
idem comprobatur ex his, qvæ ſcribit Barb. *conſ.* 63. *illud. lib.* 5. Nam creditoribus debet ſatisfacere hæres de bonis hæreditariis, *ut per Pau. de Caſtr. in* l. *fina.* §. *ſin autem as alienum. C. de bon. qva libe.* §. Cautela igitur * erit pro 7
hærede ad diminuendum uſumfructum propter æs alienum, ſi aliter ſolvi non poteſt, qvòd pro ſatisfactione vendat bona mobilia, & immobilia, ante qvàm illa uſufructuario tradat, & tanto minorem uſumfructum habebit uſufructuarius. l. *uſufructu bonorum. ff. ad legem Falcid. & ibi Alex. & Bald. conſ.* 87. *ſuper primo. lib.* 5. *& Paul. de Caſtr. conſ.* 335. *in cauſa, qva vertitur. colum.* 6. & iſta eſt * com- *
munis concluſio, qvicqvid dicat Bart. *in dict.* l. *fin. ut dicit Dec. conſ.* 620. *caſus. de qvo in fin.* §. Qvæſtionis tamen tollendæ cauſâ bonum eſſet, teſtatorem declararet teſtamento, per qvem velit ſatisfieri creditoribus, maximè qvando alii relinqvitur uſusfructus omnium bonorum, & alius poſt mortem uſufructuarii hæres inſtituitur. tunc enim eſt magis incertum, contra qvem exercendæ ſint hæreditariæ actiones. Nam ſunt, qvi putant hæreditati dandum eſſe curatorem, contra qvem creditores agant. l. 1. *ff. de cur. bon. dan. ut per Math. no.* 5. & poteſt circa hoc teſtator liberè decernere, qvia totum hoc pendet à voluntate ipſius, *ut per Soc. d. conſ.* 131.

I. D. Durantis Caut. XXIV.

§. Qvo remedio legatum uſusfructus per alia relicta non intelligitur imminui.

Summaria.

1. Legatarius fundi, & legatarius uſusfructus ejusdem fundi

fundi, ambo concurrunt in fructu, limita in numero 2.

2. Ususfructus est pars substantialis fundi. ibidem.

3. Uxor usufrctuaria qvando concurrat cum legatariis prædiorum in usufructu.

Usufructus alteri relictus non minuitur per legatum proprietatis ibidem.

Proprietas separatur & distingvitur ab usufructu.

4. Hæredes instituti pleno jure concurrent in usufructu cum uxore relicta usufructuaria omnium bonorum.

1 SI alteri * fundus, alteri ejusdem fundi usufructus legatus sit, ambo in usufructu concurrent, & uterq; partem usufructus obtinebit, l. *si alii. ubi text. not. ff. de usufru. leg. Bald. cons. 23. Super alio. lib. 2. Pau. de Castr. cons.* 238. *Præfati Vannutius.* Ratio est: qvia usufructus est pars substantialis fundi, l. *Maviss. §. fundo. ff. de legat. secund.* l. *qui usufructum. ff. de verbor. obligation. Jas. in* l. *qvod in*
2 *rerum.* §. 1. *ff. de legat.* 1. Sed si * testator velit usufructuarium integro usufructu gaudere, remedium est, qvòd ipse fundum leget, sine diminutione usufructus alii relicti: nam si constet de contraria mente testatoris, non habet locum *d.* l. *si alii.* secundum communem opin. *ut patet ex dictis*
3 *Bart. ibi.* Et qvæ * diximus de fundo, dicenda sunt etiam in legato prædiorum: nam si testator pluribus leget qvædam ex suis prædiis, & relinqvat uxori usumfructum suorum bonorum, ad legatum usufructus alii legatarii, qvibus relicta sunt prædia, cum uxore concurrent, *ut per Bart. in* l. *Sempronio. ff. de usufruct. leg. faciunt qvæ scribit Bald. cons.* 214. *Punctus. lib.* 5. *& opin. hanc seqvitur Alex. cons.* 56. *Perlectis. lib.* 3. Sed si testator per legatum prædiorum nolit diminuere usumfructum uxoris, remedium est, qvod leget proprietatem prædiorum, qvia per legatum proprietatis non minuitur usufructus alteri relictus, *d.* l.
4 *Sempronio, ubi Bart.* * Et si uxore relicta usufructuaria omnium bonorum, hæredes instituantur pleno jure, partem usufructus habebunt hæredes, *ut per Alex. cons.* 56. Remedia autem contra hoc scripsimus suprà, *de hær. inst.*

Caut.

Caut. 4. Si testator. & vide, qvæ dicentur infrà eod. Caut. 28. Generali.

I. D. DURANTIS CAUT. I. TIT. IIX.

§. Qvibus remediis à necessitate cavendi usufructuaria liberetur.

SUMMARIA.

1. Usufructuarius cogitur præstare cautionem de utendo arbitrio boni viri, & restituendis rebus in fine.

Usufructuarius non facit fructus suos, si petitam cautionem non præstiterit. ibid.

2. Cautio præstanda per hæredem vel usufructuarium an remitti possit à testatore.

3. Fidejussore cohæres qvod solvit pro usufructuario, non repetit.

4. Usufructuarius habens licentiam vendendi pro suis alimentis, non tenetur præstare cautionem.

5. Cautio juratoria utrum admittatur, si usufructuarius satisdare non possit.

Seqvestrantur bona, si usufructuarius idoneè cavere non possit. ibidem.

COgitur * usufructuarius cautionem præstare de utendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito usufructu, qvales extabunt. l. 1. ff. *usufruct. qvem cave.* & de solvendo æstimationem earum rerum, qvæ usu consumuntur, l. *si tibi. ff. de usufruc. ea. re. qva usu consu. ut per Fede. de Sen. cons. 46. jure cautum est.* Nec potest testator usufructuario satisdationis necessitatem remittere. l. 1. *C. de usufruct. Soc. cons. 210. Satis anceps. in fi. Jas. cons. 40. Tria. lib.* 1. licet Bald. *in authent. cui relictum. C. de indi. vid. tol.* per illum textum sentiat hodie correctam esse *d.* l. 1. *& idem putet Barba. cons. 64. Clementissimi. lib. 2.* tamen * communis opin. est in contrarium, *ut per Socin. cons. 131. In præsenti consultatione. lib. 1. cum allegatis per Dec. cons. 607. Viso puncto.* Ideo non faceret fructus suos usufructuarius, qvos percepisset post cautionem petitam, *ut per Bald. consi. 21. Super primo. lib. 2. & latè per Deci. d. cons.* 1 *

d. consi 607. §. Verùm si testator uxorem, vel aliam pers-
nam dilectam velit relinqvere usufructuariam omnium b-
norum, ut hæc habeat fructus sine onere satisdandi, con-
2 lium est, * qvòd eam scribat hæredem usufructuariam,
post mortem rogetur sine detractione Trebellianicæ bo-
restituere illi, qvem hæredem universalem scribere inte-
debat, & prohibeat cautionem aliqvam exigi ab ea. Nam te-
stator potest prohibere cautionem, qvam hæres fideicom-
missario præstare compellitur, l. *cum Archimedoram. & ib.*
3 *Doct. C. ut in poss. legat.* §. Secundum * remedium est, qvan-
do sunt plures hæredes, qvod testator mandet hæredibus, u-
qvilibet eorum pro usufructuario fidejubeat apud suum co-
hæredem. Nam ex hoc duplex commodum usufructuari-
consequetur. Primum, qvòd sine ulla difficultate fidejusso-
rem habebit. Alterum, qvòd qvi fidejussit, ab hæredibus u-
sufructuarii nihil poterit ex causa fidejussionis exigere.
4 *tribus. ff. de usufruct. ea. re. qva usu consu.* Et * si testat-
velit usufructuarium non teneri ad cavendum de restituti-
ne rerum, qvas pro ejus usu distraxisset, remedium es-
qvòd ei det licentiam vendendi pro alimentis, & aliis ne-
cessariis. Nam data hujusmodi licentia poterit usufructu-
rius vendere bona ex causa indigentiæ, arbitrio boni vir-
l. *Titius. ff. ad Treb.* & non oportebit eum hæredibus reru-
venditarum pretium refundere, *ut per Alex. consi. 58. Ha-
bita super narratis.* l. 3. *& Corn. consi. 173. Circa primum
col. 2. versi. sed dubium. lib. 3. & probatur in* l. *Proculus. ff.
de usufruct. inducendo, ut per Barb. d. consi. 64. col. fin.* §. Te-
tium remedium est, * si testator non prospexerit usufru-
5 ctuario, & ipse usufructuarius satisdare non possit, qvo-
saltem det juratoriam cautionem, *auth. generaliter. C. de
Episcop. & cler.* l. *cum non facile. ff. si cui plus qvàm per leg.
Falc.* l. 1. §. *fin. autem. C. de asser. toll.* qvod procedit, si per-
sona usuctuarii non sit aliàs suspecta. Nam si subsit timo-
dilapidationis, bona deponentur apud seqvestrum, qvi re-
spondeat usufructuario de commodo fructuum. *l. pe. si qvam.
§. Imperator. ff. ut lega. no. cave. secundum Bart. in* l. *usu-
fruct. C. de usufru. Abba. post Ant. in c. fin. de pigno. & consi.
40. venio ad primum. col. 3.* l. 1. ex qvibus apparet non es-
seqvendam opin. Jas. *in* l. 1. *in fin. ff. qui satisd. cog. ubi se-
qvens Lud. Ro. contrarium simpliciter tenuit.*

I. D

I. D. Durantis Caut. LVII.

§. Quo remedio legatum duraturum centum annis fiat sempiternum, vel usus fructus legatus, non finiatur capitis diminutione, vel morte.

Summaria.

1. *Legatum annuum finitur spatio centum annorum.*
Legem, quam velit, quilibet rei suæ potest imponere, ibid.
2. *Perpetuum: quantum temporis significat.*
3. *Usufructus homini relictus, morte & capitis diminutione finitur.*
4. *Usufructus quando transeat ad hæredes usufructuarii.*

Si usus fructus * civitati, vel ecclesiæ relinquatur, centum annorum spatio legatum finitur, *l. si usufructus. & ibi glo. ff. de usufru. leg.* idem juris est in annuo legato, *ut per Bart. in* l. *pen. ff. de annuis lega.* §. Sed si testator velit legatum sempiternum esse, remedium est, qvòd dicat, & voluit dictum legatum perpetuò, & sine ulla temporis præfinitione durare. Nam potest qvilibet rei suæ legem, qvam velit, imponere, l. *si ita qvis. §. ea lege. ff. de verbor. obligat.* l. *si qvis ita. C. de pact. inter empt. & vendit.* Et remedium hoc comprobatur *ex dictis per Barb. consi. vigesimo. clementissimum.* l. 4. & commodum est ita verba concipere. Nam * ex solo, qvòd testator diceretur legatum perpetuum esse velle, non esset sublata qvæstio voluntatis testatoris, nam vox hæc, perpetuum, secundum opinionem qvorundam non significat tempus majus centum annis, *ut per Bart. in d.* l. *si usufructus & in* l. *annua. §. Titia. ff. de ann. lega. & Decius consi.* 378. *viso motivo. in fin.* Alii aliter accipiunt significationem dictionis prædictæ. Nam sentiunt perpetuum, significare in hujusmodi legato tempus, non finitum, sed sempiternum, per *d.* l. *si usufructus.* in qva sententia contra communem opinionem residet Barba. *in cap. de his. col. 9. de testam.* ubi exponit, qvot modis accipiatur verbum illud, perpetuum. Usus fructus * autem homini relictus, morte & capitis diminutione finitur, l. 1. *ff. qvib. modis usufru. amittat.* §. Sed ne usus fructus capitis diminutione

Margin numbers: 1 (beside "Si usus fructus"), 2 (beside "* ex solo"), 3 (beside "Usus fructus * autem").

Digitized by Google

tione pereat, remedium datur per Jureconsultum *in l. sicut in annos. ff. eod. tit.* videlicet, ut dicatur, qvoties ille fuerit
4 amissus, ex integro usumfructum do, lego. Et * ne morte finiatur ususfructus, remedium est, qvod testator usumfructum hæredi qvoq; legatarii leget, l. *repeti. ff. eodem tit.* Nam transit ususfructus ad hæredes, si hoc actum fuerit, l. *antiqvitas. C. de usufr. Bar. consi. 96. dico. partes judicii.*

DE SERVITUTE LEGATA. TIT. III.

DE DOTE PRÆLEGATA. TIT. IV.

I. D. DURANTIS CAUTELA XVII.

§. In dote prælegada qvibus consiliis sit utendum.

SUMMARIA.

1. Dos prælegata qua commoda conseqvatur.

2. Dos certa qvantitate expressa qvod prælegetur, interest uxoris.

3. Expensæ factæ in dote recuperanda, non repetuntur ab hæredib. viri prælegantis dotem in certa qvantitate.

1 DOte * prælegata tollitur omnis exceptio non minuens dotem ipso jure. l. 1. *cum ibi traditis per Bart. ff. de dot. prale. & Aret. in §. sed si uxori. Instit. de legat.* & per tale prælegatum aufertur hæredi beneficium dilationis anni dati à lege ad restitutionem dotis. *de qvo in §. exactio. C. de rei uxo. actio.* habet enim prælegatum dotis commodum repræsentationis. *ut per glo. in dict. §. sed si uxori. Paul. de Cast. consi. 239. Primò videndum est.* Et si testator nolit auferre hæredi commodum dilationis, sit cautus, ut ipse diem præfigat restitutioni dotis, l. *omnia. ff. de legat.* 1. dum tamen annum dilatio non excedat, si testator nihil ultra dotem uxori relinqvat. Uxor * autem sit cauta, ut curet sibi
2 dotem prælegari expressa certa qvantitate dotis, alioqvin ipsam oporteret probare, qvanta fuerit dos, ut per Aret. *in d. §. sed si uxori.* ubi dicit hæc in practica esse menti tenenda, qvia qvotidiana sunt, & confirmantur, prædicta ex his qvæ tradunt doct. *in l. si prior. ff. solut. matrimon.* post gloss. ibi, qvam Bartol. dicit esse mirabilem, *& per doct. in*
3 l. *qvi sic stipulatur. ff. de verbor. oblig.* * Aliud qvoq; conseqvitur commodum mulier, si vir prælegét dotem qvantita-

[qu]itate designata: nam si ita prælegет, mille qvæ habui, in [d]otem uxori meæ lego, hæredes viri non poterunt dedu[c]ere expensas, qvas fecit vir in recuperanda dote, *ut per [S]alic. in l. si non designata. C. de fal. caus. adject. per Ang. [A]ret. in tract. de testamen. Verf. item reliqvit. B. ejus u[x]ori. in fin. cum allegatis. per eum ib.*

I. D. DURANTIS CAUT. LI.

§. Qvo remedio legatum dotis ex conditionali vertatur in purum.

SUMMARIA.

1. *Dotis legatum est conditionale, fit tamen purum voluntate testatoris.*

2. *Dictio statim aut purè, qvid importat.*

SI puellæ * pro dote certa qvantitas ab extraneo relinqvatur, non poterit virgo legatum petere, anteqvam [n]ubat, & si decedat ante nuptias ad hæredes relicti com[p]endium non transmittet, qvia tale relictum conditionem [h]abet, videlicet si nuptiæ seqvantur. *l. stipulationem. ff. de [j]ur. dot. & prædictam opinionem tenet Bart. in l. Titio [ce]ntum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon.* & ejus opi[n]io vera est, nisi probetur in contrarium fuisse communem [u]sum loqvendi tempore testamenti, *ut per Bartol. cons. 200. [q]uæritur. de legatis.* §. Sed * si testator velit relictum dotis [es]se purum, remedium est, qvòd adjiciat legato adverbium [p]urè, aut statim, vel æqvipollens, qvia totum hoc à volun[ta]te testatoris pendet, *ut per Bart. & Pau. de Cast. in d. §. [T]itio genero. & remedium hoc comprobatur ex his, qvæ [sc]ribit Cor. cons. 229. licet claram. lib. 4.* 1 2

I. D. DURANTIS CAUT. XXXVI.

§. Remedium qvo filia qvantitatem dotis bis non possit [e]xigere.

SUMMARIA.

Dos si soluta sit à patre vivo, nihilominus filia petere poterit legatam sibi qvantitatem.

Filia non potest petere quantitatem legatam ultra dotem habitam.

Legatum dotis factum in codicillis in majori qvantitate qvàm fuerit in testamento, an sit idem.

Digitized by Google

1 Filia * cui pater in testamento mille reliqverit, & cuj[...] viro supervivens promissam dotem solverit, nihilomi[...]nus legatam qvantitatem ab hæredibus exigere poterit, *secundum Barto. in* l. *Lucius*. 1. *ff. de leg*. 2. qvia potest aug[...]ri. l *pen. C. de don. ant. nup*. §. Sed si pater nolit filiam [...] duplicatam dotem habere, remedium est, qvòd in test[...]mento qvod ei legat in dotem, ita relinqvat, videlicet, pr[...] ea maritanda, ut finita causa legati, legatum qvoq; finiatu[...] l. *libertis*. 2. *ff. de alim. lega. & in opinione hac est. Bartol.* [...]
2 *d.* l. *Lucius*. Sed remedium hoc non est tutum, * qvoniam opin. Bar. Communiter improbatur, & posset filia peter[...] qvatenus plus esset in legato, *ut per Alex. & Jas. in* l. *hujusmodi*. §. *si pater. ff. de leg*. 1. *& in* l. *filia. C. de leg*. §. A[...] vitandam tamen qvæstionem non erit inutile, qvòd pat[...] in testamento, vel supervivens dum promittit dotem p[...] filia, declaret qvod una summa in alteram computetur, [...] *docet Jas. in simili in* l. *triticum. ff. de Verb. oblig*. Idem qve qve servandum est, qvando prius in testamento pater fili[...] reliqvit certam qvantitatem, & postea codicillis majorem summam relinqvat, *ut per Cuma. consi*. 17. *Sine disputatione Bal. consi*. 140. *casus. & consi*. 163. *Cuidam puellæ. lib*. 5.

DE OPTIONE, VEL ELECTIONE LEGAT[I]. TIT. V.

I. D. DURANTIS CAUT. XIII.

§. Qvo remedio habeat jus eligendi, ubi electionem legatarius non haberet.

SUMMARIA.

1. *Electio est debitoris in alternativis.*
   Electio cujus sit, hæredis an legatarii. ibid.
2. *Hæres est eadem persona cum defuncto.*
3. *Legatarius prius nominatus à testatore, præfert[ur] alijs legatariis in eligendo.*

1 IN alternativis * est electio debitoris, l. *plerumq. ff.* [de] *jur. dot. c. in alternativis. de regu. jur. in* 6. Qvare si test[a]tor leget Titio fundum, aut centum, electio non erit legatarii, sed hæredis. Sed si testator velit legatarium habe[re] facultatem eligendi, remedium est, qvod verba exeqvuti[va] legati ad legatarium dirigat, qvoniam electio ad eum pe[r]tinet, ad qvem verba exeqvutiva diriguntur, *l. Lucio. ff.* [de] *leg* [...]

gat. 2. ubi hoc not. gloss. & Bartol. seqvitur. Angel. Are. in inst. de testa. ver. item. reliqvit. A. vestem. & Alex. in l. *si duos.* ff. *de legat.* 1. ubi dicit dictam *gl. singularem.* §. Sit ergo cautus notarius, ut verba exeqvutiva dirigat in eum, qvem testator velit electionem habere. Sed & si verba ambigua legatarius eliget, *ut per Bart. in dict.* l. *Lucio. & per Alex. in d. l. qvi duos.* Cautius qvoq; erit, * qvod testator expressè optionem det legatario, vel hæredi, cui potius velit competere facultatem eligendi. §. *optionis. Institutionibus, de lega. & ff. de option. leg. per totum.* Sed si testator magis hæredi, qvam legatariis favere velit, potest generaliter hæredi dare potestatem declarandi voluntatem ipsius testatoris, qvia ad hæredem spectare æqvum est, cùm sit eadem persona cum defuncto, *auth. qvod obtinet. C. de prob.* l. *qvi a filio.* §. *si plures. ff. de legat.* 1. *cum relatis per Barb. in c. indicante. col. 6. de testa.* Inter legatarios autem * ut in eligendo alius alii præferatur, sufficit eum, qvem testator velit habere jus eligendi, prius nominare, nam intelligitur prius nominatus habere jus eligendi. l. *qvoties. ff. de usuf. c. mandato. de prab. in 6. & Jas. in* l. *legatum. ff. de leg.* 1. *Faciunt qvæ de ordine scripturæ no. Fels. in c. cùm dilecta. ver. ordo scripturæ. de rescript. & per Deci. consi. 609. qværitur. in fin.*

2

3

De Tritico, Vino, et Oleo Legato
Tit. VI.
I. D. Durantis Caut. XIX.

§. Qvo remedio legatum etiam venalia comprehendat.

Summaria.

1. *Venalia non cedunt legato.*
Legatum non comprehendit venalia, qvæ non sunt in domo. ibidem.
2. *Legato cedunt, qvæ aliàs non comprehenderentur, si alia nulla sint, qvæ legato cedere possint.*
3. *Venale triticum qvando comprehendatur in legato.*
Negotiari non dicitur dominus vendendo fructus, qvos percipit ex propriis prædiis.

Tritico * qvod est domi, legato, triticum qvod testator venale habebat, legatario non debetur, etiamsi 1

omne triticum, qvod erat in domo repositum, legasset te-
stator: qvia generalitas restringitur, ex illa adjectione
qvòd in domo esset, l. *ea tamen adjectione. ff. de legat. 3.*
venalia non censentur domi esse. l. *generali. §. uxori. ff.*
usufruct. lega. l. *pediculis. §. cùm qværeretur. ff. de aur.*
2 *argen. lega.* §. Sed * si testator venale qvoq; triticum le-
gato contineri velit, remedium est, qvòd dicat, lego triti-
cum omne, qvod qvoqvo modo domi esset. *Bart. in d. §.*
xori. Alex. cons. 118. In casu. colum. 1. lib. 5. Nam illa dictio
qvoqvo modo, id operatur, & non sufficeret dicere, omne
triticum. *Corn. cons. 14. Circa primum. in fin. lib. 1.* vel te-
stator dicat etiam venale, *per* l. *servos. §. fin. ff. de leg.*
Dec. cons. 381 visis his. Hæc tamen remedia necessaria no
essent, ubi testator in domo ullum aliud frumentum, qva
venale, non haberet: nam tunc venale triticum legato ce-
deret. *glo. in d. §. item cùm qværetur. qvam ibi signandam*
& menti tenendam dicit Bart. & seqvitur Bal. in Rubr. &
3 *Pau. de Cast. & Jas. in* l. 1. *C. de ver. signific.* Cederet * qvo-
qve legato triticum venale, qvod percepisset testator e
prædiis suis: qvia in frumento hujusmodi negotiari domi-
nus non dicitur, *ut per Ab. cons. 6. Casus super qvo. lib. 1. &*
ita tenet. Dec. cons. 472. Testator. in fi.

DE INSTRUCTO, VEL INSTRUMENTO LEGATO

TIT. VII.

I. D. DURANTIS CAUT. XI.

§. Qvo remedio qvoad fructus rei legatæ consulatur
legatario vel hæredi.

SUMMARIA.

1. *Hæres non tenetur legatario restituere fructus bona fide perceptos.*
2. *Tempus in dubio censetur adjectum in favorem hæredis & non legatarii.*

Legatarius qvando lucratur fructus. ibid.

1 FRUCTUS * ante aditam hæreditatem, vel postea, sed
bona fide perceptos hæres legatario restituere non te-
netur *secundum gloss. in* l. *Herennius. ff. de usur. qvem se-*
* *qvitur * communis opi. ut dicit Alexand. in l. si tibi homo*
§. cum servus. ff. de lega. & in l. *fideicommissaria. ff. ad*
Trebel. licet, Bartol. & Ang. *in* l. *servo legato. ff. eod.* al-
c

ter sentiant §. Sed ut legatarius vel fideicommissarius fructus etiam post testatoris obitum, & ante aditam hæreditatem perceptos habeat, remedium est, * qvòd testator leget 3
fundum cum commodis suis, *tex. est cum glo. & ibi hoc sequitur Bart. in* l. *Lucius. 1. ff. de legat. 2. & illam glos. notabilem dicit Alexand. d. §. cum servus.* vel leget rem & fructus, ut in verbis nulla sit ambiguitas. Hæres autem ut per aliqvod temporis spacium lucretur fructus prædiorum legatorum, sit cautus, ut faciat sibi præfigi terminum ad solvendum relicta: nam si testator intra certum tempus, puta intra biennium à die mortis suæ legata solvi mandet, fructus ante diem percepti hæredis erunt, qvoniam in dubio tempus censetur adjectum favore hæredis, l. *cum qvi. ff. de ann. leg. l. si ita. §. Pegasus. ff. de legat. 2. & ibi Docto. Zasi. consil. 133. & primo. ad primum.*

DE PECULIO LEGATO. TIT. IIX.

DE PENU LEGATO. TIT. IX.

DE SUPELLECTILE LEGATA. TIT. X.

I. D. DURANTIS CAUTELA IX.

§. Qvo remedio ad ea, qvæ comprehendi non consveverunt, legatum mobilium porrigatur.

SUMMARIA.

Mobilium appellatione legatorum non continentur venalia, neqve pecunia, neqve nomina.

Pecunia numerata non continetur legato auri vel argenti. ibidem.

Legato generali non veniunt venalia. ibid.

Voluntas testatoris facit in legato comprehendi, qvæ non comprehenderentur propria significatione verborum.

MOBILIUM * legato non continentur res, qvas 1
testator venales habebat, l. *generali. §. uxori. ff. de usufr. leg.* Item non comprehenduntur nomina debitorum, qvamvis debitores ad danda mobilia teneantur: qvia nomina debitorum sunt tertia species, & non annumerantur mobilibus, vel immobilibus, *ut not. Barto. in l. potest. ff. de aut. tut. & in l. moventium. ff. de*

verb. obl. & *Doct. in* l. *à Divo Pio.* §. *in venditione. ff. de* *jud.* cum relatis per Jason. *conf.* 5. *Strenus. col.* 4. *lib.* 3. *ubi dicit hanc esse communem opin.* Item legato mobilium non continentur pecuniæ, qvas habebat testator non præsi causa repositas, sed ad erogationem paratas, l. *si chorus.* § 1. *ff. de leg.* 3. etiamsi testator expreisè argentum legasset *Qvintus.* §. *an cui, ubi Bart. ff. de aur. & arg. leg.* Item legato non cedent instrumenta nominum debitorum, qvamvis testator leget alicui omnia, qvæ domi habeat, l. *Caj.* *ff. de lega.* 2. Item si legetur omne aurum & argentum, legato non continetur numerata pecunia, l. *cùm aurum.* § *ibi Car. ff. de au. & arg. leg.* Nam venalia generali legato non cedunt, l. *pediculis.* §. *item cum qværetur. eo. tit. Al.* *conf.* 105. *Ex processu. lib.* 1. & pecunia signata tanqvam venalis habetur. l. 1. *ff. de contrahen. empt.* §. Sed in omnibus præmissis casibus si testator velit ea legato mobilium
2 contineri, remedium est, * qvòd hoc exprimat *secundum* *Deci. conf.* 281. *Visis his.* Nec enim est recedendum ab expressa voluntate testatoris. l. *ex facto.* 2. *ff. de hared. inst.* l. *cum qvæstio. C. de leg.* & pro declaratione conclusionis prædictæ vide Jas. *conf.* 65. *Spectabilis. par.* 1. ubi magis consideratè loqvitur meo judicio, qvàm Deci. *d. conf.* 381. qvæ continentur appellatione mobilium, *vide per Ol.* *conf.* 219. *Factum tale est.* & *Deci. conf.* 653. *Casus.* & *Jason. conf.* 194. *Supervacuo. par.* 1. *d. conf.* 5. *colum.* 3.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER XXXIV.

DE ALIMENTIS VEL CIBARIIS LEGATIS. TIT. I.

I. D. DURANTIS CAUT. XXIII.

§. Cautelæ qvædam in legandis alimentis à testatore servandæ.

SUMMARIA.

1. *Alimentorum legatum non est multiplicabile, limita ut ibi.*

Usufructus jus alienari non potest. ibid.

2. *Legato fundo ad alimenta, vel ad usum intelligitur legata proprietas.*

Leg

Legatum prædium pro alimentis, differt à legatis alimentis ex prædio. ibid.

Legatum ad usum, vel ad alimenta qvam vim habeat. ibid.

ALIMENTORUM * legatum multiplicabile non est. l. *dominus. §. 1. ff. de usufruct. l. libertis. ff. de ali. leg.* ideo si vir uxori alimenta legaverit, deinde filius, vel alius eidem alimenta relinqvat, legatum secundum modicæ utilitatis est. Sed si qvis habenti ab alio alimenta velit legando commodum afferre, loco alimentorum, qvæ legare proponebat, leget usumfructum alicujus fundi, sic legatarius habebit aliunde alimenta, & ex testamento usumfructum capiet, cujus commoda poterit in alios usus convertere, vel donare, vel vendere, l. *necessario. §. fi. ff. de peri. & com. rei vend.* licet ipsum jus ususfructus alienari non possit. §. *finitur. instit. de usufruct. ubi Aret.* Et * caveat testator, qvi legatario non proprietatem, sed usum fundi legare velit, ne utatur his verbis, videlicet: lego fundum ad usum vel ad alimenta, vel (ut vulgò dicitur) ad gaudimentum: qvia his verbis intelligitur legata proprietas, l. *donationes. §. species. ff. de dona. & ad hoc illum text. notabilem putat Bart. & ibi hoc seqvitur Imo.* & aliud est dicere, relinqvo alimenta ex prædio. hoc enim legatum alimentorum continet: aliud est dicere, lego prædium pro alimentis, vel pro usu, vel ad alimenta. Nam hoc legatum etiam proprietatem continet. *Bart. in* l. 4. *ff. de alimen. leg.* & ideo tale legatum transit ad hæredes legatarii, *ut ibi per Bartol. faciunt not. per Imo. in l. apud* Julianum. §. *si qvis alicui. ff. de legat.* 1. *& per Alex. cons.* 214. *Ponderatis verbis. lib. 6.* nisi testator aliis verbis declaret, qvòd legatarius nihil ultra alimenta percipere debeat. *Alex. cons.* 222. *visis verbis. in fi. lib. 2. Roma. cons.* 603. *visis & diligenter. & Soc. cons.* 102. *visis. col. 5. lib.*

1
2

I. D. DURANTIS CAUT. LVI.

§. Qvo remedio is, cui alimenta sub modo legantur, à probationis incommodo relevetur.

SUMMARIA.

1. Legatarius, cui sunt legata alimenta, non cogitur cohabitare cum hærede.

 Habi-

Habitare cum hærede an & quando teneantur hi quibus alimenta sunt relicta. ibid.

2. Juramento legatarii standum esse super causis recessus potest jubere testator.

3. Coditio, si uxor unà cum filiis morata fuerit, dicitur impleta, si facta divisione inter filios, ipsa mater cum uno ex eis habitet.

Legatum alimentorum durat post mortem filiorum, cum quibus mater erat habitatura. ibid.

1 ALimenta * cui legentur, potest legatarius petere alimenta, etiamsi cum hærede morari noluerit, l. *libertis. §. finali. ff. de alim. lega.* Sed si testator velit eum, cui alimenta legat, cum hærede morari debere, & si commodè legatarius facto hæredi cohabitare non possit, annuam quantitatem pro alimentis ei relinqvat, ut fieri solet, tunc tenetur legatarius cum hærede morari, & aliqva obseqvia præstare pro qvalitate, & conditione personæ, *ut per Bar. in* l. *Cajo.* §. *Imperator. ff. de ali. leg. & per Barb. consi. 63.* l. 2. Legato autem sic facto, volenti legatario ex causa recedere ab hærede, non parum grave futurum est probare legitimas causas recedendi, qvibus non probatis, legatam qvantitatem petere non poterit legatarius, & testes in probandis hujusmodi causis plerunq; sunt singulares, vel non concludentes, *ut patet ex dictis per Alex. consi. 100. super primo. l. 1. & per Deci. consi. 620. casus de qvo qværitur. col. fi.*
2 Sed si * testator velit legatarium à necessitate hujusmodi probationis eximere, remedium est, qvòd testator disponat stari juramento ipsius legatarii circa causas recessus, potest enim hoc facere testator, *ut per Alex. consi. 54. circa id lib. 2. arg. not. in* l. *fi. ff. de prætor. stipul. & in l. Theopompus. ff. de dot. prælег.*
3 Et * pro legatario cautius est, qvòd alternativè concipiantur verba hoc modo, videlicet, si cum hærede morari non potuerit, aut voluerit, tunc enim etiam ob meram voluntatem non habitandi purificata conditione legatum deberetur, ut per Socin. *consi. 22. videbitur.* l. 3 *& Cuman. consi. 38. maritus.* ubi etiam determinat, qvod conditio, si uxor cum filiis morata fuerit, intelligitur impleta, si facta divisione inter filios ipsa mater cum uno ex filiis

[a]lis habitet, cùm non steterit per ipsam, l. *prima. C. de con-[dit]ion. insert.* l. *jure civili. ff. de condit. & demonstr.* Sed & omnes mortui essent, favore alimentorum durat legatum, alias non duraturum l. *qui concubinam. §. uxori. ff. [de] legat. cum ibi notatis per Bart.* l. *illis libertis. & ibi Bart. [ff.] de condit. & demonstr. & per Bald. consi.* 140. *casus talis [ff.] lib.* 5.

DE AURO, ARGENTO, MUNDO, ORNAMENTIS, UNGUENTIS, VESTE VEL VESTIMENTIS & STATUIS LEGATIS. TI. II.

I. D. DURANTIS CAUT. L.

§. Cautela servanda circa relationem adjectivorum ad substantiva.

[1.] Legatum annulorum factum uxori ejus causa paratorum quomodo intelligatur.

Adjectivum positum post plura substantiva, refertur tantum ad ea, ad quæ referri potest, salva ratione recti sermonis. ibi.

Sermonis recti ratio habenda est. ibid.

SI vir * uxori leget annulos, & indumentum omne ejus causa factum & paratum, si intendat solùm annulos relinquere, quos uxoris causa paravit, sit cautus, ut non dicat simpliciter factum, seu paratum, sed adjiciat, & factos, & paratos. nam adjectivum positum post plura substantiva, ad illa tantùm refertur, ad quæ referri potest, salva ratione recti sermonis. l. *Plautius. ff. de auro & argen. lega. & per Corn. cons.* 218. *videtur in hoc.* l. 4. & hoc exempli gratia positum, aliis similibus casibus adaptabis. l. *non solùm.* §. *qui primipilum. ff. de excusa. tuto.* 1

DE LIBERATIONE LEGATA. TIT. III.

I. D. DURANTIS CAUTELA. V.

§. Quo remedio legatarius suum creditum cum legato compensare teneatur.

SUMMARIA.

1. Legatarius quando tenetur compensare legatum cum suo credito.

Legatum qvando cum debito compensatur, ibidem.

2. *Compensatio legati ad creditum fit, si constat ex voluntate testatoris.*

3. *Legatarius prohibitus plus petere, tenetur indistinctè suum creditum cum legato compensare: &* num. 4.

Compensatio non fit, de qvantitate ad speciem, ibid.

1 LEGATUM * cum debito necessario compensatur, veluti si lex municipalis, uxore præmortua sine liberis, deferat marito lucrum partis, compensabitur legatum cum lucro, qvod ex legis necessitate descendit. l. *cum dotem.* §. *si pater. ff. soluto matrimon. & ibi per Doctor. Bal. consi.* 58. *in restitutione. libr.* 2. *& per Paulum de Cast. consi.* 6x. *Videtur dicendum. Fulgos. consi.* 81. *testator.* Et mulier eo casu qvodammodo debitrix per legem facta intelligitur, cùm ipsa, seu hæres ejus teneatur non petere illam partem, à qva potest exceptione repelli *per no. per gloss. in* l. *si unus.* §. *pactus. ff. de pact.* Cum debito autem voluntario contracto facto hominis, ad id principaliter ordinato, legatum non compensatur. l. 1. §. *sciendum. C. de rei uxo. act. per Doctor. in dicto* §. *si pater. & in auth. præterea. C. unde vir. & uxor.* Sed si testator velit, legatum etiam cum debito voluntario
2 compensari, remedium est, * qvòd testator compensationem fieri mandet: nam compensatio indistinctè fiet, si evidens sit mens testatoris compensari volentis. l. *creditorem. ff. de legatis secundo.* & fiet compensatio usq; ad concurrentem legati qvantitatem l. *civitatibus.* § *fin. ff. de legat.* 1. § Sed si testator velit legando extingvere solidum debitum
3 acceptatione legati subseqvuta, remedium est, * qvòd testator prohibeat legatarium occasione debiti aliqvid exigere vel petere ab hærede, l. *Imperator.* §. *si centum. ff. de leg.* 2. *cap. officij de testa. Bal. cons.* 84. *testamentum.* l. 2. *Pau. de Cast. consi.* 233. *licet ista. col.* 2. *cum allegatis per Alex. in l. si compensandi. C. de hæredibus instit. & in dict.* §. *si pater.* Et supradictum remedium necessarium est etiam in debito necessario, qvando relinqveretur creditori species, aliter enim non fieret compensatio, *ut per Bart. & alios Doctores*
* *in* l. *hujusmodi.* §. *cùm pater. ff. de legat.* 1. & est * communi

munis opinio, *ut per Corn. consi. 242. circa primum. colum.* 2. l. 1. Et expedit adjicere, qvòd testator relinqvit pro omni eo, & toto, qvod legatarius ab hærede qvomodolibet petere, vel exigere posset, *ut per Corn. consi. 115. qvanqvam videatur.* l. 3. Sed & si * testator jusserit legatarium stare tacitum, & contentum relicto, & plus petere prohibuerit, intelligitur legatum factum animo compensandi, *secundum Bal. in* l. *si adulta. C. de hære. act. & Cuma. consi. 133. dominus Nicolaus.* 4

I. D. Durantis Caut. XXXIII.

§. Qvo remedio ab hypotheca, qvam habent legatarii, & servitute, restantia hæredi prædia liberentur.

Summaria.

1. *Legatarius habet hypothecam in bonis defuncti.*
2. *Legato prædio debetur via.*
Servitus via debetur prædio legato, ibid.

Hypothecam * legatarius habet in bonis testatoris. l. 1. *C. Commu. de lega.* §. Sed si testator velit prædia aliqva esse libera à vinculo hypothecæ non subjacere. *glo. in* l. 2. *C. ut in possess. lega. qvam seqvuntur Bald. & Salic. ibi & Bar. & Jas. in rep.* l. *nemo. ff. de lega.* 1. Item * notandum est, qvòd si cui legetur prædium rusticum, vel urbanum, hæres debet pati legatarium ire, & agere per alia prædia: nam legato prædio debetur via, *l. testatrix, ubi Paul. de Cast. ff. si ser. ven.* Ideo in legatis non est in usu clausula illa cum accessibus, & egressibus suis, &c. *ut per Bart. in* l. *binas. ff. de seru. urb. præd.* §. Sed si testator velit hæredem liberas ædes habere, remedium est, qvòd hoc disponat. *arg.* l. *in re mandata. C. mand.* l. *in vendendo. ff. de contrah. emp. ut per Bald. consi. 24. Qvidam Vannes.* l. 5. 1 2

I. Durantis Cautela. XXX.

§. Qvo remedio hæres jussus solvere debita, fidejussionis causa debitum solvere non cogatur.

Summaria.

1. *Hæres jussus solvere debitum ex causa fidejussionis, solutum à principali debitore repetere non potest: limita ut ibid.*

2. Con-

2. Conjecturis non est locus in certis.

Principaliter, & ut principalem qui se obligat pro alio, qvomodo teneatur. ibid.

Fidejussor qui se obligavit, ut principalem & principaliter, non judicatur amplius fidejussor. ibid.

3. Testator legaturus etiam qvod debebitur ex causa oritura post testamentum, qvomodo verba concipiet.

Præteritum imperfectum subjunctivi modi significat etiam tempus futurum. ibid.

Legatario non debentur supervenientia post testamentem. ibid.

1 FIdejussionis * causa debitum si testator solvi mandet in specie, vel in genere jubendo hæredem debita solvere, hæres solvere tenetur, & solutum repetere à principali debitore non potest, l. *si fidejussor. & ibi Bald. ff. de leg. 1.* Qvod procedit qvando proprium debitum aliqvod testatoris non appareret, *arg. l. fundus qui locatus. ff. de fund. inst. &* l. *qvibus diebus. §. dominus. ff. de cond. & demonstr.* aliàs secus esset. *ut per Doctor. in d. l. si fidejussor. ubi Alex. post Bald. dicit opin. hanc veram esse, & dictum Bald. communiter improbari.* §. Sed * qvia durum videtur, hære-
2 dem, qvod pro alio solvet, non posse repetere, sit cautus testator, ut qvando mandat debita solvi, evidenter exprimat, se intelligere de debitis, ad qvæ solvenda suo nomine, & ut principalis tenetur, ut in certis non sit locus conjecturis. *l. ille aut ille, §. cùm in verbis. ff. de leg. 3.* Et sit etiam cautus, ut adjiciat, ad qvæ tenetur suo nomine, & ut principalis, & pro se, & sua causa. Nam per illa verba, ad qvæ tenetur suo nomine, & ut principalis, non satis esset consultum hæredi, si testator pro alio (ut fieri solet) se principaliter, & ut principalem obligasset. Nam hoc casu fidejussor per omnia judicatur ut principalis, *ut tenet Petr. Cyn. & alij Docto. in authent. præsente. C. de fide. qvos refert & seqvitur Alex. consi. 23. In causa exeqvutionis. col. pen. lib. 4. & Jas. consi. 58. Mihi qvoq; l. 3. de qvo vide allegata per Barba. consi. 86. Magnus. l. 4. Dec. consi. 168. Concusio, & per Jas. sibi ipsi contrarium consi. 133. Præsupponi-*

tur.

ur.col.ult.2.par. Et prædicta oblivioni danda non sunt, ut erum intelligas circa quæstionem motam per gl. *in Ver.fi-de jussorem.in auth.de fidejus.in prin.* ✱ illud etiã notandũ 3
st, qvòd si creditor leget debitori, qvicqvid debet, & debe-ret, qvamvis verbum præteriti imperfecti subjunctivi modi gnificet etiam tempus futurum, *ut per Bart.in* l. 1. *ff. de ..r.condi.* tamen hoc legato non continebitur debitum empore mortis ex causa, qvæ post testamentum superve-it, *arg.* l. *qVod serVius.cum ibi not. per doct.ff. de cond. ob .au.* sed si testator velit legare etiam qvod debebitur ex causa oritura post testamentum, ita verba concipiantur, legavit, qvicqvid debet, aut debebit ex causa præterita vel utura, *ut colligitur ex dictis per Fulg.consi.37. QVidam.*

De Adimendis vel Transferendis Legatis, vel Fideicommissis.

Tit. IV.

B. Cæpolla Cautela XXXVI.

§. Contra illum, qvi dat operam, qvòd legatum alteri factum adimatur à testatore.

Summarium.

Actio doli, vel in factum subsidiaria: qvibus in casibus locum habeat.

LICET cum verbis blandis sit permissum inducere aliqvem ad ipsum instituendum hæredem. *arg.* l. *fin. C. si qVis alt.te prohi.* tamen si aliqvis per suas suggestiones operatur, ut relictum alteri factum testator adimat, vel qvia volebat relinqvere, & non reliqvit, sicut de facto sæpè contingit in agnatis, qvi tantum testatori persvadent, & bona sua, qvæ pauperibus distribuenda reliqverat, reliqvit eadem eisdem, tenentur tunc actione de dolo, vel in factum subsidiaria illis, qvibus ademptum est, vel ej9 solicitudinem nõ relictum, *ff.de doli excep.* l. 1. *& tene menti, qVia est casus qVotidianus, ut dicit Ang. in d.* l. *fi. C. si qVis alt.* ex qvo tu sumas cautelam, qvod si aliqvis te instituit, vel aliqvid tibi reliqvit, & aliqvis per suggestionem vel solicitudinem, vel importunitatem curavit adimendum tibi relictum vel legatum, & sibi relinqvendum, ✱ qvòd per actionem doli, vel in factum subsidiaria poteris petere ea, qvæ tibi in testamento relicta sunt. *facit* l. 1. *& qVod ibi not.* 5
C. de

Digitized by Google

C. de pe. bo. subla. lib. 10. & not. bene, qvia vidi sem facto practicari.

I. D. DURANTIS CAUT. III.

§. Qvo remedio legatum irrevocabile fiat.

SUMMARIUM.

1. Legata possunt à testatore tam adimi, qvàm in um transferri.

Ambulatoria est voluntas testatoris usqve ad tum vitæ supremum, ibidem.

2. Contractus potest fieri etiam testamento.

Testandi facultas non tollitur per contractum fa in testamento.

1 Legata * possunt à testatore tam adimi, qvàm in transferri, *l. si cui. ff. de adim. lega.* Ambulatoria nim voluutas testatoris usqve ad vitæ supremum exi l. *qvòd si iterum. eod. titul.* §. Sed si testator sine sp emtionis velit cuiqvam rem legare, sibiqve facultatem tandi propositum tollere, remedium est, qvòd legat seu, pro eo tabellioni stipulanti promittat, legatum revocare cum clausula, qvòd si revocetur, res intellig & sit tunc donata inter vivos, & vires habebit don
2 Nam * in testamento potest fieri contractus, *ut not hæredes palàm. §. fi. ff. de testa.* ubi hoc tenet Imol. d contractu judicatur, ut de actu inter vivos, & non sub revocationi, *ut probatur in* l. *cùm qvis decedens. &* *cillis. ff. de lega. 3. cum ibi no. per Bart. & per Bald. i. avia. col. 1. C. de jur. delib.* Nec bonis moribus repug
3 qvòd * unam aliqvam rem qvis purè, vel sub condit donet irrevocabiliter, l. 1. *ff. de don. l. possessionem. C. d vo. don.* Nam non tollitur per id libertas testandi, *jux stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli.* cùm in rebus remaneat facultas faciendi testamentum. *arg* * *cùm ita legatum. ff. de cond. & demon.* & opinio h communiter approbatur, *ut patet ex dictis, & relat Lud. Rom. cons. 171. pro decisione. col. pen. & per L cons. 293. viso testamento. col. 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. V. TIT. X.

§. Qvo remedio relictis non privetur, qvi offenderi statorem.

SU

SUMMARIA.

1. Legatum dicitur ademptum, si post testamentum legatarius injuria gravi affecerit testatorem.

2. Reconciliatio tollit effectum injuriæ.

Legatum reconvalescit reconciliatione, ibid.

INtelligitur * revocatum relictum ei factum, qvi post testamentum gravi injuria affecerit testatorem. l. *sororem. cum ibi notatis per gloss. C. de his qvibus ut indign. l. 3. §. in. ff. de adim. leg.* §. Sed ne legatarius, seu fideicommissarius ob injurias testatori illatas intelligatur privatus relictis, remedium est, qvòd procuret redire in gratiam testatoris. Nam * reconciliatione relictum convalescit. l. 2 *qvòd si iterum. ff. de adimen. lega. & ibi Bartol.* l. *in ipsius. C. fami. hercisc. cum aliis allegatis per Alexand. cons. 159. visò testamento. col. fin. lib. 7. Et comprobatur remedium hoc ex his, qvæ scripsimus suprà, de lib. instit. Caute. 17. si filius.* 1

I. D. Durantis Caut. VII. Tit. X.

§. Qvo remedio per alienationem etiam voluntariam legatum non intelligatur ademtum.

SUMMARIA.

1. Legatum dicitur ademptum, si rem legatam testator sine causa necessaria alienaverit.

2. Voluntatis declaratio fit etiam ex actu testandi.

3. Voluntatis mutatio non præsumitur, quando alienatio facta fuerit titulo oneroso.

4. Legatum ademptum remanet in dubio penes hæredem testatoris.

SI rem * legatam ex causa voluntaria testator alienaverit, legatum intelligitur ademtum, qvatenus alienata res fit. l. *si ex toto. ff. de leg. 1.* l. *fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3.* l. *scribit. §. item scribit. ff. de aur. & arg. lega.* l. *rem legatam. ff. de ali. leg.* Sed * si testator alienatione legatum nolit adimere, remedium est, qvòd saltem post alienationem declaret suam voluntatem coram testibus codicillis, vel simplicis declarationis instrumento, l. *cùm servum. ff. de. adi. leg.* Sed * si testator declarationem hanc non fecerit, sufficit legatario dicere, qvòd testator alienan- 1 2 4

do

do noluit revocare legatum. Nam allegatione hac
seqvetur æstimationem rei legatæ, si hæres non proba
qvòd testator habuerit animum adimendi legatum,
non præsumitur mutatio non voluntatis, qvando al
tio facta fuit titulo oneroso. l. *Lucius. ff. de lega.*
alis is allegatis per Alexan. cons. 169. stantibus. Ver
4 *6. & cons. 157. Viso testamento. lib. 7.* Et ✱ circa ade
nem legatorum, sive purè, sive sub conditione adimat
tor, sit cautus, ut declaret eventum ademtionis, &
tionis, cui velit rem ademptam dari, & in dubio res
hæredem manet, *ut per Bald. cons. 417. magister. lib*

B. CÆPOLLA CAUT. CCVII.

§. Qvando pater fecit plura legata in testamento,
faciet filius ad hoc, qvòd illa revocet.

SUMMARIUM.

1. Legata testamento facto, qvomodo tacitè adim
sint.

SI pater tuus fecit testamentum, in qvo relinqvit
legata diversis personis, & fortè nolit, qvòd tu sci
cta legata esse relicta ad hoc, ut d. legata non debea
& tacitè videantur revocata, Cautela est, ut tu filius
a roges patrem coram 5. aut 7. testibus, si potes, an f
aliqva legata in testamento *a* suo. Nam fortasse pat
cet, qvòd non, causa tibi complacendi, vel ut scias v
tatem suam, & per istam responsionem simpliciter fa
ipse pater videtur adimere dicta legata ita, ut postea
1 non possis ad ea conveniri, & si conveniaris, oppona
ceptionem, ✱ qvòd pater tacitè ea ademit per dicta ve
ut probatur per gloss. nota. in l. Verba testamenti. C.
sti. in gloss. 1. ibi obstat tamen exceptio, qvod tamen
intelligo esse verum in dubio, sed si posset constare ex
qvib. conjecturis, patrem noluisse per prædicta verba l
ta adimere, puta qvia pater postea dixit, qvòd illam res
sionem filio fecerat, ut ei complaceret, vel ut nesciret
tenta in testamento suo, tunc secus esset. & qvod di
patre, idem in qvolibet alio testatore, qvi fuisset inte
gatus ab hærede suo eadem ratione, *& adde prædictis,*
notat Paul. de Castr. in cons. 363.

An

Additio.

a *Testam. suo.*) *Testamentum debet mutari cum eadem solennitate, qua fuit conditum.* l hæredes palàm.§.1.& ibi Docto. & Bart. in prin.ff. de test. Bart. in l.cùm proponebatur.ver.quæro.per quot testes.ff.de leg.2.& per Bal. in l. fi. in pen.col.in ver.& scias per *quot testes.C.de fideicom.*& in errore.in 2.quæst.C.de testa. Alexan. in Rub.ff.de acquir. pos.& in l.quemadmodum.eod.tit.*& in cons.146.1.parte.

De Rebus Dubiis. Tit. V.

I. D. Durantis Caut. XIV.

§. Quo consilio circa partium quantitatem tollatur ambiguum.

Summaria.

1. *Heredes gravati in legatis à nominatione nominis proprii vel appellativi an pro virilibus, an pro hæreditariis portionibus teneantur.*
2. *Nomen proprium præmissum operatur divisionem in partes viriles. ibid.*
3. *Legata solvenda per hæredes, pro hæreditariis portionibus testator declarare debet.*
4. *Conjectura voluntatis defuncti seqvenda est in distributione partium.*

MULTUM * interest, utrum propriis, àn verò appellativis nominibus onus solvendi legata hæredibus injungatur, qvia nominati appellativis nominibus pro hereditariis portionibus, nominati autem propriis nominibus, pro virilibus tenentur, l. *si hæredes. ff. de leg.* 1. *l. cum.§.Mævio. ff.ad Trebel.& l.turpia.§.fina. ff.de leg.* Sit ergo cautus notarius in scribendo testamentum, ut non temerè, sed præcognita voluntate testatoris nominib. propriis, vel appellativis utatur, prout magis per ea dispositio consonet voluntati testatoris, *faciunt not.per Ang. &c. in tract. de testa. in verb. B. & S.* & ignorandum non est, qvòd si nomina propria, & appellativa exprimantur, prævalent nomina, qvæ præcedunt. l. *si servus communis. ff.de stip. ser.* §.Optimum igitur erit remedium ad tollendas hujusmodi difficultates, ne qvis contra mentem 2

testatoris gravius oneretur, qvod ipse testator declar
qvibus partib. hæredes legata solvere debeant; qva
psi sunt ex disparibus partibus instituti. Nam stabit
clarationi testatoris, *ut per Dec. consi. 382. Verba test*
ti. col. fin. Imprimis namq; attenditur voluntas test
3 *ut per Dec. consi. 412. Viso eleganti.* Econtrario *
hæredes vocati ad commodum per nomina propria
partes habebunt, si per nomina hæredum pro portio
hæreditariis admittuntur, *l. qvoties ff. ad Treb.* Sed
stator velit eos aliter ad partes admitti, hoc exprima
enim voluntas servabitur. Nam sufficit etiam conj
voluntatis, *ut patet ex dictis per Alex. & Jas. in l.*
inutiliter. §. fi. ff. de leg. 1 Et si alii propriis nominibu
uno, & appellativo nomine vocentur vocati appel
nomine omnes habentur pro uno, nisi testator, per
nem æqvè, vel per verbum in partes viriles aliter sua
luntatem declaraverit, *l. interdum. ff. de hared. insti.*
Soc. in l. utrum. §. fin. ff. de rebus dubiis. Fulg. consi
ligenter. & cons. 320. Dum legerem col. 3.

I. D. DURANTIS CAUTELA LXVI.

§. Qvo remedio menti testatoris verborum prop
gnificatio semper cedat.

SUMMARIA.

1. *Verbis in re dubia serviendum est, nec licet*
pria significatione recedere.

2. *Consvetudo testatoris præfertur consvetudini*
nis.

3. *Interpretatio voluntatis testatoris ex qvibus f*
Voluntas verbis præferenda est. ibid.
Testatoris voluntas qvibus modis interpretatu
dem.

IN re dubia * verbis serviendum est, nec licet à p
1 significatione recedere. *l. si alii. ff. de usufruct. leg*
aliter. ff. de lega. 3. Sed qvia testatores plerunq; abu
qvuntur, & significatio verborum voluntati testato
consonat, adjuvanda est voluntas testatoris, ne vis
rum potior sensu existat. *l. 3. C. de lib. prate.* Qvare si c
testator aliud senserit, qvam verba significent; vel

ſint dubia, ut voluntas ejus conſervetur, remedium eſt,
qvòd teſtator det, cui velit, facultatem declarandi ambiguas
qvæſtiones, & omnia dubia, qvæ ex teſtamento naſcentur.
l. *Theopompus. cum ibi no. per Bart. ff. de dot. præle.* §. Qvòd
* ſi teſtator hoc non fecerit, tunc remedium erit, qvòd pro- 2
betur, qvid teſtator ſenſerit: nam probata voluntate teſta-
toris à propria vocabuli ſignificatione recedimus, *ut per
Barto. in* l. *in ambiguo. ff. de re. dubiis. d. l. non aliter. cum re-
latis per Deci. conſi. 317. Viſis. colum. 1. conſi. 362. Præſens. &
conſi. 399. Concluſio.* planè voluntas teſtatoris probari po-
terit, non ſolum ex his, qvæ teſtamenti tempore dicta ſunt,
verumetiam ex dictis, & geſtis extra actum teſtandi. *l. hæ-
redes palam §. ſi qvid poſt. cum ibi no. per gloſſ. & Doctor. ff.
de teſta. Barto. in* l. *cùm proponeretur. ff. de legat. 2. & in* l.
ſi qvis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. Et ſufficit etiam pri-
vata ſcriptura ipſius defuncti ad declarandam voluntatem
ejus. *glo. in* l. *qvi concubinam. §. cùm ita. in verſic. in tabu-
lis. ff. de leg. 3. ut per Bart. in* l. *alimenta. ff. de alimen. leg.
& Deci. conſi. 454. Juridicas in fi.* Et ad probandam volun-
tatem declaratoriam ſufficient duo teſtes, *ut per Barto. in
d. §. ſi qvid poſt. & Barba. conſi. 29. Illud. lib. 4. & Soci. conſ.
37. viſo teſtamento. colum. 3. lib. 3.* & ad interpretandum
voluntatem defuncti conjectura etiam fit ex conſvetudine
regionis, ex communi uſu loqvendi. l. *librorum. §. qvod
tamen Caſſius. ff. de leg. 3.* vel conſvetudine ipſius patrisfa.
d. §. ſi qvid poſt. Bart. in l. *Labeo ff. de ſup. leg. Deci. conſi-
lio 685. In caſu propoſito.* Prius tamen inſpicitur conſvetudo
ipſius teſtatoris, qvàm regionis. l. *ex uſu. ff. de vin. tri.
vel ol. lega. Fulgo. conſi. 231. in qvodam inſtrumento.* Item
interpretatio fit ex lege, qvia voluntas talis fuiſſe præſu-
mitur, qvalis eſſe debuit. l. *ex facto. ff. de vulg. & pup. Bar.
in* l. *hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & in* l. *ut juris-
jurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib.* Item ex bono, & æqvo.
l. *in his. ubi Bald. ff. de condi. & demon.* Item ex vitatione
abſurdi. l. *furti. §. pactus. ff. de his qvi not. infa.* Item ex pu-
blica utilitate. *gloſſ. in* l. *ſi ita ſcriptum. ff. de legat. 2.* l. *ſi qvis
ingravi. §. hi qvoq; ff. ad Silla. ut latius per Laur. Calc.
conſi. 48. viſo dicto. colum. 6. cum ſeqventi.* Item ex vicini-
tate ſcripturæ, qvia ſcripturæ pars per partem aliam decla-
ratur, l. *ſi ſervus §. fin. &* l. *qvi filiabus ubi Doctor. ff. de*

legat. 1. l. utrum. ff. de pet. hared. Deci. consilio. 15. [illegible]
genter consideratus., colum. 3.

DE HIS, QVÆ POENÆ CAUSA RELINQVUNT[UR]. TIT. VI.

DE REGULA CATONIANA. TITUL. VII.

DE HIS, QVÆ PRO NON SCRIPTIS HABENT[UR]. TIT. IIX.

B. CÆPOLLA CAUT. LIIX.

§. Differentia, qvomodo legatum sit non scriptum [...] caducum.

SUMMARIA.

1. *Homo mortuus non est homo.*
2. *Legatum non capit vires, nisi post testatoris [mor]tem.*
3. *In conditione qvidqvid est, non est in obligatione.*

PRo non scripto legatum est, qvando testator re[lin]qvit alicui, qvi erat mortuus tempore testamenti siv[e le]gati: qvod caducum est, qvando legatarius, sive hære[s vi]vebat tempore testamenti, sive legati, sed mortuus est [vi]vo testatore. Caducum legatum vel institutio est, qva[ndo] legatarius, vel hæres mortuus est ante testatorem, [pen]dente conditione legati, vel institutionis. Et his ca[sibus] devenire debet portio istorum in substitutum specia[liter] eis datum, secundo in conjunctum sive hæredem aut co[le]gatarium. *l. unica. §. cum triplici. C. de cad. toll.* R[atio] primæ decisionis est, qvia si relinqvitur mortuo, reli[nqvi]
1 tur ei, qvi non potest capere, * qvia homo mortuus [non] est homo; *ut l. serv. manumisso. ff. de cond. indeb.* nec [hæ]res illius mortui poterit habere, postqvam non ha[bet]
2 fundamentum in persona prædecessoris sui. * Ratio sec[un]di, scilicet qvasi caduci est: qvia legatum non capit vi[res] nisi post mortem testatoris, l. *à Titio. ff. de furt.* Ratio [ter]tii dicti est, qvia postqvam mortuus est pendente condi[tio]ne, & sic anteqvam purificetur conditio, debet annullar[i le]
3 gatum sive institutio, * qvia id, qvod est in conditione, [non] est in obligatione. l. *cedere diem. ff. de verb. sign. & qvi sub conditione. ff. si qvis om. ca. test.*

DE HIS QVÆ UT INDIGNIS AUFERUNTUR.

Tit. IX.

I. D. Durantis Caut. I.

§. Qvo remedio adſcribens ſibi legatum pœnam falſi evitet, & relicti commodum conſeqvatur.

SUMMARIA.

1. Notarius adſcribens ſibi legatum, incidit in crimen falſi.

2. Subſcriptio ſpecialis eſt efficacior generali.

3. Notarius poteſt ſibi, aut filio, aut patri adſcribere legatum in teſtamento nuncupativo.

QVI * ſibi, vel patri, in cujus poteſtate eſt, legatum vel fideicommiſſum adſcripſerit, pœna legis Cor. de falſis tenetur, l. 1. §. *inter filium. ff. ad legem Corn. de fal. l. Senatusconſulto. C. de his qvi ſibi adſcr. in teſt.* & relictum non valet, *l. ſi teſtator. C. eod. Bartol. in conſ. 61. filiusfam.* §. Sed ut is, qvi ſibi, vel patri legatum, vel fideicomiſſum adſcribit, pœnam evitet, & relictum habeat, remedium eſt, * qvòd ſibi adſcribens per ſubſcriptionem teſtatoris ſpecialiter factam in calce ſcripturæ faciat ſibi relictum approbari. Generalis autem ſubſcriptio non ſufficiet, *l. divus. §. item ſenatus. & ibi Bart. ff. ad legem Corneliam, de fal. Salicetum in dict. l. ſi teſtator, cum allegatis per Alexan. conſ. 147. ponderatis his. col. 2. lib. 2.* Notandum tamen eſt, * qvòd in teſtamento nuncupativo poteſt notarius ſibi adſcribere, & valet legatum, *ut per Speculat. in tit. de inſt. adi. §. poſtremò ver. item excipitur.* ratio differentiæ, illa eſt, qvòd qvi adſcribit in teſtamento nuncupativo, poteſt ſuam innocentiam probare per teſtes, qvi audierint voluntatem teſtatoris, *ut per Bald. in dict. l. 2.* & confirmatur opinio hæc ex dictis per Cum. *conſ. 78. qvidam fecit teſtamentum.* §. Cautius tamen eſt ſervare Cautelam prædictam etiam in nuncupativo teſtamento, ut res in controverſiam non revocetur, ſecundum Bald. *conſ. 96. factum tale eſt. lib. 2.* ubi dicit, eſſe etiam adulterinam ſcripturam, qvando pater adſcribit filio etiam in nuncupativo teſtamento, niſi filius eſſet emancipatus, *l. ſepulcrem. §. 1. & ibi Doctores. ff. ad legem Cor. de fal. & Bald. conſ. 420. præmittendum. lib. 2.* vel probaretur veritas ſcripturæ per teſtes, *ut per Bald. conſ. 92. diſpoſitio, lib. 5.*

B. PERUSINI CAUTELA XV.

§. Utrum possit adhiberi cautela, ut invitus vel sib gatum ascribens confiteatur crimen semiplenè probat

QVarto decimo qværitur de qvodam, qvod de contigit. Qvidam autem patruus, & tutor erat jusdam sui nepotis pupilli patruus considerans pupil esse unicum, qvia sine fratre, & sorore, & ipse patruus sibi proximior in successione, excogitata fraude duxit pillum ad vineam, & ipse suffocavit eum, & occultavit terra, postea redeunte ipso fuit ab eo qvæsitum, ubi pupillus, qvi dixit, qvod tali hora recesserat, & non re rat, nec sciebat eum, & ostendit se dare operam ad qvæ dum ipsum, dicens eum esse perditum, & convocavit cos, & fecit ploratum tanqvam de mortuo, & tunc roti totum pondus pupilli: qvia tamen secundum evangeli veritatem occultum nullum, qvod non reveletur, fact murmuratio in illo pupillo, qvod ille patruus eum oc rat, qvi rumor pervenit ad aures curiæ, unde curia

a mata inqvisitione *a* misit pro patruo. Qvi responden gavit. Et facto processu non potuit adhiberi probatio de fama publica, qvæ ad probationem nec ad tormenta ficiebat, ut dictum est suprà de qvæstionibus circa prob nes 3. qvæst. 16. Sed qvodam divino nutu venit in me judicis qværentis, ut fossores mitteret ad vineam, si ib set sepultus. Et sicut Deo placuit, ibi fuit inventus pu pultus, qvo comperto judex interrogavit, qvis hoc fec qvi negavit se scire, judex igitur considerato tam gra licto, & considerato loco, ubi fuerat sepultus, ac etiam batione publicæ famæ, deliberavit fore procedendum tra ipsum ad torturam. Ille autem videns se in statu tis, & qvod oportebat eum confiteri, accepto gladium de vagina sibi abscidit lingvam, ne judex posset extor confessionem ab ipso. Modo qværitur, qvod reme erit, & dic, qvòd tamdiu tormentetur, qvòd scribat propria commisisse illud delictum, per qvam confessi per ejus scripturam poterit condemnari. Adeo qv scriptura astringitur, qvod contra eam venire non po *ut in auth. de triente, & semisse. §. studium, & §. fi tem, & C. de non num. pec. authen. contra qui propr* Nam, & mutus, qvi loqvi non potest, propria scriptur

ligari poteſt. *ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. ex facto, Cod. qui teſt. fa. poſ.* l. 1. *inſt. eod. §. mutus.* Si autem talis malefactor literas ignorat, ſufficit, qvòd nutu, & aliqvo ſigno ſe confiteri oſtendat, *ut ff. de pac. l. item qvia. & ff. de regul. jur. l. ubi non voto, & de procu.* l. *mutus, & arg. C. de fidejuſſ.* l. *in epiſtola. & ff. de legat.* 3. l. *nutu. & extra, de ſpon. c. apud. & c. tua.* hoc etiam caſu poſſet dici, qvòd cauſa evidenti, & valido judicio abſciſſionis lingvæ coadjuvantibus ſupradictis adminiculis, poſſit de jure condemnari, absqve alia expoſitione confeſſionis *per ea, qvæ dixi in d. qvæſt.* 17. *qvam opin. multi rectores de facto ſervant.*

ADDITIO.

a Formata inqviſitione.) *Adde qvod inqviſitio ad crimen inveniendum fit tripliciter.* Pet. de Anch. in c. qvaliter. el. 2. nu. 38. extra, de accuſa.

I. D. DURANTIS CAUT. LXI.

§. Qvo remedio ſolutionem recipiens non perdat legatum ſub conditione hac, ſi non petierit creditum.

SUMMARIA.

1. *Uxor, cui aliqvid legatum fuit ſub conditione hac, ſi dotem non petierit, ſi dotem ab hærede etiam ſponte ſolvente recipiat, cadit à legato.*

Petere intelligitur etiam is, qvi ea, qvæ ſolvuntur, ſponte recipit, ibid.

2. *Exigere, eſt ab invito extorqvere.*

SI maritus * uxori aliqvid leget ſub conditione hac, ſi dotem non petierit, & mulier ſolutionem ab hærede ſponte ſolvente recipiat, videtur defecta conditio, & carebit uxor rebus legatis, qvia ſolutionem recipiens ſimilis eſt petenti, l. *amplius. ff. rem ratam hab. ſecundum Bart. ibi*, & ita facile erit hæredi circumvenire uxorem defuncti, ſolutionem dotis imprudenter accepturam. §. Sed * ne uxor huic captioni ſubjaceat, remedium eſt, qvòd teſtator utatur verbo Exegerit: qvia exigere eſt ab invito extorqvere, l. *fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg.* 3. Aliqvi ſentiunt, qvòd ſolutionem accipiendo petitione non præcedente mulier non perdat legatum, *ut per Bald. in* l. 1. *C. de his, qvæ pæn. nomin. Ang. Are. in tracta. de teſta. ver. & dotes ſuas non petierit.* §. Cautius tamen faciet mulier, ſi, antequam

 qvam

qvam solutionem recipiat, offert se paratam, accepto
re, l. mulier. ff. de condit. & demonst. nam si obligati
hac non obstante, hæres solvat, mulier erit tuta, qvasi
res renunciaverit juri suo, l. *judex. ff. de min. secun*
Ang. in d. l. amplius.

I. D. DURANTIS CAUT. XIIX.

§. Qvibus remediis conjux, ad secunda vota transien
vitet pœnas amissionis proprietatis rerum à conjuge
mortuo habitarum.

SUMMARIA.

1. *Vidua convolans ad secundas nuptias perdit d*
nium rerum, qvas habuit à primo viro.
2. *Mulier qvando possit impunè secundo nubere.*
Nuptiæ secundæ, qvomodo impunè contrahun
ibidem.
3. *Injuria, qvæ fit filiis primi viri, si mater convol*
secundas nuptias, tollitur ipsorum consensu.
Mulier mortuo viro nubit in domino. ibid.
Injuria non fit volenti. ibid.
4. *Vidua consensu viri vel filiorum secundo nuben*
veat intra annum nubere.
5. *Pœna imposita viduæ secundo nubenti, militat*
in viro.

MUlier * ad secundas nuptias transiens, perdit do
1 um rerum, qvas ex liberalitate primi viri conse
est, & solam potestatem fruendi retinebit, illasq; fil
primo matrimonio genitis restituere cogitur. l. *fœ*
C. de sec. nup. ubi doct. & Soc. cons. 56. Viso testament
§. Sed * si vir velit uxorem non perdere dominium
2 rum rerum, remedium est, qvòd ipse vir licentiam
xori ad secundas nuptias convolare. Nam pœna se
nubentibus imposita est, qvia videtur inferri injuria
viro per secundas nuptias. *§. qvia verò. in auth. de n*
nulla injuria fit volenti. l. 1. §. *usq; adeo ff. de injur.*
dum Bald. in l. 1. *C. de sec. nup. ut per Lud. Rom. cons*
Et themate consultationis & Deci. cons. 620. Casus
3 *qværitur. col. 2.* * Qvòd si primus vir non dederit licen

hanc uxori, cauta sit mulier ad secundas nuptias migrare
volens, qvòd procuret secundis nuptiis filiorũ consensum
accedere, & sic non perdet ea, qvæ habuit ex liberalitate
primi viri, secundum glo. in ver. copulantur. in auth. de
non elig. sec. nub. qvoniam injuria, qvæ fit filiis primi viri,
si mater convolet ad secundas nuptias, tollitur eorum con-
sensu. §. *soluta. in auth. de sec. nup.* l. *cùm donationis. C. de
transact. & comprobantur prædicta ex latius dictis per Jas.
in* l. *ambiguitates. C. de indi. vid. tollen. & in d.* l. *filium
qvem habentem. col. fi. & cons. 53. In qvæstione. par. 1. & per
Dec. consi.* 206. *Qværitur.* & scire oportet dicta remedia
necessaria esse, qvia pœnæ secundo nubentium, inductæ
favore filiorum, sublatæ non sunt per dictum illud Aposto-
li: *Mortuo viro mulier nubat in Domino. cap. penult. &
fina. de secund. nup. ubi hoc tenet Abba. & Corn. cons. 21.
Videtur. colum.* 3. l. 1. *Bart. & Dec. in* l. 1. *C. de secund.
nup.* Et est communis opin. *ut ibi dicit Deci. & in cons. 87.
Pro resolutione. colum. 2. & consi. 130. Proponitur.* * Ca- *
veat tamen vidua, ne sub prætextu hujusmodi consensus
filiorum, vel licentiæ datæ a viro, nubat intra annum lu-
ctus: nam hoc est contra bonos mores. *d. l. 1.* & ideo licen-
tia viri, vel filiorum consensus non prodesset. *arg.* l. *si qvis
inqvilinos. §. fina. ff. de legat. 1. ut per Ludo. d. consi. 219. Jas.
in d. l. filium. col 4. & Corn. d. consi. 21.* Licet qvidam existi-
ment, hoc procedere de jure civili, secus autem esset de ju-
re cano. *glo. 1. d. l. 1. cum aliis allegatis per Feder. de Sen. q.
36. Casus talis est.* Et notandum est, * qvòd prædicta reme- 5
dia sunt etiam utilia viro, ne perdat legata sibi in testamen-
to uxoris, vel aliter ab ea donata: nam pœnæ binuborum
tam mulieri, qvàm viro impositæ sunt, *ut per gl. in d. l. fœ-
mina. §. illud. qvam ibi Bart. approbat,* & est communis o-
pinio. *ut dicit Dec. d. cons. 230. & cons. 87.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM
Liber XXXV.

DE CONDITIONIBUS, ET DEMONSTRATIONIBUS, & CAUSIS, & MODIS EORUM, QVÆ IN TESTAMENTO SCRIBUNTUR. TIT. I.

I. D. Durantis Cautela. XLVII

§. Qvo remedio valeant conditiones adjectæ legato, fa-
cto ecclesiæ constructæ, vel construendæ. Sum-

SUMMARIA.

1. *Legatum factum ecclesiæ cum conditione, quò*
scendentes sui habeant jus patronatus, vel q
ecclesia celebrentur tot Missæ, vel quòd benef
conferatur his tantum, qui sunt de consangu
te sua, quas vires habeat.

Ecclesiæ legatum factum quas conditiones reji
& quomodo consensu Episcopi confirmetur.

Modi impossibiles de jure adjecti legato facto ec
ibidem.

2. *Jus patronatus, vel aliqua conditio in donation*
fundatione alicujus ecclesiæ, quomodo relinqu

3. *Donatio ecclesiæ cum aliqua conditione meli*
coram Episcopo.

1 SI * legentur prædia pro ecclesia construenda, vel legentur ecclesiæ jam constructæ, ea conditione a qvòd jus patronatus pertineat ad posteros suos, & pr tatus institui debeat non ab episcopo, sed ab alio infe non valet adjectio conditionis, & ut impossibilis à ju jicitur, *ut per Abb. in c. præterea. juxta de jure patron. c. reqvisisti. col. pen. de test.* & similiter non potest nere testator, qvòd electio, & provisio de presbyter putando ad regimen ecclesiæ pertineat ad suos hær *Abb. in c. sacrosancta. de elect.* Item non potest testat gato onus adjicere, qvòd presbyter certum Missarum merum dicere teneatur, *ut per Abb. in c. significata præben.* Item non potest testator adjicere conditio qvòd beneficium illis tantùm, qvi sunt de sua consa nitate, conferatur, *ut per Jac. de Zochis. in cap. cùm ctus. de consve.* Et si testator adjiceret: qvòd si ipsius vo tas servata non fuerit, tunc legatum habeatur pro n gato, & bona legata transferantur ad aliqvem piu cum, non valet adjectio pœnæ, & ademtio, seu tr tio legati, qvia rejicitur pœnalis clausula, qvoties a tur dispositioni impossibili, l. *qvod de bonis. §. 1. ff. ad Falc.* Nam qvi non potest disponere, minus potest c sitioni pœnam adjicere. *l. Sejus & Angerius. ff. eod.*

cùm principale non valet, accessoria clausula viribus caret.
l. non dubium. C. de legib. l. si homo mortuus. ff. de verbo-
rum obligat. §. fina. Instit de legat. cum aliis allegatis per
Rot. dec. 868. factum tale est in anti. & per Ludo. Rom.
consi. 177. licuit ipsi notario. & per Felin. in cap. cùm ve-
nerabilis. colum. 10. de except. §. Sed qvùm qvis fundat ec- 2
clesiam, vel ecclesiæ fundatæ dotem legat, ita, ut sui de-
scendentes non solùm habeant jus patronatus, & alia, qvæ
de jure ex simplici ordinatione ipsius habere non possunt,
ut puta fructus vacantis ecclesiæ, vel portionem fructuum,
si contingeret eos ad inopiam vergere, & aliæ leges, &
conditiones legato adjectæ serventur, remedium est, qvòd
leget sub conditione hac, si episcopus consenserit, & ap-
probaverit omnia disposita per ipsum testatorem. nam con-
ditio hæc non est impossibilis, neq; improbata, potest e-
nim episcopus in initio fundationis, vel dationis dotis con-
sentire reservationibus, legibus, modis, & conditionib.
qvibuscunqve. *dict. cap. cùm dilectus. cum glo. in ver. con-*
stitutum. de consuet. & ibi Joan. Andr. Abb. & aliis Docto.
cap. generali. cum glos. in versic. fundatione. de elect. l. 6.
Barba. consi. 23. scripsit Propheta. colum. 13. libro 1. cap. præ-
terea. 2. cum ibi no. per Abba. de jur. patro. & in cap. olim.
de restitu. spolia. ubi tenet de consensu episcopi posse re-
servari hæredibus fundatoris aliqvod servitium, vel tem-
porale commodum ab ecclesia præstandum. §. Cautius ta- 3
men faciet testator, si vivens ante testamentum, vel post,
obtineat per episcopum ordinari super omnibus reserva-
tionibus, conditionibus, & oneribus adjiciendis, seu ad-
jectis fundationi ecclesiæ vel legato dotis, supplicando, ut
ipse episcopus velit reservationes, & conditiones hujus-
modi apponere, & observari mandare. Actus enim fundari
debet de consensu patroni in persona episcopi, ut patet ex
allegatis *per Casa. Lamb in tracta. de jur. patron. lib. 1.*
part. 1. qvæst. 9. ubi prolixius hanc materiam expli-
cat.

I. D. DURANTIS CAUT. LIIX.

§. Qvo remedio intelligatur repetita conditio.

SUMMARIA.

1. *Conditio qvomodo intelligitur repetita.*

2. *Qva-*

2. *Qvalitas uni legato adjecta, in aliis repetita c... tur.*

Repetitio conditionis quando facta intelligatur

3. *Voluntas testatoris etiam tacita sufficit ad toll... repetitiones.*

4. *Conditio in testamento data, & in codicillis a... ta in alios transferendo, qvando intelligat... petita.*

SI uxori * suorum bonorum usumfructum testator l...
1 donec vidua vixerit, deinde eidem legatum qvoqv...
linqvat, in posteriore legato non intelligitur repetita...
ditio. *arg.* l. *qvi fundum. de contr. emp. ut colligitur e...*
ctrina Bart. in l. *in repetendis. ff. de lega.* 3. *& in con...*
Cola reliqvit. Bald. consi. 153. *qvidam testator. lib...*
2 *& Cuma. consi.* 22. *testator.* §. Sed ut * conditio in...
gatur repetita in omnibus legatis uxori factis, reme...
est, qvòd omnia relinqvantur eadem oratione sub uno...
bo. Nam qvando plura eadem oratione legantur, qva...
alii legato adjecta, in aliis repetita censetur, l. *Seja.* §. ...
ff. de fund. instruct. ut patet ex dictis per Bart. in dicta...
repetendis. & in dicto consi. 39. *& consi.* 27. *visa facti ...*
ratione. Bald. consi. 58. *in restitutione. lib.* 2. *& Pa...*
Cast. consi. 68. *viso puncto suprà scripto. & consi.* 76. ...
dicto puncto. in fin. & Cuman. consi. trigesimoqvarto, ...
fi. tis. & consi. 47. *testator. Fulgosius consi.* 40. *dominu...*
stator. & Alexand. consilio sexagesimosexto. viso testam...
3 *to, lib.* 3. * Qvòd si testator sub una oratione plures...
legaverit, & velit conditionem, qvantum ad rem aliq...
ex legatis, non intelligi repetitam, ut repetitio exclu...
tur, remedium est, qvòd id testator declaret. Nam suf...
etiam tacita voluntas testatoris ad repetitiones tollend...
l. *licet. ff. de legat.* 1. *& per Jo. de Ana. consi.* 9. *viso punct...*
fin. & Abb. consi. 40. *vento ad primum. volum.* 2. *libr...*
Animadvertat * qvoq; testator in transferendis legati...
4 testamento sub conditione factis, dum codicillis illa a...
mit, & in alios transfert, ut conditionem declaret, ...
velit intelligi repetitam, qvod in dubio præsumit...
l. *leg...*

l. *legatum sub conditione ff. de adi.leg.* Nam in hoc qvoq; voluntatem ipsius testatoris amplectimur, *ut per Bald. consi.232. proponitur.* l. 5.

I. D. DURANTIS CAUT. XXXV.

§. Qvo remedio legatario, conditionem implere offerente, non habeatur conditio pro impleta.

SUMMARIA.

1. *Conditio implenda per legatarium habetur pro impleta, si stat per hæredem, qvo minus impleatur.*
2. *Legatarius qvando teneatur adimplere conditionem injunctam sibi habita re legata, vel non habita.*
3. *Hæredi qvando consulitur, qvi oblatam à legatario pecuniam causa conditionis implendæ semel accipere recusavit.*

Conditio * à legatario implenda pro impleta habetur, si stet per hæredem, qvo minus impleatur, *l. jure civili. ff. de cond. & demonstr. c. cùm stat. de reg. jur. lib. 6.* Qvare si legetur Titio fundus, si hæredi centum dederit, potest legatarius fundum petere, si semel obtulerit centum hæredi, & ille accipere recusaverit, nec legatarius iterum offerre, vel solvere cogitur, *arg.* l. *si qvis hæredem. C. de instit. & subst. sub condi. fact.* ut qvidam arbitrantur. Sed * si testator per oblationem semel factam velit hæredem conditionis commodo non carere, qvi semel obtulerit, & conditionem implere paratus fuerit, remedium est, qvod ipse disponat per unam interpellationem, & oblationem non debere intelligi, conditionem impletam esse, nisi qvantum ad actionem conseqvendam, & qvod legatarius re habita, vel non habita, semper teneatur adimplere conditionem injunctam, & parendum erit voluntati testatoris, *l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. Bart. in* l. *uter ex fratribus. ff. de cond. instit. Socin. in d. l. jure civili.* Jaso. *in rep.* l. *nemo. ff. de leg.* 1. *Deci. in* l. *jure civili. ff. de reg. jur.* * Et notandum est, qvod licet conditio habeatur pro impleta, qvando stat per hæredem, tamen secundum veriorem opinionem habet hæres exceptionem, & legatarium potest exceptione repellere, si non impleat conditionem, l. *cui fundus. & ibi Doct. ff. de cond. & demonst. & per*

Soc.

1 2 3 (margin numbers beside paragraph lines)

Soc. in l. *jure civili.* & *per Deci. in d. regu. jure ci*
fi. qvod tene menti, ut scias consulere hæredi, qvi
tam à legatario pecuniam causa conditionis implen
mel accipere recusavit.

CAUTELA. XXXV.

§. Ad gravandum filium, qvòd non possit aliqvi
nare, etiam pro sua legitima.

SUMMARIA.

1. *Dilatio etiam favorabilis de legitima rejicitu in dubio dilatio opposita in prohibitione alie nis legitimæ, in filiæ favorem apposita, cens non autem ad gravamen.*
2. *Amicus melior, quem habet filius, est ipse pate*

PAtres in suis testamentis qvotidie prohibent filios qvòd de bonis suis non possint aliqvid vendere, p rare, nec aliter alienare, qvo casu talis prohibitio no cludit tantum, qvantum capit sua legitima, etiamsi d legitima esset facta expressa mentio: qvia de ea dedu omnis mora, & omne gravamen, *ut* l. *qvoniam in p bus.* & l. *scimus.* §. *cùm autem. C. de inoffic. testa.* tem pater, qvi habes filios minores, qvi filii, qvia fo sunt gulosi, lusores, vel aliter dissoluti, vel qvia vis, bona remaneant in familia, propterea vis eos in testa to gravare, ne aliqvid de bonis valeant alienare. Si qvod talis prohibitio seu gravamen includat etiam legitimam, videlicet, qvod similiter non possint al alienare de eo, qvod capit sua legitima, & si non toto pore vitæ suæ, saltem usqve qvo devenerint ad legiti ætatem, §. cautela est, qvod non dicas, qvaliter eos tuis tuos hæredes, gravando eos, qvod non possint ali de bonis tuis alienare, etiam de eo, qvod sibi spec ratione suæ legitimæ, qvia talis dispositio, qvantum a gitimam, non teneret, ut superiùs dictum est. Sed di qvaliter eos instituis, &c. gravando, qvod ullo unq tempore aliqvid de bonis tuis non possint vendere, n lienare: qvia vis, qvod talia bona deveniant ad tales pe nas, & hoc qvantum ad residuum patrimonii, except legitima, qvam postea possint alienare ad libitum, qva pervenerint ad ætatem 25. ann. prius verò non, alia

Digitized by

contrafacient, qvidqvid alienabunt de dicta sua legitima, illud omne deveniat in talem personam: qvia tunc ista prohibitio facta filio minori, qvod non possit legitimam suam alienare, donec pervenerit ad 25. ann. valet & tenet, quæ prohibitio alias generaliter facta non teneret, *ita pulchrè consulendo tenuit Pau. de Castr. in suo consilio mihi 324. incip. visis, & consideratis omnibus diligenter. qvasi per totum.* & ratio secundum eum est: qvia illa jura, qvæ disponunt, qvòd omnis dilatio, & omnis mora deducatur de legitima, habent locum, & procedunt, qvando talis dilatio contineret gravamen, filii, sed qvando contineret ejus favorem, & utilitatem, ut est in casu nostro, ubi pater voluit infirmitati filiorum providere, qvi propter suam illegitimam ætatem, juris præsumtione se gubernare nesciunt, tunc talis dilatio valet, & tenet, *prout no. Bar. Bal. Salic. & alii in l. filius matrem. per textum ibi. C. de inoffi. testam. Bart. & Doct. in l. cùm ex filio. de vulga. & pup. & Alexan. in l. multi non not. ff. de lib. & posthum. ibi reprobat opin. Bald. in l. si pater. in 3. oppo. C. de instit. & substitut. & in authentica ex causa. in 6. colum. in 4. oppo. C. de lib. prat. volentes,* * qvòd dilatio etiam favora- 1
bilis rejiciatur de legitima. & in dubio, talis dilatio apposita in prohibitione alienationis legitimæ, debeat *a* cense- 2
ri posita in favorem filii, non autem ad gravamen, cùm pater pro filiis bonum consilium capere soleat, *ut l. nec in ea. ff. de adul.* pater enim plus amat filium, qvàm seipsum, *ut dicit text. cum glo. in l. isti qvidem. ff. qvod met. cans.* & qvidqvid parant patres, ex voto parant filiis suis, *ut l. nihil interest. ff. de bonis lib.* unde dixit Bald. *in cap. per tuas. de prob.* qvòd melior amicus, qvem habet filius, est ipse pater. *unde refert Cyn. in leg. propter insidias. C. qvi accus. non possunt.* David regem planxisse tribus diebus & tribus noctibus Absalonem filium suum, licet sibi inimicissimum. & qvòd prohibitio facta, ut suprà, sit valida. ita etiam clarè firmat d. Jas. *seqvendo Paul. de Castr. in loco de qvo suprà in l. filius familias. §. divi. qvasi in fin. de legat. 1. & ita etiam reperio tenere qvendam Dom.* Joannem *de monte Ferrato in qvadam sua repet. dict. §. divi. in 6. colum. versicu. tertia sit conclusio,* licet Aret. teneat contrarium *in suo consilio 19. incipiente, ex facto præsupponitur, qvòd*

qvidam

qvidam Anton, in 2. colum. versicu. sed posset esse ca
ergo pater, qvi vis, qvòd filii tui etiam aliqvid de su
tima non valeant alienare, & si non toto tempore vit
saltem usqve qvo non habuerint 25. annos, usqve a
tempus, si juvenes non satisfaciunt suis desideriis,
petitibus, postea à communiter accidentibus sua de
comprimunt cum meliori maturitate, sis cautus fo
prohibitionem eo modo, qvo suprà.

ADDITIO.

a Debeat censeri posita in favorem filii, non aut
gravamen.) *Qvid si pater assignat filio emancipat*
vivos aliqvid pro omni successione, & legitima, an
datur talis filius emancipatus, etiamsi bona patris
excreverunt adeò, qvòd illud datur, reperiatur esse m
qvam legitima? de hac notabili qvæst. vide per Al
Imo. in conf. suo 181. in 5. vol. per totum.

I. D. DURANTIS CAUT. IX. TIT. IIX.

§. Qvo remedio hæres indistinctè impediatur ali
bona fideicommisso subjecta.

SUMMARIA.

1. *Hæres non habens notitiam fideicommissi, pot*
lienare rem subjectam restitutioni.
Alienatio facta per hæredem ignorantem fidei
missum, valet. ibid.
2. *Prohibitio duplex efficacius operatur.*
3. *Legitima consideratur non secundum præsente*
stimationem, sed juxta eam, quæ erat tem
mortis testatoris.

1 VIres * habet alienatio facta per hæredem de re sub
restitutioni ex fideicommisso, si hæres fideicom
notitiam non habeat *l. fin. §. fin. ff. de legat.* 1. ita com
niter illum text. Doctor. intelligunt, *ut per Pau. de C*
in l. fin. §. fin. C. commu. de lega. & cons. 10. *clarum*
Alexan. cons. 3. viso processu. lib. 3. & Cor. cons. 238. v
2 *tur. lib.* 3. §. Sed si * testator velit hæredem etiam ig
rum fideicommissi rem alienare non posse, remedium
qvòd alienationem cum causa expressè prohibeat, qvia
pressa testatoris prohibitio impedit dominium rei in ali
tra

transferri. l. *filiusfa. §. divi. cum ibi traditis per Dd. ff. de leg. 1.* Et remedium hoc comprobatur ex dictis per Bald. *in c. 1. §. donare, qua. ol. feu. alien. pot. & per Alex. in l. Marcellus. §. res qua. ff. ad Treb.* & concurrentib. prohibitione legis, & prohibitione testatoris etiam in casibus à jure permissis alienatio non procedet. §. *sanctissimas. in authen. de alien. & emphy. cum allegatis per Jas. in d. §. divi. & per Pau. de Cast. cons. 12. videtur. & Alex. cons. 23. consideratis. lib. 2.* qvòd tamen non habet locum, qvantum ad legitimam. * Nam juxta qvantitatem legitimæ poterit filius alienare, & in re alienata (si nihil dolo fecerit) assignanda est legitima. *d. §. res qva. cum ibi notatis. per Bart. & alios Doct. & per Deci. cons. 236. non parva.* Et licet pretium creverit, habetur ratio duntaxat pretii, qvo filius vendidit, *ut per Jas. cons. 161. revocatur. part. 2. faciunt scripta per cons. 84. super qvotidiano.* 3

I. D. Durantis Caut. VI. Tit. IIX.

§. Qvibus remediis alienandi prohibitio efficacius robur assumat.

SUMMARIA.

1. Testatoris praeceptum nudum non relevat, & nudum qvando dicatur.

2. Alienatione probibita non intelligitur probibita successio haredis extranei. & num. 3.

Causa expressa non habet vim dispositionis. ibid.

4. Præteritum perfectum subjunctivi modi significat rem perfectam.

. Alienari probibita extra familiam, alienari possunt illis de familia reqvisitis, & emere nolentibus.

. Fructus suos vendere potest simpliciter probibitus alienare bona. (menda.

. Alienare probibitus potest alienare pro vita redi-

Necessaria causa facit licitam alienationem, qua aliàs non liceret. ibid.

. Venditio & non res est in legato, qvando testator jussit rem vendi.

Praeceptum expirat prima ejus servatione.

1 NUdum * præceptum testatoris de non alienando
lius est momenti, & dicitur nudum, qvando non
ctum adjecta causa, vel factum non contemplatione
rum personarum *l. filiusfamilias. §. divi. ff. de legat*
ibi per Doctor. & per Cuman. cons. 190. filiusfamilias
ergo cautus testator alienationem prohibens, ut ca
prohibitionis adjiciat, vel personas exprimat, qvarum
tia alienationem vetet. Sic enim judicium fideicom
l. patet. §. fundum. ff. de legat. 2. ubi Bart. cum aliis
per Soc. cons. 57. in causa filiorum. col. 1. lib. 3. & Dec
218. in casu. & cons. 287. in civitate. cons. 357. in casu
fici. & cons. 38. circa primum dubium. Illud etiam n
2 dum est, * qvòd prohibitus alienare extra familiam,
habere hæredem ex testamento, vel ab intestato eum
non sit de familia, ut proximiorem cognatum. *l. cùm*
§. cùm inter. & ibi Bart. ff. de legat. 2. gloss. in l. pa
* *Julius Agrippa. ff. de legat. 3.* & est * communis op
ut per Jason. in d. §. divi. col. 15. Alexand. cons. 56. consi
tis. colum. fin. lib. 1. & cons. 23. consideratis. colum. fin.
& cons. 59. attentis. lib. 3. & Dec. cons. 287. in civitate.
& cons. 277. visis. Nec per causam præcepti, videlic
illa verba, qvia voluit in familia manere, locum habe
* casu fideicommissum, secundum * communem opinio
ut per Decium cons. 422. diligenter visis. columm. sec
3 §. Sed * ut hæres extraneus non possit in bonis proh
alienari succedere, remedium est, qvòd testator non
prohibitionem alienationis faciat, & causam adjicia
etiam disponendo principaliter dicat: Et voluit dicta
perpetuò remanere apud suos descendentes masculos
gnatos. Tunc illi de familia absqve dubio in bonis al
ri prohibitis cuicunqve extraneo hæredi morientis p
rentur, *ut patet ex dictis per Bald. cons. 83. an prohibiti*
secundo. & ex allegatis per Decium cons. 23. diligente
scrutatis. colum. secund. & faciunt scripta per Dec
cons. 181. in casu. & cons. 635. viso. Cur. cons. 63. antiq
4 *ma. colum. 16. & Jason. cons. 4. Nicolaus. lib. 1.* §. Sit *
cautus testator, ut non utatur verbo subjunctivi modi,
si diceret, qvicqvid prædiolum hæres alienaverit, ad
qvi reperientur in familia, devolvatur. Agnati res al
tas vendicare non possent, qvia sermo hic perfectam
na

onem, & translatum dominium significat. l. *Stichus. ff. annu. testam. & ibi Bart. facit* l. *si quis stipulatus sit. ff. erborum obliga. & per Bart. & Jas. in d. §. divi. & . cons. 276. quoniam post. lib.* 1. vel præmittatur pura ibitio, cujus vigore alienatio impediatur, *ut per Jason in dict. §. divi. post alios.* §. Sit qvoq; * cautus testator ienationis prohibitione, qvando extra familiã alienare 5
hibet, ne simpliciter extra familiam res vendi prohi-, qvia sic his qvi sunt de familia reqvisitis, & emere non entibus aut nolentibus, in qvemlibet alienare liceret. l. *Roma. §. cohæredes. & ibi hoc tenent Doctor. ff. de verum obligat.* Sed disponat testator, ad qvos res debeat venire per substitutionem fideicommissariam, si contra us præceptum hæres alienare tentaverit. Nam fideimmisso injuncto res inalienabilis erit, & reqvisitio non et, qvòd res alienari possit, & subjecta restitutioni si hæres vendiderit, à possessore vendicari poterunt. l. *. §. fin. C. commu. de leg. secundum Bart. & Alexand. in . cohæredes. & Jason. in rep. d. §. divi. & Lud. Ro. cons. . circa præpositam. & Socinus cons. 227. præsens consulta- . & cons. 250. in causa Bononiensi.* Potest tamen, * ut 6
ra, alienare prohibitus, vendere vel donare commodum, od ipse in vita sua ex rebus percepturus esset. *arg.* l. *necfario. §. fina. ff. de oper. & commo. rei ven.* §. Sed ne ita ssint per indirectum bona qvodammodo alienari, remeum est, qvòd testator prohibeat etiam rerum commoda & ctus alienari, faciendo substitutionem fideicommissariam, etiam hoc casu, si ejus voluntas servata non fue-. Potest enim testator sic providere, ut filii omnimodò nes se retineant bona. l. *fin. C. de rebus alien. non alien. Abb. cons. 91. in fin. lib.* 2. Et notandum est, * qvòd di- 7
a remedia non operantur, ut hæres vel legatarius seu ficommissarius prohibitus alienare, non possit vendere o vita redimenda, vel pro liberatione hæredis prohibiti ienare, *ut per Doct. in authent. res qvæ. C. commu. de leg. & per Lauren. Cal. cons. 20. retento themate. colum.* 4. cet aliud juris sit, si hæres venderet ex causa necessitatis, æ sua culpa provenisset, *ut per Alex. cons. 59. viso themate. colum. ultim. lib.* 5. Illud * etiam notandum est, qvòd si 8
estator prohibeat bona extra familiam vendi, & disponat,

qvòd volens vendere teneatur vendere cohæredibus, vel his, qvi de familia sunt, si alii prædium vendatur, cohæredes, vel agnati fundum venditum vendicare non poterunt, qvia in relicto est sola venditio, *ut per gl. in* l. *in æstimation. in Versi. hæred. ff. de pet. hæred.* Et qvamvis Bartol. sit in contraria opinione, *in* l. *uxorem. §. agri plagam. ff. de leg.* 3. tamen opinio gloss. verior est, *ut dicit Alex. in* l. *si fidejussor. §. fin. ff. de leg.* 1. §. Sed ut cohæredibus vel agnatis rei vendicatio competat, remedium est, qvòd testator prædia ab hærede aliqvo vendenda, leget cohæredibus, vel agnatis, æstimatione soluta. Nam tunc pretio soluto, vel ablato, agnati, seu cohæredes rei vendicationem habebunt, qvia in legato est ipsa res, *ut per Bald. consi.* 31. *qvidam*
9 *Petrus*. l. 5. * Et sit cautus testator, ut mandet servari suum præceptum, qvoties prædia alienari contingat, ne præceptum expiret prima venditione, secundum voluntatem ejus factam, *ut per Bald. consi.* 85. *præmissis. eod. lib.*

I. D. DURANTIS CAUT. II. TIT. IIX.

§. Qvo remedio alienationis prohibitio egrediatur etiam decimum gradum, & bona perpetuò retineantur in familia testatoris.

SUMMARIA.

1. *Alienationis prohibitio facta filiis per testatorem non extenditur ad nepotes, facta vero familiæ non egreditur quartum gradum.*

Successio feudorum & regnorum est in infinitum. ibid.

2. *Bona testatoris qvomodo in familia remaneant perpetuò.*

3. *Heredes heredum non complectuntur in prohibitione facta heredibus nominatim de non alienando.*

4. *Legitima quando subjacet prohibitioni de non alienando.*

5. *Causæ necessariæ quæ dicantur.*

1 PRohibitio * alienationis à testatore filiis facta non extenditur ad nepotes. Facta autem familiæ non egreditur qvartum gradum. *§. nos igitur. cum gloss. in auth. de rest. fideicommiss.* Bart. & Jas. *in* l. *filius fam.* §. *divi. qvæst.* 10. *ff.*

ff. de leg. 1. ubi dicit opin. hanc communem esse, *cum* *gatis, per Dec. cons.* 377. *Visis. col.* 2. & ad revocandum nata non admittuntur agnati ultra decimum gradum. n illi tantùm intelliguntur ex fideicommisso vocati, ad successionem admittuntur de jure civili, qvòd tan- i successionem defert usq; ad decimum gradum. §. *fin.* *. de suc. cog. cum allegatis per Dec. cons.* 321. *In causa* *. colu.* 1. præterqvàm in successione Regnorum, & feu- um, in qvibus successio est in infinitum, *c.* 1. *de nat. suc.* *d cum allegatis per Curt. in tracta. de feu. parte.* 3. *Ver.* *ceßi vè expedito. & per Dec. consi.* 75. *& diligenter. col.* 5. Sed ut * bona testatoris perpetuò in familia, & per ; etiam, qvi nascentur post qvartum & decimum gra- 2 m, in agnatione serventur, remedium est, qvòd testator prohibitione alienationis utatur his verbis, videlicet, na sua alienari à suis posteris, & descendentib9 in perpe- um prohibuit: qvia voluit eadem bona semper in familia, posteritate masculina ipsius testatoris permanere. Sic infinitum prohibitio vires obtinebit, *ut per Socin. consi.* *. Visis. column.* 2. *lib.* 3. *& Dec. consi.* 635. *Viso copioso* *icit l. Jurisconsultus.* §. *parentes. ff. de grad.* ubi per po- eros omnes descendentes in infinitum significan- tr. eadem qvoqve significatio descendentium est. §. 1. *authent. de hære. ab intest. Et comprobatur remedium* *ex dictis, & allegatis per Ias. in repe. d.* §. *divi. colum.* 24. *Barba. cons.* 27. *Scripsit. col.* 13. *l.* 1. *& consi.* 14. *Deum.* *b.* 3. *Iacob. de Belvi. in d.* §. *nos igitur. Alexan. cons.* 56. *onsideratis verbis testamenti, lib.* 2. *& cons.* 59. *Attentis* *erbis testamenti. lib.* 3. *Curt. cons.* 42. *Prima fronte. col.* *. & cons.* 74. *Super memorata. col.* 3. *cum seq. Ias. cons.* *. Nicolaus. lib.* 1. *& Dec. cons.* 364. *Visis his.* Et expedit djicere etiam ultra decimum gradum, & in infinitum, *per* *a qva scribit Dec. cons.* 321. Ubi sentit fideicommissum fa- miliæ relictum non egredi decimum gradum, per verba ut uprà concepta. Item * notandum est, qvòd si prohibitio 3 alienandi fiat hæredibus nominatim, id est expressis pro- priis nominib9, ut per dictionem relativum ad scriptos hæ- redes, ut dicti hæredes, vel ipsi hæredes alienare nō possint, hæredes hæredum alienare poterunt. *arg. l. qvi liberis.* §. *hac verba. ff. de vul. & pu. l. si serv9 communis. ff. de stip. ser.*

ut per Bald. conf. 363. Nobilis vir. lib. 5. Sed ut prohibitio tunc qvoq; extendatur ad hæredes hæredis, remedium est, qvòd prohibitioni adjiciatur causa, videlicet: qvia ipse testator vult bona sua semper in suo nomine suaq; agnatione retinere. Nam causa adjecta facit recedi à propria significatione verborum, & dispositionem extendit. l. *si servus legatus. §. qui qvinq;. ff. de leg. 1. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Bart. in l. pater. §. fundum. ff. de leg. 3. per Jason.*
4 *in repetit. dict. §. divi. col. 23.* §. Optimum * qvoq; erit post prohibitionem alienationis agnatos substituere hac clausula adjecta, ita ut bona semper, & continuè in familia remaneant, & nunqvam proprietas, vel possessio ex nomine & genere ipsius in alium transferatur, & alienari bona non possint directo vel utiliter, & bona perpetuò in familia retineantur integra sine aliqva detractione Treb. vel legitimæ, dum tamen respectu legitimæ prohibitio limitetur ad certum tempus. Nam tanta est vis prædictorum verborum, ut bona nullo casu possint exire de nomine familiæ, sed perpetuò in familia remaneant, ita ut nec momento ad alium transferri possint, cesseta; omnis detractio Trebellianicæ atq; legitimæ, nec enim onerosa judicatur prohibitio alienationis ad tempus facta respectu legitimæ, & ideo non rejicitur, *lege filius mater. C. de inoffic. testam. Bart. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. Jason in l. filiusfam. §. divi. col. 3. ff. de leg. 1. & opin.* hæc * communiter approbatur, *ut patet ex dictis & allegatis per Dec. cons. 442. In causa. Bart. Veron. consi. 80. Ego consultor. Alex. consi. 23. Opportunè consideratis. lib. 1. & per Bellime. consi. 28. Quidam.* qvod si simpliciter prohibeatur alienatio, statim bona possent alienari usq; ad integram legitimam, & nihil operaretur, qvantum ad legitimam simplex prohibitio alienationis. *l. qvoniam in prioribus. C. de inoffi. test. ut per Jas.*
5 *cons. 161. Revocatur. 2. parte.* Et * si testator nolit ita constringere potestatem hæredum, poterit reservare facultatem alienandi ex necessariis causis. Sic enim tam ex causa necessitatis fatalis, qvàm naturalis aut legalis poterit alienatio fieri, *qvod declara, ut per Bal. consi. 20. Qvid importent. lib. 2.* Et potest testator alienandi facultatem dare etiam ubi à jure alienatio prohibetur, l. 1. §. 1. *ff. de rebus eor. ut per Soc. consi. 53. In præsenti. col. ult. lib. 1.*

I. D.

. Qvibus remediis consulatur minoribus, ne bona es-
sant, & patrimonium ætatis facilitate disperdant.

SUMMARIA.

'uthentica, sacramenta puberum. Cod. si adver.
ɔendi. est potius minoribus damnosa, qvam pro-
:cua.
Minoribus parentes qvomodo possint consulere, ne
ona sua dilapidentur, supra de tut. & exe. cau.
:. numer. 5.
'lienationis verbum qvid comprehendat.
visio comprehenditur appellatione alienationis.
id.
bligare bona potest etiam prohibitus alienare.
'amentum non relevat alienantem prohibitum
er testatorem alienare. ibid.
'cunia est de his, qvæ servando servari non pos-
int, & qvandoqve computatur inter immobilia.
itibus & sumptibus interest nostra non vexari.
Mors est solatium sordentibus egestate.
ori melius est, qvàm indigere. ibid.

Inoribus * veteri jure consultum erat, ne prædia pas- 1
sim, & sine causa necessaria venderent, aliterve alie-
it. l. 1. & *l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum.*
turalem æqvitatem seqvuti veteris juris prudentes,
am minorum susceperunt, videntes, qvàm fragile sit,
irmum hujus ætatis consilium, & qvot captionibus
ositum, qvantisq; insidiis expositum, & meritò æta-
anc, auxilio & opitulatione dignam esse putaverunt,
. de mino. Sed hodie per aut. sacramenta puberum. C.
er. vend. jurando minores obligantur sine ulla spe re-
ionis in integrum, alienandoq; prædia ætatis facili-
urantes ad inopiam rediguntur, & plerunq; tristem
m sentiunt collapsis facultatib. *l. fin. §. filiis autem. C.*
. qva lt. §. Sed * si pater velit consulere filiis minori-
it cautus, ut bona immobilia qvovis modo alienari

prohibeat, donec filii pervenerint ad vigesimum qvintum annum causa adjecta: qvia voluit dicta bona ad eorum liberos pervenire, vel in familia remanere, liberisqve consulere: dicatqve, etsi contingat, illos, vel eorum aliqvem contrafacere, vel ad actum aliqvem præparatorium alienationis cujuscunqve seu obligationis venire, voluit eum, qvi contravenerit, illicò privari omni jure, qvod in bonis illis haberet, & bona illa transferri ad liberos natos, & qvi ab ipso nascentur, vel ad cohæredes & eorum liberos, si ille filios non habuerit, qvòd potest facere testator. *l. 1. ff. de his, qvæ pæn. nom.* l. *translatis ff. de adimen. legat.* Et sic bona contra voluntatem testatoris districta, cohæredes vel filii ejus, qvi contravenerit, vendicare poterunt, *secundum Petr. de Anchar. cons. 78. Subtile. Et confirmatur prædictum remedium ex his, qvæ tradunt Bart. Alexand. & alii Doct. in* l. *filiusfamilias. §. divi. ff. de leg. 1.* & expedit, qvòd verba concipiantur generaliter, & prohibeatur omnis species a-
3 lienationis. Nam * verbum alienationis aptum est comprehendere etiam concessionem usufructus. l. *fi. C. de reb. alien. non alien. ut per Jas. cons. 89. Aggredior. lib. 1. qvem etiam vide in cons. 123. viso testamen. ubi videtur sibi contrarius.* Item prohibitio alienationis comprehendit dationem in emphyteosim, *ut patet ex allegatis per Curt. cons. 63. Antiqvissima.* Item divisionem. ideo non poterunt filii se invicem provocare ad divisionem, *ut patet ex congestis per Barba cons. 14. Clementissimi, optimi. lib. 4. & cons. 67.* Sapienter optimus. col. 8. inter consilia Curtii. Item non poterunt extraneis in testamento relinqvere, *ut per Deci. cons. 637 visa. & cons. 660. Revocatur. De qvo tamen vide, qvid sentiat Barba. cons. 23. Clementissimum.* l. 4. Præscriptionem qvoq; reqvirentem titulum, prohibitio alienationis impediet, qvoniam hæc titulum inficit, qvando non est nudum præceptum. l. *pater. §. Julius Agrippa. cum*
4 *ibi not. ff. de leg. 3. ut per Jaso. in d. §. divi. colum. ult.* * Illud autem verbum obligationis ideo videtur addendum, qvia prohibitus alienare non videtur prohibitus obligare bona, *ut per Deci. cons. 645. Præsupposita.* qvamvis in hoc aliter sentire videatur Barb. *cons. 26. lib. 2.* Et per remedium prædictum bene consulit liberis testatoris. Nam si prædia venderet minor etiam cum juramento in præjudicium filiorum suorum,

suorum, nihil operabitur juramentum, qvo minus obstet impedimentum alienandi nascens ex prohibitione testatoris, & legis, qvæ prohibet subjecta fideicommisso alienari. *l. fin. §. fin. C. commu. de lega.* Juramentum enim minoris solum tollit impedimentum oriens ob minorem ætatem, *ut per Abb. cons. 31. in causa. lib. 2. & Dec. cons. 403. Qvamvis.* Et * si testator habeat pecuniam, qvæ est de rebus, qvæ servando servari non possunt. *§. constituitur. Instit. de usufruct. gl. in* l. 1. *§. fuit qvæsitum. ff. ad Treb.* & conseqventer potest à tutore expendi. l. *lex qva tutores. C. de admi. tut.* Ne incuria vel perfidia tutoris, vel curatoris, pecunia disperdatur, remedium est, qvòd testator pecuniam deponi jubeat apud aliqvem idoneum, ad emtionem prædiorum, tunc pecunia inter immobilia computabitur, & sine prætore erogari non poterit. l. *qvid ergo.* §. *qvid ergo. ff. de contra. & util. actio. tu.* §. Item remedium est, qvòd testator apud mercatorem deponi pecuniam jubeat, vel ipse deponat ad honestam partem lucri. c. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. tunc pecunia non poterit in alios usus converti, qvia ex pecunia reditus annuus percipiendus est, & aññuus reditus inter immobilia computatur. *Clem. exivi. §. cumq; annui. de verbor. sig.* l. 3. *§. fi. ff. de rebus eo. remedia hæc comprobantur ex his, qvæ scribit Ludo. Ro. cons.* 188. *in hac. in fi.* §. Est * & aliud remedium ad conservanda bona minoribus, nam potest pater hæredem facere aliqvem idoneum cum onere, alendi liberos ipsius testatoris, rogando eum, ut restituat hæreditatem filiis ipsius testatoris, cùm ad legitimã ætatem pervenerint, sine detractione Trebellianicæ. l. *in fideicomm.* §. *cùm Pollidius. ff. de usur. notant gl. & Doctores in* l. *in fideicommissaria.* §. *fin. ff. ad Treb.* Magis tamen placent superiora remedia, qvia nusqvam tuta fides, & per hoc posset dari occasio, litium, & interest nostra, sumtibus, & litib. non vexari. l. *minoribus. ff. de minor.* §. Si * qvis tamen hoc remedio uti maluerit, consilium est, ut instituat uxorem suam, & matrem filiorum suorũ modo prædicto, & ea conditione, ut illa se & comunes liberos interim alat ex fructibus hæreditatis. Et nihilominus testator det potestatem filiis apprehendendi bona propria autoritate, cùm venerit tempus restitutionis fideicommissi, ne pro restitutione obtinenda judicem adire cogantur, juxta nota.

5 6 7

per DD. in l. *non est dubium, C. de lega. & in* l. *sancimus.* §. *finali. C. ad Treb. & in* l. *fi. C. de edict. divi Adria. tollen.* Et hoc servato, plura commoda subseqvuntur. Nam filii parebunt matri, & dominæ bonorum. *l. veluti. ff. de justi. & jur.* & mulier ipsa de secundis nuptiis non cogitabit, allecta commodi dulcedine. *l. ait. prat. §. si qvid in fraudem. ff. qva in fraud. credito.* Et consuletur facilitati minorum, ne juvenili imprudentia, inconsultoq; calore animi, alienent bona, sine qvib. vita misera est. *l. bonorum. ff. de verb. sig.* & (ut scriptum est) Melius est mori, qvam indigere, Ecclesiastici 40. Nam egestate sordentib. mors est solatium, & vita supplicium. *l. qvisqvis. §. fin. C. ad legem Juliam majest.*

I. D. DURANTIS CAUT. VII. TIT. IIX.

§. Qvo remedio præceptum de compromittendo, non expiret per primum compromissum.

SUMMARIA.

1. *Compromissum fieri inter cohæredes ad sedandas discordias, potest præcipere testator.*

2. *Compromissum non extenditur in compromittentis hæredes.*

1 SI hæredum * discordias finiri compromisso testator velit, animadvertere debet, ne simpliciter jubeat de omnibus controversiis, qvæ nasci possent inter suos hæredes compromissum fieri in aliqvos ex consangvineis, vel amicis, qvia sic semel facto compromisso, si compromissum non haberet effectum, non posset iterum ex testamento peti compromissum. *arg. l. boves. §. hoc sermone. ff. de verb. obl. c. non potest. cum nota. ibi per gl. in ver. primus. de prob.* l. 6. *Bald. in* l. *fideicommissa. §. si qvis decem. per illum tex. ff. de leg. 3.*
2 * Sed ut compromissum possit iterum peti, remedium est, qvòd addatur clausula hæc, toties qvoties fuerit compromissum petitum, *ut colligitur ex no. per Bal. & alios Doct. in l. veluti. §. hac vox. ff. de eden. Alex. & alij Scribentes in l. qvi per salutem. ff. de jurejur. Soc. consi. 121. visa. & Dec. consi. 49. pro tenui facultate.* & qvia compromissum non extenditur in compromittentis hæredes. l. *diem proferre. §. 1. ff. de arb. c. fi. de arb.* §. Sit cautus testitor, ut jubeat etiam ab hæredib. hæredum fieri compromissum. *faciunt not. per Pau. de Cast. consi. 28. circa primum. & consi. 29. super primo.*

Digitized by Google

I. D. Durantis Caut. IIX. Tit. IIX.

§. Qvo remedio testator possit facere, ne hæredes dividant.

Summaria.

1. *Divisio non potest à testatore prohiberi, nec valet ejus praeceptum, qvod semper haredes in communione maneant.*

2. *Juramentum confirmat pactum de non dividendo in perpetuum, non tamen impedit fieri divisionem de communi consensu.*

3. *Divisio bonorum potest à testatore ad certum tempus prohiberi.*

4. *Societas ad vitam non improbatur à jure.*

Dictio, omninò, habet naturam præcisam. ibid.

5. *Contrahentes possunt communi consensu recedere à pacto, etiam firmato mediante juramento.*

Divisio fieri potest de communi consensu per cohæredes, etiam à testatore prohibitos ætate majores. ibid.

6. *Pœna potest adjici à testatore.*

Divisio * non potest à testatore prohiberi. l. *in hoc judicio. §. si conveniat. ff. commu. divid.* Qvare non valet 1
præceptum testatoris, qvòd hæredes nunqvam dividant, & semper in communione permaneant, *ut patet ex allegatis per Alex. consi. 3. circa primum. l. 3.* §. Sed ut prohibitio dividendi efficax sit, remedium est, * qvòd testator faciat 2
hæredes tali præcepto consentire cum juramento. *cap. cùm contingat. de jurejur.* Tunc enim obstante exceptione perjurii, alius alium ad divisionem provocare non poterit, *per no. per Docto. in* l. *si qvis majo. Cod. de transf. & Jas. in* l. *si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. & Deci. consi. 265. instrumento. col. 1.* §. Secundum remedium est, qvòd prohibitio * divisionis sit temporalis, *ut puta ad 20. annos.* l. 4. 3
ubi Bald. & Angel. ff. de cond. inst. & Bart. in l. *qvintus. ff. de annu. leg. Bald. consi. 72. factum super qvo.* l. 2. *Ludo. Roman. cons. 13. idem videtur Alex. cons. 18. visis capitulis.* l. 2. *& dict. consi. 3. & Dec. cons. 349. consuluit.* Posset * qvoq; 4
testa-

testator præcipere de jure, ne sui hæredes etiam, qvamdiu vivant, hæreditatem dividant, nam societas ad vitam non improbatur à jure. l.1. *ff. pro soc.* & qvod dicitur *in dict.* §. *si conveniat.* non valere pactum, ne omninò divisio fiat, debet intelligi de pacto de non dividendo in æternum. l. *nulla. ff. pro socio.* Illa enim dictio, omninò, habet naturam præcisam. *c. & si Christus ubi Abb. de jureju. l. 1. §. si pecuniam. cum glo. ff. depo. cum allegatis per Barb. consi. 64. videtur mihi. col. 4. lib. 1. & consi. 45. mandato. col. 3. l. 2. & Jas. cons. 23. octo. in fin.* l. 3. Et qvòd præceptum de non dividendo ad vitam hæredum sit honestum & servandum, *comprobatur ex dictis per Florianum in dict. §. si conveniat. & ex aliis relatis per Decium dict. consi. 265. ubi tenet hoc praeceptum valere. & idem seqvitur consi. 442. in causa. col. 4.* Sed no-
5 tandum est, * qvòd dicta remedia faciunt, ut hæres ad divisionem provocare non possit. non autem impediunt divisionem, si cohæredes omnes velint spontè dividere, qvia possunt communi consensu recedere ab eo, qvod ad commodum ipsorum dispositum est. *l. 1. ubi Doct. C. de pact. & opinionem hanc etiam tenet Oldr. consi. 241. factum tale est. facit* l. *cùm pater.* §. *liberis. ff. de legat. 2.* l. *qvoties. C. de fideic. Bald. consi. 72. factum super qvo.* l. 2. Et à pacto etiam juramento firmato possunt ex consensu recedere contrahentes. *c. praeterea. cum ibi traditis per Felin. de sponsa. & dec. d. consi. 442. colum.* 4. Et hoc procedit tantùm, qvando filii, qvibus factum est præceptum de non dividendo, essent majores. Nam minores etiam comuni consensu ab hujusmodi præcepto recedere neqveunt, *ut per Bart. in* l. *filiusfam. §. divi. col. 1. ff. de legat. 1. Bal. consi. 144. multa sunt.* l. 3. *& Dec. consi. 403. qvamvis. in fin. & dict. cons. 442. colu.* 4. Sed ut præceptum testatoris de non dividendo consensu
6 cohæredum impunè dissolvi non possit, remedium est, * qvòd testator causam & pœnam aliis, non autem hæredibus solvendam prohibitioni divisionis adjiciat. *d.* l. *filiusfam.* §. *divi.* l. 1. *Cod. de his qvae paen. nom. remedium hoc comprobatur per Alex. in d. §. si centum. & per Dec. in d. cons. 265. &* Jas. *cons. 112. viso longo. col. 4. parte 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. LIX.

§. Qvo remedio locus & modus solvendi legata causa taxationis intelligantur adjecti.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Hæres tenetur ad solutionem integri legati, percipiendi ex aliqvo fundo, licet minus ex fundo ipso percipiatur.*

Locus, ex cujus fructibus legata solvenda sunt, utrum demonstrationis gratia, an verò taxationis intelligatur adjectus, ibidem.

2. *Modus solvendi legata, quando taxationis gratia censeatur adjectus.*

SI testator * alicui pro alimentis legaverit decem annua, illaq; solvi mandaverit ex certo fundo, tenetur hæres ad solutionem integri legati, licet minꝰ ex fundo percipiatur, qvia locus gratia demonstrationis, non autem taxationis causa censetur adjectus, *l. qvidam. ff. de leg. 1. Bart. in l. Lucius. ff. de alimen. leg. cum aliis allegatis per Decium cons. 188. in controversia. col. 1.* §. Sed * si testator velit, ne hæres gravetur solvere ultra reditus fundi, remedium est, qvòd locum, & modum solvendi, relictaq; ipsa eadem oratio complectatur, ut si dicat testator: Lego Titio annua decem ex fructibus fundi Sejani. nam oratio una complectens etiam locum & modum solutionis faciendæ, facit ea videri gratia taxationis apponi, & qvatenus sit in fructu legatum deberi, l. *si qvis servum. §. si qvis legaverit. &* l. *Lucium. §. civibus. ff. de leg. 2.* l. *nomen debitoris. §. uni ex hæredibus. ff. de leg. 3. Pau. de Cast. consi. 51. qvia exceptiones. col. 2. Rota decisio. 869. legato pro anniversario. in antiq. ad qvam tanqvam ad fontem recurrendum esse dicit Caccialup. in tracta. de pensio. q. 16. Felin. in c. ad audientiam. 2. col. 6. de rescript. & Dec. consi. 324. consuluit.* 1 2

I. D. DURANTIS CAUT. III. TIT. IIX.

§. Qvo remedio possit testator facere, ne facti vel juris alicui ab hærede molestia inferatur.

SUMMARIA.

1. *Hæres prohibitus inferre molestiam intelligitur de molestia facti, non autem juris.*

2. *Testator nolens matrem, uxorem vel alium molestari per hæredem, qvomodo providebit.*

3. Pro-

3. Prohibere molestiam inferri juris vel facti, quid relevet.

1 HÆres * prohibitus legatario vel fideicommissario, molestiam inferre, de jure poterit molestiam facere: qvia prohibitio intelligitur de molestia facti, non juris. Ideo poterit contra legatarios deducere Falcidiam, & contra fideicommissarium Treb. detrahere, & alia facere, qvæ jure permittuntur. *arg. no. per gl. in l. si servum. vers. prætor. ff. de acqvi. hær. & in c. pro illorum. in ver. contradictores. de praben. Bal. in l. 1. C. de usuf. & in l. 1. col. 3. vers. item qværo, si testator. C. de his qvæ pœn. nom. c. audite. de rest. spolia. Cuma. cons. 51. Qvod dominus Ambrosius. arg. l. Gracchus. C. de adul. cum aliis allegatis per Feli. in c. in præsentia. columnn. 1. de proba. & per Barba. consilio. 14. Clementissimum. columnn. 24. lib. 4. & cons. 56. Stat hæsitatio. colum. 6. lib. 2.* Sed * si testator velit uxorem, aut
2 matrem aut alium, in re legata nullam penitus juris vel facti controversiam pati, remedium est, qvòd ita prohibitionis verba concipiat: Legavit cum prohibitione, qvòd hæredes nullo modo possint legatarium vexare, vel turbare, aut ei qvoqvo modo molesti esse. Qvòd si legatarium ab hæredibus, aut eorum aliqvo turbari, seu affici aliqva molestia contigerit, tunc & eo casu voluit & præcepit hæredem turbantem & molestiam inferentem, dare centum nomine pœnæ, ei qvi turbabitur, & vires habeat præceptum & pœna. *Barto. in* l. *Lucius. § tres hæredes. ff. ad Treb.* l. 1. *C. de his, qvæ pœn. nomin. ubi Doct. & Abba. cons. 4. videtur. lib. 1. Alex. 82. viso testamento. lib. 2. cum congestis per Dec. cons. 613. domina Catharina. Et confirmatur prædictum remedium ex allegatis per Jo. de Sel. in tracta. de beneficio. par. 3. qvæst. 13.* §. Sed remedium erit melius & non
3 obscurum, qvòd * testator prohibeat molestiam legatario inferri de facto vel de jure. Nam per hæc verba impedietur hæres omnem molestiam inferre, tam facti, qvàm juris, tam in judicio, qvàm extra, *ut patet ex allegatis per Alex. cons. 195. Perspectis instrumentis. colum. fin. lib. 6.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXI. TIT. IIX.

§. Qvo remedio injungi possit onus ei, qvi ex testamento sentit inæstimabile commodum.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIA.

Legatarius, qvi commodum capit inæstimabile, puta libertatem, gravari fideicommisso non potest.

Onus honori injunctum commensurabile esse oportet. ibid.

Conditio implenda est ab eo, qvi legati conditionalis velit conseqvi commodum.

Fideicommissum * ab eo relinqvi non potest, qvi commodum, sed non pecuniarium ex testamento capit, ideo servo libertas, vel homini libero jus patronatus relinqvatur, is fideicommisso inutiliter gravatur: qvia onus onori injunctum commensurabile esse oportet, l. *Imperator. ff. de legat.* 2. Libertas autem inæstimabilis est, l. *libertas. ff. de regul. jur.* Jus qvoq; patronatus inæstimabile est. *naturalis. §. fi. ff. de præscr. Ver. ut per Soc. in* l. *filiofamilias. in princ. ff. de lega.* 1. §. Sed * ut onus ei injunctum, qui commodum aliqvod non pecuniarium datur, valeat, remedium est, qvòd injungatur per viam conditionis: nam si legatarius voluerit commodum legati conseqvi, oportebit eum conditionem implere, l. *statu liberos. ff. de stat. libe. ut per Jas. in d.* l. *cùm filiofamiliàs.* 1 2

I. D. DURANTIS CAUT. XLIIX.

§. Qvo remedio possit testator hæredem morosum legatariis obligare ad interusurium persolvendum.

SUMMARIA.

1. *Legatarius non potest usuras ab hærede moroso conseqvi, etiam ordinatione testatoris.*

Interesse non potest à testatore taxari, potest tamen testator facere, qvod interesse declaretur juramento legatarii moram passi.

2. *Argumentum valet à contractu ad ultimam voluntatem.*

Juramento legatarii stari potest super interesse ob moram hæredis mandante testatore. ibid.

3. *Interesse si fuerit iniquè declaratum à legatario, potest redigi per judicem ad honestum modum.*

Non

Digitized by Google

1 NOn * dubium est, testatorem posse pœnam imponere hæredi differenti adimplere voluntatem ipsius testatoris. §. *fin. Inst. de leg.* l. 1. *& ibi Docto. C. de his, qvæ pœn. no. Bart. in l. uxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. Alex. cons. 52. Viso testamento Bartholomæi. lib. 2. Decius cons. 673. consultationem.* Non tamen potest testator præcipere hæredi, qvòd si non solverit pecuniam legatam intra certum tempus, ex mora singulis annis, seu mensibus legatario solvat certam qvantitatem, ut puta decem in singula centum, cùm sint usuræ hodie penitus prohibitæ, *c. consuluit. & c. fina. de usur.* & non valeat adjectio pœnæ pecuniariæ, qvando adjicitur dationi qvantitatis ultra legitimum modum usurarum. l. *Julianus. §. idemqve Papinianus. ff. de act. emp.* l. *cùm allegas. C. de usur. juncta.* l. 3. §. *fina. ff. de an. leg. ut per Barto. in* l. *pœnam. ff. de his, qvæ pœn. nomin. & per Barb. cons. 56. scribitur. lib. 2.* Et qvamvis etiam de Jure Canonico usura tanqvam interesse post moram in utroqve foro justè peti possit, *ut per gloss. & Doc. in c. conqvestus. de usur.* tamen id, qvod interest, taxari non potest ab initio ad certam summam, anteqvam habeatur, *ut patet ex allegatis per Dec. cons. 39. juridicam.* nisi fortè is, cui solutio facienda sit, solitus sit negotiari, *ut per Alexan. cons. 200.*
2 *perspectu narratis. lib. 6.* Sed * ut legatario secundum ejus arbitrium satisfacere teneatur hæres, & solvere, qvantum legatarius interesse æstimaverit, remedium est, qvòd testator decernat contra hæredem, qvi fuerit in mora, interesse declarari posse verbo, & juramento ipsius legatarii. Nam declaratio ejus, qvòd interest, committi potest arbitrio creditoris, *ut per Barto. in* l. *fin. ff. de præt. stipu.* & est ** communis opinio, ut dicit Jas. *in* l. *jusjurandum, qvod ex conventione. ff. de jurejuran.* Et licet Doctores loqvantur de contrahentibus; tamen idem erit in dispositione testatoris. Nam optimum est argumentum à contractu ad ultimam voluntatem. l. *si servum. §. cùm qvi chirographum. ff. de legat. 1. Curt. cons. 27. magnificus vir. colum. ultim.* l. *cum pater. §. mensa negotium. ff. de legat. 2. & ibi not. Bart. cum allegatis per Dec. cons. 69. visis duobus. col. 4.*
3 Verum si * legatarius, cui data sit à testatore talis potestas, iniqvè arbitretur, poterit hæres reclamare & judex corriget, & declarationem à legatario immoderatè factam ad hone-

onestum modum rediget. *ar. l. si libertus. ff. de op. lib.* & *pinionem hanc tenet Bar. in dict. l. fin.* & *alij, quos refert. as. in dict. l. jusjurandum.* Sed legatarius, ne perjurio nori possit, cautus sit, ut, antequam ipse declaret, faciat per dicem taxari summam, intra quam possit jurare, nam præcedente judicis taxatione, omninò condemnabitur hæres quantitate intra summam taxatam, à legatario declara-*a. auth. hodie. C. de jud. cum allegatis per Alex. cons. 36. vi-i* & *oportune. co. um. ultim. lib. 2.*

I. D. Durantis Caut. VI.

Quo remedio irrevocabilis reddatur confessio testatoris.

SUMMARIA.

Confessio testatoris habet vim legati tantùm.

Confessio testatoris an intelligatur acceptata, si legatarius sit præsens, & taceat.

Confessio, testatoris juramento firmata, fit irrevocabilis.

Juramentum facit confessionem testatoris irrevocabilem, & jus acquiri absenti.

Confessio testatoris male ablatorum revocari minimè potest, limita ut ibidem.

Confessio * in testamento facta non habet vim proba- 1
tionis, sed legati, *l. qui uxori. ff. de auro & argen. leta. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillus. ff. de legat. cum aliis allegatis per Cuman. consilio 37. quidam legavit. in fin.* Quare potest testator talem confessionem ad libitum revocare. l. 4. *de adim. lega.* §. Sed si testator velit
confessionem irrevocabilem facere, remedium est, * quòd 2
is, cui utilis est confessio, si præsens sit, acceptet verbis expressis, & transibit confessio in actum inter vivos, *juxta not. in l. hæredes palàm. §. fina. ff. de testa.* ideo non poterit revocari, *l. sicut. C. de actio. & obli. secundum Bart. in dict. §. codicillis.* & *Cuma. cons. 61. Petrus hæres.* Pro absentibus autem potest notarius stipulari. l. 3. *ubi Bar. ff. rem pup. salu. for. c. quanquam. de usur. lib. 6.* Et sciendum est, non sufficere hoc casu præsentiam, & taciturnitatem ejus, qui ex confessione sensurus est commodum, quoniam confessio utriusq; partis verba requirit, *ut per Salice. in l. generaliter.*

raliter. C. de non nu. pec. & per Jas. in l. error. Cod. de jur. & fac. igno. Sed opi. hæc est rigida, qvia in commodis taciturnitas est pro consensu. *gl. in l. qvi patitur. ff. mand.* ideo videtur, qvòd præsentia sine verbis sufficiat. *gloss. in l. ba scriptura. ff. de donat. Bald. consi. 488. in qvodam l. 4. §.* Secundum remedium est, * qvòd testator juret ea, qvæ con-
3 fitetur vera esse, & sic hæres venire non poterit contra confessionem testatoris, juramento corroboratam, *auth. qvod obtinet. C. de prob. d. §. codicillis. ubi Bart. & Abb. in c. fi. de suc. ab intest. Bal. consi. 14. Antonius. lib. 2. & consi. 261. sua deo. lib. 3.* Qvin etiam ipse testator non poterit postea suam confessionem juratam infringere, etiamsi confessio facta esset non præsente eo, cui ex confessione acqviritur commodum, *ut patet ex allegatis per Felin. in c. si cautio. col. 5. de fid. instr.* qvod tamen videtur limitandum, *ut per Jas.*
4 *consi. 36. in causa mota. l. 3.* Et ignorandum * non est circa confessionem malè ablatorum in testamento factam, prædicta remedia necessaria non esse. nam confessio malè ablatorum revocari non potest, *ut per Ang. in d. §. codicillis. & per Barb. in c. Rayn. col. 62. de test.* qvatenus tamen confessio tenderet in damnum creditorum, vel in diminutionem legitimæ filiorum, confessio non valeret *per not. in l. qvi testamentum. ff. de prob. cum aliis allegatis per Barba. in dict. cap. Raynutius. col. 63. & Alex. consi. 57. visa brevi. l. 5.*

I. D. DURANTIS CAUT. XI. TIT. VII.

Qvo remedio ille, qvi ditatus est ex malè partis, possit animæ suæ cautè consulere, & providere, ne per restitutionem malè qvæsitorum filii ad inopiam redigantur, & qvo consilio utendum sit, ut dictum morientis fidem in judicio faciat.

SUMMARIA.

1. *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. Exeqvutor à testatore constitui potest ad restituendum ablata. ibidem.*
2. *Doctoris authoritas in jure canonico præferenda est authoritati Theologi in his, qvæ pertinent ad moralem philosophiam.*

3.

...us Canonicum principaliter tendit ad interpretationem juris divini in dubiis pertinentibus ad philosophiam moralem. ibidem.

Pater in restitutione malè ablatorum qvomodo possit consulere filiis, & animæ suæ.

Dolus omnis præteritus remitti potest, & super eo rectè transigitur. ibidem.

Bona incerta qvaliter interpretentur. ibid.

Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.

Morientis dictum qvantam fidem faciat in judicio. ibid.

Testis examinari potest etiam ille, qvi sit in extremis vitæ constitutus.

Testari minus est, qvàm testificari. ibid.

PEccatum * non dimittitur, nisi restituatur ablatum. de regul jur. libr. 6. Sit igitur cautus testator consulens animæ suæ, ut mandet turpiter qvæsita restitui, & ad id exeqvutorem constituat. Potest enim exeqvutor à testatore constitui ad restituendum ablata, & turpia lucra, *ut per Anc. in c. 2. de test.* l. 6. *Barb. in c. tua nobis. col. 6. de test.* Et * qvia poterit suboriri controversia inter exeqvutorem & hæredem, & dubitari, qvid qvantumve restituendum sit, expedit, qvòd testator mandet stari declarationi alicujus Doctoris juris canonici super omnib. dubiis, qvæ possent nasci circa hujusmodi restitutionem faciendam, *arg. l. Theopompus ff. de dot. prale.* Nam judicio Doctoris magis qvàm Theologi standum est in his, qvæ pertinent ad dubia conscientiæ, qvoniam scientia juris canonici principaliter tendit ad interpretandum jus divinum, in dubiis casibus pertinentibus ad Philosophiam moralem, *ut per gl. in princ. decret. cum aliis allegatis per Alex. in consi. 1. col. 3. lib. 2. & per Dec. consi. 3. Diligenter consideratis.* Et ne in delectione Doctoris dissensus sit inter exeqvutorem & hæredem, (faciles enim sunt homines ad dissentiendum. *l. item si unum. §. fin. ff. de arbi.*) utile est, qvòd testator ipse nominet unum, vel plures Doctores, qvibus standum sit, vel det potestatem cuipiam alteri nominandi, & eligendi Do-

1
2

ctores. Poteſt namqve teſtator facultatem hujusmodi alteri dare. l. *cum qvidam. cum ibi no. per Doctor. ff. de leg. 2. cum allegatis ſuprà de leg. cant. 8. inutile.* Et * ſi pater
3 ex reſtitutione turpiter qvæſitorum videat filios redigendos eſſe in paupertatem, ut ſimul conſulat animæ ſuæ, & provideat, ne filii laborent inopia, remedium eſt, qvòd ſuper hujusmodi lucris & malè ablatis, qvorum reſtitutio facienda ſit certis perſonis, tranſigat cum illis, qvib. reſtitutio facienda eſt, vel cum majore parte ipſorum, de ſolvendo partem aliqvam uſurarum facta remiſſione reſidui communi conſenſu eorum, *lege & ſuum. §. fina. ff. de pact.* Nam poteſt ſuper uſuris, & ſuper omni dolo præterito tranſigi, & paciſci. l. *ſi unus. §. illud. ff. eodem titulo. Bald. conſ.* 185. *Conſiderato puncto. lib.* 2. ſi verò reſtitutio facienda ſit perſonis incertis, vel in longinqvo loco commorantibus, compoſitionem & transactionem faciat cum Epiſcopo, vel procuret, qvòd Epiſcopus intuitu pietatis partem ejus, qvòd erat reſtituendum, vel totum piè condonet filiis ipſius obligati ad reſtituendum. *Et probantur prædicta per ea, qvæ ſcribunt Doctores in cap. cum tu. de uſur. & in capite, qvàm ſit de* Judæis. *& per Bald. in cap.* 1. *§. furt. de pac. jur. firm. & Barb. in c. Raynutius. colum.* 62. *de teſt. & per Zab. in cle.* 1. *q.* 8. *de uſur.* Et ante compoſitionem expedit, uti cautela tradita per Feder. de Sen. *conſ.* 154. *in qvæſtione.* ex cujus dictis colligitur poſſe fieri monitionem per publica edicta, ut ſi qvi ſunt, qvi qvicqvam poſſint repetere, compareant intra certum terminum, aliàs reſtituenda habebuntur pro incertis, & lapſo termino ab Epiſcopo vel ejus Vicario pronuncietur reſtituenda haberi pro incertis, & hæredem non teneri ad reſtituendum eis, qvi ſic moniti non comparuerunt in termino. *argum.* l. *ſi eo tempore. C. de diſtr. pig. cum aliis allegatis ibi per eum. facit qvod not. per Doctor. in c. fin. de elect. lib.* 6. Et * notandum eſt,
4 qvòd licet nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ, l. *fin. C. ad* l. Jul. *pe. c. ſancimus.* 1. *qvæſt.* 7. non tamen fides adhibetur morientium dicto in damnum alterius, veluti ſi teſtator in præcepto, qvòd facit hæredibus de reſtituendis turpiter qvæſitis, dicat ſe pecunia vel ſordibus corruptum, ſententiam tuliſſe, aut ſaltiim teſtimonium perhibuiſſe, vel injuſtum patrocinium præſtitiſſe, aut proxenetam uſurarii

con-

ontractus, aut simoniæ mediatorem se fuisse. l. *si qvis in* *... §. si qvis moriens. & ibi Bart. ff. ad Silla. Bald. in* *auth. si dicatur. C. de test. gl.* & Ang. *in* l. *mater. Cod. de cal.* qvi tenet, qvòd dictum morientis non faciat indicium, sed levem tantum præsumtionem. *& seqvitur Alex. cons. 14. consideratis. col. 2. lib. 3. & Soc. cons. 54. Visis testibus. col. pen. lib. 3.* §. Sed * ut dictum morientis indicium faciat, remedium est, qvòd parte citata, & autoritate judicis examinetur. Nam potest examinari, ut testis etiam ille, qvi est in extremis vitæ, cum is possit facere testamentum. l. *Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. 3. l. si pater. §. qvadam. ff. de fideicommiss. ibi. l. qvoniam indignum. Cod. de test.* & non minus est testari, qvàm testificari. l. *cum de lege. ff. de testam. & hoc tenet Bald. in c. 1. §. vasalli. de pac. const. Ang. in l. cum antiqvitas. §. cum autem. C. de testam.* Nec oportebit examinandum respondere, nisi super interrogatoriis substantialibus, *ut per Bald. in d. §. vasalli. seqvitur Barba. in Raynutius. colu. 2. & 3 de testam.* Nec obstat, qvòd sit socius criminis: nam in occultis, & qvorum difficilis solet esse probatio, etiam testis aliàs non idoneus examinatus facit indicium, l. *consensu. §. super plagis. C. de repu. Abba. in c. fi. de test. cog. cum allegatis per Alex. cons. 64. viso themate. lib. 1. & cons. 152. viso processu. lib. 5. & Dec. cons. 342. in causa partus.* 5

I. D. Durantis Caut. XXXIV.

§. Consilium in remissione injuriarum à testatore servandum.

1. *Injuriam remittens qvando intelligatur remittere odium & omnem actionem.*

Testator caveat à verbis generalibus. ibid.

2. *Testator non conseqvitur veniam peccatorum à Deo, nisi remiserit injurias.*

INjuriarum * plenam remissionem faciens intelligitur & odium, & omnem actionem remisisse. *Bald. in c. 1. §. injuria. de pa. jur. firman.* §. Qvare si testator injuriam passus ab aliqvo velit ei pacem facere, & offensam testamento remittere, salva tamen actione injuriarum ad id, qvod interest, sit cautus, ut injuriam simpliciter remittat. *gl. in c. si canonici, ver. damus. de offic. ordi. lib. 6. & comprobatur hoc ex dictis per Bart. & Alex. in l. si tibi. §. qvidam. ff. de pact.* 1

 &

& Jas. in l. *hujusmodi. §. ades. ff. de legat.* 1. & caveat testator à verbis generalibus, qvæ possent comprehendere etiam remissionem actionis *secundum Alex. in d. §. qvadam.*
2 Et sint * cauti testatores volentes à Deo conseqvi veniam peccatorum, ut ipsi non verbo tantum, sed injurias corde remittant, non enim aliter à Deo suorum delictorum remissionem, & veniam exorabunt, qvia scriptum est: *Si non dimiseritis hominib. peccata eorum, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.* Matthæi 6. Actionem autem injuriarum remittere non est opus, & potest qvisq; emendationem injuriæ petere secundum ordinem justitiæ, *c. si illis. 23. q. 4. ut per* Joan. *de Tur. Crema. in c. si qvis contristatus. 90. distin.*

AD LEGEM FALCIDIAM.

TITUL. II.

I. D. DURANTIS, CAUTELA XXIX.

§. Qvo remedio dominium rei legatæ transeat, vel non transeat, recta via.

SUMMARIA.

1. Dominium rei legatæ transfertur in legatarium sine traditione, seu recta via.

Hæredis res legata an transferatur sine suo consensu, ibid.

2. Legatarius, qvando rei legatæ fieri dominus non potest sine traditione hæredis.

1 DOminium * rei legatæ sine rei traditione transfertur, l. à Titio. ff. de furt. qvod procedit, si res sit testatoris, secus est, si sit hæredis, *gloss. in* l. *si hæredis servus. ff. de legat.* 1. §. Sed ut qvando res hæredis legatur, dominium transeat recta via in legatarium, remedium est, qvòd res legetur consentiente hærede, & constituente se nomine legatarii possidere, *ut probatur ex dictis per Bald. in* l. 1. *colum.* 5. *C. commu. de lega. & Jas. in d.* l. *si hæredis servus. junctis not. per Alexand. & alios Doctor. in* l. *qvod meo. ff. de acqvir. poss. & in* l. *ab emtione. ff. de pact.* Solus autem consensus hæredis non esset efficax ad transferendum dominium ipso jure, l. *cùm qvis decedens. cum ibi*
2 *traditis per Bart. ff. de leg.* 3. §. Qvod si * testator leget rem suam, & ratione aliqva nolit in legatarium dominium tran-

sire sine traditione hæredis, remedium est, qvòd dispo- legatarium non fieri dominum ante traditionem hæ- s, l. *Sempronius. ff. de usufruct. lega. Bald. in* l. 2. *C. ut possess. lega.* & *Jas. post Pau. de Cast. in* l. *nemo. ff. de* l.

B. Cæpolla Caut. CXXIX.

Qvomodo hæres teneatur solvere legatum, etiamsi in amento non intervenerint 7. vel in codicil. 5. testes.

Summaria.

Ad testamentum vel codicillos probandum an duo vel septem testes reqvirantur.

Contractus etiam testamento fieri possunt.

Egata communiter relinqvuntur in testamento, in qvo reqviruntur septem testes, *ut* l. *hac consultissima. C. de* t. *Vel in codicillis, in qvib.* 5. testes debent intervenire. *fin. C. de codi.* * Et est magnum dubium, nunqvid duo 1 stes sufficiant ad probandum testamentum vel codicillos, verò reqvirantur septem, vel qvinqve, *ut habetur per* *ff. ord. in* l. 2. *C. de bonor. poss. se. tabu.* & *ibi per omnes ctor.* §. Sed tu potes adhibere hanc Cautelam, qvòd duo ntùm testes sufficiant ad probandum, videlicet, qvòd vando testator facit testamentum, faciat sibi promitti ab rede de præstando legatum legatario: nam tunc tale le- tum transit in vim contractus, *secundum Bart. no. in* l. *emo. in princ. ff. de legat.* 1. *qvi allegat ad hoc* l. *fin. C. de fidejuss.* & l. *qvidam. ff. de hære. instit.* & *in* l. *spadonem.* §. 1. *ff. de excus. tut.* Non est mirum: * qvia etiam contra- 2 ctus potest fieri in testamento, *ut est gloss. no. in* l. *hæredes palam.* §. *fin. ff. de testa.* & *est alia similis in* l. *his conse- qventer.* §. *sed cùm emolumentum. ff. fam. herc.* & effectus hujus contractus erit: qvia per duos tantùm testes probari poterit, sicut probantur ceteri contractus, *ut* l. *ubi nume- rus. ff. de test. cum si.* ut tollatur omnis dubitatio, facias, qvòd in instrumento hæres promittat testatori, & notario præsenti tanqvam publicæ personæ stipulanti, & recipienti nomine, & vice ipsius legatarii, si est absens, vel si est præ- sens, promittat etiam ipsi legatario, & hoc dico, ut tollatur dubium, an testator possit legatario stipulari, *ut habetur in* l. *stipulatio ista.* §. *alteri. ff. de Verborum obligat. Et circa*

 hoc

Digitized by Google

hoc vide, quod no. Bart. in l. si quis in princ. testamenti. ff. legat. 3. & vide etiam Bald. in l. eam quam. in 3. colum. in l. si ex testamen. C. de fideicommiss.

D. DURANTIS CAUT. III. TIT. II.

§. Quibus remediis debeantur legata, & fideicommi ex testamento non solenni.

SUMMARIA.

1. Solennitate omissa relicta non debentur.

2. Promissio hæredis facit ultimam voluntatem ha re vim contractus.

3. Testatore permittente, legatarii & fideicommiss rii possunt propria authoritate accipere posses nem rerum relictarum, etiam ex testamento solenni.

4. Solennitate juris civilis omissa valent legata eti ad causas non pias, quando pius locus institutus hæres.

Pia relicta non requirunt solennitatem juris civili

1 SI solennitas * juris civilis omissa fuerit ad solvend relicta ex testamento non solenni, hæres cogi non p est. *l. si veritas. C. de fideicommiss. & ibi per Doct. & B dum consi. 284. in libr. & consi. sequen. & consi. 308. ista sc ptura.* l. 3. §. Sed si solennitatem servare non possit, nolit testator, ut legata & fideicommissa ex testamento n
2 solenni debeantur, remedium est, * quòd testator c hæredem futurum promittere legatariis, & fideicommi riis præsentibus, aut notario absentium nomine stipula solvere, quod relinquitur, & vires habebit hujusmodi spositio: quia ultima voluntas fidei hæredis commissa pe re non debet. *l. fi. C. de fideicom. §. fin. Instit. de fideicom. h* Præterea per promissionem hæredis ultima voluntas tra fit in contractum, & in actu quoq; testandi contractus fi potest. *l. haredes. §. fin. ff. de testam. Et comprobatur rem dium ex dictis per Bart. Alex. & alios Docto. in l. nemo. de legat. 1. & per Jasonem in l. 2. col. 4. C. de bon. pos. secu tab.* §. Secundum remedium, quo legatarii & fideicommi sarii ex testamento non solenni relicta consequi poteru
3 est, * quòd testator legatariis & fideicommissariis permi

ta

Digitized by Google

§. qvòd possint propria authoritate accipere possessionem rerum relictarum. *l. Titia. §. Lucius. ff. de legat. 2.* & ex possessione legatarii, & fideicommissarii retentionis commodum conseqventur. *l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de milit. testamen. & per Doct. in l. post divisionem. & in l. cum qvis. C. de juris & facti ignor. & per Canon. in cap. fin. col.* & ab opinione hac recedendum non est, *ut dicit Angel. in d. l. nemo. col. 6. versi. item dum dicit.* Et qvamvis *Barb. in d. cap. fina. col. 7. & seqven.* multa contra sententiam hanc dicat, tamen secundum eam judicandum est: qvia opinio prædicta communiter approbatur. nam ut ibidem dicit Barb. *glo. & Doctor.* Citramontani passim hanc opinionem tenuerunt, & magis communiter approbatam esse dicit Jas. *in d. l. cùm qvis. col. 5. & in d. l. nemo. col. 15.* Ad probandam licentiam apprehendendi traditam à testatore, sufficit etiam actus invalidus, l. *qvi à patre. ubi gl. ff. de confir. tut. l. fin. & ibi Bart. ff. de re. eo. Dec. consi. 12. in causa venerabilis. versi. nec obstat, qvod talis constitutio. & Jas. cons. 127. dubitatur. col. 5. part. 2.* §. Tertium remedium est, * qvòd instituatur ecclesia, & ab ea legata & fideicommissa relinqvantur: nam juris civilis solennitate non servata, institutio ecclesiæ vires habet. *cap. cùm esses. de test. Bart. in* l. *1. C. de sacros. eccles.* & ut principalis, ita & reliqva dispositio sustinetur. *cap. accessorium. de reg. jur.* l. *6. & l. cùm principalis. ff. eod.* Et qvia ecclesia testamentum, ex qvo commodum sentit, impugnare non poterit, *l. post legatum. ff. de his qvi. ut ind. ita decidit Salicet. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccles. & Ant. de Bu. in cap. qvod clericis. col. antepenult. de foro compet. & Alex. consi. 91. viso tenore. col. 2.* l. 1. *& consi. 105. viso, ac diligenter considerato. col. 4. lib. 4.* 4

I. D. DURANTIS CAUT. XXVI.

§. Consilium circa locum ubi res legata solvenda sit.

SUMMARIUM.

1. *Legata res debetur legatario, ubi legata est sumptibus hæredis.*

2. *Legatum declaratur à mente testatoris. ibid.*

RES * legata ubi est, ibi solvi debet, nisi tempore testamenti res esset in longinqvo, tunc enim suo sumptu 1

hæres debet rem adducere, & legatario tradere. *l.cùm Vus.ff.de leg.1. & ibi per Bart. Alex. & alios Doct.* Sed si ... stator sumtum hujusmodi velit ad legatarium pertiner... declaret. Nam potest circa hoc testator liberè disponere ... voluntas ejus servabitur, *l.cum res.*§.1.*ff.de leg.*1. & to... hoc pendet de mente, & voluntate ipsius testatoris, & ... *Bald.consi.*225. *Ad evidentiam. lib.*3. & *Barb. in c. ... cante.col.6.de test.glo.in l.cùm hi.*§.*in causa. in ver. ... ruter.ff. de transact.* & *vide Bald. consi.* 255. *Confirm... lib.*2.

I. D. DURANTIS CAUT. XXXI.

§. Qvo remedio legatarius non obstante præscripti... possit petere rem legatam.

SUMMARIA.

1. *Usucapio, & præscriptio sunt inductæ bono pub... Legatarius qvomodo possit petere rem legatam ... obstante præscriptione. ibid.*
2. *Pactum prælati locantis ad novem annos cum p... qvod finito tempore locatio renovetur, non va...*
3. *Præscriptio tolli potest pacto.*

1 USucapio * & præscriptio bono publico inductæ ... *l.1.ff.de usuc.* proinde non potest testator dispon... qvod legatarii possint ab hærede legata exigere, pra... ptione aliqva non obstante, *l.jus publicum.ff.de pact.l.... de bonis.*§.1.*ff.ad legem Falc.* §. Sed * ut legatario no...
2 stet præscriptionis exceptio, remedium est, qvòd te... toties rem leget, qvoties esset completa præscriptio... potest jus extinctum suscitare testator obligationem ... tendo. Et sic finis unius obligationis erit principium ... rius, l.sicut in annos. ff. qvib. mod. usufruct. amit. ... telam hanc docet Bart. *in l.nemo. col. ult. ff. de leg.* 1. ... *seqvitur Bald. in* l.2. *C.ut in possess. leg. Floria.in l.fr... fructus.ff.qvib. mod. usufr. amit.* & *Varonen.Caut. ... multis.* Nec obstant ea, qvæ contra opin. hanc allega... *in d. l.nemo.* dum dicit, repetitionem obligationis te... tem in fraudem legis inutilem esse, sicut pactum, qvod...
3 ta tertia generatione emphyteosis renovari debeat, ve... ctum prælati locantis ad novem annos prædium eccle... ta qvod post novem annos ad alios novem annos re...

Digitized by Google

ur locatio. *§. neq; in auth. de non alienan.* Nam respondetur, * qvòd prælatus non habet potestatem liberam disponendi de rebus ecclesiæ, *c. nulli, de reb. eccles. non alie.* Privatis autem rerum suarum libera est alienatio, *l. non usqve adeo. ff. si à par. qvis manu. fue.* Et ideo potest testator jus deperditum repetere in beneficium legatarii, etiam in infinitum, *l. fideicommiss.. § si qvis de com. ff. de leg. 3. & ibi Bart.* & comprobatur dictum remedium ex dictis per Barbat. *consi. 27. Clementissimum. col. ult.* l. 4. ubi dicit, communem opin. esse, qvod pacto possit præscriptio tolli, *qvam opin. seqvitur idem Barb. consi. 51. Scripsit.* l. 1. *& consi. 53.* l. 2. de qvo tamen vide scripta per Deci. *in l. nam & postea. §. si hu. ff. de jurejuran. & in l. petens. C. de pact. & Felin. in rubric. de præscript. colum. pen. & ultim.* 3

SI CUI PLUS, QVAM PER L. FALCIDIAM LICUERIT, LEGATUM ESSE DICATUR. Tit. III.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

Liber XXXVI.

AD SENATUS C. TREBELLIANUM. TIT. I.

B. Cæpolla Caut. CXI.

§. Ad instruendum fideicommissarium.

SUMMARIA.

1. Fideicommissarius ad hoc, ut jus in hæreditate habeat: reqviritur, qvòd prius hæreditatis restitutio fiat.

2. Hæreditatis per restitutionem factam ratione fideicommissi universalis, qvæ obligationes transeant.

POSTQVAM sumus in materia ultimarum voluntatum, volo tibi dare unam Cautelam, qvæ est hujusmodi: Qvidam hæres institutus, aggravatus est post mortem restituere hæreditatem alteri. communiter fideicommissarius adveniente casu restitutionis, adit hæreditatem ex primo testamento, & postea apprehendit possessionem, & agit contra debitores hæreditarios, qvod est contra l. restituta. *in prin. ff. ad Treb.* qvia ad hoc, qvod * fideicommissarius habeat jus in hæreditate, reqviritur, qvòd prius fiat restitutio, *ut d. l. restituta.* & prius nullum jus habet contra debitores, *ut l. cùm hæreditas. ibi, nempe enim. eo. tit.* nec debet, nec potest adire hæreditatem defuncti, qvia 1

semel

Digitized by Google

semel fuit adita per hæredem, nec potest apprehendere
sessionem, anteqvam sibi fiat restitutio per hæredem de
cti, ad qvem hoc pertinet, *ut l. qvamvis. §. 1. eo. tit. &*
restituta. §. & ideo tu fideicommissarius sis cautus, ut
mo petas hæredis cogi hæredem ad tibi restituendam
reditatem, & postea apprehendas bona, & agas per
prædicta. & hoc vult etiam Pau. de Cast. *in d. l. restit*
qvi dicit, qvod vidit multos procuratores errare in hoc
fecit cessare multos processus propter hoc. Et prædicta p
cedunt, nisi esset statutum in loco, qvod non reqviratu
liqva restitutio, nec realis, neq; verbalis. non tamen di
qvod propter hoc fideicommissarius debet adire, qvia i
nullo modo potest, ex qvo semel adita est, & vide in
2 qventi. * Per restitutionem hæreditatis factam ration
deicommissi universalis transeunt obligationes hæred
riæ contractæ per ipsum defunctum; & non illæ, qvæ
contractæ per hæredem, & occasione hæreditatis restit
nisi specialiter fiat etiam restitutio & cessio etiam de il
ut probatur in l. cùm hæreditas, qvæ præcedit. l. restitut.
ad Treb. & propterea Bar. dicit, ibi se consuluisse de fac
cùm qvidam hæres inchoasset unam litem occasione ha
ditatis sibi delatæ, & postea cessisset omnia jura sua, &
ctionem, qvam habebat ut hæres, non transibat instanti
novo per ipsum hæredem incepta, & ideo sis cautus, tu
deicommissarius, ut, qvando fit tibi restitutio & cessio,
poni facias in instrumento restitutionis & cessionis: Re
tuit & cedit tibi omnia jura & actiones, qvæ & qvas ha
hæres, etiam occasione rerũ hæreditariarum, ut si post m
tem defuncti accepisset fidejussores, vel inchoasset lit
vel alia fecisset. aliàs solùm venirent actiones qvæsitæ
defunctum, qvas habet ut hæres. & hoc etiam voluit Pau
Castr. *in d. l. cum hæreditas. qvod bene not.* qvia sæpiss
contingit, qvando ita est gravatus de restituendo post m
tem suam, qvia in vita multa contrahit super bonis hæ
ditariis, qvæ non veniunt simplici restitutione, ut dixi
pauci hoc advertunt.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXL.

§. Ad petendum fideicommissum.

SUMMARIUM.

1. Fideicommissum per procuratorem peti potest; n
tamen per procuratorem in rem suam. Co

[C]ommunis * opinio est glo. & Doct. qvòd licet fidei- 1
[c]ommissum possit peti per procuratorem : *ut habetur [in l.] qve ita ff. ad Trebell. per glo. & Bart. in* l. *restituta. in [l.] eod. tit. & in* l. *mulier. ff. de ju. do. & in l. si stipulatus [fu]erit. ff. de verbor. oblig at.* tamen per procuratorem in suam peti non potest : *ut no. in d. l. qve ita arg.* l. *per di[ver]sas. C. man.* §. Tamen Cautela est, qvòd emens jus fideicommissi, ex qvo non potest illud petere ab hærede, id est: [h]æredem convenire *a* non potest de hæreditate, qva 2
[te]tur alteri, à qvo ipse emit, restituere per fideicommiss[um], per prædicta conveniat illum hæredem pro suo inter[esse]: scilicet qvia restituat fideicommissario, & postea in i[llu]m transibunt omnia jura venditoris, id est fideicommiss[ari]i, cui sit facta restitutio. *ita singulariter dixit Bald. in l. [.], C. ad Treb.*

ADDITIO.

[a] Non potest.) *De hoc an cessionarius possit convenire [hæ]redem, ut sibi restituat hæreditatem,* vide per Ang. & [I]o. in l. Julianus. l. utrum. ff. ad senatuscon. Treb.

CAUTELA. XXXII.

§. Pro fideicommissario, qvi rem fideicommisso subje[ct]am & alienatam ab emptore vult.

QVia nemo præsumitur habere scientiam de jure tertii, ideo cautela traditur pro fideicommissario, qvi vult [re]m fideicommisso subjectam, & ab hærede alienatam, ex [m]anu emptoris vindicare, ut doceat & probet, qvod hæres, qvi illam alienavit, sciverit eam tempore alienationis fuisse fideicommisso subjectam. nisi enim hoc fecerit, succumbet *secundum Alex. consi. 186. n. 5. & 7. l. 5. & ita tradit Achilles Person. in suo tract. de petit. hæred. n. 757.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXIV. TIT. V.

§. Qvo remedio fideicommissarius ex codicillis consequi possit hæreditatem pupilli mortui integram, & sine detractione legitimæ.

SUMMARIA.

1. *Pater, qvi prius fecerat testamentum, non potest filio impuberi directam substitutionem pupillarem in codicillis facere, secus per fideicommissum.*
2. *Legitima non subjacet fideicommisso, potest tamen*

men testator rogare successuros pupillo, ut etiam [le]gitimam restituant.

1 IMpuberi * filio pater, qvi prius fecerat testamentu[m] non potest in codicillis directam pupillarem substitu[tio]nem facere, sed per fideicommissum substituere potest *hæreditatem. C. de cond.* & eo casu, si filius fuerit roga[tus] post mortem, hæreditatem alteri restituere, poterunt [hæ]redes ejus legitimam deducere, l. *ex trib. C. de inoffi.* §. Sed si testator velit contra fideicommissarium ab hære[di]
2 bus pupilli legitimam non deduci, remedium est, * q[uod] non filius, sed successores ejus rogentur hæreditatem [re]stituere. *textus est not. in* l. *si fundum.* §. *fi.* ff. *de leg.* *ibi latè per Jaso. post Bart. & per Bald. cons. 39. test. reliqvit. lib. 1. Paul. de Castr. cons. 177. in casu præse[nti] colum. ultim. & per Cor. cons. 138. nulli dubium. lib.*
* *cons. 158. viso suprascripto. columm. penult. lib. 3.* & e[st] communis opinio, *ut per Jasonem in d.* l. *ex trib.* plan[e in] re dubia intelligitur fideicommissum, injunctum non f[ilio] sed ejus hæredi. *arg.* l. *qvoties.* ff. *de rebus dub. ut per P[aul.] de Cast. & Jas. in d. l. ex tribus. & Alexand. cons. 67. [con]sideratis. col. 2. & 3. lib. 3. & Jas. in* l. *cohæredi.* §. *cum fi[lia]* ff. *de vulgar. & pupill. & cons. 99. dominus. parte 2. cum*
* *latis per eum, ubi dicit opin. hanc * communem esse [con]tra Bart. qvi aliter sentit in* l. *cohæredi.* §. *cum filia.* f[f. de] *vulgar. & pupill.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXIIX. TIT. V.

§. Qvo remedio restitutioni, prælegata qvoqve & fi[dei]commissa ex fideicommissaria substitutione subjaceant.

SUMMARIA.

1. Legata, prælegata, seu fideicommissa, utrum [sub]jaceant restitutioni ex fideicommisso.

2. Quartæ deductione permiscentur omnia.

Quartam fideicommissarius fideicommissario non [de]trahit, ibidem.

3. Impersonalis loqvutio qvid operatur.

1 HÆreditatem * restituere rogatus, qvod jure le[gati] vel fideicommissi ceperit, restituere non tenetur: [qui]a hæreditatis appellatio neqve ad legata, neqve ad fideic[om]

m

porrigitur, l. *si Titius*. ff. *de lega*. 3. §. Sed si testator substituto legata etiam & fideicommissa restitui, reuum est, qvod testator roget hæredem suum restituere liciter ea, qvæ ad eum ex testamento pervenerint, l. *des*. §. *cum ita*. ff. *ad Treb. ut per Bart. & Alex. in* l. *cellus*. §. *qvidam*. ff. *ad Treb. & per Bart. cons*. 245. *inaw Cato. Bald.cons.94. punctum qvastionis. in fi. lib*. 2. *cons*. 40. *in legitima. lib*. 4. *Alexan. cons*. 33. *videtur r dicto. lib*. 4. §. Secundum remedium est, * qvòd te- 2
or utatur verbis generalibus, veluti si ita roget, volo edem restituere, qvicqvid acceperit, l. *cum virum. C. fideicom. ut per Alex. in d. §. qvidam, & Decium cons. visis duobus: & cons*. 86. *viso puncto, cum allegatis ibi eum, & per Corn. cons*. 105. *licet. in hac. lib*. 4. *Et de versa vide per Bart. in d. §. qvidam. cujus doctrina mmuniter approbatur, ut dicit Jas. cons*. 175. *egregium. parte. & per Deci. d. cons*. 80. *& cons*. 254. *viso puncto. Jason cons*. 89. *aggredior. lib*. 1. & verbis ita universaer conceptis, tenebitur hæres substituto restituere, qvicqid habuit, tam ex substitutione pupillari, qvàm fideimmissaria, detracta tamen hoc casu legitima, ac Trebellianica, si prohibita non sit; non solùm ex parte hæreditaa, in qva ipse hæres fuerat institutus, verùm etiam ex portionibus præmortuorum cohæredum. Omnia namqve mmiscentur in deductione qvartæ, l. *in ratione*. §. *qvod ulgo*, ff. *ad legem Falcid. secundum Bald. cons*. 101. *in de testamento. lib*. 4. cujus opinio non videtur tuta, qvoiam fideicommissarius fideicommissario secundo qvartam on detrahit, l. 1. §. *denique*. ff. *ad Trebellian. & per Alex*. præterqvam ubi hæres primo fideicommissario Trebellianicam non detraxit, secundum communem opinionem, *ut r Socin. tertium, in* l. *cum filiofam. parte* 3. *colum. fin. ff. de leg*. 1. §. Tertium remedium est, * qvòd testator man- 3
det, hærede moriente sine liberis, ad proximiores liberè devenire hæreditatem, & bona sua impersonaliter loqvendo. tunc enim omnia comprehenduntur, qvæ fuerunt testatoris, & fideicommisso subjacebunt. *Cuman. cons. tertio, testator. argum. not. in* l. *Lucio. ff. de legat*. 2.

I. D. Durantis Caut. XXXIIX. Tit. V.

§. Qvo remedio restituere hæreditatem rogatus nihil fideicommissario servare cogatur. SUM-

SUMMARIA.

1. *Hæres rogatus per fideicommissum hæreditatem [re]stituere post mortem suam, quando possit alien[are] aliqua bona hæreditatis.*

Quartam saltem fideicommissario reservare c[om]pellitur hæres rogatus restituere post mortem, q[uic]quid ex hæreditate supererit, ibid.

2. *Alienandi potestatem dare potest testator hæ[redi] rogato hæreditatem restituere.*

Disponendi potestas qualis sit, ibid.

Alienationis appellatione continetur etiam dispo[sitio] per testamentum.

1 HÆres * rogatus per fideicommissum restituere h[ære]ditatem post mortem suam, bona restitutioni subj[ecta] non nisi in qvibusdam casibus, lege permissis, alie[nare] potest, *aut. res qvæ. C. con. de lega.* Sed rogatus restitu[ere] qvicqvid post ejus mortem supererit, omnia non po[test] alienare, sed fideicommissario qvartam reservare com[pel]litur. *aut. contra rogatus. C. ad Treb.* & qvæstio non [est] est inter Doctores, an eo modo gravatus in ultima vo[lun]tate possit disponere circa qvartam *per* l. *Titius. ff. ad T[reb.] cum ibi traditis per Alex.* §. Sed si testator velit hæred[i ...] se arbitrium alienandi, & disponendi tam per actus i[nter]
2 vivos, qvàm per ultimam voluntatem, remedium es[t] qvod ipse testator in testamento det hæredi potestate[m a]lienandi, & relinqvendi bona, & de his disponendi, p[rout] hæres ipse voluerit. Nam potest testator hæredi talem [po]testatem dare, etiam in subversionem totius fideicomm[issi,] cùm liberum fuerit testatori etiam non fideicommitte[re ...] *si fundum. §. fi. ff. de leg.* 1. & poterit tunc hæres totum [a]lienare, tam contrahendo, qvàm legando, aut etiam ha[ære]dem instituendo, l. *si qvis prioris. §. cùm tamen. C. de [se]cun. nup.* Nam ibi verbum, relinqvendi, significat ultim[am] voluntatem, l. 1. §. *fi. ff. de tab. exhib.* l. *his verbis. ff. [de] hæred. instit. ibi Docto.* Potestas qvoqve disponendi fa[cit] ut hæres possit bona, qvæ fuerunt testatoris, in testame[nto] relinqvere, qvoniam disponendi facultas aptatur ulti[mæ]

vol

tati. *Alexan. post glo. in Rubr. ff. sol. ma. col. 4. & per* *ns. 51. Vertitur. col. 2. & cons. 52. Verè, & juridicè. col.* . etiamsi dictum esset, qvòd hæres disponere possit in qvia cui permittitur alienare, multò magis dispositio ttitur per viam ultimæ voluntatis, qvia hæc favora- est. *gl. in* l. *qvidam ita.* §. *si qvis filium. in gl. magna.* *Treb. Bar. & Alex. in* l. *à filio. ff. eo. tit.* licet secus es- qvis in actu inter vivos sibi reservasset potestatem di- ndi in vita: nam ratione subjectæ materiæ significa- erbi disponendi restringitur ad actum inter vivos, & *ntelligi potest Bart. cons. 76. pater filio. & Alex. cons.* *irca. lib. 1.* Cautius tamen est expressè servare, qvòd nus. *Confirmantur prædicta ex dictis per Jasonem cons.* *institutio. parte 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXII. TIT. V.

. Qvo remedio hæreditatis restitutio nunqvam fidei- missario necessaria sit.

SUMMARIA.

ideicommissarius ante restitutam hæreditatem jus in re non habet.

Possessionem fideicommissarius etiam universalis per seipsum nancisci non potest.

iberè qvid significet, ibid. & num. 3.

Ideicommissarius * ante restitutam hæreditatem jus in re non habet, l. *facta.* & l. *restituta. ff. ad Trebell. & ibi* *ct. Pau. de Cast. cons. centesimo trigesimo primo. Viso pun-* *. col. 4. prima parte. Cor. cons. 201. licet videatur. col. 1. lib.* nec autoritate propria potest bona hæreditaria capere, l. *ul. ff. ad Trebell. ubi Alex. Bart. cons. nonagesimo primo.* *qvæstione. Alex. cons. 32. viso processu. col. fin. versic. præ-* *rea dato. lib. 3. cum aliis allegatis per Dec. cons. 438. accu-* *tè.* ubi tenet, qvòd si propria autoritate fideicomissarius piat bona, privatur jure suo, argum. l. *non est dubium. C.* *lega.* §. Sed ut fideicomissarius non indigeat restitutio- , & per seipsum possessionem rerum hæreditariarum ancisci possit, remedium est, qvòd ei in testamento de- tur licentia res apprehendendi propria autoritate, *secun-* *um Angel. & Alex. in d.* l. *Paulus. per* l. *Titia.* §. *Lucius.* *de leg. 2.* qvod Jason dicit esse signandum in repeti. l. 1

2

nemo.ff.de leg. 1. ubi dicit videri talem licentiam datam se, si testator dixerit, bona liberè deveniant, qvoniam v bum, liberè, facit non oportere licentiam reqviri. c. in ecclesiarum. cum ibi not. *per Bald. de const. c. de m cum ibi no.per Abb. de praben. qvod confirmatur ex d per Barb. consi. 40. clementissimi. col. 13. lib. 4. & L Cal.cons.3. qvod dictum dominus.col.2.* §.Cautius tamen

3 * qvòd detur ad id expressa licentia, ut tollatur qva voluntatis testatoris: nam posset qvis non ab re dubit an verbo illo, liberè, intelligatur data potestas sibi ju cendi, *ut per Cuma.consi.114. Antonius. colum.* 3. Verb namq; hoc liberè, non simpliciter accipitur, sed restrin tur ad alias leges de materia loqventes, *c. 2. de feud. ctis.no per Bart.in* l.1. §. *permittitur.ff. de aqva qvoti per Decium consi.*131. *revocatur.col.*2. Magis tamen pl opinio contrar. qvoniam legatarius, & fideicommissa non solùm qvando habent expressam licentiam à testat verùm etiam ex conjectura voluntatis possunt res acci propria authoritate, *ut patet ex allegatis per Decium* 318. *visa.colum.* 1. Etsi fideicommissarius timeret aliq impedimentum sibi inferri in adipiscenda possessione, set implorare officium judicis, ut manu militari imp menta removeat, qvòd judex facere debet. *ita tenet B consi.234. veritas.libro tertio.arg.l.fin.ff. de offic. proc Casa. & lege qvibus diebus.ff. de condit. & demonstr. not.per Bald. & Alex.in l.si super.C.de transaction.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXV. TIT. V.

§. Qvo remedio hæres rogatus sub conditione restit hæreditatem à legatariis cautionem petere impediatu

SUMMARIA.

1. *Hæres rogatus sub conditione hæreditatem resti re, utrum impediatur petere cautionem à leg riis.*
2. *Partem potest, qvi totum potest.*

Legata pura an patiantur deductionem aliqva consvetudine, si fideicommissum sit condition ibid.

3. *Consvetudo an probetur per dictum Doctoris scri tis sic de consvetudine servari.*

Doctori asserenti aliqvid de consvetudine servari quando credatur, ibid.

HÆres, * cui alius substitutus est, si decesserit sine liberis, potest, ut qvidam opinantur, qvartam deducere de legatis, non expectato mortis eventu. sed Bar. tenet contrarium, & dicit receptum esse, qvòd ratione conditionalis fideicommissi legatarii caveant de restituendo hæredi, si qvid ultra Falcidiam eveniente conditione fideicommissi eos cepisse constiterit. *l. 1. §. si legata. ff. si cui plus, qvam per l. Falc.* & * opinionem hanc totus mundus servat, *ut post Bart. dicunt Paul. de Cast. & Jas. in l. Marcellus. § idem Pomponius ff. ad Treb.* §. Sed si testator velit occasione fideicommissi conditionalis non gravari legatarios ad hujusmodi cautionem præstandam, remedium est, qvòd testator legatariis, seu fideicommissariis remittat necessitatem cavendi, *l. 2. C. ut in poss. leg. ut per Jasonem in l. nemo. col. ult. ff. de leg. 1.* §. Secundum remedium est, * qvòd mandet legata integra, & sine ulla diminutione persolvi. Nam si testator in totum potest qvartæ deductionem prohibere. *§. si vero expressim. in Auth. de hared. & Falc.* facilius poterit ex parte minuere, *l. videamus. §. jurare. ff. de init. jur.* hæc de jure scripto procedunt. De consvetudine autem servatur, qvòd ubi legata pura sunt, & fideicommissum est conditionale, nihil de legatis detrahatur, & qvarta tantum deducatur ex bonis fideicommissario restituendis. & ita communiter servari dicit Barb. *cons. 58. illud. col. 2. & 3. lib. 3.* Uti tamen dicto remedio expedit: qvia sic legatarii relevantur ab onere probandi consvetudinem, qvæ alias probanda esset: * qvia non creditur Doctori dicenti aliqvid de consvetudine servari, *ut patet ex dictis per Alexan. in l. post dotem. ff. solut. matrimon. & per Dec. cons. 142. & pro tenui. column. 2. & cons. 185. & pro tenui cons. & cons. 402. in causa, colum. fi. & consi. 471. testatur. column. 2.* & licet secundum qvosdam assertio Doctoris inducat præsumptionem, & transferat in partem adversam onus probandi, secundum veriorem opinionem, & conclusionem hanc seqvitur idem Decius *cons. 539. in casu. & cons. 694. pro resolutione.* Hoc tamen procedit tantùm in Curia, in qva versatus est Doctor ille, qvi suis scriptis de re aliqva esse consvetudinem attestatur, *ut per Par. de Put. in tra-*

Margin: 1 2 * 2 3

tracta. synd. in Versicu. Doctor, seu advocatus. Alex. cons circa primum columm. ultim. lib. 3. & Decius cons. 472. *stator. col. 2.* Et hoc modo posset procedere dictum Ba *in repet.* l. *de qvibus. colum. 9. ff. de legi.* & ita servavi, in generali Curia provinciæ Marchiæ Anconitanæ, dum essem auditor, & locum tenens reverendissimi D. dom Joannis Cardinalis Tranensis, tunc Legati justissimi op miqve, prudentissimi ac integerrimi vicelegati R. D. B nardini Tempestivi, qvàm in Rom. Curia, dum ibi ess locum tenens reverendissimi D. Hieronymi Ghinuti, tu generalis auditoris Cam. Apostol. nunc Cardinalis me tissimi, re maturè discussa cum excellentibus earundem riarum advocatis.

I. D. DURANTIS CAUT. XXXIII. TIT. V.

§. QVO remedio illegitimi comprehendantur in reli familiæ testatoris.

SUMMARIA.

1. *Spurii non dicuntur de domo seu familia.*
Familiæ appellatio non porrigitur ad spurios.
2. *Spurii non admittuntur ad fideicommissum r ctum familiæ seu stipiti domus, nisi appareat mente testatoris.*

1 NOn * legitimè nati neqvaqvam familiæ & agnatio nomine continentur. *Inst. de leg. agn. suc. §. qvi vu* *Bart. in* l. *tutelas. de cap. demi. cum allegatis per Imo. & le. x in* l. *ex facto. §. si qvis rogatus. ff. ad Treb. & per Do res in* l. *fin. C. de Verborum sig.* ideo ad fideicomissum r ctum familiæ, seu stipiti domus, vulgò concepti non adn tentur, cùm non dicantur de domo, secundum juris co nam interpretationem. *Bart. in* l. *pronunciatio. §. fam*
2 *ff. de Verbo. sign.* §. Sed si testator * illegitimè natos v saltem in defectum legitimæ prolis admitti, remedium qvòd id exprimat & declaret: nam qvando constat de m te testatoris, etiam non legitimè nati vocabuntur ad fi commissum relictum familiæ, *ut no. per Bart. in d. l. tut & Imo. & Alex. in d. §. si qvis rogatus. & per Soc. cons. visis. colum. 4. lib. 3.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXII. TIT. V.

§. QVO remedio fœminæ ab hæreditate restituend miliæ repellantur.

S

SUMMARIA.

1. Familiæ appellatio continet etiam fœminas.
2. Fœminæ non sunt de stipite seu cippo domus.
Masculi agnati quomodo substituantur ad excludendas fœminas. ibidem.
3. Neptis quoque ex filio vocabitur ad hæreditatem ex substitutione descendentium per lineam masculinam.
Masculina linea utrum comprehendat neptes ex masculo. ibidem.
Descendentes per lineam masculinam dicuntur etiam neptes ex masculo. ibid.
4. Linea masculina quos comprehendat.

AD fideicommissum * relictum his, qvi de familia sunt, 1
fœminæ qvoq; descendentes ex masculis admittuntur: qvia familiæ appellatio ad fœminas qvoqve refertur, l. *pronunciatio. ff. de verbor. signific.* l. *voluntas. & ibi Doct. C. de fideicom.* Sed si testator pro conservanda dignitate agnationis suæ velit masculos agnatos, & non fœminas ex fideicommissaria substitutione succedere, remedium est, * 2
qvod testator substituat ipsum agnationis stipitem, qvem vulgo dicimus cippum domus, sic fœminæ non comprehenduntur verbis substitutionis: qvia mulier ramusculis, & frondibus, & non stipiti comparatur, *ut dicit Cor. cons. 55. Pro decisione. colum. 3. lib. 1. & cons. 96. Licet videatur. col. 3. ver. ultimò pondero, lib. 3.* * Etsi testator substituat de- 3
scendentes per lineam masculinam, neptis qvoqve ex filio masculo ad hæreditatem ex substitutione vocabitur, *per not. per Bal. in l. Gallus, §. nunc de lege. col. 2. vers. 6. & ultimo. ff. de libe. & posth.* §. Sed si testator neptem admitti nolit, remedium est, qvòd ita substitutionis verba concipiat, videlicet, substituit per virilem sexum descendentes, *per not. per Bal. in authen. si qvas ruinas. C. de sacrosanct. eccl. Spec. tit. de loc. §. nunc aliqva. q. 146. Alex. & Jas. in d. §. nunc de lege. & Alex. cons. 43. Consideratis his. lib. 3. & Soc. cons. 207. Præsens consultatio col. 8. & vers. confirmantur optime parte 2.* * Et notandum est, qvòd si testator substituat li- 4

neam masculinam, intelliguntur etiam substituti agn ex linea transversali: qvia indefinita æqvipollet univers li. l. *si pluribus. ff. de leg. 2. Cuma. cons. 2. Proponitur.* S si testator aliud sentiat, substituat masculos ex ipso testat rè descendentes, *per ea, qvæ scribit Deci. cons. 379. R qvisitus. column. 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXVII. TIT. V.

§. Qvo remedio hæres non perdat Trebellianicam omissionem inventarii, & alienata non imputentur qvartam.

SUMMARIA.

1. *Hæres rogatus alteri restituere hæreditatem, te tur inventarium facere, ut Trebellianicam non mittat.*

Inventarium hæres si non faciat, perdit Trebellia cam, ibidem.

2. *Inventarii faciendi necessitatem remittere testa potest.*

Legitima non perditur omissione inventarii, ibide

3. *Hæres si non fecerit inventarium, tenetur legatar etiam ultra vires hæreditarias.*

1 HÆres * rogatus alteri restituere hæreditatem, inve tarium facere cogitur, ut Trebellianicam non amitt §. *si verò non fecerit. in auth. de hæred. & falc.* qvi te generaliter de fideicommissariis loqvens, universal qvoqve fideicommissarium comprehendit, l. 1. §. *gener liter. ff. de leg. præst. cap. si Romanorum. 19. distinct. D ctores in* l. *Marcellus. ff. ad Trebell.* & qvòd fideicommiss rius, qvi non fecit inventarium, Trebellianicam perd tenent Old. *cons. 134. satis credo.* & Bartol. *cons. 51. Bon ventura. & cons. 234. Helena Martarelli.* sibi tamen co trarius *cons. 2.* Et eandem opinionem seqvitur *Fulgos. co 23. humanissimè. & cons. 96. pro decisione.* Bald. *cons. 3 ad evidentiam. lib. 5.* Paul. de Castr. *cons. 207. super p mo.* & Cor. *cons. 303. plura. colum. 4. lib. 1.* & procedit pinio hæc, etiamsi hæres sit filius testatoris, ut per Ba *cons. 403. in substitutione. lib. 2.* & Corn. *cons. 168. in h consultatione. colum. 3. lib. 3.* ubi dicit hanc esse ma

co

communem opinionem. idem dicit Dec. *cons. 236. non parva difficultas. col. 4. & Cor. cons. 22. in hac consultatione. lib. secundo. Eandem opinionem seqvitur Barb. cons. ... difficile. colum. fi. lib. 3.* §. Sed si testator velit, hæredi omissionem inventarii non nocere, remedium est, * qvòd 2
... testator remittat hæredi necessitatem faciendi inventarium, l. *fin. C. arb. tut.* l. *cùm tale.* §. 1. *ubi Bald. & Imo. ... secund. & dem. Corn. cons. 29. in regno Hispaniæ, in fi. ... allegatis per Decium cons. 408. visa & iterum lecta. colum. secunda. & Socin. cons. 51. viso testamento. lib. 3.* & uti prædicto remedio proderit, * ad tollendam litem 3
inter fideicommissarium & hæredem, qvoniam licet prædicta opinio dicatur communis per Doctores suprà relatos, valde tamen dubia est, & de ea sunt diversæ juris interpretum sententiæ, ut patet ex his, qvæ congerunt Doctor. in d. l. *Marcellus.* & Alex. *cons. 67. visis. lib. 4.* dicit * *
communem opinionem esse, qvòd hæres non amittat Trebellianicam, si inventarium non fecerit, & qvæstio adeò ambigua est, ut decisionem principis desideret, *ut dicit Rim. in tit. de test. dec. 3. in eadem. in collectis per Cassio.* De legitima conveniunt Doct. qvòd omissione inventarii non perdatur. *gloss. in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. Old. d. cons. 134. Bart. in auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falc. & vide allegata per Cors. in tract. de potest. reg. in materia Trebellianica. q. 73.* ideo qvantum ad detractionem legitimæ, remedium prædictum non est necessarium. * Proderit qvoqve contra legatarios hujusmodi re- 4
missio inventarii. nam licet hæres non faciens inventarium teneatur legatariis ultra vires hæreditatis, tamen testator potest providere, ne ultra vires patrimonii legata præstentur, *ut per Bald. cons. 220. considerandum. lib. 4.*

I.D. DURANTIS CAUT. XXXI. TIT. V.

§. Qvo remedio fideicommissarius nullam detractionem Trebellianicæ vel legitimæ patiatur.

SUMMARIA.

1 *Quarta Trebellianica potest ab hærede rogato hæreditatem restituere, detrahi.*

Quartæ duæ qvando detrahi possunt, ibid. & num. 5.

2. *Quartæ detractionem quando fideicommissari non patiatur,*
3. *Quartæ Trebellianicæ detractio prohiberi potest nu. 4.*
6. *Legitimæ detractio in restitutione hæreditatis fideicommissaria substitutione quo remedio cesset*
7. *Quarta canonica ex legatis ad pias causas prohib ri non potest.*

1 HÆres * rogatus hæreditatem restituere, ex senatu consulto Trebelliano qvartam retinere potest. §. *qvia stipulationes. Inst. de fideicommiss. hæred.* & si filius ultra Trebellianicam poterit detrahere legitimam, qva do utriusq; qvartæ detractio eodem tempore non conc rit. *c. Raynu. & c. Raynu. de test. Doct. in* l. *qvanqvam. C. leg. Fal. Bal. cons. 488. factum super qvo.* l. 1. *Bart. in l. P pinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Fulg. cons. 26. sta statuto. cum allegatis per Alex. in l. in ratione. §. qvod v go. ff. ad legem Fal. & consi. 43. attenta. in fin.* l. 2. ubi di jus deducendi qvartam transire ad hæredes, per tex. *in qvanqvam. C. ad leg. Falc. & consi. 142. circa primam d bitationem. col. 4.* l. 2. & hæc est * communis opinio, qv approbavit usus mundi volentis in hoc stare canonibus, *legitur inter cons. Bal. consi. 282. qvidam Ser. Cola. & co 377. qvidam. Alex.* l. 3. §. Sed si testator velit sine Treb

2 lianicæ detractione hæreditatem ad fideicommissariu pervenire, remedium est, qvòd detractionem Trebellia cæ expresse prohibeat, qvod facere potest. §. *si verò expre sim. in auth. de hære. & Falc. secundum gl. in d. §. sed q stipulationes. in versic. liceat. Bart. in Auth. sed cùm test tor. C. ad leg. Falc.* & opinio hæc ratione non caret: qvia te in §. si expressim, loqvens in Falcidia, est ad Trebellia cam extendendus. Nam per hoc ad jus commune rever mur. *lege verbis. ff. de verbor. sign.* & ubi reditur ad jus com mune, lex nova etiam correctoria recipit extensionem. *in c. statutum. de præb.* l. 6. maximè ubi sub lata signifi tione vocabuli, casus, de qvo fit extensio, comprehen tur. *glos. in Clem.* 1. *de ele.* & appellationem Falcidiæ Trebellianicam porrigi certum est, *per not. in auth. un*

[illegible]ens. C. de inoffi. testam. & opinionem hanc communiter approbari dicit Alexand. *in* l. *Marcellus ff. ad Treb. post [illegible] de Imo. ibi*, & qvòd ista sit * communis opinio, dicit *
etiam Barba. *consi.10. illud. colum.10. l.4. & Jason cons.84. [illegible]. colum. 8. parte prima. & consi. 146. præsupposito. [illegible] parte.* Et notandum est, * qvòd si testator hære- 3
ditatem restitui mandaverit totam, vel integram, vel plenarie, vel usus fuerit his verbis, restituat omnia bona, [illegible] residuum bonorum, aut qvicqvid ex bonis pervenerit, [vide]tur Trebellianicam prohibuisse, *per ea qvæ no. gl. in* l. *[illegible] ff. de fideicommiss. liberta.* qvam singularem esse dicit Angel. *ibi, & Bald. in dict. auth. sed cùm testator. facit [l.] fin. C. ad legem Falc. & hoc approbat. Alexand. in* l. *cen[tu]rio. col.22. vers. nota tamen. ff. de vulg. & pup. & consi. [illegible] perspectis verbis. colum.1. lib. 6.* & * communem sen- *
[te]ntiam hanc esse scribit idem Alexan. *consi.5. circa pri[mu]m. versi. bene facit. libr.3. fac. no. per Alex. consi.133. [su]per qvæsitis.* l.5. *& comprobatur ex aliis relatis per Gorse. [in] tract. de potesta. reg. qvæst. 73. §.2.* licet contrarium te[ne]at Ludo. Roma. *cons. 75. nescio. & consi. 79. totum fun[d]amentum. & consi. 239. in re hac. & Felinus in cap. au[di]tis. colum.3. de præscrip. & Jason. cons.84. puto. cum aliis allegatis ab eod.* l. 1. §. Cautius tamen est geminare verba, jubendo totam & integram hæreditatem plenè restitui, *per* l. *si post manumissionem. ff. ad leg. Falc. &* l. *Balista. ff. ad Treb. fac. no. per Alex. in d.* l. *centurio. colum.22. versic. tamen. & melius per Corn. cons.207. de pluribus. colum.3. ver. [illegible] qvæ instare.* l. 2. Prohibuisse etiam Trebellianicam intelligitur testator prohibendo bona alienari, *authent. sed in ea re. C. ad legem Falc. Zab. cons.113. respondeo. & Corse. d. q. 73. §. 1. colum. 3.* §. Nullum autem tutius remedium est, qvàm expressa prohibitio detrahendi Trebellianicam. *dict. §. si verò expressim. ut per Jason. d. consi.* 84. 4
col.10. * Et ignorandum non est multos opinari, qvòd prohibitio detractionis Trebellianicæ inefficax sit, qvando filiꝰ primi gradus rogatur hæreditatem alteri restituere. *per* l. *jubemus. C. ad Treb. & ibi hoc tenet Bal. & seqvitur Alex. [in] consi.5. in fin.* & * communiter opinionem hanc teneri *
scribit Jas. *in d.* l. *Marcellus. & in consi.99. dominus. parte 2.* ubi dicit, non posse hoc casu fructus in Trebellianicam

 im-

SUMMARIA.

1. *Hæres rogatus per fideicommissum hæreditatem re-stituere post mortem suam, qvando possit alienar- aliqva bona hæreditatis.*

Qvartam saltem fideicommissario reservare com-pellitur hæres rogatus restituere post mortem, qvic-qvid ex hæreditate superer it, ibid.

2. *Alienandi potestatem dare potest testator hæred- rogato hæreditatem restituere.*

Disponendi potestas qvalis sit, ibid.

Alienationis appellatione continetur etiam disposit- per testamentum.

1 HÆres * rogatus per fideicommissum restituere hære-ditatem post mortem suam, bona restitutioni subject- non nisi in qvibusdam casibus, lege permissis, aliena- potest, *aut. res qva. C. con. de lega.* Sed rogatus restituer- qvicqvid post ejus mortem supererit, omnia non potes- alienare, sed fideicommissario qvartam reservare compel-litur. *aut. contra rogatus. C. ad Treb.* & qvæstio non lev- est inter Doctores, an eo modo gravatus in ultima volun-tate possit disponere circa qvartam *per* l. *Titius. ff. ad Tre- cum ibi traditu per Alex.* §. Sed si testator velit hæredi e- se arbitrium alienandi, & disponendi tam per actus inte-
2 vivos, qvàm per ultimam voluntatem, remedium est, qvod ipse testator in testamento det hæredi potestatem a-lienandi, & relinqvendi bona, & de his disponendi, pro- hæres ipse voluerit. Nam potest testator hæredi talem po-testatem dare, etiam in subversionem totius fideicommiss- cùm liberum fuerit testatori etiam non fideicommittere, *si fundum. §. fi. ff. de leg.* 1. & poterit tunc hæres totum a-lienare, tam contrahendo, qvàm legando, aut etiam hære-dem instituendo, l. *si qvis prioris. §. cùm tamen. C. de f- cun. nup.* Nam ibi verbum, relinqvendi, significat ultiman- voluntatem, l. 1. §. *fi. ff. de tab. exhib.* l. *his verbis. ff. d- hæred. instit. ibi Docto.* Potestas qvoqve disponendi facit ut hæres possit bona, qvæ fuerunt testatoris, in testament- relinqvere, qvoniam disponendi facultas aptatur ultim- volunt-

voluntati. *Alexan. post glo. in Rubr. ff. sol.ma.col.4.* & *per Jas.cons.51.Vertitur. col.2.* & *cons.52.Verè,* & *juridicè.col. 1.lib.2.* etiamsi dictum esset, qvòd hæres disponere possit in vita, qvia cui permittitur alienare, multò magis dispositio permittitur per viam ultimæ voluntatis, qvia hæc favorabilior est. *gl.in* l. *qvidam ita.§. si qvis filium.in gl.magna. ff.ad Treb.Bar.* & *Alex.in* l. *à filio. ff.eo.tit.* licet secus esset, si qvis in actu inter vivos sibi reservasset potestatem disponendi in vita: nam ratione subjectæ materiæ significatio verbi disponendi restringitur ad actum inter vivos, & *ita intelligi potest Bart. cons. 76.pater filio.* & *Alex. cons. 14.circa. lib.1.* Cautius tamen est expressè servare, qvòd diximus. *Confirmantur prædicta ex dictis per Jasonem cons. 130. instituto. parte 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXII. TIT. V.

§. Qvo remedio hæreditatis restitutio nunqvam fideicommissario necessaria sit.

SUMMARIA.

1. *Fideicommissarius ante restitutam hæreditatem jus in re non habet.*
2. *Possessionem fideicommissarius etiam universalis per seipsum nancisci non potest.*

Liberè qvid significet, ibid. & *num. 3.*

Fideicommissarius * ante restitutam hæreditatem jus in re non habet, l. *facta.* & l. *restituta. ff.ad Trebell.* & *ibi Doct.Pau.de Cast.cons.centesimo trigesimo primo.Viso puncto.col.4.prima parte.Cor.cons.201.licet videatur.col.1.lib. 1.* nec autoritate propria potest bona hæreditaria capere, l. *Paul. ff.ad Trebell.ubi Alex.Bart. cons.nonagesimo primo. in qvæstione.Alex.cons.32.Viso processu.col.fin. Versic. prætereà dato.lib.3.cum aliis allegatis per Dec.cons.438.accuratè.* ubi tenet, qvòd si propria autoritate fideicomissarius capiat bona, privatur jure suo, argum. l. *non est dubium. C. de lega.* §. Sed ut fideicomissarius non indigeat restitutione & per seipsum possessionem rerum hæreditariarum nancisci possit, remedium est, qvòd ei in testamento detur licentia res apprehendendi propria autoritate, *secundum Angel.* & *Alex.in d.*l. *Paulus.per* l. *Titia.* §. *Lucius. ff. de leg.2.* qvod Jason dicit esse signandum in repeti. l. 2

nemo.ff.de leg. 1. ubi dicit videri talem licentiam datam es se, si testator dixerit, bona liberè deveniant, qvoniam ver bum, liberè, facit non oportere licentiam reqviri. c. qv in ecclesiarum. cum ibi not. *per Bald. de const. c. de mult cum ibi no.per Abb. de praben. qvod confirmatur ex dict per Barb. consi. 40. clementissimi. col. 13. lib. 4. & Lau Cal.cons.3. qvòd dictus dominus.col.2.* §.Cautius tamen es

3 * qvòd detur ad id expressa licentia, ut tollatur qvæsti voluntatis testatoris: nam posset qvis non ab re dubitare an verbo illo,liberè, intelligatur data potestas sibi jus d cendi, *ut per Cuma.consi.114. Antonius. colum.* 3. Verbu namq; hoc liberè, non simpliciter accipitur, sed restring tur ad alias leges de materia loqventes, *c. 2. de feud. ju ctis.no per Bart.in l.1. §. permittitur.ff. de aqva qvotid. per Decium consi.131. revocatur.col.2.* Magis tamen plac opinio contrar. qvoniam legatarius, & fideicommissari non solùm qvando habent expressam licentiam à testator verùm etiam ex conjectura voluntatis possunt res accipe propria authoritate, *ut patet ex allegatis per Decium co 318. visa.colum.* 1. Etsi fideicommissarius timeret aliqv impedimentum sibi inferri in adipiscenda possessione, po set implorare officium judicis, ut manu militari imped menta removeat, qvòd judex facere debet. *ita tenet Bal consi.234. veritas.libro tertio.arg.l.fin.ff. de offic. procur. Casa. & lege qvibus diebus. ff. de condit. & demonstr. f not.per Bald.& Alex.in l.si super.C.de transaction.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXV. TIT. V.

§. Qvo remedio hæres rogatus sub conditione restitue hæreditatem à legatariis cautionem petere impediatur.

SUMMARIA.

1. *Hæres rogatus sub conditione hæreditatem restitu re, utrum impediatur petere cautionem à legat riis.*
2. *Partem potest, qvi totum potest.*
   Legata pura an patiantur deductionem aliqvam consvetudine, si fideicommissum sit conditiona ibid.
3. *Consvetudo an probetur per dictum Doctoris scribe tis sic de consvetudine servari.*

D

Digitized by Google

Doctori asserenti aliqvid de consvetudine servari qvando credatur, ibid.

HÆres, * cui alius substitutus est, si decesserit sine liberis, potest, ut qvidam opinantur, qvartam deduce- 1
re de legatis, non expectato mortis eventu. sed Bar. tenet 2
contrarium, & dicit receptum esse, qvòd ratione conditionalis fideicommissi legatarii caveant de restituendo hæredi, si qvid ultra Falcidiam eveniente conditione fideicommissi eos cepisse constiterit. *l. 1. §. si legata ff. si cui plus, q. am per l. Falc.* & * opinionem hanc totus mundus ser- *
vat, *ut post Bart. dicunt Paul. de Cast. & Jas. in l. Marcellus. §. idem Pomponius ff. ad Treb.* §. Sed si testator velit occasione fideicommissi conditionalis non gravari legatarios ad hujusmodi cautionem præstandam, remedium est, qvòd testator legatariis, seu fideicommissariis remittat necessitatem cavendi, *l. 2. C. ut in poss. leg. ut per Jasonem in l. nemo. col. ult. ff. de leg. 1.* §. Secundum remedium est, * qvòd 2
mandet legata integra, & sine ulla diminutione persolvi. Nam si testator in totum potest qvartæ deductionem prohibere. §. *si vero expressim. in Auth. de hared. & Falc.* facilius poterit ex parte minuere, *l. videamus. §. jurare. ff. de in lit. jur.* hæc de jure scripto procedunt. De consvetudine autem servatur, qvòd ubi legata pura sunt, & fideicommissum est conditionale, nihil de legatis detrahatur, & qvarta tantum deducatur ex bonis fideicommissario restituendis; & ita communiter servari dicit Barb. *cons. 58. illud. col. 2. & 3. lib. 3.* Uti tamen dicto remedio expedit: qvia legatarii relevantur ab onere probandi consvetudinem, qvæ alias probanda esset: * qvia non creditur Doctori di- 3
centi aliqvid de consvetudine servari, *ut patet ex dictis per Alexan. in l. post dotem. ff. solut. matrimon. & per Dec. cons. 142. & pro tenui. colum. 2. & cons. 185. & pro tenui. posi. & cons. 402. in causa, colum. fi. & consi. 471. testator. colum. 2.* & licet secundum qvosdam assertio Doctoris inducat præsumptionem, & transferat in partem adversam onus probandi, secundum veriorem opinionem, & conclusionem hanc seqvitur idem Decius *cons. 539. in casu. & cons. 694. pro resolutione.* Hoc tamen procedit tantùm in curia, in qva versatus est Doctor ille, qvi suis scriptis de re aliqva esse consvetudinem attestatur, *ut per Par. de Put. in*

tracta. synd. in versicu. Doctor, seu advocatus. Alex. cons. 5. circa primum column. ultim. lib. 3. & Decius cons. 472. testator. col. 2. Et hoc modo posset procedere dictum Barto. *in repet.* l. *de quibus. colum. 9. ff. de legi.* & ita servavi, tam in generali Curia provinciæ Marchiæ Anconitanæ, dum ibi essem auditor, & locum tenens reverendissimi D. domini Joannis Cardinalis Tranensis, tunc Legati justissimi optimique, prudentissimi ac integerrimi vicelegati R. D. Bernardini Tempestivi, qvàm in Rom. Curia, dum ibi essem locum tenens reverendissimi D. Hieronymi Ghinuti, tunc generalis auditoris Cam. Apostol. nunc Cardinalis meritissimi, re maturè discussa cum excellentibus earundem curiarum advocatis.

I. D. DURANTIS CAUT. XXXIII. TIT. V.

§. Qvo remedio illegitimi comprehendantur in relicto familiæ testatoris,

SUMMARIA.

1. *Spurii non dicuntur de domo seu familia.*
Familiæ appellatio non porrigitur ad spurios.
2. *Spurii non admittuntur ad fideicommissum relictum familiæ seu stipiti domus, nisi appareat de mente testatoris.*

1 NOn * legitimè nati neqvaqvam familiæ & agnationis nomine continentur. *Inst. de leg. agn. suc. §. qui vulgo. Bart. in* l. *tutelas. de cap. dimi. cum allegatis per Imo. & Alex. in* l. *ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & per Doctores in* l. *fin. C. de verborum sig.* ideo ad fideicomissum relictum familiæ, seu stipiti domus, vulgò concepti non admittentur, cùm non dicantur de domo, secundum juris consonam interpretationem. *Bart. in* l. *pronunciatio. §. familiæ.*
2 *ff. de verbo. sign.* §. Sed si testator * illegitimè natos vel saltem in defectum legitimæ prolis admitti, remedium est qvòd id exprimat & declaret: nam qvando constat de mente testatoris, etiam non legitimè nati vocabuntur ad fideicommissum relictum familiæ, *ut no. per Bart. in d. l. tutelas. & Imo. & Alex. in d. §. si quis rogatus. & per Soc. cons. 10 visis. colum. 4. lib. 3.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXII. TIT. V.

§. Qvo remedio fœminæ ab hæreditate restituenda familiæ repellantur.

Su

Digitized by Google

SUMMARIA.

1. Familiæ appellatio continet etiam fœminas.

2. Fœminæ non sunt de stipite seu cippo domus.

Masculi agnati quomodo substituantur ad excludendas fœminas. ibidem.

3. Neptis quoque ex filio vocabitur ad hæreditatem ex substitutione descendentium per lineam masculinam.

Masculina linea utrum comprehendat neptes ex masculo. ibidem.

Descendentes per lineam masculinam dicuntur etiam neptes ex masculo. ibid.

4. Linea masculina quos comprehendat.

AD fideicommissum * relictum his, qvi de familia sunt, 1
fœminæ qvoq; descendentes ex masculis admittuntur: qvia familiæ appellatio ad fœminas qvoqve refertur, l. *pronunciatio. ff. de verbor. signific.* l. *voluntas. & ibi Doct. C. de fideicom.* Sed si testator pro conservanda dignitate agnationis suæ velit masculos agnatos, & non fœminas ex fideicommissaria substitutione succedere, remedium est, * 2
qvòd testator substituat ipsum agnationis stipitem, qvem vulgo dicimus cippum domus, sic fœminæ non comprehenduntur verbis substitutionis: qvia mulier ramusculis, & frondibus, & non stipiti comparatur, *ut dicit Cor. cons. 55. Pro decisione. colum. 3. lib. 1. & cons. 96. Licet videatur. col. 3. ver. ultimò pondero. lib. 3.* * Etsi testator substituat de- 3
scendentes per lineam masculinam, neptis qvoqve ex filio masculo ad hæreditatem ex substitutione vocabitur, *per no. per Bal. in l. Gallus. §. nunc de lege. col. 2. vers. 6. & ultimo. ff. de libe. & posth.* §. Sed si testator neptem admitti nolit, remedium est, qvòd ita substitutionis verba concipiat, videlicet, substituit per virilem sexum descendentes, *per not. per Bal. in authen. si qvas ruinas. C. de sacrosanct. eccl. Spec. tit. de loc. §. nunc aliqva. q. 146. Alex. & Jas. in d. §. nunc de lege. & Alex. cons. 43. Consideratis his. lib. 3. & Soc. cons. 227. Præsens consultatio col. 8. & versi. confirmantur optimè parte 2.* * Et notandum est, qvòd si testator substituat li- 4
neam

neam masculinam, intelliguntur etiam substituti agnati ex linea transversali: qvia indefinita æqvipollet universali. l. *si pluribus. ff. de leg. 2. Cuma. cons. 2. Proponitur.* Sed si testator aliud sentiat, substitnat masculos ex ipso testatore descendentes, *per ea, qvæ scribit Deci. cons. 379. Reqvisitum. column. 2.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXVII. TIT. V.

§. Qvo remedio hæres non perdat Trebellianicam ob omissionem inventarii, & alienata non imputentur in qvartam.

SUMMARIA.

1. *Hæres rogatus alteri restituere hæreditatem, tenetur inventarium facere, ut Trebellianicam non amittat.*

Inventarium hæres si non faciat, perdit Trebellianicam, ibidem.

2. *Inventarii faciendi necessitatem remittere testator potest.*

Legitima non perditur omissione inventarii, ibidem.

3. *Hæres si non fecerit inventarium, tenetur legatariis etiam ultra vires hæreditarias.*

1 HÆres * rogatus alteri restituere hæreditatem, inventarium facere cogitur, ut Trebellianicam non amittat. §. *si verò non fecerit. in auth. de hared. & falc.* qvi text. generaliter de fideicommissariis loqvens, universalem qvoqve fideicommissarium comprehendit, l. 1. §. *generaliter. ff. de leg. præst. cap. si Romanorum. 19. distinct. Doctores in l. Marcellus. ff. ad Trebell.* & qvòd fideicommissarius, qvi non fecit inventarium, Trebellianicam perdat, tenent Old. *cons.* 134. *satis credo.* & Bartol. *cons.* 51. *Bonaventura. & cons.* 234. *Helena Martarelli.* sibi tamen contrarius *cons.* 2. Et eandem opinionem seqvitur *Fulgos. cons. 23. humanissime. & cons. 96. pro decisione.* Bald. *cons.* 354. *ad evidentiam. lib.* 5. Paul. de Castr. *cons.* 207. *super primo.* & Cor. *cons.* 303. *plura. colum.* 4. *lib.* 1. & procedit opinio hæc, etiamsi hæres sit filius testatoris, ut per Bald. *cons.* 403. *in substitutione. lib.* 2. & Corn. *cons.* 168. *in hac consultatione. colum.* 3. *lib.* 3. ubi dicit hanc esse magi

com

Digitized by Google

communem opinionem. idem dicit Dec. *cons. 236. non parva difficultas. col. 4. & Cor. cons. 22. in hac consultatione. lib. secundo. Eandem opinionem seqvitur Barb. cons. 46. difficile. colum. fi. lib. 3.* §. Sed si testator velit, hæredi omissionem inventarii non nocere, remedium est, * qvòd 2
ipse testator remittat hæredi necessitatem faciendi inventarium, l. *fin. C. arb. tut.* l. *cum tale. §. 1. ubi Bald. & Imo. ff. de cond. & dem. Corn. cons. 29. in regno Hispaniæ, in fi. cum allegatis per Decium cons. 408. visa & iterum lecta. colum. secunda. & Socin. cons. 51. viso testamento. lib. 3.* & uti prædicto remedio proderit, * ad tollendam litem 3
inter fideicommissarium & hæredem, qvoniam licet prædicta opinio dicatur communis per Doctores suprà relatos, valde tamen dubia est, & de ea sunt diversæ juris interpretum sententiæ, ut patet ex his, qvæ congerunt Doctor. *in d.* l. *Marcellus.* & Alex. *cons. 67. visis. lib. 4.* dicit * *
communem opinionem esse, qvòd hæres non amittat Trebellianicam, si inventarium non fecerit, & qvæstio adeò ambigua est, ut decisionem principis desideret, *ut dicit Rom. in tit. de test. dec. 3. in eadem. in collectis per Cassio.* De legitima conveniunt Doct. qvòd omissione inventarii non perdatur. *gloss. in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. Old. d. cons. 134. Bart. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. & vide allegata per Cors. in tract. de potest. reg. in materia Trebellianica. q. 73.* ideo qvantum ad detractionem legitimæ, remedium prædictum non est necessarium. * Proderit qvoqve contra legatarios hujusmodi re- 4
missio inventarii. nam licet hæres non faciens inventarium, teneatur legatariis ultra vires hæreditatis, tamen testator potest providere, ne ultra vires patrimonii legata præstentur, *ut per Bald. cons. 220. considerandum. lib. 4.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXI. TIT. V.

§. Qvo remedio fideicommissarius nullam detractionem Trebellianicæ vel legitimæ patiatur.

SUMMARIA.

1. *Qvarta Trebellianica potest ab hærede rogato hæreditatem restituere, detrahi.*
Qvartæ duæ qvando detrahi possunt, ibid. & num. 5.

2. *Qvartæ detractionem qvando fideicommissariu[s] non patiatur.*

3. *Qvartæ Trebellianicæ detractio prohiberi potest &c nu. 4.*

6. *Legitimæ detractio in restitutione hæreditatis ex fideicommissaria substitutione qvo remedio cesset.*

7. *Qvarta canonica ex legatis ad pias causas prohiberi non potest.*

1 HÆres * rogatus hæreditatem restituere, ex senatusconsulto Trebelliano qvartam retinere potest. §. *se[d] qvia stipulationes. Inst. de fideicommiss. hæred.* & si filius sit ultra Trebellianicam poterit detrahere legitimam, qvando utriusq; qvartæ detractio eodem tempore non concurrit. *c. Raynu. & c. Raynu. de test Doct. in* l. *qvanqvam. C. ad leg. Fal. Bal. cons.* 488. *factum super qvo.* l. 1. *Bart. in l. Papinianus. §. meminiss. ff. de inoffi. testa. Fulg. cons.* 26. *stante statuto. cum allegatus per Alex. in l. in ratione. §. qvod vulgo. ff. ad legem Fal. & consi.* 43. *attenta. in fin.* l. 2. ubi dicit jus deducendi qvartam transire ad hæredes, per tex. *in* l. *qvanqvam. C. ad leg. Falc. & consi.* 142. *circa primam dubitationem. col.* 4. l. 2. & hæc est * communis opinio, qvam approbavit usus mundi volentis in hoc stare canonibus, *u[t] legitur inter cons. Bal. consi.* 282. *qvidam Ser. Cola. & cons.* 377. *qvidam. Alex.* l. 3. §. Sed si testator velit sine Trebellianicæ detractione hæreditatem ad fideicommissarium pervenire, remedium est, qvòd detractionem Trebellianicæ expressè prohibeat, qvod facere potest. §. *si verò expressim. in auth. de hære. & Falc. secundum gl. in d. §. sed qvia stipulationes. in versic. liceat. Bart. in Auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falc.* & opinio hæc ratione non caret: qvia tex. in §. si expressim. loqvens in Falcidia, est ad Trebellianicam extendendus. Nam per hoc ad jus commune revertimur. *lege verbis. ff. de verbor. sign.* & ubi reditur ad jus commune, lex nova etiam correctoria recipit extensionem. *gl. in c. statutum. de præb.* l. 6. maximè ubi sub lata significatione vocabuli, casus, de qvo fit extensio, comprehenditur. *glos. in Clem.* 1. *de ele.* & appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum est, *per not. in auth. [illegible]*

2

Digitized by Google

parens. C. de inoffi. testam. & opinionem hanc communiter approbari dicit Alexand. *in* l. *Marcellus. ff. ad Treb. post Ioan. de Imo. ibi*, & qvòd ista sit * communis opinio, dicit *
etiam Barba. *consi.* 10. *illud. colum.* 10. l. 4. *& Jason cons.* 84. *omissa. colum.* 8. *parte prima. & consi.* 146. *præsupposito. secunda parte.* Et notandum est, * qvòd si testator hære- 3
ditatem restitui mandaverit totam, vel integram, vel pleno jure, vel usus fuerit his verbis, restituat omnia bona, vel residuum bonorum, aut qvicqvid ex bonis pervenerit, videtur Trebellianicam prohibuisse, *per ea qvæ no. gl. in* l. *decem. ff. de fideicommiss. liberta.* qvam singularem esse dicit Angel. *ibi, & Bald. in dict. auth. sed cùm testator. facit* l. *fin. C. ad legem Falc. & hoc approbat. Alexand. in* l. *centurio. col.* 22. *vers. nota tamen. ff. de vulg. & pup. & consi.* 101. *perspectu verbis. colum.* 1. *lib.* 6. & * communem sententiam hanc esse scribit idem Alexan. *consi.* 5. *circa primum. versi. bene facit. libr.* 3. *fac. no. per Alex. consi.* 133. *super qvæsitis.* l. 5. *& comprobatur ex aliis relatis per Corse. in tract. de potesta. reg. qvæst.* 73. §. 2. licet contrarium teneat Ludo. Roma. *cons.* 75. *nescio. & consi.* 79. *totum fundamentum. & consi.* 239. *in re hac. & Felinus in cap. audisis. colum.* 3. *de præscrip. & Jason. cons.* 84. *puto. cum aliis allegatis ab eod.* l. 1. §. Cautius tamen est geminare verba, jubendo totam & integram hæreditatem plenè restitui, *per* l. *si post manumissionem. ff. ad leg. Falc. &* l. *Balista. ff. ad Treb. fac. no. per Alex. in d.* l. *centurio. colum.* 22. *versic. tamen. & melius per Corn. cons.* 207. *de pluribus. colum.* 3. *ver. posset qvis instare.* l. 2. Prohibuisse etiam Trebellianicam intelligitur testator prohibendo bona alienari, *authent. sed in ea re. C. ad legem Falc. Zab. cons.* 113. *respondeo. & Corse. d. q.* 73. §. 1. *colum.* 3. §. Nullum autem tutius remedium est, qvàm expressa prohibitio detrahendi Trebellianicam. *dict.* §. *si vero expressim. ut per Jason. d. consi.* 84. 4
col. 10. * Et ignorandum non est multos opinari, qvòd prohibitio detractionis Trebellianicæ inefficax sit, qvando filius primi gradus rogatur hæreditatem alteri restituere. *per* l. *jubemus. C. ad Treb. & ibi hoc tenet Bal. & seqvitur Alex. d. consi.* 5. *in fin.* & * communiter opinionem hanc teneri *
scribit Jas. *in d.* l. *Marcellus. & in consi.* 99. *dominus. parte* 2, ubi dicit, non posse hoc casu fructus in Trebellianicam

imputari ex expressa voluntate testatoris. *Et Dec. cons. 81*
in casu. colum. 2. & cons. 299. consultus. in fin. qvamvis Cor-
* *se. d. qvæst. 73. §. 1. colum. 3.* per allega. per eum ibi dicat, *
communem opinionem esse in contrarium. *& Alex. cons.*
29. perspectu. lib. 5. & Corse. cons. 22. in hac consultatione
colum. 9. l. 2. Dec. autem consi. 480. *in casu.* nititur opinio-
nes ad concordiam reducere, ut videre poteris. Et nolo te
ignorare, qvod novissimis temporibus Rota, cum iste ca-
sus ventilaretur coram ea, & dubitaretur, an testator pro-
hibere posset Trebellianicam in liberis primi gradus, pro-
pter conflictum opinionum, noluit causam sententia deci-
dere, sed litigantes ad transigendum induxit, *ut refert*
5 *Cassiod. in tit. de testa. decis. 4. utrum Trebellianica.* * U
autem etiam filius primi gradus duas qvartas non detrahat
sed solam legitimam retineat, melius remedium est, qvo
pater jubeat Trebellianicam in legitimam computari, pot
est enim testator facere per indirectum, qvod directo pro-
hibere non posset, l. *si debitor. cum ibi relatis per Alex. ff.*
ad legem Falc. & per Barb. in d. c. Raynutius. fol. 30. Item
6 notandum est, qvod * filius rogatus hæreditatem restitue-
re post mortem suam, potest legitimam detrahere, l. *ex*
tribus. & l. *qvoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. & ib*
per Doct. & per Fulg. cons. 39. tertio principaliter. §. Sed u
restitutione hæreditatis legitimæ detractio cesset, reme-
dium est, qvod testator roget filium etiam legitimam resti-
tuere, adjiciendo, qvod si onere fideicommissi filius non fi
contentus, tunc intelligatur, & sit tantum in legitima in-
stitutus, & in residuo instituat, atq; substituat, qvos per fi-
deicommissum substituere proponebat. Nam si filius hære-
ditati se immisceat per approbationem testamenti, non so-
lum legitimam, sed & bona sua propria, & non à patre ha-
bita fideicommissario dimittere tenetur, si ita jusserit testa-
tor, l. *cohæredi. §. cum filia. cum gl. in ver. tenebuntur. ff. d*
vulg. & pup. l. *ex facto. ff. ad Treb.* l. *Imperator. §. si cer-*
tum. ff. de legat. 2. Dec. cons. 687. visis & diligenter. N
obstat consilium Deci. 688. *ad confirmationem. col. 3.* u
dicit, filium non obstante approbatione testamenti posse le-
gitimam detrahere: nam respondetur, qvod illud pote
procedere, qvando testator non rogasset filium expresse r
stituere legitimam substituto. *Confirmantur prædicta*
dec.

dictis per Cum a. consi. 25. Francis cus. & consi. 52. ad primum quaesitum. Sic igitur poterit testator hæreditatem integram ad suos posteros, vel agnatos devolvere, mortuo filio hærede instituto, & æqvitatem habent remedia hæc, qvoniam agnationi bona sunt qvasi debita, & Reipub. expedit bona agnatis deferri. Nam divitiis familiarum dignitas conservatur, *l.1. §. si servus. ff. de ventr. insp. in auth. de desen. ci-vitatu a prin. & in auth. ut omn. ob. ju. prou. §. 1. fac. l. pie-tatis. C. de suspect. tut. cum allegatis per Barba. in Rubric. de successio ab intestato. colum. 4.* * Qvarta autem canonica, qvæ detrahitur ex legatis ad pias causas, à testatore prohiberi non potest, *c. officij. de test. & ibi Doct.* Si tamen pius testator pia legata vellet integra præstari, remedium est, qvòd leget personis, & non loco, vel pro ornamentis ecclesiasticis, ut pro calice, patinis, vestibus, vel pro ecclesia reparanda, pro cruce, & fabrica ecclesiæ, vel aliorum piorum locorum, vel alias ad cultum divinum, *c. de his. cum ibi congestis per Barb. de testam. & Pau. de Cast. consi. 242. videtur mihi.* 7

QVANDO DIES LEGATORUM VEL FIDEICOMMISSORUM CEDAT. Tit. II.

I. D. Durantis Caut. LIV.

§. Qvo remedio transmittat legatum præmoriens legatarius, cui solvendum erat, qvum ad ætatem legitimam pervenisset.

SUMMARIA.

1. *Legatarius, cui solvendum erat, qvum ad ætatem legitimam pervenisset, præmoriens, qvomodo transmittat legatum.*
2. *Dies incertus conditionem facit.*

SI cui * legetur, cum ad ætatem legitimam pervenerit, & is antea moriatur, hæredes ejus legati commodum non habebunt, qvia conditionale legatum est, *l. si cui. §. 1. ff. de lega. 1.* Sed ut legatum hujusmodi transmittat legatarius ad hæredes, remedium est, qvòd legatum detur puro, & exeqvutio ac solutio differatur legando simpliciter, deinde dicatur, qvod legatum solvatur, cùm pervenerit legatarius ad ætatem legitimam, *l. ex his. C. qvan. di. lega. ced. per Doctores in dict. §. 1. & Socinum in l. Publius. §. Titia.* 1

3 §. *Titia.ff. de condit.& demonst.* Hoc * tamen remedium non prodesset, qvando solutio differretur in diem non omnimodo eventurum. Nam si testator leget Lucillæ centum, qvæ ei solvi mandet, cum nupserit, si Lucilla prius-qvam nubat moriatur, hæredes ejus legati petitionem non habebunt, *l.cum testator.C.de man.testam.ut per Ang. & Alex.in l.Saturninus.ff.ad Trebellian.*§.Cautela est igitur, qvòd testator volens legatum transmitti, hoc expressè disponat. potest enim testator transmissibile facere, qvod de jure non transmittitur ad hæredes. *Bald. in cap. Cumana.de elect.& per Jasonem in l.nemo.col.9.ff.de leg.1.*

I. D. DURANTIS CAUT. XXXIIX.

§. Qvo remedio ad hæredes legata conditionalia transmittantur.

SUMMARIA.

1. *Conditio, si impleta non fuerit in vita legatarii, legatum non transmittitur.*
2. *Testator facere potest, qvòd non transmissibile transmittatur ad hæredes.*
3. *Conditio qvando fit per dictionem, si, vel hac conditione, qvando modum, & qvando conditionem significat.*

1 SI legatarius * conditione pendente decedat, qvamvis postea conditio extiterit, hæres legatarii lucrum legati non habebit, qvia conditionale legatum non transmittitur ad hæredes, *l.1.§.sin autem.C.de cadu.tollen.gl.in §.ex conditionali.Inst. de verborum obligat. Abb.consi.85. duo ut morem.lib.1.Bal.consi.28. super primo. lib. 2. & consi.410. Lucas.* l. 3. §. Sed ut legatum habeat hæres legatarii, qvandocunq; impleta conditio fuerit, remedium est, qvòd testa-

2 tor hoc disponat: nam * potest testator facere, qvòd non transmissibile ad hæredes transmittatur, *secundum Bald. in cap.Cumana.de elect.& Jason.in l.nemo. in rep.colu. 9. ver. item qvod legatum.ff.de leg.1.per* L.1.*C.ut actio.ab hære.& cont.hær. cum aliis allegatis per eundem Jas. in l. testandi. column.ultim. C. de testa.fac.dicta supra de subst. Caut. 23. si substitutus.* Et transmissibile fiet legatum ad hæredes, si testator leget hoc modo: Lego Titio, & hære-

dibus

Digitized by Google

dibus ejus, *secundum Bal.consi.93. super dictis punctis.* l. 2. *& consi.108. domina Joanna.*l. 3. Et notandum est, * qvòd si testator velit suspendere legatum in aliqvem futurum eventum, & facere legatum conditionale, si relinqvat ita dicendo, sub conditione hac, &c. non erit legatum conditionale, nam hujusmodi verbo non conditio, sed modus significatur. *l.Mævia.ff.de mann.test.a.*l.2. *§.fina.ff.de don. Bal.in l.ea conditione.ff.de cond. & demon. Bart.in l. qvibus diebus. §.Termilius.colum.2.ff. eo. & consi. 4. factum.* Sed ut legatum conditionale reddatur, testator utatur dictione, si, qvia dictio hæc, si, facit propriam & veram conditionem, *ut per glo.& Bart.in* l.1.*ff. de cond.& demonstr. & Jason.consi.162.in causa contradictionis.colum. 4.parte prima.* 3

UT LEGATORUM SEU FIDEICOMMISSORUM CONSERVANDORUM CAUSSA CAVEATUR. TIT. III.

§. Vide suprà Tit. de usufructu legato in fin.

UT IN POSSESSIONE LEGATORUM, SEU FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA ESSE LICEAT. TIT. IV.

I. D. DURANTIS CAUT. XII.

§. Qvo remedio possit testator facere, qvod legatarius possessionem rei legatæ possit propria authoritate nancisci.

SUMMARIA.

1. *Legatarius, occupans rem legatam authoritate propria qvando cadat à jure suo.*
2. *Heres institutus etiam in re certa potest possessionem rei authoritate propria nancisci.*
3. *Possessio transfertur in legatarium, si testator constituat se possidere nomine legatarii.*
4. *Licentia rei apprehendendæ authoritate propria potest à testatore dari fideicommissario, ut suprà de substitu. cau. 22. numero 3. etiam legatario, ut ut suprà de leg. cau. 22. numero. 4.*

Possessio potest accipi authoritate propria per legatarios

rios de licentia testatoris, & suprà de testamen. ord. caut. 3. & de lega. cautel. 12.

1 LEGATARIUS * etiamsi non vi, sed clam occupet rem legatam, cadit à jure suo, l. *non est dubium. C. de leg. & ibi doct.* qvod specialiter inductum est in debito ex causa lucrativa, ex ultima voluntate, cum in aliis vis expulsiva vel compulsiva reqviratur, ut sibi jus dicens cadat à jure suo, ita * communiter intelligitur l. *extat ff. qvod met. cau. secundum Alexan. in d.* l. *non est dubium.* Legatarius igitur privatur jure suo, & incidit in l. si qvis in tantum. C. unde vi. sive hæredem aliumve possessorem vi expulerit, sive non admittat revertentem, *secundum Corn. cons. 207. De pluribus. columm. fin. lib. 2. per* l. *clam possidere.* §. *fi. ff. de acqvi. poss.* qvod procedit, si legatarius apprehendat rem post aditam hæreditatem, non aliter. l. 1. §. *rediguntur. ff. qvorum lega. ut per Ludo. Roma. cons. 312. Circa propositam cum allegatis per Dec. cons. 243. ut clarior reddatur, colum. fin. & cons. 424. Proponitur. colum. fi.* §. Sed si licet legatario impunè rei relictæ possessionem apprehen-

2 dere, remedium primum est, * qvòd res relinqvatur titulo institutionis, qvia hæres institutus etiam in re certa, potest possessionem propria autoritate nancisci, *per regulam* l. *cùm hæredes. ff. de acqvir. poss. secundum Bart. in l. ex facto. 2 ff. de hæred. inst.* Cujus dictum seqvitur, & notabile reputat Alex. *in* l. *qvoties. colum. 3. ff. de hære. instit. & Barb. in c. Raynutius. colum. 63. de testam. & Dec. in* l. *fin. col. 7. C. de edi. di. Adr. tol.* §. Secundum remedium

3 est, * qvòd testator cõstituat se legatarii nomine possidere, *ut per Jaso. in rep.* l. *nemo. col. 9. ff. de leg. 1.* potest namque testator tradendo, mortem prævenire. l. *Lucius. ff. de lega. 2.* & constituendo se possidere nomine legatarii, rem tradidisse censetur. l. *qvod meo ff. de acqvir. possess. gloss. & in d.* l. *ab emptione. ff. de pact.* §. Tertium remedium est, *

4 qvod testator det legatario licentiam apprehendendi rem propria authoritate, qvod testator facere potest, *secundum Alex. in d. l. qvoties. & in d.* l. *non est dubium per* l. *Titia testamento.* §. *Lucius. ff. de legat. 2. Cuma. cons. 61. Petrus hæres. Zabar. cons. 51. Titius condidit. col. ultim. cum allegatis per Ias. in* l. *justè possidet. col. pen. ff. de acqvir*

gvir. pos. & *per Deci. cons. 418. Visa. col. 2.* ubi dicit videri datam hujusmodi licentiam eo ipso, qvod testator prohibet molestiam fieri legatario, *per ea, qva ipse allegat ib.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER XXXVII.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS. Tit. I.
SI TABULÆ TESTAMENTI EXTABUNT. Tit. II.
DE BONORUM POSSESSIONE FURIOSO, INFANTI, MUTO, SURDO, CÆCO, COMPETENTE. Tit. III.
DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS. Tit. IV.
DE LEGATIS PRÆSTANDIS CONTRA TABULAS BONORUM POSSESSIONE PETITA. Tit. V.
DE COLLATIONE BONORUM. Tit. VI.

I. D. Durantis Caut. IV. Tit. IIX.

§. Qvo remedio non fiat, vel fiat collatio bonorum inter filios testatoris.

SUMMARIA.

1. *Filiæ dotem fratribus conferre tenentur, si ad successionem paternam admitti velint.*
2. *Collationem bonorum potest prohibere testator, & mandare fieri etiam ubi de jure facienda non est, & num. seqvent.*

FILIÆ * dotem, & filii emancipati bona ab ipsis qvæsita, 1
fratribus conferre tenentur, si ad successionem parentum admitti velint. l. 1. *ff. de collatio. dot.* l. 1. *ff. de colla. bon.* §. Sed si testator velit necessitatem collationis tollere, remedium est, qvòd ipse * testator collationem fieri expres- 2
sè prohibeat, *aut. ex testamento. ubi Alexand. & alij Doct. C. de colla. & per Lud. Rom. cons. 253. Videamus. & Soci. cons. 127. Qvoniam in præsenti. col. pen. lib. 3.* ubi sentit codicillis & testamento etiam invalido posse fieri à parentibus talem prohibitionem, & servandam esse. *argu.* l. *qvi à patre. cum ibi nota. per Bald. ff. de cons. tuto.* & l. *fi. ff. de reb. eo.* Et * si testator velit inter cohæredes fieri collatio- 3
nem,

nem, ubi de jure conferre tenetur, remedium est, qvòd conferri bona mandet. Potest etiam hoc facere testator, & cogentur succedere volentes habere ratam voluntatem defuncti. l. 1. *ubi Bald. & alij Doct. C. de colla.*

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXXVII.

§.Pro filio,qvi,qvid debet conferre cum fratribus,ad hoc ut teneatur illud conferre.

SUMMARIUM.

1. Dos filiæ in patris bonis non est.

SI frater habuit aliqvid præcipuum à patre, fortè in præmium emancipationis,vel aliter in casu, qvo regulariter illud veniat conferendum, qvæ Cautela debeat adhiberi,ut non teneatur id conferre cum fratribus, qvando agitur de collatione facienda §.Dicit,qvòd Cautela est ista,qvòd filius,qvi habet aliqvid præcipuum,anteqvam veniat ad collationem cum fratribꝰ,det illud in dotem filiæ suæ,vel aliter distrahatur, ita, qvòd non inveniatur tempore collationis, vel tempore mortis patris in bonis filii, vel fratris, qvia tunc ad illud conferendum non tenebitur, *ut ff. de coll.* l. 1.
1 *in fin. & no. in* l. *ea demum. de coll.* Et est ratio in dote, * qvia dos filiæ non est in bonis patris. *Cod. de revo. his, qvæ in frau. ali. sunt.* l. *in successione. & habetur in* l. 3. §. *sed utrum. ff. de min. & in* l. *Pomp. Philadelphus. ff. famil. herciscund. & ita tenet Tancred. de Cor. in qvodam suo opere judiciale, in ultima parte, in 12. qvæst.* & istud ego intelligo verum, nisi constaret, qvòd illa alienatio, vel dotis datio fuisset facta in fraudem causa evitandæ coll. *argu. d.* l. *in successione.* qvæ fraus probaretur, si dotans, vel alienans hoc prius dixisset. *argum. glo. no. in* l. *si prætor.* §. *Marcellus. ff. de jud.* vel qvando per aliqva indicia perspicua aliter probaretur, *juxta* l. *dolum. cum ibi no. C. de dolo.*

DE COLLATIONE DOTIS. Titul. VII.

DE VENTRE IN POSSESSIONEM MITTENDO, ET CURATORE EJUS. Tit. IIX.

DE CONJUNGENDIS CUM EMANCIPATO LIBERIS EJUS. Tit. IX.

DE CARBONIANO EDICTO. Titul. X.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS SECUNDUM TABULAS. Tit. XI.

SI

SI A PARENTE QVIS MANUMISSUS SIT. Tit. XII.

DE BONORUM POSSESSIONE EX TESTAMENTO MILITIS. Tit. XIII.

DE JURE PATRONATUS. Tit. XIV.

DE OBSEQVIIS PARENTIBUS ET PATRONIS PRÆSTANDIS. Tit. XV.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER XXXIIX.

DE OPERIS LIBERTORUM. Tit. I.

DE BONIS LIBERTORUM. Tit. II.

DE LIBERTIS UNIVERSITATIS. Tit. III.

DE ASSIGNANDIS LIBERTIS. Tit. IV.

SI QVID IN FRAUDEM PATRONI FACTUM SIT. Tit. V.

SI TABULÆ TESTAMENTI NULLÆ EXTABUNT UNDE LIBERI. Tit. VI.

UNDE LIBERI. Tit. VII.

UNDE LEGITIMI. Tit. IIX.

UNDE COGNATI. Tit. IX.

DE SUCCESSORIO EDICTO. Tit. X.

DE GRADIBUS, ET AFFINIBUS, ET NOMINIBUS EORUM. Tit. XI.

UNDE VIR ET UXOR. Tit. XII.

I. D. DURANTIS CAUT. XX. TIT. IIX.

§. Qvo remedio uxor impediatur succedere viro in qvarta, qvam ei defert jus Authenticorum.

SUMMARIA.

1. *Vidua succedit in qvarta parte bonorum vir, vel pro virili, qvando matrimonium est sine dote, vel cum parva dote.*
Dos parva dicitur, qvæ non sufficit ad alimoniam mulieris. ibid.

2. *Qvartam partem uxori debitam an testator prohibere possit.*
Testator utrum possit prohibere, ne uxor habeat qvartam, qvæ defertur ei jure auth. præterea. C. unde vir & uxor. ibid.

Uxor non habet querelam inofficiosæ donationis.

1 UXOR * ſuccedit in qvarta parte bonorum viri, ſi libe[ri] non ſint ultra tres, alias ſuccedit in virili portione [.] legatum factum conjugi non tollit dictam ſucceſſione[m] ſed computatur in partem. *auth. præterea. C. unde vir. uxor.* & locum habet dicta ſucceſſio, qvando matrimoni[um] eſt ſine dote, vel cum parva dote, *ut ibi declarat Alexa[nd.] & Jaſ. poſt alios Doctor.* & dos intelligitur parva, qvan[do] non ſufficeret ad alimoniam uxoris, & hæc eſt commu[nis] opinio, *ut patet ex dictis, & relatis per Barb. conſi. 74. S[...] pſit.* l. 4. Qvod procedit etiam, ſi conjugi poſt acqviſiti[o]nem hujusmodi qvartæ ſupervenirent divitiæ, qvia poſt [ef]fectum conſummatum, ceſſante cauſa, non ceſſat effect[us] *l. fin. ff. und. lib. ut latè per Deci. conſi. 24. Pro virili.* §. [...]

2 ſi teſtator * velit per legatum ei factum uxorem qvart[am] hanc petere non poſſe, remedium eſt, qvòd leget adje[cta] clauſula, qvod plus petere non poſſit. Nam poteſt teſta[tor] prohibere detractionem hujus qvartæ *ſecundum Sal. in auth. præterea. Sed gl. aliter ſentit in §. ſi verò expreſſ[...] in verb. hæredem. in auth. de hær. & fac. & cum gl. vide[tur] eſſe communem opin. ut patet ex relatis per Alex. in d. au[th.] præterea. & per doct. in* l. *ſi cum dotem.* §. *ſi pater. ff. [ſol.] matr.* dum dicunt, debitum deſcendens ex diſpoſition[e] auth. eſſe neceſſarium, & confirmatur hoc ex dictis per [...] *in* l. *filium qvem habentem. col.* 10. *verſ. deinde qværit[ur]*

3 *C. famil. erciſ.* §. Secundum & tutius remedium eſt, * q[vod] teſtator liberis, vel agnatis donet inter vivos bona ſua, [u]ſufructu ſibi reſervato. *l. qviqvis. C. de dona.* Nam u[xor] non habebit qverelam inofficioſæ donationis *l. non usq[ue] adeò. ff. ſi qvis à par. ſue. man. ut per Corn. & Dec. in d. au[th.] præterea.* & comprobatur remedium hoc ex dictis per S[...] *conſ.* 108. *In hac conſultatione,* ubi improbato primo re[me]dio hoc ſecundum ſeqvitur, & confirmatur etiam reme[di]um hoc ex dictis per Corn. *conſ.* 178. *In hac conſultatio[ne] lib.* 2. *& Soc. conſi.* 48. *Capio primum. co um.* 2. & huma[ne] faciet teſtator, ſi legem donationi adjiciat, ut dona[ta]rius uxorem donantis alat, dum vidua erit. Nam [æ]qvitas ſuggerit, ut ex viri fortunis uxor alimenta p[er]cipiat, l. *ſi cum dotem.* §. *ſin autem in ſæviſſimo. ff. ſol. matr.*

DE VETERANORUM ET MILITUM SUCCESSIONE. Tit. XIII.

QVIBUS NON COMPETIT BONORUM POSSESSIO. Tit. XIV.

UT EX LEGIBUS SENATUSVE CONSULTIS BONORUM POSSESSIO DETUR. Tit. XV.

QVIS ORDO IN POSSESSIONIBUS SERVETUR. Tit. XVI.

DE SUIS ET LEGITIMIS HÆREDIBUS. Tit. XVII.

B. Cæpolla Caut. LII.

§. Qvòd ex delicto patris filius non privetur successione.

SUMMARIA.

1. *Filius delicto patris aliqvando successione privatur, non tamen agnatus.*

PROPTER * delictum patris etiam aliqvando privatur filius sua successione, & non agnatus. *de qvo habetur in l. adoptivum. ff. de in jus voc. & in* l. *secunda. C. de libe. & eorum lib. & in c. penult. si vasal. feud. prive. cui deferatur.* sed circa hoc hodie potest adhiberi cautela: qvando proprietas spectat ad filium, & ad patrem usus fructus, qvòd pater renunciet usuifructui, dicit Angel. *in d. l. adoptivum.* qvòd hoc remedium provenit in qvodam patre, qvi calore iracundiæ occidit filium habentem patrimonium maternum, unde ei non poterat succedere, & similiter filii ejus videbantur exclusi à successione, ne patri acqvirant, unde alii attinentes ex latere materno dicebant hæreditatem ad se spectare, pater renunciavit usuifructui, & alii fratres obtinuerunt. 1

I. D. Durantis Caut. III. Tit. II.

§. Qvo remedio liberis, qvibus non datur qverela inofficiosi testamenti, nec bonorum possessio contra tabul, succurratur.

SUMMARIA.

1. *Militum testamenta valent non obstante vitio præteritionis.*
2. *Regia manus, qva olim omnia expediebantur, etiam hodie habet vigorem.*

Querelam vel contra tabulas non habentes possi judicis officium implorare, ut aliqvod vitæ sub dium habeant ex bonis defuncti. ibid.

1 JUre nostro * permissum est militibus præterire filios, sine causa eosdem omni successione privare. l. *de inof ciofo. C. de inof. test.* Idem qvoqve licet filiusfa. habe tibus castrense vel qvasi castrense peculium. Nam cont eorum testamenta parentes non habent inofficiosi qver lam. l. *fin. eo. tit.* Filiis qvoqve naturalibus tantum præ ritis vel exhæredatis à patre non competit qverela in ficiosi testamenti, vel bonorum possessio contra tabula qvoniam contra voluntatem patris non succedunt. *gl. in l. 1. verfic. naturales. ff. de bono. pos. contra tab. & Bart. cum allegatis per Alexand. consi. 74. visa proce in fi. lib. 2. & per Curt. consi. 13. Statuto Janua. col. 5.*
2 *cons. 74. Super memorata. col. 16.* §. Sed * ut filii & pare tes, qvi de jure civili excluduntur à qverela inofficiosi stamenti, vel à bonorum possessio. contra tab. ex bo parentum vel filiorum, aliqvod vitæ subsidium habea remedium est, qvòd implorato superioris officio petant bi tantum ex dictis bonis assignari, qvantum conveniat qvitati naturali, l. *scripto. ff. unde lib.* Qvæ qvidem æq tas, etsi non pariat actionem, tamen exeqvutionem ha manu regia, qvæ omnia expediebantur, anteqvam jure vili actiones componerentur. *l. 2. ff. de ori. jur.* Qvod r medium remanet, & illius perfugio etiam hodie, ubicu qve æqvitas svadet, uti possumus, qvamvis à jure huma omnis sublata sit actio, *ut per Cyn. in* l. *rescripta. colum fin. C. de preci. imper. offer.* & hoc remedio experiens co seqvi poterit, qvantum æqvum videbitur, *ut per Alex. co 144. Animadversis diligenter. colum. fin. lib. 6.*

D. DURANTIS CAUT. IV. TIT. II.

§. Qvo remedio contra testamenta metu vel dolo fact succesfuris ab intestato succurratur.

SUMMARIA.

1. *Legitimæ supplementum petere possunt filii, qvi su in aliqvo hæredes instituti.*
2. *Dolo alterius si qvis fecerit testamentum, datur*

ctio & exceptio ad rescindendum testamentum his, qvi ab intestato succedunt.

3. *Hæres institutus non voluntate testatoris, sed instigatione, seu minis suis, carebit hæreditate.*

4. *Blanditiis licet alium allicere ad testandum.*

INterdum * accidit testatores facere testamenta instigationibus, insidiosisqve suasionibus aliorum, & hæredes instituere, qvos non decet, posthabitis consangvineis, qvibus magis hæreditas relinqvenda erat pro conservanda dignitate familiæ. Et liberis qvidem remedium proditum est, ut qverela inofficiosi testamenti impias parentum voluntates subvertere valeant, l. 3. & 4. *ff. de inoffic. testa.* Competit qvoqve eis petitio supplementi legitimæ, si sint in aliqvo hæredes instituti, l. *omnimodo. C. de inoff. testam.* His autem, qvi ex lateribus sunt cognati, non datur qverela contra testamentum consangvineorum, nisi fratri contra testamentum fratris, qvi turpem personam hæredem fecerit, l. *si fratres. C. de inoff. testam.* §. Sed ut consangvinei testatoris hæreditatem auferant qvibuslibet non sui generis hæredibus dolo scriptis, remedium est, qvòd actione de dolo vel in factum agant contra scriptos hæredes. *ita notabiliter docet. Ang. in d. l. 4. & in* l. *fi. C. si qvis aliqv. testa. prohib. & Veronen. caut. 62. Licet. facit* l. 1. *C. de pet. bono. subla. lib. 10. & c. sunt qvi opes 17. q. 4. & opinionem hanc seqvitur Alex. in* l. *si fratris. C. qvi test. face. poss.* * Etsi consangvinei 1
possideant bona hæreditaria, tunc contra hæredes scriptos 2
dabitur eis exceptio doli, l. 1. *in fi. ff. de dol. excep. ut per Jas. cons. 141. Circa primam. colum. secunda. parte 2.* Simili modo denegantur actiones ei, qvi metu compulit aliqvem ad faciendum testamentum, in qvo ipse institutus est hæres, l. 1. *ff. si qvis aliq. testa. probi. de qvo vide dicta per Barb. in c. 1. col. 5. de testam.* * Et notandum est, qvòd si 4
qvis aliqvem ad relinqvendum sibi, & ad faciendum, vel mutandum testa. prius factum blanditiis allexerit sui commodi gratia, non tenetur de dolo, & hæreditatem ac bona sibi relicta non injustè retinet, l. *fi. ff. si qvis aliqvem testa. prohi. & ibi Docto. & per Dec. cons. 490. Visis & circumspectis. column. 2.* Si verò ad commodum alterius fecerit, præsumitur dolo malo mutatum sive factum testamentum, & competit actio & exceptio doli, *d.*

 l. 1.

l. 1. *in fi. ff. de dol. excep.* Distinctionis illa est ratio, qvia utilitatem propriam qværere non est dolus. l. *qvicqvid. C. de arbi. tute.* Si tamen verus dolus intervenerit, ut indigno hæredi possidenti potest à fisco hæreditas auferri, *glo. singu. in l. qvoties. ff. de haredi. instit. cum alleg. per Barba. in c. presbyter. de pecu. cleri.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXII.

§. Ad interpretationem statuti, qvòd filia nupta extra civitatem non possit succedere.

SUMMARIUM.

1. Dotem à patre oblatam si filia recusaverit, qvis effectus proveniat.

1 IN multis locis sunt statuta, qvòd filia nupta extra civitatem non succedat patri, sed plerunq; solet Cautela adhiberi per filiam nuptam extra civitatem, * qvia non vult dotē recipere, ut sic postea possit succedere. Sed contra hanc Cautelam datur alia Cautela, ut scilicet pater offerat ei dotem, qvia si stabit per ipsam, nihilominus excludenda est à successione. *ita notat Baldus in lege fin. in 4. col. C. de col.*

I. DE ARNONO CAUT. LXXVI.

§. Ad constitutionem regni, in aliqvibus, de success. filiorum comitum vel baronum.

SUMMARIA.

1. Verba Statuti intelligi debent in potiore significatu.
2. Legitimatus dicaturne vere legitimus.

PAter habebat filios legitimos & naturales, item qvosdam filios masculos naturales tantum, qvos qvidem legitimavit, deinde decessit ab intestato, superstitibus sibi dictis filiabus legitimis & naturalibus, & dictis filiis legitimatis. Ego qværo, nunqvid filiæ fœminæ excludantur à dictis masculis legitimatis; Paulus de Cast. *in l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss.* tenet qvòd non. Movetur: qvia verba statuti
1 * & sic dictæ cōstitutionis debent intelligi in potiori significatu, de eo, qvi est verè legitimus & naturalis origine, non ex accidenti. l. *fin. C. de his, qvi ven. at. imp. ubi idem simpliciter tenet idē Pau. Eandē opinionem tenet Roma. refert se & plures consuluisse, in l. si is qvi pro emtore 13. colu. & seqventibus. ff. de usucap.* Sed contrarium signanter decidit Bald. *in dict. l. cùm acutissimi,* & pro ista decisione Bald. facit unū, qvo nihil meliꝰ adduci potest, scilicet illud, qvod dicit

B.

Bart. singulariter *in dict.* l. *si is, qui pro emtore. ff. de usuc. in 29. col. versic. itē quæritur circa prædicta unū, ista fictio fingat circa ea, quæ sunt meri juris,* &c. ubi cōcludit, quòd legitimatus * dicitur verè legitimus, & non per fictionem, 2
ut ibi per eum idem tenet Bald. in l. *super. C. de natur. lib. Et sequitur latè Alex. in cons. 2. incip. visis codicillis, in 2. col. & in 8. & sequen. in primo volumine. Refert & sequitur dom.* Jas. *in d.* l. *cùm acutissimi. per un. colum.* §. & ideo Cautela est, ut legitimentur dicti filii: quia sic postea, patre decedente, ab intestato excludentur filiæ fœminæ legitimæ & naturales per existentiam dictorum legitimatorum in terminis dictæ constitutionis.

I. DE ARNONO CAUT. LXXVI.

§. Ad constitutionem regni in aliqvibus, de succes. fil. Com. vel Baronum.

SUMMARIUM.

1. *Amita qvomodo succedere potest filio fratris.*

PAter mortuus est ab intestato, superstitibus duobus filiis, uno masculo, & altera fœmina. iste masculus, antequam maritaret suam sororem, decessit superstite sibi filio, vel filia, non curo, iste filius, vel filia volebat maritare amitam suam, & excludere illam à successione, amita verò volebat succedere. ego qværo, qvid juris in terminis constitutionis regni, in aliqvibus? Dico qvòd ipsa amita potest succedere, qvantumcunq; hæres offerat illam nuptui tradere de paragio juxta terminos dictæ constitutionis. Non obstat si diceretur, qvod dictus hæres repræsentat personam defuncti patris, *ut in auth. de jurejur. à mor. præst.* sed pater poterat offerre dotem, igitur & hæres. Qvia respondeo & dico, qvòd dicta constitutio loqvitur conditionaliter, & interpretatur præcedenti conditione, dum dicit, si tantummodò sit facultas implendi conditionem legalem, nō transit ad hæredes, *ut habetur per Bart. & plenius per Modern. in* l. *si decem cùm petiero. ff. de verborum obligation. facit text. in* l. *qvidā. ubi Bart. ff. de collat. bon.* præcipuè cùm incipiat à conditione, *ut declarat Bart. in* l. *à testatore. ff. de condit. & demonstr. Refert & sequitur dom.* Jas. *in* l. *cum mota, in 5. colum. versic. fin. ibi, aliqvando & secundò. C. de transact.* §. & ideo Cautela est, ut si ipsa amita non vult dotem, petat successionem, & audietur per suprà dicta.

AD S. C. TERTYLLIANUM ET ORFICIANUM TIT. XIIX.

B. PERUSINI CAUTELA IV.

§. Utrum possit adhiberi Cautela, ut mater admittatur ad successionem filii, non obstante expressa substitutione pupillari.

SUMMARIUM.

Substitutio pupillaris tollitur per arrogationem.

TErtiò qværitur, qvid si instituitur pupillus in testamento paterno, si ei fiat substitutio pupillaris expressa, qvæ dicitur testamentum pupillare. *ff. de inoffi. testa.* l. *Papinianus. §. sed nec impuberes, & inst. de pupilla. substi. §. igitur* & excludit matrem, *ut in l. precibus.* Modò qværitur, utrum possit adhiberi Cautela per jura successio. & ad successionem filii pupilli *a* admittatur, non obstante substitutione. Et videtur, qvòd sic, scilicet, ut detur pupillus in arrogationem: qvia ex hoc tollitur substitutio, *ut ff. de adopt* l. *nec ei*, qvod est pupillare testamentum, ut prædixi, per qvam arrogationem testamentum rumpitur, ut in qvi. mo. testam. infir. §. 1. Cum enim per arrogationem capite minuatur, *ut eod. tit. §. alio.* sublata est substitutio tanqvam per pupillari testamento, *ut ibi, & ff. de jur. codicill.* l. *confirmantur. §. post testamentum.* ipso verò sublato si moritur filius in pupillari, admittitur mater vel alius hæres ab intestato. Sed hæc Cautela videtur inutilis propter stipulationem, qvæ secundum leges facienda est tempore arrogationis, *ut* l. *non aliter. & l. his, ff. adop.* Unde dic, qvòd tunc haberet locum, qvando talis stipulatio forte fuisset omissa. Potest hæc Cautela in aliis prodesse personis majoribus. Qvid enim, si tale condidit testamentum, qvod forte mutare non potest, vel propter juramentum, vel propter aliam solemnitatem, certè poterit esse Cautela ad rumpendum testamentum, ut se det in adoptionem ei, qvi etiam secundum naturam arrogare poterit, sive possit, *ut ff. adop. l. arrogato*, ut se faciat exbanniri ex eo delicto, per qvod capite minuatur, *ff. de cap. dimi. per totum, & inst. qui. mo. jus patri. pote. sol. §. jus autem.* nam per hujusmodi capitis diminutionem rumpitur testamentum, *ut d. §. au*. Et sic succeditur ei ab intestato. prædicta autem sunt vera, si prædicti in eo statu tempore mortis permanserunt, scilicet

ut duret exbannitus, vel arrogatus usq; ad tempus mortis, alioqvin secus. qvia licet jure civili testamentum ruptum sit: tamen jure prætorio valet, *ut inst. qvib. mod. testam. infr. §. vero*: nam tunc dicimus, qvòd devenit ad eum casum, à qvo incipit, & incipere potuit, *ut ff. de usuc. l. cum his.* utrum autem testamentum juramento firmatum possit mutari, dixi suprà *in tit. de qvæstioni. circa ultimas voluntates, in qvæst. 4.*

Additio.

a Filii pupilli.) *Vide singulariter* Paul. de Castr. in l. in testamento. C. de testa mili. Bart. & Bald. in l. precibus. C. de impub. & al. subst. & Bart. in l. 1. ff. eod. tit.

T. Ferratus Caut. XIX.

§. Pro matre, ut conseqvatur legitimam in bonis filii, licet sit exclusa per pupillarem expressam.

Summaria.

1. *Pupillarem per expressam mater ab omnibus bonis filii sui pupilli, etiam qvoad legitimam, excluditur.*

2. *Lex positiva qvotiescunqve absqve justa causa naturali æqvitati contradicit, talis lex, & constitutio in foro conscientiæ non ligat.*

3. *Forum canonicum contentiosum à conscientiæ foro non differt.*

4. *Contrahentibus de jure Canonico circa dimidiam justi pretii inter se decipere licitum est.*

Sententia Scribentium communis est, * qvod per pupil- 1
larem expressam mater excludatur ab omnib9 bonis filii sui pupilli, etiã qvoad legitimã, *ut no. per Bart. & Docto. in l. 1. de vulg. & pupill. & per Bart. & alios in l. precibus. de impub. & alus subst. per Imo. in Commento. cap. Rayn. de testamen. in materia pupilla. subst.* qvæ opinio hodie est canonizata *in cap. si pater. de testament. in 6. ut etiam tradit Rom. in consi. 130. incip. viso testament. prædicto. & Alexand. in consi. 45. incip. habita super his, de qvibus dubitari contingit, in 3. column. versicul. circa tertium, videtur primâ consideratione respondendum. in 1. volum.* & illud, qvòd per pupillarem expressam mater excluditur ab omnib. bonis filii sui pupilli, etiam procedit, si

 bona

bona ipsius pervenissent ad ipsum ex linea materna, *prout volunt Bald. Angel. imo. Alex. & Ias. in l. si plures. ff. ad substitutos per generalitatem illius text. de vulg. & pupill.* Tu autem mater, qvæ reperis te exclusam per pupillarem expressam ab omnibus bonis filii tui pupilli, si vis eo mortuo posse consequi in dictis bonis saltem tuam legitimam, §. cautela est, qvòd contra substitutum pupillarem non agas in foro seculari: qvia hoc modo succumberes, per ea, qvæ superius dicta sunt, sed agas contra eum denunciatione evangelica, faciendo eum cogi censura ecclesiastica, ad dandam legitimam tibi debitam, in bonis tui filii pupilli: nam licet per jura superius allegata, substitutus per expressam pupillarem excludat matrem etiam legitima; tamen istud procedit, & habet locum jure fori, non autem jure poli, & sic in foro conscientiæ. *ita notanter dixit Arch. in d. cap. si pater. de testam. in 6. arg. tex. in cap. fin. 17. q. ult. juncta l. nam & si parentibus. in prin. ff. de inoffi. testam.* pro qvo di-
1 cto benefacit: nam a qvòd mater in totum excludatur etiam à legitima, videtur contradicere æqvitati naturali, *ut patet ex pulchrè deductis per Bald. in l. precibus. post principium. versi. circa tertium. de impub. & aliis substitutio.*
2 *Modò qvotiescunq; lex positiva absq; justa causa contradicit æqvitati naturali, talis lex, & talis constitutio non ligat in foro conscientiæ, *ut notabiliter dicit Innoc. in cap. qvæ plerumq;. circa finem, de immun. eccle.* per qvod infert ad illam decisionem de filiofamiliàs, ut ibi per eum. Modò qvæ causa justa potest esse in casu nostro, qvòd per pupillarem expressam mater debeat privari etiam sua legitima in bonis filii, nullam video. meritò ergo dispositio dicti cap. si pater. tanqvam contraria æqvitati naturali, non ligabit in foro conscientiæ, & istud de Arch. refert Bart. Soz. dicens, qvòd est pulchra, & *nova conclusio in repet. l. maribus. de vulg. & pup. in 12. col. versi. circa tertium effectum, est vera conclusio Barto.* & licet certis mediis videatur ipsum impugnare, tamen subjungit, qvòd tale dictum est menti tenendum: qvia propter auctoritatem Archid. poteris aliqvando medium concordiæ aliqvid conseqvi. *& similiter istud d. Arch. refert & seqvitur Philippus Cor. in d. l. precib. in 2. col. vers.* sed in contrarium facit. C. de impub. & al. subst. & licet ibi contrarium teneat Lancello. Decius,

cius, motus per id, qvod aliàs diximus, qvòd canones fuerunt instituti cooperante Spiritu sancto, *ut l. distinct. si quis diaconus.* unde dixit Abbas *capitulo Vigilanti. de praescript.* * qvòd forum Canonicum contentiosum non differt à foro conscientiæ. Pro qvo est bona glos. *in Clem. ad nostram. in Verbo, ecclesia. de hæreticis.* probans, qvòd ecclesia militans est exemplata ad instar ecclesiæ triumphantis, & est bonus text. *in cap. ecclesia paradiso comparata de consecratione, distinct. 4.* qvia responderi potest de eo, qvod dixit Ant. *in c. inqvisitioni. de senten. excomm. de qvo etiam meminit Felin. in c. novit. in 6. col. versi. & allego Anton. ext. de jud.* ubi dixit, qvòd finis fori canonici contentiosi non est in toto directivus ad salutem, nec omnia secundum ipsum licita, sunt licita in foro animæ. Hinc est, qvòd videmus, * qvòd licet de jure canonico licitum sit contrahentibus inter se decipere citra dimidiam justi pretii, *ut c. cum dilecti. & cap. cum causam. de empt. & vend.* istud non habet locum in foro conscientiæ, *ut notat Ant. in c. qvia plerique. ubi etiam Abb. in 9. q. de immu. eccl. Innoc. & Ant. in cap. in civitate. de usuris. ubi etiam latè Joan. de Ana. in 6. col. & Abb. in cap. 1. in princ. de empt. & vend. & latè Sali. in auth. ad hæc. in 21. q. C. de usuris.* & sicut superiùs dictum est, *d. Arch.* est menti tenendum, maximè qvia opiniones suæ super 6. Decr. prævalent omnibus aliis, *secundum Felin. in c. 1. in ult. col. de const. allegantem Dom. de Rota, ita dicere in sua decisione. 348. in antiqvis.*

3

4

ADDITIO.

a Nam qvod mater in totum excludatur etiam à legitima, videtur contradicere æqvitati.) *Legitima matris qvanta sit, & an hodie sit aucta, & an sit qvarta vel tertia,* vide per d. Alex. in consi. suo 140. in 1. vol. in ultimis verbis. *Item qvaliter taxetur, an debeat attendi qvantitas bonorum defuncti in testamento, respectu ad tempus mortis testatoris,* vide per eundem d. Alex. in consi. 57. in 3. vol. ibi, qvoad secundum dubium. *Et anteqvam detrahatur, qvæ deduci debeant de bonis, & hæreditate testatoris, & qvæ imputari debeant,* per eundem in pulchro consilio 31. per totum, in 4. volum.

FINIS ENCHIRIDII SECUNDI CAUTELARUM.

ENCHIRIDION CAUTELARUM JUDICII CIVILIS

AD ORDINEM PROCEDENDI PRACTICUM DIGESTARUM.

DE CITATIONE PERSONALI. Tit. I.

B. CÆPOLLA CAUT. CCV.

§. Instruens, qvæ verba debeant contineri in citatorio ad hoc, qvòd citans non videatur citati personam approbare, similis est infra Tit. de Reali citatione.

SUMMARIA.

1. *Si Citatus qvispiam fuerit, tanqvam reus probatur & habilis fit, qvamprimùm per se, vel per alium ad judicium veniat.*
2. *Statutum Patavinum de Præsentatione pretii a propinqvis in venditionibus & alienationibus bonorum, intra certum tempus facienda.*
3. *Statutum Tervisinum de Præsentatione pretii.*

SI facis aliqvem citari, ut veniat ad contradicendum, si contradicere vult, ne mittaris in possessionem talis fundi vel hæreditatis, vel ut tibi restituatur tale depositum: vel ut veniat ad præsentandum, aut aliqvid faciendum, non potes regulariter postea ipsum repellere, & op-
1 ponere aliqvid contra ejus personam, * qvia cùm citas eum tanqvam reum, statim videris ipsum approbare, & facis ipsum habilem, qvamprimùm veniat ad judicium per se, vel per aliũ, *ut singulariter not. Inno. in c. cùm iter. de except. qvem seqvitur ibi Ant. de But. & Canonist. & idem tenet Ant. de But. in c. exhibita. in antepen. col. de jud. & Bart. in l. cum mulier. & ibi Bal. & Dd. ff. solut. matr. & Bald. in l. fin. in 2. col. ad fin. & in 5. q. C. de edict. di. Adr. toll. in l. si suspecta. in princ. ff. de inoff. testam. & habetur in* l. 1. § *cùm dicitur. & §. hac stipulatio. ff. si cui plus qvam per* l. *Falcid. faciunt not. per Bald. in* l. *testamenta. in fin. C. de testam. & Ange. in d. §. hac stipulatio. in 8. col. in fi. & Bene-*

di:d.

di. de Plumb. in l. ordinata. §. sed & si qvis. ff. de libe. cau. secus si citaveris reum: ut compareat, si haberet jus comparendi, vel si sua putaverit interesse, qvia tunc non videris ejus personam approbasse, *ut singulariter notat Bald. in d. l. fin. C. de edict. divi Adria. tollen. in d. l. si suspecta. & Ludo. Ro. in l. de pupillo. in princip. de novi oper. nuncia.* & ideo tu sis semper cautus, qvando in similibus facis aliqvem citari, ut non facias citari simpliciter, vel ut compareat ad contradicendum, vel aliqvid faciendum? qvia tunc non posses ipsum postea repellere, ex qvo videris ipsum approbasse reum habilem, sed debes ipsum citari facere sub conditione, si sua putaverit interesse, vel si qvod jus habet contradicendi, vel opponendi, aut faciendi, qvod tamen non creditur: & propterea sæpe instruxi procuratores Paduæ in materia * statuti Paduæ de præsentatione, qvod vult, ut propinqvi, & collaterales possint præsentare super venditionibus, & dationibus in solutum ad certum tempus, qvo elapso facta sibi denunciatione, non possunt ampliùs præsentare. 2
Nam qvando emptor denunciare faciet propinqvo, seu collaterali, non debet dicere, ut compareat ad præsentandum pecuniam, si vult possessionem, vel etiam simpliciter, ut compareat ad præsentandum, ut faciunt procuratores minus prudentes: qvia tum non posses ei opponere, qvòd non possit præsentare, ex qvo videris ejus personam approbasse, sed debes dicere, ut compareat, si sua putaverit interesse, vel si qvod jus habet ad præsentandum. Et ex prædictis potest inferri decisio multarum qvæstionum, & maximè si statutum dicit, sicut est Paduæ, qvòd propinqvi & collaterales possint præsentare super venditionibus, vel dationibus in solutum usqve ad certum tempus, & elapso tempore, emptor denunciavit alicui propinqvo, vel collaterali, qvòd si vult præsentare super venditione, debeat comparere, & iste propinqvus compareat & præsentet pretium: emptor videns, qvòd est facta præsentatio, opponit, qvòd non potuit præsentare: qvia lapsa sunt tempora comparendi, certè ipse emptor super hoc non debet audiri: qvia ex qvo citavit eum simpliciter, & non conditionaliter, reputavit eum habilem ad præsentandum. * Item, si est statutum, sicut est Tervisi,

sit, qvod propinqvi ita demum admittantur ad præsentandum, si sint cives, & subditi, qvòd intelligantur esse cives, si sustinuerunt onera, & factiones, & emptor citavit qvendam civem Tervisinum hîc Paduæ commorantem, nunc autem isto comparente, opponit emptor, qvòd comparens non est habilis ex forma statuti. Dicendum videtur per prædicta, qvod istam exceptionem inhabilitatis emptor non potest sibi opponere: qvia paria sunt sibi exceptionem non competere, & competere, sed non posse per ipsum opponi, qvi per suam citationem habilitavit comparentem, *ut est gloss. not. in l. habebat. in fin. ff. de ma. test.* & in istis duabus proximis qvæstionibus, ita determinat *solennis Doct. Franc. de Capitibus Lista, in* l. *fin. circa medium sui comment. C. de edict. divi Adria. toll. qvi dicit se ita de facto sæpiùs allegasse, qva omnia perpetuò teneo menti.*

R. FICHARDI CAUT. XV.

§. Pro actore, ad evitandum multitudinem Citationum.

SUMMARIA.

1. *Comparere in judicio non tenetur, nisi citatus.*
2. *Citatio Generalis ad totam causam quandò utilis.*
3. *Clausula Avisationis & comminationis in citatione quando necessaria.*

1 CUM * in judicio nemo teneatur comparere, nisi legitimè citatus sit, idq; toties, qvoties aliqvid contra ipsum producendum vel agendum est, l. *de unoqvoq; ff. de re jud. Clemen. pastoralis. de re jud.* id verò non solum fastidiosum & laboriosum, sed etiam sumtuosum esset, maximè si citandi longè absint à loco judicii, ideo traditur pro Cautela, ut fiat à principio causæ citatio * generalis ad totam
2 causam, & omnes, & singulos terminos judiciales, singulosqve actus causæ, usqve ad finitivam sententiam ferendam, inclusivè: cum Clausula * avisationis & commina-
3 tionis, qvòd qvoties non comparuerit, nihilominùs ad petitionem adversæ partis in causa contra absentem contumacem procedetur ad cognitionem & pronunciationem *Jo. And. & Innoc. in c. consuluit. extra, de offi. deleg. Ang. & Bald. in* l. *qvi ante calendas. ff. verbor. oblig.* Et ita com-

communem opinionem esse dicit Baptist. à Villalob. *in Verb. citatio, num.* 52. Licet verò contrarium videantur tenere Butrius *in cap. consuluit,* & Panorm. *in c. fin. de dilat.* qvi talem citationem non volunt admittere, nisi ex causa, qvando scilicet persona citanda domicilium suum longe haberet à loco judicii, tamen priorem opinionem simpliciter veram esse, & obtinere asserit Lanfr. *in Dec. centur. 1. decision. 42. allegans pro illa text. in* l. *qvi crimen. C. qvi accus. non pos. & Dec. Rot. 96. in nov.* limitat tamen Villalob. *in d. Verb. citatio,* qvando daretur contumacia partis, & contaminata fuerit sententia. Consultissimum igitur erit, citandum, post illam citationem generalem nihilominus per citationem vel portis Prætorii, vel Curiæ affixam, ad singulos actus citari, & tali citatione ad valvas (ut vocant) in citatione generali certiorari, ut etiam hodie in Practica communiter observatur. Hæc verò omnia obtinent in illis qvi absunt, secus autem de præsentibus, ii enim debent personaliter ad domum, super qvocunqve actu, citari, *ut de hoc latius tractat Hippol. d. Mars. in singula* 260.

T. FERRATUS CAUTELA LVI.

§. Ut primæ literæ prævaleant secundis primo præsentatis, cum citatione subsecuta.

SUMMARIA.

1. *Rescriptum secundum impetrans ad lites, non faciens mentionem de primo: an, & qvo casu obtineat, ita ut ejus impetratio valeat.*
2. *Contumax Jurisdictionem non sui judicis nunqvam prorogat.*
3. *Si citetur qvispiam coram judice aliàs suo, qvi ope exceptionis declinari poterat: an si contumax fuerit declinatorias, etiam ante litem contestatam opponere poterit.*
4. *Notorium ab declinandi onere non relevat.*

REgula * antiqva erat, qvòd impetrando secundum rescriptum ad lites, non faciens mentionem de primo, talis impetratio tanqvam subreptitia, ope exceptionis erat nulla, & sic attendebatur tempus datæ, non autem præsentatio-

tationis, *ut cap. ceterùm. de rescript. & cap. ex literis. de offic. delegat. & cap. 2. de dolo & contum. & c. inter monasterium, cum similibus, de re judic.* & ista regula erat adè vera, qvòd non solùm debeat fieri mentio de primis literis, aliàs secundæ tanqvam subreptitiæ, non tenebant, sed etiam opus erat facere mentionem de omni clausula notabili, contenta in ipsis primis, *ut notabiliter dixit Ant. in cap. cùm dilecta. de rescrip. & in d. cap. ceterùm, in ultim. col. eod. tit. & in c. ex conqvestione. in 3. notabili. de restit. spolia. & ibi etiam Abb. in 4. not.* hinc est, qvod signanter consuluit Old. *in cons. 324. incip. factum tale est, dominus noster Papa Clemens &c. in 1. col.* qvod non sufficit fieri mentionem de gratia expectantis, nisi etiam fiat mentio de clausula anteferri, in ea inserta. Tamen hodie, si à impetravi unum rescriptum, adversarius postea & ipse impetravit unum aliud, non facta mentione de meo primo, ipsum secundum valet, & tenet, & præfertur meo duobus concurrentibus. Primum, si fuit diligentior me in præsentando. Secundum, si res non sit integra, hoc est, qvòd prævenerit me in jurisdictione, in faciendo me citare, *ut est casus secundum communem intellectum in cap. ut debitus. de appell.* propterea qvotidie evenit, qvòd si à sede apostolica impetravi unum judicem delegatum, adversarius, & ipse postea impetrat unum alium, & ad hoc, ut sua impetratio secundo loco facta prævaleat meæ primæ, conatur prævenire me in præsentando, & ad hoc, ut res non sit integra, facit me citare coram suo delegato. Tu ergo, qvi impetrasti primas literas, & adversarius, qvi impetravit secundas, prævenit te in præsentatione, & fecit te citari coram suo delegato, qvomodo facies, qvod tuæ primæ literæ prævaleant suis, non obstante præventione præsentationis, & citationis? Dico, qvòd debes esse cautus, ut, anteqvam compareas, præsentes tuas primas, & postea compareas excipiendo de tuis primis, & de præsentatione facta, qvia hoc modo tuæ prævalebunt suis: qvia id, qvod dicimus, secundum rescriptum, licet non faciat mentionem de primo valere, & præferri primo, si priùs fuerit præsentatum citatione subsecuta, est verum, si primus impetrans ante comparitionem non præsentaverit, sed si præsentaverit, secus. Et sic omnis vis consistit in excipiendo, qvia si primus impetra-

trans citatus compareret, excipiendo tantumodò de prioritate literarum, nihil agit, sed secus est, si excipit non solùm de prioritate datæ, sed etiam qvòd eas præsentavit. *Ita est gloss. & ibi notant omnes, præcipuè Philip. Francisc. in 13. colum. cum 4. seqvent. & Cardin. Alex. in 10. col. in d. c. ut debitus. de appel. dom. Anto. in c. plerunqve, in penult. col. de rescrip. in c. si autem, in princip. eod. tit. glo. dom. Abb. & Felin. post alios in c. 1. eod. tit.* ubi Felinus post Domin. ibi dicit expressè, qvòd primus impetrans debet esse cautus, qvando citatur, anteqvam compareat, præsentet suas primas, & postea compareat excipiendo de prioritate datæ, & de præsentatione facta, qvia hoc modo suæ primæ prævalebunt secundis primò præsentatis. Ad unum tamen adverte, qvod si Cautela prædicta debet habere locum, opus est, ut comparitio fiat intra terminum citationis, alias si primo impetrans esset contumax in prima citatione, & non posset postea comparere etiam ante litem contesta. declinare seu opponere de literis primò impetratis, & de præsentatione facta: qvia licet * contumax non videatur unqvam prorogare jurisdictionem non sui judicis, *ut notab. dixit Innoc. in cap. innotuit. de eo qvi fur. ord. sus. & Bart. in l. videtur. in prima. ff. de jud. & Bal. in l. si qvi ex consensu. in 2. col. C. de episc. aud. & in l. gesta. in ult. col. versi. qvare nunqvid pro actu præsumatur. C. de re jud. & in l. licet, in ult. col. C. de procur. & Ro. in cons. 48. incip. inspectis senatusconsultis.* Et hoc nisi judex pronunciasset se judicem competentem, & à tali sententia non fuisset appellatū, *ut not. Innoc. & Joan. And. in c. præterea. de dilatio. Bar. & Pau. de Cast. & Alex. in l. 2. si qvis in jus vocat. non ierit.* 2
Tamen * si qvis citatur coràm judice aliàs suo, qvi ope exceptionis poterat declinari, tunc si est cōtumax, amplius nō potest opponere declinatorias, etiam ante litem contestatam, *ut est singulare dictū Innoc. in c. ad petitionē. de accus. Innoc. & Anto. in c. cū super. de offi. deleg. Bal. in d. l. si qvi ex consensu. de episc. aud. & Alex. in d. l. 2. in 3. col. ff. si qvis in jus vocat non ierit.* ubi extendit istud habere locum, etiamsi esset certum aliqvam declinatoriam competere, ut ibi per eum * qvia Notorium non relevat ab onere probandi, *ut not. gloss. sing. in Clemen. appellanti. de appell.* & qvòd contento coram judice alias suo, qvi ope exceptionis pote- 3 4

rat declinari, si est contumax, sit præclusa via amplius opponendi aliqvam declinatoriam, etiam ante litis contestationem. bene facit, qvod cum contumacia interpretetur id, qvod est deterius contumaci, *ut* l. *de ætate*. §. *qvi tacit. ff. de interro. actio.* & *not. Bart. in l. qvamdiu. la tertia. ff. de acqvir. har.* & per actum non solùm expressum, sed etiam tacitum, etiam ante litem contestatam præcludatur via opponendi declinatorias, *ut per Bart. in* l. *non videtur la secunda. ff.* de *jud. per Bart.* & *alios in* l. *qvidam consulebat. ff. de re. jud.* & *per Canonist. in cap. inter monasterium. extra, eod. de re judic.* ergo contumax debet haberi pro consentiente, ex qvo aliàs est suus judex. *seqvitur Phil. Francis. in dicta capit. ut debitus. in* 16. *colum. de appel.*

ADDITIO.

a Si impetra.) *An rescriptum dicatur surreptitium, cum ligatus duplici vinculo non exprimit, nisi unum.* vide per Lud. de Ro. in consilio suo 326. qvod incip. in præsenti consultatione, & *qvid si sunt rescripta duo impetrata ad diversos judices. super eadem re, an sint nulla, si ambobus utatur impetrans, vide per eundem* in consilio suo 330. incipiente, circa primum præpositæ consultationis articulum. *nam supprimens fraude, vel malitia, veritatem, in impetratione rescripti, in sua perversitatis pœnam, nullum ex impetratis literis commodum conseqvitur.* de rescriptis super literis. *qvaliter autem rescriptum ex surreptione dicatur nullum,* vide in præalleg. consi. ibi, concludo igitur.

DE INTIMATIONE. TIT. II.

I. DE ARNONO CAUT. XLVI.

§. Ad regiam novellam pragmaticam, incip. relatione citationis, de forma procedendi in causis prædictis post citationem, ut notificetur dilatio absenti.

ETSI per regiam novellam pragmaticam tertiam in ordine, *incip. relatione citationis, sub Rubr. de forma procedendi in causis prædictis post citationem*, habes tu actor electionem, ut data adversarii contumacia procedatur contra eum, vel ad primi decreti interpositionem, vel ad dationem termini, tamen si omissa primi decreti interpositione elegeris termini dationem, talis terminus ita demum incipit currere absenti, si ei priùs fuerit intimatus, *ut est text. in* l. 2. *C. ubi in rem act. in ver. ed ad notionem ejus perve*

ce

cendo. qvem Balgbi ad hoc reputat notabilem. & est glo. in Clem. 1. in gl. pen. de app. cum aliis alleg. per d. Alex. & do. Jas. in l. Labeo. ff. de jurej. latè per do. Ant. in c. licet causam. in 4. col. de prob. & dicit idem Jas. *in d. l. Labeo, in prin.* qvod ex hoc Bart. docet practicam, qvod qvando dilatio statuitur per judicem absenti, qvod ei notificetur per nuncium, ut ex tempore notificationis incipiat currere. Cautela est igitur, ut si termini elegerit dationem, illam facias absenti per nuncium intimari, aliàs nunqvàm curret absenti, per supradicta. qvod not. qvia qvotidie occurrit, maximè in terminis d. pragmaticæ, & vidi passim ubiqve malè servari.

DE CITATIONE REALI. Tit. III.

B. Cæpolla Cautela LI.

§. Ad l. pleriq; de in jus voc. tu invitus possit qvis extrahi domo.

Summaria.

1. *Domo nemo invitus extrahi potest.*
2. *Domo pro criminalibus qvis extrahi potest.*
3. *Criminaliter qvis dicatur condemnari.*
4. *Citatus per se, vel procuratorem, comparere potest.*

REGULA est, * qvòd nemo invitus trahi de domo potest, qvia domus cuiq; tutissimum refugium est, *ut est dictum in l. pleriq; cum seq. ff. de in jus voc. & in l. nemo. de reg. jur.* Sed cautela est, qvòd judex præceptum faciat debitori meo, qvi stat in domo, vel non vult exire, qvod compareat coram ipso sub pœna qvinq; vel sex librarum applicanda fisco, nam si compareat, poterit capi extra domum, si noluerit comparere, judex condemnet illum in illa pœna fisco applicanda, qvam pœnam si non solvet, possit capi etiam in domo. * qvia pro criminalibus qvis posset capi, & extrahi de domo. *l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10.* nam * condemnatus fisco propter comtemtum mandati, dicitur condemnari criminaliter, *juxta ea qvæ habentur in l. 3. ff. de sepul. vio.* Item condemnatus etiam simpliciter potest incarcerari: & qvia est condemnatus fisco, potest extrahi de domo, & qvando erit tibi positus in carcere, poterit ibi pro debito alio recommendari: *secundum ea qvæ habentur per Bar. in l. secundum de custo. reo. & ex jam dispu-*

sputatione, qua incipit, Lepus captus. & istam cautelam ponit Bar. in effectu *in l. sacrilegii, §. fi. ff. ad l. Jul. pec.* Sed circa prædictam cautelam potest duplex remedium adhiberi. Primum est, qvod si est citatus, mittat procuratorem, vel
4 nuncium, * qvia qvando qvis est citatus, potest regulariter comparere per se, vel per procuratorem, *juxta not. in l. fi. C. de proc.* Aliud remedium est: qvod si nullo modo compareat, qvidem ipse potius solvat condemnationem vel mulctam, qvàm qvod patiatur se detineri, *ut habetur per Old. in* l. 4. §. *prætor. ff. de dam. infec.* Sed contra primum remedium posset adhiberi cautela per judicem, videlicet, qvòd citet reum, ut personaliter compareat, & non per procuratorem, qvia vult loqvi secum, &c. nam hoc casu mittendo procuratorem, non excusaretur. *facit qvod habetur in c. cùm dilecta in vers. personaliter. ext. de rescr. & in c. fin. §. is autem. extr. de offic. deleg.*

ADDITIO.

a Poterit capi.) *Captura debitoris regulariter fieri potest, nisi sit fœmina, vel in domo: sed præcedente citatione.* Bart. in l. consentaneum 3. col. C. qvomodo & qvando, in versic. contra hoc oppo. de legat. 1. *Captura in propria domo debitoris pro debito civili non valet.* l. pleriq; ff. de in j. vocan. *Debitor in domo propria, in qva non habitat, capi potest.* Bart. in l. nec in ca. ff. de adult. Doctor. Modern. in l. pleriq;. *Item in horto, ad qvem non sit aditus à domo habitationis.* arg. l. præliis. de lega. 3. & l. olym. pen. col. ff. de serv. urba. præd. *Item in apotheca.* Doctor. & Paul. de Castr. in d. l. pleriq; ubi Cardin. *& Butr. tenet contra Bart. & Abb. ibi distingvit: & refert opi. Bart. fuisse Host.* & vide Abb. in c. qvòd clericis. de foro comp. in penul. colum.

I. DE ARNONO CAUT. XXVI.

§. Contra Cautelam Bartholomæi Cæpollæ, ad l. pleriqve. de in jus voc.

SUMMARIA.

1. *Procurator admittitur in civili causa, etiamsi qvis citetur realiter, id est, ut personaliter compareat, secus in criminalibus.*

DAT Cautelam Bartholomæus Cæpolla *addict. l. pleriq; ff. de in jus voc.* ut fiat præceptum debitori, qvi stat in domo, vel non vult exire, qvod compareat coram judi-

ce

ce sub pœna qvinq; vel sex librarum applicanda fisco, nam si comparere neglexerit, poterit capi per ea, qvæ ibi dicit. Qvam Cautelam in fine extendit, & si existens in domo vellet mittere procuratorem, qvia contra istud remedium assignat ibi aliam Cautelam, videlicet, qvòd citet eum, ut personaliter compareat, & non per procuratorem, qvia vult secum loqvi, ut ibi per eum, sed Cautela est, * ut sic citatus, personaliter non compareat, sed mittat procuratorem, nam debebit admitti. Non obstat id, qvod dicit Cæpolla. Qvia illa practica procedit in causis criminalibus, non in civilibus, ut in casu, de qvo loqvimur, imò nec in criminalibus procedit illa practica, nisi qvando sunt indicia contra reum, *secundum Baldum & dom. A ex. in l. fina. C. de procur. & Bald. in* l. *servum qvoqve.* §. *publicè. ff. de procurator. Petrus de Anchar. in capitulo primo. de jud. libro sexto.* Præterea procedere solum in criminalibus, in qvibus posset esse locus torturæ, *secundum domin. Alex. in dict.* l. *finali.* Cùm autem hodie in regno non posset in hoc casu deveniri ad torturã, *ut in cap. tormentis. sub Rubric. de tormentis.* Igitur pro tali causa non poterit vocari, qvia vult secum loqvi, sed poterit mittere procuratorem, & non extrahi invitus de domo, *per dict.* l. *plerisqve.* Faciunt circa istam citationem, & vocationem personalem ea, qvæ copiose dixi in singularibus meis, *singulari 75. incipiente, in criminalibus solent judices regnicolæ.* Et prædictam Cautelam, qvam ego pono, refert & seqvitur, & sentit expressè domin. Jason. *in d.* l. *plerisqve. in 4. col. circa fin.* qvam not. in actu practico. 1

I. De Arnono Caut. XXVII.

§. Pro creditore, qvi fecit capi debitorem suum extra domum, qvi postea aufugit in domum, qvia poterit extrahi invitus.

Hic applico tibi unam Cautelam ad materiam præcedentis Cautelæ. Habebam debitorem in centum, feci eum capi extra domum, qvi postea aufugit in domum suam. Qværo, nunqvid possit ab ea extrahi invitus? Videtur qvòd non, *per* l. *plerisqve. ff. de in jus voca.* qvia domus sua cuiqve tutissimum debet esse refugium. In contrariũ est veritas, & hoc ratione initii, & ideo Cautela est, ut creditor isto casu petat à judice eum extrahi invitum

a domo, qvia debet audiri. Ita in individuo decidit Bald9 *in* l. *cunctos populos, circa medium. C. de summa trinitate.* Et ista est vera Cautela, & vide qvod dixi in præcedenti.

T. FERRATUS CAUT. XXII.

§. Ad extrahendum qvem invitum de domo, pro debito civili privato, & hæc cautela habet aliqvas ampliationes ad cautelam Cæpollæ supra.

SUMMARIA.

1. *Debito civili privato, qvis de domo invitus extrahi non potest, & qvid hic Domus appellatione veniat.*
2. *Criminaliter condemnatus ad hoc, ut condemnationi satisfaciat, invitus de domo extrahi non potest.*
3. *Statutum si disposuerit, qvòd condemnatus propter delictum impunè offendi possit, an contumacia condemnatus, cùm contumacia delictum sit, impunè offendi poterit.*
4. *Debitor recommendari potest ob debitum, si ob delictum incarceratus, relaxandus erat.*
5. *Contumax fictus est, non autem verus, qui citatus ad domum, non compareat.*
6. *Pœna contumaciæ non habet locum in fictis contumacibus.*
7. *Juramentum in forma specifica adimpleri debet, & de perjurio.*
8. *Baldus qvalis & qvæ ejus auctoritas.*

SOlennis Doct. Barth. Cæpo. in sua Cautela 51. incip. Regula est, qvòd nemo conatus fuit dare unam Cautelam ad extrahendum de domo debitorem invitum, qvando propter debitum civile privatum non vult exire de domo.
1 * Nam regula est in jure, qvòd qvis pro debito civili privato non potest invitus extrahi de domo: qvia domus debet esse unicuiqve tutissimum refugium, *ut l. pleriqve. ff. de in jus vocand.* & l. *nemo de domo. de regulis juris.* & ista regula procedit non solùm in domo propria, verùm etiam in aliena conducta: vel in qva qvis gratis habitet, *ut no-*

ta

tat Bartolus in lege, qvi domum. & in lege, nec in ea. de adulterio. Bartolus, Baldus, Paulus de Castro, & alij in d. l. plerique. ff. de in jus vocand. & etiam procedit in domo per judicem data ex primo decreto, *secundum Baldum in auth. ei qui. C. de bon. auct. jud. pos.* & etiam procedit, si qvis habitaret in cassina, vel capana. nam de ea similiter pro debito civili privato qvis invitus non potest extrahi, *ut dixit Bald. in c. 1. §. si duo fratres. de duob. fratrib. de no. benef. investit. Rom. in l. 1. §. domini. el secundo. ff. ad Syllan. Imo. & Modern. in l. senatus. §. Marcellus. de legat. 1. Rom. & alij post eum in d. l. plerique.* tradidit ergo istam Cautelam, ut facias, qvòd judex præcipiat huic tuo debitori, qvod sub pœna qvinqve, vel sex applicanda fisco debeat personaliter ad se venire: qvia vult ipsum alloqvi, nam si ad eum ibit, facies eum capere, si verò ad eum nolit habere accessum, judex juxta comminationem factam eum mulctabit, & tunc propter talem mulctam poterit de domo extrahi: qvia qvotiescunqve qvis est condemnatus pœna pecuniaria fisco applicanda, dicitur criminaliter condemnatus, *ut est gl. in l. prætor ait, circa principium. ff. de sepul. viol. qua est ad hoc singularis, secundum Imo. in Rubr. ff. de pub. jud. & est consimilis. glos. in l. 1. & ibi not. Salic. in l. colum. C. eo. de sepul. violat. Cyn. & Bal. reprobata gloss. ibi, in l. si qua per calumniam, de episcop. & cler. communiter Canon. in Rubr. extr. de jud.* * Sed qvoties- 2
cunqve qvis est condemnatus criminaliter, ad hoc, ut satisfaciat condemnationi, potest invitus de domo extrahi, *ut notat in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. gloss. & Doct. in d. l. plerique.* & etiam alia ratione ultra eum poterit isto casu de domo extrahi; qvia condemnatus propter contumaciam, dicitur condemnatus propter delictum, & sic talis causa dicitur criminalis, & per conseqvens poterit extrahi, ut superiùs dictum est. * Et qvòd contuma- 3
cia a sit delictum, *ut notat gloss. Bart. & alij in l. unica. §. fin. ff. si qvis jus dicen. non obtempe.* per qvam gloss. dicunt a
Doctor. ibi, qvòd stante statuto, qvòd condemnatus propter delictum possit impunè offendi, qvòd poterit impunè offendi condemnatus ex contumacia, *ut etiam not. glo. clarior in l. si filius. in verbo succurrendum. ff. de interrog. actione, qvam singularem dixit Imo. in l. pen. §. ad crimen.*

men. in 21. colum. ff. de publ. jud. no. Barto. in l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re milit. & Pau. de Castr. in l. contumacia. ff. de re judic. qvando * postea debitor tuus erit
4 in carceribus, poteris eum pro debito tuo recommendare *juxta ea, qvæ tradit Bart. in l. 2. ff. de custod. reo. & in sua disputatione, incip. Lepus fuit captus, allegat tantum modo tenere Bart. in l. sacrilegii, alias incipit, cum eo, ff. ad leg. Juliam pecu. adde qvod ita etiam tenet Rom. in l. 4. prætor ait. ff. de damn. inf. Angel. de Aret. in §. fin. in 2. col. versi. advertas tamen, qvod judex, instit. de actio. Pet. de Anch. & Joan. de Imo in c. 2. versi. ex his tamen, qvæ dicta sunt, dat Bart. Cautelam. extra, de pig. Pau. de Castr. & Alex. in d. l. pleriqve,* qvæ qvidem Cautela, licet pulchra sit, & ingeniosa, tamen propter ejus difficultatem in ea practicanda, mihi non satisfacit. Prima ergo difficultas, qva laborat ista Cautela, est in reperiendo unum judicem, qvi tibi sit tantùm propitius, & favorabilis, qvi causa tibi complacendi velit præcipere, & qvodammodo assassinare tuum debitorem, præcipiendo ei, venias ad me personaliter: qvia volo te alloqvi. Secunda difficultas est, qvia si ille judex præcipiens habebit superiorem in illo loco, in qvo fuerit factum prædictum præceptum, prout habent isti judices maleficiorum, & isti Vicarii, qvi habent potestatem superiorem, iste tuus debitor latitans mittet aliqvem ad ipsum superiorem, narrando, qvaliter talis judex fecit unum præceptum pœnale tali personæ, qvòd sub pœna debeat ad se personaliter venire, ex eo, qvòd vult secum loqvi, & qvòd talis persona non audet exire domum propter debita civilia. qvo casu, si negotium illud, propter qvod vocatus fuit ab ipso judice, non potest expediri per Procuratorem, & sic necesse sit personaliter comparere, qvòd rogat ipsum, ut velit ei concedere unum salvum conductum, qvòd pro debito civili non possit in persona à creditoribus pro illa die molestari, *juxta l. qvoties. cum ibi not. C. de preci. Imperat. offe. & juxta l. universa. C. eod. titul.* nam superior, qvi æqvitatem habebit ante oculos, *juxta l. qvòd si Ephes. ff. de eo, qvod certo loc.* concedet talem salvum conductum, & sic ipsa Cautela erit elusoria. Si vero ille judex præcipiens non habet superiorem in illo loco, prout non habent isti potestates, & capitanei terrarum, si

mili

militer talis salvus conductus petetur ab eo, si non concedet, Cautela nihil operabitur: Si non erit justa causa provocandi ad principem: nam tu vis, qvòd veniam ad te personaliter, dico, qvòd non possum exire domum propter creditores civiles, idcirco peto, qvòd debeas me facere tutum pro tanto tempore, qvòd possim venire ad te, & domum repetere, & tu non vis concedere, non potest aliter dici, nisi qvod istud facias in fraudem, & sic in effectu esset justa causa appellandi ad superiorem, *juxta ea qvæ habentur per Barto. in l. fi. de appell. recip. & latè per Canonistas in c. bona. de appellatio.* & tunc princeps omnia, qvæ pendente appellatione innovarentur, retractaret, *ut habetur in d. c. bona. & latè per Bart. in sua dispu. incipiente, Lepus fuit captus.* Tertia difficultas est: qvia à communiter accidentibus, isti latitantes non comparent, nec ad fenestras, nec super ostio, sed verè latitant, & non permittunt, qvòd affines, & benevoli habeant accessum ad eos, & si aliqvis vadit ad domum petendo ipsos, faciunt qvòd domestici referunt ipsos esse absentes à civitate, & multo minùs permittunt, qvod aliqvis nuncius publicus accedat ad eos, qvo casu, si citatio sive præceptum debet fieri, opus est, qvòd fiat ad domum, * & citatus ad domum, non parendo citationi sive præcepto, non dicitur verus contumax, sed fictus, *ut notat. per Bartolum, & pleniùs per Mode. in lege ex consensu. §. fin. ff. de appell. per Bart. in lege fin. ff. de in integrum restitut. plenè per Alex. in lege properandum. §. sin autem reus. C. de jud.* Modo ego habeo, qvod fictus * contumax non potest mulctari, nam jura loqventia de mulctis habent locum, & procedunt tantummodò veris contumacibus, non autem in fictis, *ut not. Bart. cum qvo ceteri transeunt in l. unic. §. fin. & Pau. de Cast. ibi, in §. 1. ff. si qvis jus di. non obtem. & not. Angel. in suo consi. 8. incip. regulares introitus, & expensarum communis Florentia,* & sic si prædicta Cautela debet habere locum, opus esset, qvòd debitor tuus personaliter citaretur, aliàs non. Tu autem, qvi habes debitorem latitantem, & cum non habeat in bonis, non audet exire domum ad hoc, ut non luat in corpore, si vis facere omninò, qvòd exeat de domo, *Cautela est,* ut inspicias, si in civitate sit aliqva constitutio, vel aliqvod statutum disponens, qvòd ille, qvi fuerit assumptus ad

(margin numbers 5 and 6 beside the asterisked lines)

ad tale officium, non poſſit illi renunciare, ſed teneatur illud aſſumere, & tunc procures, ut eligatur ad illud tale officium: qvia tunc ſi non veniet ad illud acceptandum, poterit de domo invitus extrahi, *iſte eſt tex. in l. ex omnibus. ubi Bart. & alii hoc in ſpecie not. C. de decur. l. 10. qvem ad hoc pro ſingulari not. Rom. in lege tertia. §. prætor ait. de dam. infect. & iſtam Cautelam in terminis tradidit ipſe Ro. qvem ibi referunt, & ſeqvuntur Alex. & Jaſ. in dict. l. pleriq; ff. de in jus vocan. & Par. de Put. in ſuo tract. de ſynd. in verbo, captura. §. captus illicitè*, & tunc eo extracto, poterit nomine tuo capi, & iſta Cautela habet locum in debitore de præſenti latitante. Si vero nunc vis facere aliqvem contractum cum aliqvo, & vis, qvòd ſi tempore ſolutionis fiendæ non tibi ſatisfaciet, ſi non habebit in bonis, luat in corpore, nec ſibi proſit ſtare in domo, qvo minus de ea poſſit evelli, *Cautela eſt*, qvòd ſuper ſolutione fienda apponas juramentum: qvia tunc ſi tempore debito non obſervabit promiſſa ad hoc, ut ea obſervet, poterit invitus de domo extrahi: nam jura diſponentia, qvòd pro debito civili qvis de domo invitus non extrahatur, procedunt in obligationibus dandi, non autem in obligationibus facti, in qvibus qvis præciſè poteſt cogi ad factum: qvia tunc de domo poteſt invitus evelli, præſertim ſi ſit annexum delictum. ita ſin. & ad literam dicit Bald. *in d. l. ex omnib. C. de decur. l.* 10. qvem refert, & pro ſingulari ſeqvitur Jaſ. *in dict. l. pleriqve. in 9. limit.* dicens, qvòd tale dictum alibi non invenies.
7 Modò juramentum *b* habet iſtam vim, qvòd cogit præciſè
b ad factum: nam in forma ſpecifica debet impleri, *ut eſt tex. & ibi no. in c. ad noſtram. el primo, de jur. notant Inn. Ant. & latè Pan. in c. venſens eodem tit. de jurejur. Bal. in l. un. in 9. col. verſi. 3. fallit. C. de ſent. qvæ pro eo qvod inter. profer. Alex. cum concord. de qvib. ibi per eum in l. ſtipulationes non dividuntur. in 9. colu. verſic. demum in qvantum Bart. hic, de verbo. oblig.* & ſimiliter qvis non ſatisfaciendo obligationi juratæ, incidit in perjurium, & ſic in crimen, & ſcelus graviſſimum, ſecundum legem, Prophetas, & Evangelium, *ut dicit tex. in c. prædicandum. 22. q. 1.* nam propter perjurium contriſtatur Deus, *ut dicit Bal. in auth. cui relictum. in 3. colum. de ind. vid. toll.* adeò, qvòd cenſetur majus adulterio, *ut no. Car. in Clemen. unic. de jure.* qvia

per

per perjurium offenditur Deus, per adulterium verò proximus, & per qvod perjurium persona efficitur infamis, *ut no. gloss. Barto. & Doctor. in l. si qvis major. C. de transf. Bart. in l. Lucius Titius. ff. de his qvi no inf. Cano. in c. testimonium. de test.* etiam tali perjurio imponitur pœnitentia, qvòd jejunet 40. dies in pane, & aqva, & 7. seq. annos pœniteat, & nunqvam sit sine pœnitentia, *ut dicit text. 6. q. 1. qvicunqve. & 22. q. 5. si qvis pejeraverit.* Est bene verum, qvòd non est multum tempus, qvòd feci supra scriptam Cautelam practicare, modo qvo infrà, qvidam cum haberet debitorem, qvi ne incarceretur, non audebat exire domum, de qvo credito, constabat tantummodò in uno chirographo extante apud ipsum creditorem, scripto manu ipsius debitoris, feci, qvòd iste creditor adivit illum suum debitorem, rogando ipsum cum verbis blandis, ut vellet sibi satisfacere, cui debitor respondit, qvòd libenter faceret, sed non habebat modum, breviter post aliqva iste creditor dixit, qvòd ad hoc, ut cognosceret, qvòd ipsum amabat, qvòd ex nunc volebat eum adhuc expectare per 5. vel 6. menses, sed bene rogabat eum, qvòd finitis ipsis 5. vel 6. mensib. vellet sibi satisfacere, sed qvòd & ipse volebat ab eo unum, qvòd creditum suum, de qvo constabat tantummodò in illo chirographo, reduceretur in instrumentum publicum, cui petitioni ipse debitor consensit, & omnia etiam fecisset, ut habuisset illam dilationem 5. vel 6. mensium, & sic conseqveretur libertatem exeundi de domo, & ita fuit factum, de qvo instrumento publico notarius detulit juramentum huic debitori, de attendendo, & observando omnia, & singula, & in aliqvod non contravenire, &c. Elapsis postea illis sex mensibus, singulariter non satisfecit, sed iterum stabat in domo, & non exibat, qvo casu adivimus qvendam judicem, qvi tunc temporis erat hîc Paduæ, hominem captiosum, & aliàs satis ignorantem, cujus nomen taceo, petendo, qvòd per ea, qvæ superiùs dicta sunt, vellet dare nobis licentiam, qvòd ille debitor posset de domo extrahi, tamen noluit concedere, nec profuit ostendere ei auctoritatem Bald. & Jas. nihilominus tu prædictam Cautelam non tradas oblivioni: qvia licet Bald. * aliqvando fuerit locutus ex capite suo sine intellectu, & sine jure, *ut dixit Ant. in c. consultationib. de* 8
jure

jure patr. ut etiam refert Franc. de Cur. in suo consi. inci. super motivis redditis in favorem communitatis m... tis Barrutii, in 2. colum. & Vincentius Paleottus in co... 27. inter consi. ipsius Fran. de Cur. inc. viso puncto, & sub... libus dubitationibus, in 3. colum. tamen magna est aucto... tas Bal. præsertim, qvando non habet contradicentem, *dicit Alex. in l. moribus. in 4. colum. verb. in practica. Fulg. & pup.* nam auctoritas sua multùm est tenenda in... dicando, *ut dicit Fulg. in consi. 26. incip. stante statuto civ... Vincentia, in fine.* nam ipse fuit unicus Juris utriusq; pr... fessor. *secundum Ang. in consi. 37. post med 1. colu.* fuit De... excellentiss. & Juris utriusq; lumen *secundum Fulg. ... consi. 82. inci. punctum, super qvo consultatio proposit... post medium. 4. col.*

ADDITIO.

a Et qvod cont.) *An contumacia sit delictum.* vide i... omne delictum. in §. contumacia. ff. de re mil. & ibi Alex... gl. in c. ex literis. de const. *dic tamen, qvòd est fictum, ... non verum.* vide per Bal. in l. si filio. in fi. ff. sol. mat. & p... Bald. in l. & in multis, & de appel. per Joan. de Imol. i... pen. §. ad crimen de pub. jud. ff. sed contumaciæ appellati... ne in statuto venit vera, & non ficta. *vide per Ang. in con... suo 195.*

b Juramen.) *Qvid de juramento facto super pacto de f... tura successione, an sit servandum, vel ne,* vide Bald. ... consi. suo 369. incip. qvædam puella. in 3. vol. *& ibide... videas, in qvibus casibus servandum sit juramentum ... valeat, & in qvib. non, est pulchrum & qvotidianum con...*

I. DE ARNONO CAUT. L.

§. Pro debitore, qvi captus est tanqvam suspectus & f... gitivus.

QVI dicit debitorem suum suspectum, debet probar... *ut in l. item si suspectus. conjuncta. l. qva omnia. ff. ... proc.* Non ergo statur in hoc assertioni vel juramento cre... ditoris. Imò si suspicio revera subsit, & non emerserit po... debitum contractum, non relevat creditorem, *ut in l. cre... ditores. ff de priv. cre.* Et ideo dicit Ang. *in d. l. item si su... spectus,* sit cautus advocatus illius, qvi capitur tanqva... suspectus & fugitivus, qvia si est captus non facta probatio... ne suspicionis, & non facta, qvòd effectus fuerit suspect...

po...

...ost debitum contractum, debitor captus relaxandus erit. ...ora, qvia qvotidie occurrit.

DE CONTUMACIA. TIT. IV.

§. De contumacia vide qvædam in Tit. 1. citatio Personalis ...loc. 3. circa medium. item Tit. 3. de citatione reali. loc. 2. ...num. 3.

B. CÆPOLLA CAUTELA LVII.

§. Qvando contumacia procuratoris noceat domino. a

SUMMARIA.

1. *Contumacia est aliqvid non facere.*
2. *Contumaciam, dominus mittens procuratorem, qvibus in casibus non incurrat.*
3. *Contumacia procuratoris, an & qvando domino noceat, item num. 4.*
4. *Indefensus dicitur is, pro qvo generaliter vocatis amicis & conjunctis, nemo comparuit.*
5. *Mandato generali negotiorum delictum non continetur.*
6. *Expensæ contumaciæ vel victoriæ cui imputentur.*

ISTE articulus, an contumacia procuratoris noceat domino, est qvotidie in usu, & à nemine declaratur. propterea dicatis sic, qvòd primò videndum est, qvid sit contumacia procuratoris, & qvæ domini, super qvo pulchrè loqvitur Bar. *in l. cùm filius. §. in hac. nu. 5. ff. de verb. oblig.* * Dicatis ergo, qvòd contumacia est, aliqvid non facere, & ideo contumacia dicitur illius, cui facere principaliter erat injunctum, & ideo si dominus citatur, & mittat procuratorem, qvi non comparet, non excusatur, mittendo procuratorem. *allegat. text. in l. procuratorem. §. tutores. ff. mand. & not. Bart. in l. non distingvemus §. pen. ff. de arb.* qvod verum est, si procurator non comparet prima vice ad litem, si postea non comparet, dicitur contumacia procuratoris, *ut not. Barto. in d. §. in hac.* qvod tamen dixi, * qvòd si dominus citatur, & mittat procu- 2
ratorem: qvi non comparet, dicitur contumacia domini, non procuratoris. Fallit in qvatuor casibus. Primò fallit, qvando casus fortuitus contingit in persona procuratoris, propter qvem non potuit comparere,

ut

ut l. *cùm à matribus. C. qui pet. tu.* Fallit secundò, qva do in personam procuratoris non contingit casus fort tus, tamen aliud impedimentum eum de jure communi e cusans, secus, si sit impedimentum excusans eum de ju speciali, *ut declarat Bart. in d. §. in hac.* Tertiò fallit, cundum dominum meum, ubi reqviritur dolus domini, missione in possessionem ex secundo decreto, in person lib. *ut l. Fulcinius. §. qvod sit latitare. ff. ex qvi. can. pos. eatur.* nam constituere procuratorem, qvi non co paret, est culpa, *ut l. eum qvi rem. in fi. ff. com. & l. plures §. servum. ff. loca.* ideo ex contumacia procura ris, non fit missio contra dominum. Ista tamen propriè est fallentia, ut videtur, qvia par verum est dicere, qvòd contumacia domini, & non procuratoris, licèt non sit ta propter qvam fit missio, ex secundo decreto. Qvartò, ultimo fallit, qvando procurator talis constitutus à do no, qvi communi opinione reputabatur idoneus: nam casu, dominus constituens, liberabitur à culpa, *ut l. arg tum in fi. ff. com.* hæc tamen constitutio non sufficere via, in qva proceditur contra carentem culpa: ut in missi ne ex primo decreto, qvæ fit etiam contra absentem
3 probabili causa, *ut no. in l. ignorare, ff. de testa. mil.* * qvens articulus est. utrum contumacia procuratoris no at domino. *in qvo articulo Bartol. plenius locutus est in 1. §. si procurator. ff. si qvis jus dec.* Istæ sunt commun conclusiones, & non veræ, qvando non factum procura ris prima facie sonat in delictum, ut non camparet ad ju cis mandatum, tunc si agitur de his, qvæ sunt modici pr judicii, ut mittere in possessionem, ex primo decreto, co tumacia procuratoris nocet domino, casus in hac lege, q ita communiter intelligitur. Si verò agitur de his, q sunt magni præjudicii, ut est missio ex secundo decret contumacia procuratoris non nocet domino, *ut l. hoc a plius. §. fin. ff. de damn. inf. & in l. cum usufructuario. si ex noxali causa agatur.* hoc ultimum fallit, nisi domin sciens procuratorem hoc non fecisse, non purgavit e mortem, *ut leg. 2. C. de exact. mil. ann. lib. 10. Et ita tellexit Bart. l. non solum. in prin. sup. de ar. cu.* Sed ti nocet domino propria contumacia, in non purgando, n autem contumacia procuratoris. hæc sunt conclusiones

qvibus communiter transeunt ignorantes, & non veræ. Et primò falsa est ista conclusio, secundum dominum meum, qvòd ex contumacia procuratoris fiat missio ex primo decreto contra dominum: allegatur ille tex. ubi est casus ad literam in contrarium, *b* qvi tex. non vult, qvòd ex sola b
contumacia procuratoris fiat missio, sed dicit, qvòd post contumaciam procuratoris judex debet deliberare, an debeat mittere ex primo decreto, & considerare: an dominus sit indefensus, qvasi sentiat, qvod sola contumacia procuratoris non faciat videri dominum indefensum. * Is enim 4
dicitur indefensus, pro qvo generaliter vocatis amicis, & conjunctis, nemo apparet. l. *item ait prætor. §. fi. cum l. seq. ff. qvib. ex cau. ma. &* l. *hoc autem.* §. 1. *ff. ex qvi. cau. in poss. ea & no. gl. in* l. 2. *eo. tit.* Item non est vera conclusio, qvod in his, qvæ sunt gravis præjudicii, contumacia procuratoris non nocet domino. pro hoc allego vobis casum in c. suborta de sent. & re ju. ubi propter contumaciam procuratoris fertur sententia diffinitiva contra dominum, qvæ est magni præjudicii. Ang. qvi cognovit dicta Bart. non esse vera: dedit aliam doctrinam, nec distingvit: an sonet in delictum, vel non delictum. nec inter ea, qvæ sunt magni, vel parvi præjudicii. Sed prima conclusio ejus est ista, qvam etiam seqvitur Bal. ubi reqviritur vera domini contumacia, hoc est dicere, dolus domini, contumacia procuratoris, nec domini, non nocet domino, ideo ex contumacia procuratoris nec dominus mulctatur, nec excluditur à beneficio appellandi, in hoc ultimo, de beneficio appellandi, Bart. idem tenet in alia ratione, qvia beneficium appellandi est magni præjudicii. Secunda conclusio Ange. est, ubi sufficit ficta contumacia domini, contumacia procuratoris nocet domino, qvia contumacia procuratoris, est ficta contumacia domini. Ex hac conclusione seqvuntur infinitæ illationes in practica. Prima est, qvòd si procurator actoris deseruerit causam, condemnabitur dominus in expensis, ex contumacia procuratoris. hoc intelligit Innoc. *ext. ut lit. non cont. c.* 1. Bartol. verò *in l. prima. §. si procurator. ad fin. ff. si qvis jus di.* videtur contrarium dicere, dicens, qvòd sicut ex procuratoris contumacia dominus non mulctatur, *ut in leg. prima. §. si procurator.* ita nec condemnatur in expensis, vel interesse, qvia

qvia illa duo in pari procedunt. *ut dict. §. si procurator.*
5 *§. seq.** Item sicut in mandato generali negotiorum no
continetur delictum, *ut leg. si procurator. ff. de con. ind.*
in leg. si pater. ff. qvæ in frau. cre. ita nec mandato uni
causæ intelligitur mandantis contumacia, in aliqva pa
te. Subdit tamen Bart. singulariter ibi, qvòd hoc casu dan
natur dominus per viam excipiendi, qvia poterat sibi d
negari audientia, donec solvat sibi expensas, & delictu
procuratoris facilius nocet domino, ut causet exceptio
nem contra dominum, qvàm actionem, ut domini in del
6 cto in faciendo. Dominus meus* in hoc articulo allega
do dixit, distingvendum inter expensas ratione victori
& ratione contumaciæ. Si qværimus de expensis, ratio
victoriæ, contumacia procuratoris nocet domino, si dec
speciale mandatum ad causam, alias si contumacia non n
ceret, sententia lata contra procuratorem, diceretur la
contra gestorem, sine mandato, & non præjudicaret d
mino, nisi ratum haberet. l. *tertia. §. stipulatio. ff. ju*
sol. qvod est falsum, *ut in dicto cap. suborta.* In expen
verò, qvæ veniunt ratione absentiæ. Rapha. seqvitur Ba
qvòd contumacia procuratoris non nocet domino, per s
as rationes. Secundò seqvitur ex dictis Angel. qvòd co
cordet cum Bartol. in illo articulo procurator non appe
lando infra 10. dies, præjudicat domino, movetur tam
diversis rationibus Bar. hoc ideo, qvia non appellare, no
sonat in delictum Angel. hoc ideo, qvia ibi non appella
do, non reqviritur vera domini contumacia. Advertat
tamen, qvia est una glos. qvam non allegant, & est multu
singularis: *in* l. 1. *in fin. ff. qvan. app. sit.* qvæ dixit, qvo
ita demum non appellando procurator præjudicat dom
no, si non est solvendo. *& solet illa glo. allegari per M*
dern. in Authen. hodie. C. de app. Item seqvitur ex dictis A
gel. qvòd si procurator rei citatus peremtoriè non comp
ret. & condemnatur, talis citatio nocet domino, qvia
peremtoria non reqviritur vera domini contumacia, se
sufficiunt tres denunciationes, *ut* l. *ad peremtorium. ff.*
jud. & in l. *tres denunciationes. C. qvom. & qvan. jude.*
& hoc satis probatur in dict. cap. suborta. contrarium ten
Bartol. in hoc, dum vult, qvòd in his, qvæ sunt magni pr
judicii, contumacia procuratoris non nocet. Rapha. co
co

cordat istas opin. per distinctionem, an procurator sit solvendo, vel non, & dixi in proximo artic. Ultimò seqvitur ex dictis Angel. qvod interpositione secundi decreti facienda in reali, in qva sufficit ficta contumacia domini, *ut l. si finita. §. si forte. ff. de dam. inf.* ex contumacia procuratoris, fiet missio ex secundo decreto contra dominum. & hoc casu Bartol. malè loqvitur, qvòd tenuit indistinctè qvòd missio nulla ex secundo decreto fit contra dominum ex contumacia procuratoris. *c* sed debet Bart. salvari in missione in possessionem, qvæ fit ex secundo decreto super personalibus, qvæ reqvirit dolum domini, & latitationem: *ut l. Ful. §. qvid sit latitare. ff. qvib. ex cau. in p. s. eatur.* c

ADDITIO.

a Noceat do.) *Contumacia procuratoris nescientis respondere, an domino noceat*: vide Bald. in addi. Specul. de procur. versic. si procurator respondet. *Itē contumacia procuratoris nocet domino, in his, qva pertinent ad processum causæ: non qvoad mulctam imponendam, nec qvoad alias pœnas.* Bart. in l. eum qvi. in ultim. nota. C. de procur. & ibi Bal. in 5. not. vi Bart. in l. qvamvis. in ultim. colum. versic. 3. consvevit dubitari. ff. de damn. infec. & in l. qvoties. C. de dign. lib. 12. & in l. prima. §. si procurator. in 1 qvæst.

b In contrar.) *nocet tamen procuratoris contumacia domino in expensis* Bartol. in l. contumacia. D. de re judic. *videatur etiam Bart. in §. in omnem verò.* n. 70. in auth. de litigiosis, *ubi dicitur, qvod contumax in citatione prima, licet compareat in secunda, tamen in expensis condemnetur; porrò qvando procuratoris contumacia noceat domino.* Vide Bart. in §. studium. num 3. in auth. de trient. & semiss. l. Absentem. nu. 7. ff. de pœn.

c Ex contumacia procur.) *potest tamen contra contumacem verum perveniri ad secundum decretum, sed non aliter, nisi reqvisitis primum amicis.* Bar. in l. item ait prætor. nu. 2. ff. ex qvib. caus. major.

P. BREDERODIUS CAUTELA. I.

§. Pro citato Ægrotante & non comparente, ut sententia contra eum lata ipso jure nulla sit.

SUMMARIA.

1. *Sententia in contumacem lata valet.*

2. Sententia in infirmum indefensum à sciente jud... lata ipso jure nulla est.

1 SEntentiam * contra legitimè citatum nec in termi... comparentem jure ferri posse constat. *l.1.& 8.C.qvom... do & qvando jud.sentent.profer. debeat, præsentib.pa... vel una part.abs.* etiamsi omnino defensus fuerit. *l.3...tit.* eamqve sententiam ipso jure valere, donec per abse... tem rescindi petatur. *d.l.3.& 11.C.d.tit.* Qvod si autem... sens ægrotaverit, & judex infirmitatem sciverit, senten... ipso jure nulla est, si ignoraverit, valebit qvidem sen... tia, nisi per in integrum restitutionem rescindatur. *Ba... in l.non exigimus.§.si qvis in judicio.n.3.ff.si qvis caut... nib.judic.sisti.&c. in l. qvæsitum. n. 2.ff. de re judic.&... videtur tenere Inn.in cap.pen.extra de dilat.* & ideo ca...
2 tela erit, ut sententia * sit ipso jure nulla, ut judici exc... sator mittatur, cum citato impedimentum infirmitatis... perveniat, qvia hoc judici notificet, qvod talis infirmi... tali supervenit, tunc enim judex sciet, & talis senten... ipso jure erit nulla. *Bart.in d.§.si qvis in judicio.n.3.*

DE DECRETI CONTRA CONTUMACE... INTERPOSITIONE. Tit. V.

R. FICHARDI CAUTELA XLV.

§. Pro judice procedente contra aliqvem in contum... ciam.

SUMMARIA.

1. Contumax ad condemnationem de interpositione ... creti qvis.

2. Pro confesso in responsione ad articulos qvando q... habeatur.

1 CONTUMACEM * esse per se non sufficit ad conde... nationem, sed reqviritur, ut hoc liqvidò constet ju... ci, & ut qvis prius per interlocutoriam contumax decla...
2 tur sive pronuncietur. *a l. hac autem. §. non defendi ff...*
b *qvibus causs. in possess. eatur. Bar.in l.4. §.prætor. b ff... damn.infect.* Ne igitur judex teneatur in Syndicatu, Ca... tela est, ut velit procedere contra aliqvem tanqvam co... tumacem ex forma legis, vel statuti, interloqvatur pr... aliqvid, per qvod declaret illum esse contumacem, &... ostendat sibi liqvere de contumacia. *Anton. de Butr. in...*

cr...

cum dilecti, colum. 5. verſ. ultimo adverte. idqve ſimili modo, ut non ſufficit ad hoc, ut qvis habeatur pro confeſſo, * ſi ad articulos non reſpondeat, ſed reqviritur, ut pronuncietur à judice, eum haberi pro confeſſo, atqve ita certò de eo ex actis conſtet. *per l. ejus qui delatorem. ff. de jur. fiſc. Ang. in tract. de maleſic. in verb. qui judex videns. verſ. qværitur tamen. Bal. in l. tranſigere. in fin. C. de tranſact. Pau. de Caſt. in conſilio vigeſimotertio, colum. 2. incip. ſuper primo qvæſito. glo. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de juram. calumn.* Hanc Cautelam tradit Hippolyt. de Marſ. *conſi. 52. num. 26. vol. 1.* 2

CENSURA.

a Pronuncietur.) *Si tamen reus non venit, neq; miſit, & ſic ſit contumax, pervenitur ad primum decretum: licèt judex non pronunciet eum contumacem.* Bart. in l. ſi finita. §. Julianus. n. 17. ff. de damno infect. *adeo ut hac cautela ſuper vacua videatur. P. Brederodius.*

b In l. ſi finita. 15. §. Julianus. num. 17. & 8.

P. BREDERODIUS CAUT. II.

§. Pro judice, qvi decretum primum interponit.

SUMMARIA.

1. *Contumax qvis.*
2. *Sententia in Decreti primi interpoſitione qvomodo formanda.*

Sententia Bartoli *in l. ſi finita 15. §. Julianus. num. 17. ff. de damn. infec.* ſufficit ad decreti primi interpoſitionem, qvod qvis contumax * ſit, id eſt, qvod citatus neq; venit, neq; miſit. qvam ſententiam confirmat Bald. *in ca. 1. de mil. vaſ.* diſtingvit tamen *in l. 1. c. ne ex delicto defunct.* hoc modo, nimirum pronunciandum eſſe ſuper contumacia, ſi ante ſententiam negetur: qvia ſuper emergenti eſt pronunciandum. *l. liberis. ff. de liber. cauſ.* aliter non opus eſſe pronunciatione. Alexander verò dicit omnino pronunciatione opus non eſſe, etiamſi contumacia negetur, & ex eo ſatis conſtare de contumacia, qvod judex procedendo ad ulteriora, videatur emergentem qvæſtionem rejicere: & valet proceſſus, etiamſi ſuper emergenti non pronuncietur. *c. ex parte. 2. extr. de appel.* qvam opinionem dicit ſubtiliter probari. *in l. ait prætor. §. permitt. ff. de minoribus.* 1

Bart. in l. à procedente. C. de dilat. §. Cautela inter h[...] ambiguas doctorum opiniones erit judici, ut in ipsa pro-
2 nunciatione interpositionis decreti,* inserat visis citatio-nibus & relationibus, & contumacia dicti rei, & toto pro-cessu. Nam sufficit, ut in actis reperiatur de contumacia re[...] *Glos.* l. *Sancimus.* §. 1. *cir. fin. C. ad Trebell. super verbo pe[...] contumaciam. l. 6. ff. eodem tit. & pro hoc videtur, quod [...] ex mente. l. in præsenti. §. cum autem C. de his, qui ad eccle[...] confug. & l. properandum. C. de judic. & §. si vero etia[...] quidam in Auth. de exhib.* ita tamen ut judici liqueat [...] contumacia, qvod non præsumitur, nisi appareat relat[...] scripta in actis, cujus descriptio de substantia sententiæ e[...] *ita tenet Bald. in l. fin. C. de feriis, & in l. judices in ultim[...] notab. Salic. in d. l. fin. C. de fer. & Alex. in l. 1. §. nunciati[...] col. 7. ff. de oper. nov. nunc.* & sine ea Decreti interpositio no[...] valet. l. *hac autem. §. 1. ff. ex quib. causs. in poss. eatur. Bart.[...] l. si finita. §. Julianus. n. 18. cum seq. ff. de damn. infect.*

P. BREDERODIUS CAUT. III.

§. Ut Decretum, unius creditoris instantia interpositum profit omnibus.

SUMMARIA.

1. Immissio unius creditoris qvando alteri non pros[...]
2. Vigilantibus jura scripta sunt.

JUre determinatum est Decretum primum ad instanti[...] unius creditorum, qvi par jus habent in bonis debitoru[...] interpositum ceteris prodesse. l. *cum unus* 12. *ff. de reb. auc[...]
1 judic. possid.* par jus dixi, qvia * aliud erit, si alius real[...] habeat actionem, alius personalem, in qva diversitate actio-num alterius immissio alteri non potest prodesse, ut tene[...] *Bald. & Salyc. in l. fin. C. de Bon. auct. Judic. possid.* Sed [...] pari causa unius immissio dei jure qvidem prodest, sed n[...] tempestivè alius sibi vigilet & se creditori immisso conju[...] gat, tempore suo jure cadet, qvoad rem, in qvā alius immiss[...]
2 est. Jura enim * vigilantibꝰ, nō dormientibꝰ, scripta sunt[...] *non enim. 16. ff. ex quib. caus. major. l. pupillus. 24. in fin.[...] de his, qua in fraud. cred. l. 3. C. de excusat. tutor.* neqve v[...] gilantia unius creditoris debet prodesse negligentiæ alte-rius. *l. fin. in prin. C. de bonis aut.* Cautela itaqve erit, ut [...] constitutione Justiniani ceteri creditores, qvi ejusdem d[...]

cre[...]

eti utilitate frui volunt, si præsentes sint in una eademq; provincia, in qva & possessores rerum commorantur, intra biennium, si absentes intra qvadriennium veniant, & citato creditori immisso, debitum legitimè ostendant, expensas secundum qvantitatem debitorum solvant eis, qvi sententias consecuti sunt, qvæ taxabuntur per juramentum eorum, qvi eas in adipiscenda possessione fecerunt. l. *ult, circ. princ. C. de bon. auth. judic. poss. & l. is cui. §. si plures. 3. responso. & qvod ibi not. in glo. in verbo, ordinem. ff. ut in possess. legati. nomine.* Si tamen post elapsa illa temporum spacia tandem alius creditor comparuerit, & qvid pecuniæ ex venditione superevit, probato debito, sine ullo novo processu, ea illi in solutum datur. §. 1. *d. l. finalis.*

DE COMPARITIONE. TIT. VI.

§. De comparatione vide qvædam *in tit. 1. de citat. personali. in loc. 3. cir. med.*

I. DE ARNONO CAUT. LXXIX.

§ Pro Citato ad constitutionem regni, edictorum, de literis citatoriis.

Comparens in ultima citatione, in expensis condemnandus est.

EX qvo per dictam regni constitutionem, incipientem, edictorum, cautum est, primam citationem inter alia habere peremtorium continere. *ut habetur in dicta constitutione. §. citatio. in princ. ibi, qva peremtorium continebit.* Ego * qværo in terminis dictæ constitutionis, si qvis fuit contumax in prima & secunda citatione, postea in tertia comparuit, an debeat condemnari in expensis propter præcedentem contumaciam. Jacob. de Aret. & Algos. *in l. sancimus. C. de jud.* tenent qvòd non, ex qvo reqviritur trina citatio, ad constituendum qvem in contumaciam, *alleg. l. ad peremtorium, cum trib. seqventib. ff. de jud.* melius allegassent textum expressum *in l. contumacia. §. contumax. qvem ad hoc ibi ponderat Bartol. pro Jac. de Aret. ff. de re judic.* Tamen in contrarium est veritas, secundum Cyn. *in d. l. sancimus. in 5. q. & ibi Bart. Bald. & alij. & in authent. qvi semel. ubi dicit esse textum. C. qvomodo & qvando judex.* ibi enim citatus comparuit 1

 ante

ante elapsam tertiam dilationem, & tamen reficit expensas a Idem tenet Bartolus *in l. qui ante Kalend. & ibi La Imo. ff. de verborum obligat. Bart. in d. l. contumacia. §. & in l. uni. §. ut videtur. ff. si quis jus dicen. non obtemp. cum aliis alleg. copiosè per do.* Jas. *in d. l. sancimus. in 5. col. sexto quaro.* Non obstat, quod per dictam constitutione requiritur trina citatio, & sic peremtorium, quia procedi quantum ad hoc, ut possit procedi ad sententiam diffinitivam, vel ad primi decreti interpositionem, vel ad datione termini ad probandum, *juxta regiam Novellam pragmaticam, incipientem, relatione citationis, sub Rubric. forma procedendi in causis prædictis post citationem secundum Cynum in d. l. sancimus. & Bart. in dict. l. contumacia, §. 1. secundum* Jason. *in praalleg. loc.* Et ideo Cautela est, ut citatus compareat in prima citatione, si vult evitare dictas expensas, per suprà dicta. Et per hæc habes intellectum ad dictam regni constitutionem, edictorum. & dictam regiam Novellam pragmaticam, incipientem, relatione citationis.

ADDITIO.

a Reficit expensas.) *Reus tamen veniens post interpositum primum decretum & allegans aliquam causam, propter quam non tenetur expensas resarcire, & judex pronunciat eum non audiendum, nisi refectis expensis, potest a hac pronunciatione appellare.* Bart. in l. ante sententiam 19. ff. de appell. resc. *unde videtur etiam audiendus, antequam expensas refundat. P. Brederodius.*

B. CÆPOLLA CAUT. CXLV.

§. Pro ecclesia litigante.

SUMMARIUM.

1. Ecclesia curatorem habere potest.

SUnt cautelæ pro ecclesia litigante, si fortè prælatus su a judicio repellatur. Prima est, qvòd ipsa ecclesia comparæat: qvia admitti debet. Secunda Cautela est, * qvòd 1 detur curator Capitulo, vel ipsi ecclesiæ: *per not. in c. si 5. q. 3. & c. edoceri. de resc. & ita dicit* Jo. *And. in c. 1. in col. de restit. in integr. in 6. in Novel.*

DE ADVOCATIS. TIT. VII.

BALDUS CAUT. I.

§. Advocatus qvibus cautelis uti possit & debeat.

SU

SUMMARIA.

1. *Hostes decipere licet.*
2. *Inconveniente uno dato multa seqvuntur.*
3. *Audivisse aliqvem qvomodo cautè probetur.*

ADVOCATUS debet multis Cautelis, & remediis, præcavere: primò, ut justam litem assumat. *C. de jud. l. rem non novam. §. proinde* in qva, si justa sit, potest sine peccato patrocinari, & adversarium suum licet decipere. Nec ex hoc peccat. * Sic etiam licet de jure canonico decipere hostes, contra qvos licitum bellum ingeritur, *ut no. 23. q. 2. c. dominus. 3. responso.* Sic cautus in judicio competenti adjectione, in libelli conceptione, ne in ipsa erret. cum enim libellus sit fundamentum causæ, error ejus facile totam causam subvertit. Nam secundum Philosophum parvus error in principio, maximus est in fine. 1

Item uno * inconvenienti dato, multa inconvenientia seqvuntur, debet esse cautus, infinitis Cautelis, qvæ in caussis sunt necessariò adhibendæ, de qvibus Aegidius Foscari ponit in suis libellis, & Speculi in tit. de advocato. Inter alias autem Cautelas dicitur dominum Pyleum mirabili Cautela usum fuisse in qvadam causa. Nam cum qvidam artifices ædificarent * qvoddam palatium super viam publicam, qvodam die dum deponerent qvoddam pondus, exclamaverunt altis vocibus, cavete, cavete. Sed qvidam imprudens inde transiens in transitu fuit uno lapide percussus, qvi accusavit omnes artifices, qvi accusati consuluerunt dominum Pyleum; & narrato facto, eum cognovit, dominus Pyleus, qvod jus, qvod habebant, de exclamatione probare non poterant, unde dixit eis. Non deficit jus, sed probatio. *ff. de test. tut. l. duo sunt Titij.* Sed cras erimus in judicio, cavete vobis, ne aliqvod verbum loqvamini, sed permittatis me solum loqvi eis in judicio coram judice constitutis, & accusatore, dixit judex, oportet qvod respondeant accusæ constitutæ contra eos, dixit Pyleus, domine, non poterunt respondere: qvia sunt muti, respondit accusator, domine, non est verum. Non credatis: qvia audivi loqventes, qvando fui percussus. Nam ipsi exclamaverunt cavete, cavete, tunc Pyleus fecit ejus dictum apud acta redigere, & sic fecit eos absolvere *per l. si putator. ff. ad l. Aqvil.* 2 3

R. FICHARDI CAUTELA VI. QUÆ CAUTELA CAUTELARUM NON MALE DICI POTEST.

§. Pro advocatis atque Pragmaticis, quomodo conscientiæ suæ cavere debeant.

SUMMARIA.

1. *Conscientia.*

2. *Cautelis malis abstinendum.*

3. *Pœna cautelis malis utentium.*

VEtus est illud Euripidis: Odi sapientem, ipsi sibi qui no sapit. Itaq; convenit ei, qui alii cavere debet atque vul sibi ipsi inprimis ut caveat, ne illi eveniat, quod Ovidi scribit: quique aliis cavit, non cavet ipse sibi. Sit igitu hæc prima, atque adeo suprema omnium Cautela, ut advo cati, Pragmaticiq;, dum clientib. gratificari cavereq; vo lunt, id ita faciant, quòd sibi ipsis, & eam quidem in pa tem, quæ omnium est potissima, conscientia nempe atq anima, caveant. Nulla igitur Cautela, quantumvis in spe ciem fucata, aut probabili, perperam, vel ad obruenda veritatem, vel ad necem (ut nostri Jurisconsulti loquu tur) alterius, remordente interim conscientia, utentu

1 Est enim * conscientia Angelus humanæ vitæ præsiden *ut dicit Bald. in l. si & arbiter. in 2. no. C. de fideic.* Et alib *(in l. fi. §. Sed & si quis. in fi. C. com. de leg.)* quòd est lex in tellectus nostri. Contra conscientiam igitur remorden tem nihil unquam faciendum, ut dicit Franc. Aret. in con 181. ibidemq; quod ad Jureconsultum non pertinet ea de cidere, quæ sunt de foro conscientiæ. Nec minus elegan ter Cicero (licet homo Ethnicus) ad Atticum scribit, omni vita sua quenquam à recta conscientia transversu ungvem non oportere discedere. Et in specie quod ad tal communes Cautelas attinet, admodum piè scribit Bal. *l. etiam, in fin. C. de fideic.* Consilio tamen meo, inquit,

2 istis Cautelis, * per quas anima damnatur, abstinendu est, & principali supplicandum. Similiter Philip. Decius *l. ea demum, in princ. C. de col.* ita scribit, Cavendum ta men ab istis Cautelis, quæ lædunt conscientiam: quia dic Angel. *in l. 1. C. de fal. cau. adiec. leg.* quendam visione habuisse, Dynum damnatum propter quandam Cautelam Et refert And. Sic. *consi. 65. col. 3. lib. 2.* Sic etiam Pau.

Ca

Cast. *in l. si per errorem. ff. de jurisd. om. Jud.* Cave, ut sæpè dixi, a Cautelis deceptoriis: qvia etsi in hoc seculo advocatis honorem faciant, tamen in alio magnum animæ afferunt detrimentum. Hæc ille. Qvinimo etiam Bart. Cæp. primus ille Cautelarum collector, plerunqve cum refert aliqvam Cautelam suspectam, admonet, ne illa qvis utatur, sed tum demum, qvando fovet causam justam, qvam tamen vel favore, vel potentia partis adversæ diffidit obtinere: item ut sciat aliis talibus Cautelis improbis uti volentibus obviare. Nam ipsemet in abutentes argutis & nimium calumniosis Cautelis graviter & acriter invehitur in Caut. 76. circ. med. ubi ita concludit: Qvia sic lucrando causas perdes animam, *juxta no. in c. præsentium de test. lib. 6. &c.* Ceterum * qvid prodest homini, (ut 3
salvator noster CHRISTUS dicit) si totum mundum lucretur, animæ verò suæ dispendium patiatur? Qvod dictum refert etiam Speculator *in tit. de advoca. §. utriusq; partis advocatum, &c.* ibidem scribit, Caveat ergo ne a veritate discedat, ne mentiatur, ne calumniosè alleget, ne perversè interpretetur, &c. Accedit gravissima Dei interminatio, per Prophetam Esaiam, c. 5. Væ, inqvit, dicentib. malum bonum, & bonum malum, qvi ponunt lucem in tenebras, & tenebras in lucem, qvi ponunt amarum in dulce, & dulce in amarum, &c. Hæc igitur omnibus nobis, qvi forensibus negotiis occupamur, probè animadvertenda & consideranda sunt, nec enim pro nihilo est, qvod Plinius Jun. scribit, Epistolarum lib. 2. ad Nepotem. Nos, qvi in foro, verisqve litib. terimur, multum malitiæ, qvamvis nolimus, addiscimus. Idem ferè dicitur in l. fin. post prin. ibi. Sed cum ii, qvi circa lites morantur, &c. ubi Glossa addit, qvòd tales omnia mala noverunt. Cum igitur in hoc tam lubrico stadio nobis currendum sit, tantò majore animadversione cautioneqve opus esse, nemo sani judicii dubitare potest. Caveat igitur sibi suæqve conscientiæ qvilibet inprimis, neqve Cautelis, ad opem bonorum & oppressorum sincerè collectis, malè utatur. reddet enim qvilibet dispensationis suæ tandem rationem. Luc. 16. neqve tunc licebit per Procuratorem se defendere, sed in ipsum principalem feretur sententia, à qva non licebit appellare.

§. Pro advocatis, ut propter vulgi opinionem splendidius vestiti incedant.

RIdiculum forte videbitur, qvòd idem Speculator *in tit. de advocato. §. seqvitur videre de vestibus advocatorum, &c.* admonet illos, ut studeant habere vestes talares suoqve statui ac dignitati congruentes, qvæ authoritatem illis concilient. Allegat prætea alia vulgatos illos versiculos,

Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus.
Creditur à mille, qvamvis idiota sit ille.
Si careat veste, nec sit vestitus honestè,
Nullius est laudis, qvamvis sciat omne, qvod audit.
Hunc homines decorant, qvem vestimenta decorant.

Sed hæc non ridebit, opinor, qvi Juvenalis Satyram septimam legerit, in qva inter cetera sic scribit.

Et tamen hoc ipsis est utile. Purpura vendit
Causidicum, vendunt Amathystina, convenit illis
Et strepitu, & facie, majoris vivere census.
Sed finem impensæ non servat prodiga Roma.
Ut redeant veteres: Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
Respicit hoc primum, qvi litigat, an tibi servi
Octo, decem comites, post te an sit sella togati:
Ante pedes, ideo conducta Paulus agebat
Sardoniche, atq; ideo pluris qvàm Cossus agebat.
Qvàm Basilus, rara in tenui facundia panno.

Et ne hæc qvidem Fabium latuerunt, qvi lib. Instit. Cultus, inqvit, concessus atqve magnificus addit hominib. (ut Græco versu testatum est) authoritatem. De quo plura Erasmus Roter. in protrito illo, sed verissimo adagio, vestis virum facit. Itaq; sic comparatum est, ut tenuiter vestitum advocatum tenui qvoq; salario contentum fore homines arbitrentur, magnificè verò culto, modicum offerre verecundentur. Sed cum hæc vana sit opinio vulgi, opinioni verò prævaleat veritas. *l. obligatum. C. de sol.* non-nimium fidendum erit huic cautelæ de vestit. est enim pro imperitis potius & hominibus novis atq; obscuris, qvi nec familiæ nobilitate, nec eruditione clarent, sed solo vestitu sibi authoritatem ac æstimationem conciliare cogunt

do

donec vel uxorem aliqvam divitem vel aliqvalem functionem, illo vestitus hamo captarint, sed revera talis æstimatio, ut exempla docent, postea indies vilescit, & inscitia tandem seipsa prodit, atqve pudefit. Cures igitur potius, ut tu vestem, qvam vestis te decoret. Pertinent enim illæ deliciæ potius ad mulieres, qvàm viros Philosophos.

B. CÆPOLLA CAUT. LXVII.

§. Notabilis, instruens advocatum, qvòd semper allegat motiva vera, & persuasiva.

SUMMARIA.

1. *Judex sæpissime ad judicandum movetur, per rationem, qvæ minus facit, & aliqvando nihil facit, & non movetur per rationem urgentem, qvæ in caput suum non intrat.*

SUnt multi procuratores & advocati, qvi in suis allegationibus, & defensionibus, ut videantur sapientes, & non cavillosi, non allegant, neq; adducunt pro defensione sui clienculi, nisi ea, qvæ vera sunt, & videntur multum urgere, & jura adducunt solummodò, qvæ videntur concludere de necessitate, sed tu sis cautus, & non ita facies, si foves justitiam, casum primò deducas, rationes, & jura causæ tam qvæ bene faciunt & concludunt, qvam etiam qvæ non ita bene faciunt, si sunt persvasiva, & etiam ducant aliqvalem præsumptionem. a Et est ratio, qvia * sæ- a
pissimè judex movetur ad judicandum per rationem, qvæ 1
minus facit, & aliqvando nihil facit seu valet, & non movetur per rationem urgentem, qvæ non intrat caput suum. Istam cautelam dat d. Ant. de Butr. *in c. per tuas. qvi filii sint legitim.* & teneas, qvòd sit utilis, qvia sæpissimè expertus sum.

ADDITIO.

a Aliqvalem præsumptionem) *Præsumptio probat plenè in his, qvæ sunt consona veritati.* Bart. in l. 2. in prin. in 2. col. in versi. qværit glo. 1. in lect. Nico. de Neap. ff. de excusat. tut. *Præsumptiones plures simul concurrentes, inducunt animum judicis ad unum conceptum mentis finalem, ut adminiculo juramenti non indigeat.* Bal. in Rub. C. de controver. invest. in ult. col.

R. FI-

R. FICHARDI CAUT. VII.

§. Pro advocatis, ut petant à Clientibus suis informa-tionem causæ in scriptis, atq; ita caveant honori suo.

SUMMARIA.

1. *Visis Libris tantum in arduis causis respondendum*
2. *Informatio controversiæ in scriptis à partibus pe-tenda.*
3. *Advocatus qvo pacto examinare Clientem ad s adventantem, debeat.*
4. *Advocatus incredulus optimus est in discendo.*
5. *Advocatus etiam judicis personam induere deb- ante causæ patrocinium.*

MUltas Advocatis Cautelas tradidit Gulielmus Duran-dus, qvem vulgò Speculatorem vocant, in Speculo su sub Tit. de Advocatis, tam ad ipsorum animæ salutem qvam honorem famamqve tuendam conducibiles, & san memorabiles. Inter qvæ potiores videntur, ut caveant ad vocati, ne ullam causam injustam ob vile lucrum tuen dam suscipiant. Ne qvidqvam contra conscientiam com mittant, ut causas juribus, non fraudibus tueantur. Ne enim decet, inqvit, virum bonum causam suam falsitat bus adjuvare. Ut plenam à suis clientibus facti informatio nem exigant, & eam qvidem in scriptis. Ut sollicitè qvæ rant de probationibus. Ut in difficilibus causis aliqvem Sy nergon, (sive, ut ipse loqvitur, Socium) ascis cant. Ne cli entibus temerè victoriam promittant, cum litis eventu

1 sit dubius. Ne pudori sibi ducant, * in arduis causis, qvando hæsitant, dicere, volo mecum, cum libris, & pe ritis deliberare. Et tandem ita concludit: Ex præmissis col lige, qvòd juris peritus debet esse in consilio cautus, i patrocinio fidelis, in judicio justus: qvoniam de talento si bi credito tenetur reddere rationem, &c. Memini auten patrem meum charissimum Joannem Fichardum, cùm præ dictas Cautelas omnes, tunc eam plurimum commendare

2 qva admonet Speculator, ut informationem * de fact controverso, advocatus non obiter & oretenus, sed i scriptis à cliente vel litigatore (in causis maximè gravio ribus) exigat. Sæpenumero enim (dicebat) evenit ad

ve

vocatis, ut apud eos Litigatores, maximè Nobiles, plurima de causæ suæ justitia prædicent, & se probare posse jactitent, qvæ postea in processu causæ præstare neqveunt, & longè aliter se habere inveniuntur, qvapropter etiam causa tandem cadunt, culpam verò adversæ sententiæ in advocati vel negligentiam vel imperitiam rejiciant, & ea, qvæ prolixè & magnificè primum illi prædicarunt, postremò deplorata causa, diffiteantur etiam omnia. Et hæc olim qvoqve animadvertisse, multoqve elegantius ipso Speculatore tradidisse referebat, F. Qvintilianum Instit. oratoriarum lib. 12. cap. 8. in qvo, qvæ Oratori (in cujus locum hodie advocati successerunt) in discendis causis sint observanda, diligentissimè, scitissimeqve ille commemorat, cujus idcirco verba (qvòd valde sint memorabilia, & huic instituto admodum convenientia) non piget huc ascribere. Ne * tanta (inqvit) sit acturo memoriæ fiducia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel 3
audisse sit satis, cogendus eadem iterum ac sæpius dicere litigator, non solum qvia effugere prima ex propositione potuerunt, sed etiam ut sciamus, an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanqvam non doceant causam, sed agant, non ut cum patrono, sed ut cum judice loqvuntur. Qvapropter nunqvam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbandus, & evocandus. Et postea: Jam cum satis in audiendo temporis impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusqve adversarius. proponendum, qvicqvid omnino excogitari contra potest, qvicqvid recipit in ejusmodi disceptione natura. Et paulo post: In summa, optimus * est, in discendo 4
patronus incredulus. Promittit enim litigator omnis testem populum, paratissimas consignationes, ipsum deniqve adversarium qvædam non negaturum. Ideoqve opus est intueri omnis litis instrumentum, qvòd videre non est satis, perlegendum erit. Nam freqventissimè: aut non sunt omnino, qvæ promittebantur, aut minus continent, aut cum alio aliqvo nocituro permista sunt, & fidem hoc ipso detractura, qvòd non habeant modum. Et postremò, si cau- 5
sam perscrutatus, præpositis ante oculos omnibus, qvæ pro-

prosint, noceantve, tertiam deinceps personam induat judicis, fingatqve apud se causam agi, & qvòd ipsum movisset de eadem re pronunciaturum, id potissimum apud qvemcunqve agetur, existimet. Et sic raró eum fallet eventus, aut culpa judicis erit. Hactenus Qvintilianus. Et hæc omnia verissima esse experiuntur, qvi in forensibus versantur negotiis. Optimè igitur advocatus sibi cavebit, si initio cum causam aliqvam(maximè arduam, ut dictum est, majorisqve momenti) vel agendam vel defendendam suscipit, petat à litigatore, ut informationem integram facti, vel ipsius (qvòd qvidem præstat & tutissimum est) vel alterius manu conscriptam, sibi exhibeat, qvam apud se ad finem usqve litis retineat, ut si postea secus omnia, qvam ipse litigator, primò asseruit, se habere ex probationib. apareat, ille nihil habeat, qvod meritò ipsi advocato exprobrare possit.

DE PROCURATORIBUS. TIT. IIX.

R. FICHARDI CAUT. II.

§. Pro actore dubitante de Mandato procuratoris generalis adversarii sui.

SUMMARIUM.

1. *Mandatum generale cum clausula liberæ administrationis qvatenus æqviparetur speciali.*

1 LIcèt mandatum * generale, cum Clausula liberæ administrationis, æqviparetur etiam speciali mandato. *Bald. in l. illud. in fi. ff. de min. Jas. in l. indebitum, in no. 2. ff. de cond. indeb. Fel. in c. nonnullis. §. 1. in col. 1. de rescr.* tamen cùm multi sint actus judiciales, qvi speciale mandatum reqvirunt, & actor, ejusve Procurator, fortè dubitaret, an generale Mandatum cum libera (ut abbreviando vocant) esset sufficiens pro reqvisito mandato speciali, ita, ut Reus non posset illum actum Procuratoris sui generalis revocare, vel de nullitate aliqvid cavillari, tunc Cautela est, qvòd in qvocunqve actu fiendo (ut loqvuntur) cum procuratore, dicatur: Litigo sub hac exceptione, salvo, si apparebit ipsum non esse procuratorem, qvòd tunc nolim habere ratum, &c. Hanc Cautelam pro singulari commendat Fel. *in cap. causam, qvæ lo. 1. col. ult. de Jud. & post Bart. qvi eam ponit in l. inter qvos, §. alieno, num. 4. ff. de dam. inf.*

ſit. *Alex. in* l. *licet. C. de procurat. ibidemqve Jaſ. Eandem qvoqve notat Catel. Cott. in ſuis Memoria. in verb. procurator generalis, circa fin.* Ego tamen pro magis ſufficienti Cautela adderem illi proteſtationi (poſt illud, illum non eſſe) etiam hæc verba: Vel ſi apparet ad hunc actum ſingularem, ſine ſpeciali mandato, eum non poſſe procuratorem eſſe, &c. qvia fieri poſſet, ut ipſe qvidem ſit generalis procurator, & tamen ad actum fiendum, propter ejus ſpecialitatem, Procurator eſſe non poſſit, ſine expreſſo & ſingulari mandato Procuratore, ut ſi qvis vellet petere reſtitutionem contra ſententiam, qvæ tranſiviſſet in rem judicatam, ſecundum Panorm. in c. ſuſcitat. de reſti. in integrum. num. 5.

I. De Arnono Caut. LXXXII.

§. Pro eo, contra qvem admittitur procurator cum cautione de rato.

QVando reus conventus dicit procuratorem carere mandato, tunc admittitur cum cautione rati, ſecus ſi diceret eum eſſe falſum procuratorem, ſecundum Spec. *in tit. de procurat. §. ratione qvoqve forma. verſ. tertiò ſcias.* Hinc eſt, qvòd licet dominus poſſit ratificare geſtum à falſo procuratore, *ut eſt glo. reputata ſingula. in* l. *ſi vere. §. hoc jure. ff. de except. rei jud.* Tamen Cautela eſt, qvòd qvando procurator admittitur cum cautione rati, qvòd ſibi proteſtetur, niſi appareat eum falſum procuratorem, ſecundum Bart. Ang. & alios *in* l. *inter qvos. §. alieno. per illum text. cum gl. ff. de dam. infect.* & in ſpecie Angel. *in* l. *ff. bona. §. ſi alieno. de damn. infect.* Refert & ſeqvitur dom. Jaſon. *in* l. 1. *in 2. col. ibi, decimo tertio limita. C. de procurat.*

I. De Arnono Caut. LXXXIII.

§. Adhuc materiam præcedentis Cautelæ, pro eo, contra qvem admittitur procurator cum cautione de rato.

ALiam adhuc Cautelam ad materiam præcedentis Cautelæ affert in medium Bartol. *in* l. 1. *in fin. num. 14. C. de procur.* pro & contra qvem admitteretur procurator cum cautione de rato, videlicet qvòd is, contra qvem comparet procurator, non fateatur, nec neget eum procuratorem, ſed petat exhiberi ſibi mandatum expenſis producentis, qvod facere tenetur. Et iſta practica alias fui uſus, &

& obtinui. & eam etiam seqvitur dom. Jas. *in d. l. 1. in* *col.* dum posita praecedenti Cautela dicit, aliam etiam Cautelam ponit Bart. hic.

R. FICHARDI CAUT. LXV.

§. Pro procuratore in causa possessorii.

QVotiescunqve victo in judicio possessorio (maximè si de momentanea possessione qvæstio sit) potest consuli per petitorium, non licet appellare à sententia lata in possessorio. l. *ult. C. si de mom. poss. app. fue. & ibidem Doctores communiter, in primis verò Cæsar Contard. qui novissimè omnium super ea lege, & qvidem non minus acutissimè commentatus est.* Ne igitur Procuratores Principalibus suis in appellando præjudicent in tali causa possessorii, cavere debent, ne qvid impertinenter deducant in Processu, propter qvod Principales eorum priventur beneficio appellationis, ut, si producant articulos tangentes petitorium, vel aliud remedium, per qvod victo in possessorio postea possit esse consultum in petitorio, vel si simul committant causam possessorii, & petitorii & super utroqve libellent, qvia tunc liqvidò constaret per eorum confessionem, qvòd damnum à judice in possessorio datum restaurabile esset in alio judicio, ideoqve non possent postea allegare sibi concedendam esse appellationem ratione damni irreparabilis, in alio judicio. Hanc Cautelam tradit d. Contard. in illo suo Commentario, sub Limitat. ... fin. num. 10.

DE EXCEPTIONIBUS CONTRA PERSONA[S] AGENTIUM ET DEFENDENTIUM.

TIT. IX.

P. BREDERODIUS CAUT. IV.

§. Pro litigante cum Minore XXV. annis.

SUMMARIA.

1. *Minor Procuratorem ad lites constituens quan[do] restituatur.*

2. *Qvando non restituatur.*

1 ADULTUS * & minor viginti qvinqve annis procur[a]tionem tam ad agendum, qvàm defendendum, sine c[u]ratore constituere potest, l. *neqve tutores.* 11. *C. de procuratoribus.* & sententia pro eo lata valeat, sed si contra eu[m]

ferat[ur]

eratur, ipso jure nulla est l. *non eo minus. 14. C. de procurator.* l. *acta. 45. §. 2. ff. de re judic.* & Ratio est: Minoribus enim ætas in damnis subvenire, non rebus prosperè gestis obesse consvevit. *d.* l. *eo minus. 14.* Qvod si autem procuratorem interveniente curatore legitimè constituerit, & justè defensus fuerit, sententia qvidem ipso jure valet, sed per in integrum restitutionem rescindetur. l. *cum mandatu. § in fin. ff. de minorib. l. 2. C. si tutor vel curat. interven. & minores. 4. C. si adversus Rem judic.* Prima itaq; cautela * erit, si minor per procuratorem agat, ut procurator minoris caveat reo, minorem in integrum restitutionem non petiturum. *Bart. in* l. *neq; tutores. 11. n. 14. C. de procurat.* l. *3. in princ. & ibi glo. ff. rem ratam haberi.* sic enim minore restituto, procurator ex cautione ad solutionem convenietur. Altera *cautela* erit, ut tu Reus facias constituere procuratorem per minorem intervenientibus tutoribus, & juramento minoris: nam ex qvo juramentum minoris intervenerit, minor beneficium restitutionis amittit. *Bar. in* l. *minor. 37. n. 1. ff. de minorib. per authent. sacramenta puberum. C. si advers. vendit.* hæc cautela est solennis limitatio ad tit. cod. qvi legit. person. standi in judic. non habent. ut non procedat, si illa persona interveniente juramento procuratorem constituit, an autem minor procuratorem cum juramento constituere potest. *vide Bald. in cons. 76. lib. 1.* §. *Cauti* econtra etiam erunt advocati minorum, ut curent, ne minores litigent per procuratorem, qvem constituunt, cum sacramento, vel procuratorem, qvi ipse juravit. *Bart. in d.* l. *minor. 37.* & de hac cautela vide latius *per [illegible] in d. auth. sacram. puberum. col. 19. & seq. & Imol. in c. cum contingat. de jurejur. Felyn. in c. exceptionem. col. 3. vers. fallit sexto de except. & Aretin. in cons. 20. in fin.* 2

P. Brederodius Caut. V.

SI minor litiget cum Ecclesia vel alia persona, qvæ restitui potest, qvomodo faciet, ut restituatur in suum commodum *Bartol. si ex caussa. §. nunc videndum. numer. 2. ff. de minorib.* vide in Enchiridio Cautelarum Miscellaneanum in verbo Minor.

B. Cæpolla Caut. XVII.

§. Ad validandum judicium agitatum cum procuratore, tutore, curatore, vel syndico.

SUMMARIUM.

1. Sententia qvo casu jus inter partes faciat.

NOta Cautelam, ut si velis, qvòd judicium cum pro-
ratore, vel tutore, vel curatore, vel syndico, vel a
hujusmodi personis firmum sit: oppone, qvidqvid po
contra eos ab initio, & fac qvod judex pronunciet
personas admittendas, non obstantibus exceptionibus
positis contra eas, & sic postmodum non revocabitur ju
cium, ne agens cum eis videatur judicis authoritate c
venire. hæc Cautela probatur. *C. de his qvi ve. æta. imp*
1 *1. in fi. & C. qvi admit. ad bonorum possess. l. liberorum*
sententia enim talis facit jus inter partes. *extra de re ju*
in ca. cùm inter. tene menti ista sunt verba Spec. *in tit*
except. in 2. parte. §. nunc videndum. ver. antepe. qvi s
pit, in summa no.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXIIX.

§. Qvòd qvis semper alleget contra adversarium in
dicio, qvòd est filiusfam. cùm ejus pater præsumatur v
re centum annis.

SUMMARIA.

1. Filiusfam. in dubio qvis esse præsumitur.
2. Ætatem allegans eam probare tenetur.
3. Filius qvòd aliqvis sit naturalis, in dubio non p
sumitur, nec qvòd qvispiam emancipatus sit.
4. Regula ei, qvi dicit, probare incumbit: qvand
cum non habet.

1 QVis * in dubio præsumitur esse filiusfam. qvia p
suus præsumitur vivere centum annis. *l. fin. C. de sa*
sanct. eccles. & no. gloss. in l. sed si de sua. ff. de acqvir.
per qvam glo. dicit ibi Angel. no. bene hanc glo. ex
habebis magnum honorem, si scias practicare: nam i
niti actus sunt prohibiti filiofamil. maximè ex forma sta
torum Italiæ: nam pro allegante est qvædam præsum
juris, qvòd sit filiusfam. & illa sufficit ad victoriam rep
tandam etiam in criminali. *l. absentem. ff. de pæn.* & in
vili, *ut probatur in l. omnes. §. Lucius. de his qvæ in fr.*
credit. Unde si adversario non suppeteret de tempore p
bandi, succumberet in causa. & hoc dictum reprobat Jo

de Imol. Raph. Cum. & Ludo. de Ro. *in d. l. sed & si de sua*, qvia licet pater præsumatur vivere centum annis, tamen non seqvitur, potest enim esse emancipatus, aut naturalis, qvi in paterna potestate non est, *ut l. filium deffinimus. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur.* Præterea ut qvis præsumatur filius vel non, ponit glo. *in l. Titia. ff. soluto matrimon.* ut dicimus in simili, allegans * minorem ætatem ad sui fundamentum, tenetur eam probare. *l. si minorem. ff. de in integrum restitut. mi. & p'enè no. Bart. in l. de ætate. ff. si minor. se ma. dixe.* & qvi allegat qvem esse filium pro fundamento suo, id probare tenetur. Item ex qvo litigavit cum eo ut patrefam. pro eo præsumitur. *argum. ejus qvod no. in l. inter qvos. §. 1. ff. de damn. infect. & l. Pomponius. §. [illegible] ff. de proc.* & istam qvæst. vide per Fede. de se. consi. suo. 107. & ibi non determinat, sed tu dicas; qvòd ista Cautela potest sustineri, si adversarius litigans in princ. judicii fecerit protestationem contra adversarium, dicens, qvòd non intendat litigare cum ipso, nisi si & in qvantum habeat legitimam personam in judicio comparendi, juxta no. *in d. l. inter qvos. §. 1.* qvo casu, si secum litigans non docerèt se patremfam. non videtur esse persona legitima, ex qvo præsumtio juris est contra ipsum, qvia ut dictum est, pater præsumitur vivere centum annis. * Item non præsumitur emancipatio, nec qvòd sit filius naturalis, ex qvo illud sapit delictum, *ut no. in l. in concubinatu. ff. de concu.* Nec obstat ratio, qvam suprà dixi, secundum præfatos Doctor. videlicet qvòd ille, qvi allegat aliqvid affirmare, vel negare ad suam intentionem fundandam, illud debet probare, sicut dicitur in allegante majorem vel minorem ætatem: * qvia illa regula non procedit, qvando est juris præsumptio pro allegante, qvia tunc non tenetur probare, *ut dixit Bart. in l. illa stipulatio, si Calendis. ff. de verbor. oblig. ante fin.* Nec valet argum. allegando ætatem, qvia verum est, qvòd in his, qvæ tempore mutantur, non sufficit allegare fuisse in præteritum aliqvid, puta aliqvem minorem, *ut vult Bar. in d. l. de ætate.* sed in his, qvæ solo cursu temporis non mutantur, secus est sicut dixi in casu nostro, & propterea teneo, qvòd Ang. verius dicat. 3 4

B. Cæpolla Caut. CLXXXVI.

§. Qvomodo prohibitus postulare, vel advocare possit

sit

fit amici causam defendere, & reperiebatur num. 156. p
eundem, & eisdem verbis, ideoqve delevi.

SUMMARIA.

1. *Postulare, vel advocare, vel procurare, est in judi-cio aliqvid dicere.*
2. *Statutum si puniat loqventem cum bannito, n comprehendit eum, qvi nuncium, vel literas bannitum mittat.*
3. *Statutum si prohibeat Doctores salariatos in cau esse advocatos, an allegationes facere possint.*
4. *Statutum universitatis Paduæ disponens, qvòd ctores legentes contra scholares advocare non p sint, qvomodo intelligatur.*
5. *Advocare est alienum desiderium in judicio p dere.*
6. *Doctores Perusini, habentes pacta cum civitate, advocare possint, non probibentur aliqvid grat judice impetrare.*
7. *Cardinalis vel episcopus propter dignitatem ad cati officium exercere non possunt, sed gratis pro micis consulere.*

IN multis casibus reperitur prohibitum per legem vel tutum, vel per pacta, qvòd non possit qvis postulare, procuratoriam artem exercere. Sed remedium est, si tu vocate, vel procurator vis adjuvare aliqvem in dictis c bus, ut mittas schedulam judici scriptam, in qva sint a gationes partis tuæ, qvia per hoc non venires contra
1 gem, vel statutum, aut pacta. * Nam postulare, id est vocare, vel procurare est in judicio, seu in publico aliq dicere, *ut* l. 1. §. 1. *ff. de postu. & ibi per Doctores.* & l. *P lus in fin. & ibi hoc not. Bart. ff. de legato. & idem te Ludo. de Ro. in* l. 1. *in princip. ff. de Verbor. oblig at.* Et
2 idem facit qvod not. Bart. *in d.* l. 1. *in princip.* * ubi di qvod statutum puniens loqventem cum bannito, non co prehendit eum, qvi mittit nuncium, vel literas ad ban tum, sed cum ore ad os loqvitur. & item tenet Alber

ſo. *in ſuo opere ſingulari, in ſecunda parte, qvæſt. 166.* * 3
bi tenet, qvòd ſi ſtatutum prohibet Doctores ſalariatos
ſſe advocatos in cauſis, qvòd per hoc non prohibentur fa-
ere allegationes in ſcriptis. * Ex qvo no. tu ſcholaris, 4
vòd ſit licet ſtatutum univerſitatis noſtræ Paduæ, qvòd
Docto. legentes non poſſint advocare contra ſcholares, nõ
rohibebuntur allegationes in ſcriptis facere, illud reme-
ium, ut det conſilium ſuum in camera, qvia hoc poteſt, * 5
m advocare ſit pandere alienum deſiderium in judicio, *ut*
l. 1. §. 1. de poſtulando. & ibi hoc no. Bart. in l. 1. §. *advoca-*
ti. ff. de va. & extraor. cog. cum gloſſ. ibi eſt optimus text.
iſta materia. Poteſt etiam dari tertium remedium, nam
teſt cum judice loqvi, & aliqvid gratis ab eo impetrare,
d. l. Paulus. in fin. de legat. & hoc vult Bart. *in d.* l. §. *advo-*
tos, qvi dicit, * qvòd Doctores Peruſini, qvi habent pacta 6
m civitate, ut non poſſint eſſe advocati, non prohiben-
r a judice aliqvid gratis impetrare, & ſic præſupponit
tt. qvòd aliis duobus remediis præcedentibus poſſet et-
m cum pecunia, puta facere allegationes, & in camera
nſulere. & hoc credo verum, licet Ludo. de Ro. dixerit *in*
l. 1. in prin. de verb. oblig. qvod hoc intelligit, qvando
ratis, *per d.* l. *Paulus. in fin.* aliàs ſecus, qvia in dictis caſi-
s non dicitur propriè poſtulare, ex qvo non prodit vel
on procedit in publicum, exponendo cauſam, vel deſide-
um ſui clientuli: *ut d.* l. 1. §. 1. *de poſtulando.* Nec obſtat
d. l. Paulus. in fi. qvia ibi non loqvitur de prohibito po-
ulare, ſed prohibito ſe interponere aliis negotiis vel pro-
riis, qvod eſt plus, qvia legatus propter dignitatem lega-
onis. & propterea dico, * qvòd licet epiſcopus vel Car- 7
n. propter dignitatem non debeant conſulere, vel exer-
re officium advocati, tamen poſſunt pro amico gratis
nſulere, *per illum text. in l. qviſqvis. C. de poſtu. ibi, non*
turpe compendium. & ibi, ſed laudis per eum augmenta
ſperantur. & hac audivi ſæpius allegari per illum tex. per
Alex. de B.

DE RECUSATIONE JUDICIS. Tit. X.

CAUTELA.

§. Ut recuſatio judicis magis actori litigioſo noceat, vide
Cautelam juxta eodem. de Dilationibus tit. 18. loc. 2.

B. Cæpolla Caut. CV.

§. Pro judice, qvi allegatur ſuſpectus. a

SUMMARIUM.

1. Judices delegati cur semper suspecti appellentur.

1 SÆPISSIME * judices, maximè delegati allegantur p suspectis, ad hoc, ut impediatur judicium, *ut habetur cap. cum speciali. de appell. & in capit. suspicionis de off del. & in* l. *apertissimi. C. de judic.* Sed contra istam alleg tionem potest judex ista Cautela uti, videlicet qvòd dele get causam alteri, qvi non sit suspectus, & non impedit judicium, l. *ut prætor. ff. de jurisdict. omni. judic. & ibi p Legistas & ponitur per Anto. in ca. cùm contingat. de fo competen. & ibi per Canonistas.*

ADDITIO.

a Suspectus.) *Si judex dicatur suspectus, an debeat i terrogari de causa suspicionis coram arbitro.* gloss. in c 1. de except. in Specul. de recus. in fin. gloss. & Bart. in qvia poterat. ad Trebellian. *Judex recusatus non pot causam delegare.* ca. judex ab apostolica. in fin. de of deleg. in sexto. *Judex si non allegetur suspectus, videt pars in eum consentire.* c. insinuante. de offic. deleg.

R. FICHARDI CAUT. LXXXVII.

§. Pro Timente, qvòd habiturus sit malevolum vel i qvum judicem.

SUMMARIA.

1. Vicarii qvomodo constituantur vel revocentur.

2. Adsessor qvomodo à judicio removeri debeat.

JUdices Ordinarii possunt de jure Civili habere Vicari
1 * per qvos in eorum præsentia causæ expediantur, cundum *Bald. in l. aliqvando. in opposit. 6. ff. de offic. præ sul. & Alexand. in Rubric. de offic. ejus, cui mandata est risdict. column. ultim. & tales* Vicarii ut pro libito co stituuntur, vel ordinantur, ita etiam similiter pro lib revocari possunt, sine ulla causa, *secundum gloss. in C ment. & si principalis, in verb. per electionem. de rescri* Qvemadmodum etiam Episcopus potest prohibere suo O ficiali, ne judicet, dato qvòd de causa cognoverit, *secu dum Inn. in c. Romana. de for. compe. in 6. uti ipsum refe Abb. in c. si qvis contra. col. 14. vers. sed circa prædicta. ex de foro comp. & hoc per* l. *judicium solvitur. ff. de jud. qva ibi allegat D. Lancia.* l. Qvæ cùm ita sint, Cautel

ex illis tradit Cat. Cott. *in Memor. in Verb. judices ordinarij. in fin.* qvòd * si qvis sibi timet, & dubitat de judice 2
assessore, ut faciat sibi Prætorem amicum, qvi jubeat, ne ille Assessor, vel judex judicet. Qvam qvidem Cautelam ego approbo, si ille Timens moveretur ad utendum ea: qvia suspectum haberet illum Assessorem, nec tamen libenter hoc publicè allegaret in judicio, sed illud mallet Prætori privatim indicare. Si verò Timens propterea peteret illum Assessorem prohiberi, qvia diffideret causæ suæ, ideoqve conaretur Prætorem ad talem prohibitionem corrumpere, certè nec Timens rectè peteret, nec Prætor rectè faceret illam prohibitionem, & præstaret, ut ille Timens bona conscientia transigeret cum adversario suo, qvàm ut cum mala conscientia sibi Prætorem amicum faceret.

DE EXCEPTIONE SPOLII. TIT. XI.

§. De Exceptione Spolii vide qvædam de exceptione Declinatoria, id est, Tit. 12. in loco. 5.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXXII.

§. Pro spoliato contra spoliatorem.

SUMMARIUM.

Spoliatus ante omnia regulariter restituendus est.

REGULA * est, qvòd spoliatus *a* ante omnia est restituendus, *ut l. si qvis ad se fundum. C. ad legem Jul. de vi.* 1 2
c. 1. de restitutione spoliato. etiamsi spoliatus est prædo, *ut est text. in c. in literis. eo. tit.* qvod intellige, nisi spoliatus *b* patiatur agentem probare de dominio vel de jure b
suo, qvia tunc spoliatus non est restituendus, *ut est casus in d. c. 1.* & ideò Cautela est, qvando spoliato opponitur de dominio vel de jure agentis, spoliatus opponat, & dicat: Domine judex, ego non consentio, nec debetis ipsum audire, qvia spoliatus ante omnia est restituendus, qvo casu, etiamsi probaretur de dominio, deberet restitui, *ut not. in d. c. 1. & per Inno. in c. fraternitatis. de frig. & malef. & secum Bartol. de re jud.*

ADDITIO.

a Spoliatus.) *Spoliatus habet octo remedia à jure.* in spec. de rest. spol. in princ. per totum.

b Spoliatus.) *Spoliatus debet restitui ante omnia.* l. si qvis ad se fundum. C. ad legem Jul. de vi. Old. cons. 223. incipiente, istæ sunt allegationes. & omninò per Alex. in l. na-

l. naturalis. §. nihil commune. de acq. possess. *ubi ponit gulam, & multas fallentias, qvod verum est, etiamsi contumaciam sit spoliatus per judicem: qvia volens pur re contumaciam audiri debet, etiamsi missus in possession rei velit statim probare de dominio suo.* Bald. in l. pen pen C. de præscript. triginta annorum. & per Old. co 226. incipiente, de toto. vide in Spec. de privil. & se. de §. jam de effec. vers. qvid si missus. *aliàs autem spoli non debet restitui. qvando constat de dominio spoliati.* cum ecclesia. de causa pos. & proprie. cap. cum super. eo. cap. ad decimas. de restitu. spol. in sexto.

R. FICHARDI CAUT. LXXIII.

§. Pro Spoliato, ne propter simplicem contradiction allegatæ proprietatis succumbat, in casu qvòd admitte tur illius proprietatis probatio. Idem prope dicit, qvod perior Cautela.

SUMMARIA.

1. Exceptio Dominii repellitur replicatione posses nis.

2 Appellari potest ab exceptione possessionis rejecta

SI Spolians excipiat contra Spoliatum de proprietate illa exceptio admittatur atq; probetur, Spoliato non luctante, neq; protestante, qvòd in mero possessorio do nii probatio non sit admittenda: si hoc casu Spolians p bet exceptionem, Spoliatus succumbet, qvia causa p prietatis absorbet causam possessorii, *secundum Curt. J consi. 175. num. 2. Cravet. consi. 209. nu. 8. & consi. 302. penult. in princ. c. 1. de restitu. spol. Paris consi. 113. nume*
1 *lib.* 4. Cautela igitur est, ut Spoliatus non negligat * c tra talem exceptionem proprietatis replicare, qvòd non sit admittenda in judicio merè possessorio, sed ipse S liatus potius ante omnia restituendus sit. *leg. si qvis a. feudum. C. ad legem Juliam. de vi publi.* & qvòd ipse teneatur respondere super puncto proprietatis, nisi priùs restitutus sit. *c. 2. extra de ordin. cognit.* Hanc tan Cautelam non sufficere, ait Achil. Pers. in casu, qvo ju probationem illius exceptionis admitteret, nam ea adn sa, & probatione facta, certè in possessorio succumb Spoliatus: qvia, ut dictum est, proprietas absorbet pos sori

ſorium. Tutior igitur Cautela eſt, ut Spoliatus non ſolùm petat talem exceptionem rejici, ſed etiam * in caſu 2
admiſſionis ſtatim appellet ab illa admiſſione. *Ita tradit d. Achil. in ſuo tractat. adipiſc. poſſeſ. num.* 381. *Verſi. & pro- ut in ſimili. circa med. allegans ad id Cravet. conſi.* 248. *numero quarto.* Utrasq; verò Cautelas dictas, latius & accuratius tractat atq; approbat Cæſ. Contard. *in l. unic. C. ſi de mom. poſſ. ſuer. appell. limit.* 2. *nu.* 14. 15. 16. ſubjuncta ratione, cur illo caſu appellationi dictæ deferendum ſit, non obſtante qvòd agatur ſuper poſſeſſorio. Illum omninò vide.

DE EXCEPTIONIBUS DECLINATORIIS, ET FORO COMPETENTE. Tit. XIII.

§. Exceptiones declinatoriæ qvando à contumace amplius opponi non poſſint. *Vide ſupr. in Citatio perſonalis in ſecto.* 3. *circa finem.*

B. Cæpolla Caut. CXX.

§. Ad excludendum exceptionem declinatoriam.

Summarium.

1. *Exceptionis errore conceſſo, conſenſus in judicio non datur.*

NOTA novam Cautelam excludendi declinatoriam judicis, videlicet, ut interrogetur adverſarius, an velit litigare, qvia ſi reſponderit, qvod ſic, excludetur, ita dicit Ant. de But. *in* 6. *no*, 12. *col. in Ver. oppo.* 2. *qvod hac interrogatio. de jud. c.* 1. & movetur per gloſſ. ibi no. ſubdit tamen in d. ver. hoc puta eſſe verum, qvando litigans eſt certus, vel eſſe debet de exceptione competenti, qvia hoc pactum, vel renunciatio non extendit ſe ad incognita. *ar. l. tres fratres. ff. de pa.* * Et qvia dato errore exceptionis non datur 1
conſenſus in judicio, *ut ff. de ju. om. ju. l. ſi per errorem*, item hoc verum, qvando reſpondet ſe velle litigare. Si autem conſtituat procu. etiam ad reſpondendum, per hoc non renunciat declinatoriæ de incompetenti jud. *ut dicit gloſſ. notab. in c. expoſuit: extra de dila.* tutum tamen eſt ſecundum eum, qvòd conſtituat procuratorem ad reſpondendum ſalvis omnibus exceptionibus ſuis. *& pro iſta Cautela vide text. cum gloſſ. & ibi per Docto. in l. ſi fidejuſ. in prin. ff. qui ſatisd. cog.*

B. CÆPOLLA CAUT. LXX.

§. Ad hoc, ut debitor possit conveniri ubicunqve rep-
riatur.

SUMMARIA.

1. *Clausula: ubiqve locorum, qvid operari debet.*

2. *Instrumentum contractus mutui qvomodo fieri de-
beat.*

SÆpissimè in instrumentis debiti solet apponi clausula
videlicet, qvod omnia illa centum, promisit dictus de-
bitor solvere Paduæ, Vincentiæ, vel Veronæ, Perusii, v
1 Florentiæ, & * ubiqve locorum: *de qva clausula habet*
in l. 2. *§. si qvis ita. ff. de eo qvod certo loco, & in l. si qvis*
conscribendo. C. de pac. & in l. si convenerit. ff. de jur. o
jud. & per Doct. Ant. de Butr. in c. 1. in 25. col. extra.
2 *jud.* Sed tu sis cautus ad hoc, * ut dicta promissio valea
& possit tibi subvenire perfectè: qvòd concipias eam h
modo dicendo, ut ubiq; locorum insolidum, ne propt
copulam, & qvæ ponitur inter loca, intelligatur esse fac
divisio, *per d. §. si qvis ita.* Item debes addere, ubiqve loc
rum, qvantumcunq; distantium, qvia si debitor promisit so
vere in pluribꝰ locis, & subdit clausulam, & ubiq; locoru
intelligitur æqvè distantium à loco remotiori nominato
ut singulariter dicit dom. Anton. de But. in d. cap. 1. pro q
facit qvod not. Barto. in l. sed si qvis. in §. qvæsitum. in
col. & in fin. illius. §. ff. si qvis cau. & qvod in simili no. Ba
in l. fin. §. sed si qvis in conscribendo. in 3. colum. C. comm
nia de leg. licet in contrarium faciat, qvod no. Jacob.
Are. *in 3. col. C. de episc. & cle.* Item qvia propter illa
clausulam generalem, ubiq; locorum non poterit debito
compelli ad solvendum in uno loco, si reperiatur ibi nav
gans, aut etiamsi inveniatur ibi in loco ei suspecto, ut si t
met potentiam adversarii, aut etiam auctoritatem judic
perhorrescat, primum probatur *in l. hæres absens. §. fin.*
de jud. secundum *in l. de ætate. ff. ad Trebell.* Item qvia d
cta promissio recipit d. restrictionem. ff. de cond. indeb. l. q
certo loco. ita not. dicit Ang. *in l. cùm et. in fin. in princ.*
de legat. 2. Ideo ad tollendam istam dubitationem, add
instrumento, dum dicitur, ubiqve locorum, etiam, scilic
si ibi reperiatur navigans, vel aliud simile faciens, vel etia

sibi non reperiatur, *per ea quæ habentur in d. l. hæres absens. §. 1.* Item addas, & promisit in tali loco solvere, & se ibi personaliter præsentare, *secundum Bal. in l. cùm Archimedoram. circa medium. C. ut in poss. leg.* Ultimò addas, & debitor dictus renunciavit omnibus, & singulis legibus, provisionibus, & privilegiis, & gratiis, & salvisconductis tam factis, qvàm faciendis, & promisit non impetrare aliqvam gratiam, vel privilegium, vel salvum conductum, vel aliqvid in contrarium, & juravit prædicta omnia, & singula attendere & observare, & non contradicere, vel facere, vel venire de jure, vel de facto sub tali pœna, &c. Ex qvibus omnibus sic formare poteris promissionem, qvæ centum dictus debitor promisit solvere hic Paduæ, Vincentiæ, Perusii, vel Florentiæ, &c. & in dictis locis se præsentare, vel in aliqvo ipsorum, ad omnem reqvisitionem dicti creditoris, & ubiqve locorum qvantumcunq; distantium, etiamsi reperiatur ibi idem navigans, vel qvid simile faciens, vel etiamsi ibi timeret potentiam adversarii vel alterius, vel judicis auctoritatem, vel etiamsi ibi non reperiatur, & promisit solvere omnia & integra centum, & insolidum, ubi fuerit inventus, vel ubi fuerit petitum, & dictus debitor renunciavit omnibus, & singulis legibus, provisionibus, &c. ut dictum est supra.

I. De Arnono Caut. XXI.

§. Pro clerico venditore defendente emptorem in causa evictionis, ut declinet forum laici, & trahat partem evincentem ad forum ecclesiasticum.

Clericus vendidit fundum Sempronio, & promisit de evictione, ut si evincitur iste fundus à Titio, Sempronius laudat clericum in auctorem suum, juxta regiam Novellam pragmaticam; incipientem, dubitationem circa dilationem petitam. sub Rubr. de termino citandi auctorem in causa reali. Cautela est, ut clericus sic comparens, ad defendendum emptorem in causa evictionis, declinet forum laici ex persona sua, qvia clericus, & trahat partem evincentem ad forum ecclesiasticum, *ut per Angel. in l. venditor. ff. de jud. & Specul. in tit. de primo decreto. §. restat. verse. qvid si dominus. & versic. seqven. & d. Abb. in capit. qvoniam freqventer, ut lite non contesta. in 30. col. & Bald. in l. venditor præalleg. & vide in repertorio ad*

Feli-

Felinum, in Versi. tertias, Versi. 6. in fin. Et hæc adde ad ea qvæ dixi in singularibus meis, singulari sexagesimonono incipiente, regia Novella pragmatica, ubi idem tenui, & hunc passum latissimè examinavi.

T. FERRATUS CAUTELA XXIIX.

§ Pro clerico declinante jurisdictionem potestatis, ut evitet pœnam statuti punientis clericum declinantem.

SUMMARIA

1. Privilegium fori, clericis concessum de jure divino esse dicitur.

2. Papa jus Divinum tollere non potest.

3. Clericus à magistratu politico vexari non debet.

4. Litigare nolle aliud est, & aliud litigare non posse.

5. Judex ecclesiasticus judici laico inhibens, an partem citare debeat.

PRovisum reperitur multoties per statuta locorum, qvod aliqvis non possit sub pœna declinare forum domini potestatis, etiamsi esset clericus, qvod qvidem statutum, licèt qvantum ad clericos, indubitanter non valeat, *juxta ea qVa habentur in auth. cassa & irrita. de sacros. eccles. & in c. noVerit. de senten. excom.* *nam privilegium fori con-
1 cessum clericis dicitur esse de jure divino, *ut 96. distinct. imperator. & nota. dom. Abb. in c. solita. in 6. not. de majo. & obe. & pulchrè Old. in cons. 23. incip. an episcopus possit declinare forum.* & per conseqvens non posset etiam per ipsum Papam tolli, qvia * nec ipse potest tollere jus divinum, *ut 25. q. 1. sunt qVidam*: qvia inferior non potest tol-
2 lere legem sui superioris, *ut c. cùm inferior. de majori. & obe. & Clemen. ne Romani. de elect.* hinc est, qvod concludunt Do. de Rot. *in sua decis. 840. incip.* utrum valeat consvetudo Anglica. in anti. qvod ex consvetudine, qvanqvam vetustissima, non potest Rex * Angliæ acqvirere ju-
3 risdictionem in clericos, qvia jus divinum repugnat: nam graviter in Deum prævaricant, qvi hoc modo jurisdictionem suam usurpant, *ut 93. distinct. relatum.* unde talis cavere debet, ne à Domino flagelletur, sicut ille rex Osia, qvi legitur lepra fuisse percussus, qvia officium sacerdotii usurpaverat, *ut habetur lib. Paral. c. 26. & transumpti Ve*

3. c

3. q. 6. §. sed & notandum. Tamen qvia judices seculares aliqvando de facto mandant tales pœnas executioni, etiam contra clericos, *ut dicit Gemi. in c. si judex laicus in princip. de senten. exc. in 6. & Abb. in c. si diligenti. in fi. de foro compe.* propterea videamus, an sit dare Cautelam, qvòd licet clericus declinet: tamen non cadat in pœnam prædicti statuti. Dico ergo, qvòd Cautela est, qvòd clericus compareat coram judice seculari, & non declinet, sed dicat, non possum coram vobis respondere, qvia habeo decretalem, *c. si diligenti. extra, de foro comp.* inhibentem & punientem clericum, litigantem coram judice seculari, alias libenter responderem: qvia hoc modo evitabit pœnam statuti. *ita originaliter voluit Butr. in authen. statuimus, de episc. & cler. cum qvo transit Pet. de Anch. in c. secularis. in ultim. not. de foro comp. in 6.* & qvem seqvitur Albe. de Ros. *in suo opere Statuto. in 4. parte, q. 75. in fi. incip. existente potestate*, ubi dicit, qvod Jac. Butr. dicebat in d. auth. statuimus, qvòd cùm istud statutum esset Bononiæ, consulebatur clericis, qvòd ita deberent facere, & licet Jo. de Lig. *in d. c. si diligenti qvem seqvitur Ant. de But. & Abb. in fin.* dicat, qvòd ista Cautela fortè non prodesset, cum effectualiter declinet, qvia non refert, an aliqvid fiat verbo, vel facto, *ut c. ex parte. el secundo de appellat.* qvia ad hoc respondet Bal. *in dict. authent. statuimus*, & Alber. in loco superius allegato, * qvod aliud est nolle litigare, & aliud non posse litigare. *allegant l. ab administratione. C. de leg. & l. cùm filius. §. non videtur. de legat. 2. qva optime probant.* Secunda Cautela est, qvòd clericus compareat in habitu & tonsura, & dicat, offero me paratum coram vobis litigare, dummodò possim. *ita volunt. Ang. & Imola in l. 4. ff. de acq. hared. Bald. in dict. authen. statuimus. versi. secus tamen,* & idem Bal. *in l. filius. vers. tunc etiam qvidam declinant. ff. de his qvi sunt sui, vel alie. jur.* dicens, qvòd clericus comparendo in habitu & tonsura, non dicitur forum declinare, sed forum declinat eum, & sic ista est declinatio passiva, & non activa: qvia lex est illa, qvæ declinat. qvòd est bene notandum secundum eum, subjungens, qvòd similis intelligendi figura habetur in Glo. *l. qvi indignus ff. de senatori. adde tu similiter ad hoc bonum text. in c. fin. de vita & honest. cler.* Tertia Cautela est & ista est tutior, qvòd clericus non declinet,

sed

sed faciat, ut judex ecclesiasticus cum suis inhibitionib. tione sui interesse eum revocet, sicut dicimus in domi feudi, respectu vasalli, *ut cap. ex transmissa. de jud.* Ista Cautelam tradit Bartol. *in l. pen.* §. *ad crimen. in 3.* *Versic. item oppo. de l. Lucius. ff. de pub. jud. & in* l. 2. *C.* *accus. quem sequitur Abb. in dic. c. si diligenti. in fin.* *Anton. in c. veniens. de accus.* Bald. *in authen. statuimus* ubi dicit, qvòd istud est menti tenendum, & qvòd ita vi practicari in palatiis, qvia non est in potestate clerici viare, qvòd episcopus officio suo eum non avocet. *per n* *in c. si judex laicum. de sen. excom. in 6.* & hanc Cautel similiter docet Gemi. nihil allegans in d. c. si judex laic in princ. dicens, not. practicam evadendi pœnam statut rum, qvæ sunt in civitatibus Italiæ, imponentium pœn declinantibus jurisdictionem judicis laici, qvæ stat qvandoqve de facto extenduntur ad clericos. Nam p ctica est, ne ipse clericus declinet, sed judex ecclesiasti ex officio eum repetat, qvod potest, nam aliud est, cleric opponere incompetentiam judicis laici, & aliud, qvòd clericus repetatur à judice ecclesiastico. *seqvitur* Jas. *Alexand. diffusè loqvitur in leg. ab administratione. C.* *leg.* subjungens ibi d. Jas. unum, de qvo facit magnum stum, qvòd licet aliàs habeamus, qvòd qvando episcop vel judex ecclesiasticus inhibet judici seculari, qvòd ta inhibitio non valeat, nisi parte citata, ut consulendo nuit Petr. de Anch. *in cons. mihi 134. incip. casus talis* *post præceptum factum. & Laur. de Rodol. in suo tracta* *usur. q. 131. Are. in cons. 20. incip. in q. & causa Bern* *inqvisiti, in pen. col. versic. circa secundum. & Alexand* *cons. 9. incip. præstantissime Doct. in 4. vol. & Alexand.* l. 4. §. *condemnatum. ubi dixit hanc esse communem op* *ff. de re jud. cum concor. de qvibus Jas. in l. nec qvidqva* *§. ubi decretum, in 7. colum. versic. 8. fallit. ff. de offic. proc* *& leg.* tamen stante statuto, de qvo suprà, punienti cle cum declinantem, si judex ecclesiasticus officio suo inhib bit judici seculari, ne cognoscat in causa talis cleric, eam remittat ad se cognoscendam, & terminandam, n erit necesse citare partem in hujusmodi inhibitione m tenda. *allegat ita notabiliter tenere Bald. ubi ita in e* *stu tenent post Arch. in loco per eum allega. in leg. pres*

teri. in 2. col. verfic. secundo quaro hic. Cod. de episcop. & cleric. & licet Jaso. extollat multum istud dictum, tamen aliàs haberem ipsum pro claro, dato, qvòd non esset auctoritas Arch. & Bald. de qva suprà. & hoc per illam distinctionem, qvæ fit in isto passu, * an judex ecclesiasticus inhibens judici laico, debeat citare partem. 5
Nam communiter concluditur, qvòd aut inhibet ad instantiam partis, & tunc debet reqvirere aliam partem, aut inhibet ex suo officio, ut in casu nostro & tunc secus, *prout consulendo tenet Fede. de Sen. in suo cons. 300. incip. factum tale est, debitor promisit. & latè Laur. de Rodol. in loco superiùs allegato. Doctor. in cap. tuam. de or. cogn. sentit expressè Alex. in præallegato cons. 9. incip. præstantissime Doct. in 4. volum. & in cons. 91. incipiente visis actis mihi transmissis. in 3. col. vers. tertiò moveor. in secundo volum.* propterea dixit Innocen. *in cap. ad aures. de temp. ord.* qvòd vani capitis esset, qvi diceret, prælatum non posse præcipere sine causæ cognitione, & maximè de his, qvæ pertinent ad officium suum, *allegat 7. qvæst. 1. qvia frater.*

R. FICHARDI CAUTELA XLIX.

§. Pro Laico, ut faciat Clericum comparere coram judice seculari.

SUMMARIA.

1. *Judex Secularis jurisdict. non habet in clerum.*
2. *Laicus Spoliatus à clerico, qvomodo restituatur.*
3. *Judex Secularis in possessorio etiam contra clericum cognoscit.*
4. *Possessorium temporale, non autem spirituale est.*

OMnibus * notum est, judices seculares nullam habere jurisdictionem in Clericos. *c. nullus. & c. qvod clericis. ext. de for. competent.* Contra hoc verò Cautelam tradit Tober. Marant. *de ord. jud. part. 4. distinct. 7. n. 54.* ut si clericus vel alia ecclesiastica persona spoliasset aliqvem * Laicum sua possessione, laicus ille adeat secularem judicem, & imploret ipsius officium, ut illum in possessionem restituat, atqve citationem per edictum ei decernat, per qvam in jus vocet omnem, qvi putaverit sua interesse, ne ille spoliatus restituatur, ut is ad certum terminum compareat, & ea, qvæ contra dicenda habeat, proferat, vel producat.

ducat. Hac enim ratione non dicitur clericus esse citatu sed si comparet, non ut Reus, sed ut actor, comparebit, ita voluntaria erit sua comparitio, non necessaria, *secundum Bald. Castr. & Alexand. in leg. testamenta omnia de testament. Matth. de Afflict. in decis. 2. nu. nono. dec 24. n. 27. Decius cons. 187. numero tertio. Versic. non c stat, quod citatio. Nevis. cons. 20. n. 19. Rolan. à Vallco sil. 29. n. 9. & 12. lib. 2.* Hanc Marantæ Cautelam etiam legat Menoch. *de recup. poss. Remed. 15. n. 226.*, sed e non approbat, enumerando tres modos, qvibus ea illu possit, nempe, si clericus non compareat, ut qvidem comparendum cogi non potest. Secundò, qvia si const qvis possidet, tunc non sufficit citatio per edictum, vel pr clama, sed possessor ille nominatim citandus est. l. 1. §. *nultim. ff. de ventr. inspic. Alex. cons. 107. n. 1. lib. 5.* T tiò si clericus compareat, & incompetentiam alleget, missionemqve ad suum judicem petat, qvæ ipsi tunc con denda erit, *secundum Capici. in decis. 8. n. 3. cum alle ibid.* Et certè hanc Menochii opinionem non omninò plodendam censeo, si clericus maneret in possessione, n ad talem citationem comparere, vel comparens sua pri legia non allegare, vellet. Sed si Judex ante citatione fortè in absentia clerici, propria autoritate laicum re tueret, & ita laicus in possessione esset tempore citatio certè clericus si restitui vellet, fieret actor, & cogeretur qvi forum Rei possidentis, & ita spontè se subjiceret jur dictioni judicis secularis. Vel si compareret, neqve competentiam allegaret, eqvidem simili modo se volun riè subjiceret judici seculari, etsi causa atqve possessione deret, non fieret illi injuria, qvia voluntariè se subjecit dicio alieno, & volenti non fit injuria. l. *cùm donation Cod. de transact. c. scienti. de regul. jur. in 6. l. nemo detur. ff. eod. tit.* Imò etiamsi compareret, & incompete

3 tiam allegaret, posset * Laicus replicare, qvòd in posse sorio Judex secularis possit cognoscere, etiam contra Cl ricum, ut paulò post dicetur. In ejusmodi igitur casib bene prodesset illa Cautela, neqve vana esset, maximè regno Neapolitano, ubi est certa constitutio de tali ci tione per edictum contra Clericum. ut de ea mention facit Maranta *in dict. distin. 7. n. 54. & eam latè trac*

Ma

Math. de Afflict. in dict. decis. 2. ubi notanda est pulchra additio Thomæ Grammatici, super eo, qvòd qvando agitur de possessorio, etiam in beneficialibus, vel spiritualibus causis, judex Laicus possit cognoscere, *secundum Joan. Andre. in c. fin. de judic. & ibi. Anton. de Butr. ubi refert. Archi. & Innocent. idem tenere*: qvia * possessorium non est aliqvid spirituale, sed temporale, *ut dicit Archi. in ca.* 1. *de rest. spo. in* 6. *& Zabarel. in Clemen. dispendiosam. de judic. Guil. de monte Laud. in Clem.* 1. *de caus. poss. & propr.* nec esse inconveniens, ut petitorium sit spirituale, possessorium verò temporale, cùm separata sint, nec inter se convenientiam habeant. l. *naturaliter.* §. *nihil commune ff. de acqvìren. possess.* Et ita judicatum fuisse inter duos Priores, refert ibidem ex Gvid. Papæ *decis. Parlam. q.* 1. *decis. seu q.* 71. 85. *&* 207. ad qvod etiam allegat c. causam. 2. extr. qvi filii sint legiti. ubi Papa mandat, possessorium relinqvi Regi Angliæ pro cognitione ipsius possessorii habenda. Cùm igitur possessorii cognitio secundum prædicta pertineat ad secularem judicem, certè parum, vel nihil obstabunt Menochi objecta: imò etiam non obstaret text. in c. si diligenti. extr. de for. compet. cùm illud loqvatur de casibus, in qvibus Clericus judici seculari non est subjectus, nos verò hic simus in casu possessorii, in qvo Clericus teneatur agnoscere judicem secularem; ideoqve non adeò vana erit Cautela hæc, ut eam Menoch. censet. Relinqvo tamen doctiorum judicio, & salvo omninò honore Menochii, tanqvam I. C. præclarissimi. 4

T. FERRATUS CAUTELA X.

§. Pro pluribus laicis inqvisitis, ad trahendum processum de manu judicis secularis, ad forum ecclesiasticum.

SUMMARIA.

Judex laicus in causis laicorum regulariter est judex competens, non autem judex ecclesiasticus.

Privilegiatus qvi non est, habens rem communem cum privilegiato, privilegiis privilegiati gaudet.

Clericus & laicus si ambo rei fuerint, tam laicus qvàm clericus in foro ecclesiastico conveniri debet.

Heredes si clerici & laici fuerint, & ab eis alimen-

ta petantur, coram ecclesiastico judice peti deben

5. Testamenti executores, si clericus & laicus fuerin ad exeqvendum per judicem ecclesiasticum com pelli debent.

SI contingat plures laicos accusari, seu inqviri de aliq delicto, certum est, qvod debent accusari, seu inqviri
1 judice seculari, * qvia judex laicus in causis laicorum re gulariter est judex competens, non autem judex eccles sticus, *ut c. licet ex suscepto. & c. ex tenore. de for. com.* & magna differentia, an qvis accusetur seu inqviratur a jud ce ecclesiastico, an à judice seculari, qvia ecclesiasticus n habet gladium sangvinis, *ut capit. clericis. & cap. sente tiam sangvinis, ne clerici vel monachi. & cap. ex literis excess. prælato.* videamus ergo, an si plures laici accuse tur, seu inqvirantur de eo crimine coram judice seculari, dare Cautelam, qvòd causa trahatur de manu ipsius ju cis secularis ad judicem ecclesiasticum? dic qvòd sic, sci cet qvòd inspiciatur, si inter ipsos inqvisitos, seu accu tos reperiatur etiam unus solus, qvi sit clericus, & sic q debeat à suo judice ecclesiastico judicari, *juxta not. in ca si diligenti. de foro competent. & in Authent. statuimus episcopis & clericis,* & tunc iste clericus petat se remitti suum judicem competentem, *juxta cap. si judex laicus, sententia excommunicationis in 6.* qvia facta tali remissi ne, omnes laici debebunt & ipsi ratione connexitatis re mitti ad ipsum judicem ecclesiasticum. istud fuit inauditu & admirabile dictum Anton. de Prato Veteri, *in l. 1. in fi ff. qva senten. sine appellatione res. qvod dictum refert seqvitur Mariam, ponendo ipsum in cælum, in c. 2. in 4. c vers. 8. fallit. de mutu. pet.* motus Antonius duobus fund mentis. Primò, ne continentia causæ dividatur, & seqv tur absurdum, qvòd aliqvando in una, & eadem causa f rantur plures sententiæ, & forsitan contrariæ. Secund motus per tex. *in l. si communem, ff. qvemad. serv. amit.* u bi est tex. melior de jure, * qvod non privilegiatus, ha
2 bens rem communem cum privilegiato, gaudet privileg privilegiati. Et istud dictum adeò gustat Mari. in loco s perius allegato, & qvòd ex ipso putat posse inferri, qvò inter plures, inter qvos agendum est duplicibus judicis, in

..ter plures tutores seu curatores esset aliqvis clericus, qvod tam contra laicos, qvàm contra clericos esset adeundus judex ecclesiasticus, & idem in similibus, *secundum eundem dicentem, hoc esse importantissimum, & ab alio. non tantum. refert & seqvitur Fel. in c. 1. in 4. col. Versi. & dixit. Ant. extra. de praescriptio.* & qvod ista opinio sit vera, potest comprobari triplici medio. Primò de eo, qvòd tenet Bart. *in l. praecipimus. §. pen. C. de appell.* * ubi vult, qvòd 3 si clericus & laicus sint ambo rei, qvòd tam laicus, qvàm 2 clericus debet conveniri in foro ecclesiastico. Secundò, de eo, qvod voluit idem Bar. *in leg. solent. Versi. qvaero qvid si haeredes sunt diversi fori. ff. de ali. & ciba. legatis.* * ubi 4 vult, qvòd si hæredes sunt clerici & laici, & ab eis petantur alimenta propter personam clerici, petentur coram judice ecclesiastico, & judex secularis coget laicos ire ad forum ecclesiasticum, & suam jurisdictionem prorogare. Tertiò de eo, qvod voluit Card. *in c. Jo. per tex. ibi, de testam.* ubi dicit, * qvòd si clericus, & laicus sint relicti ex- 5 ecutores testamenti, debent ambo compelli per ecclesiasticum ad exeqvendum. Et ultra ista, pro gustatione istius Cautelæ, vide, qvæ in hoc proposito latè accumulat Felin. *in d. c. 1. de praescrip. & latè Georg. Natan in sua repet. c. qvamvis. de pact. in 6. in 4. col. Versi. ex qva infero. & latius Barb. in suo Commento. c. Rayn. qvod Joanninam appellavit, in antepenultima char. Versi. 8. moveor. extr. de testam. & etiam latè per Jasonem in leg. emancipati. in 3. col. Versic. notatu diligenter. Cod. de collat.*

ADDITIO.

(a Sicle.) *Adde qvòd qvi est conjunctus majori, gaudet privilegio majorum, qvia majus dignum trahit ad se minus dignum.* c. qvod in dubiis. de consec. ecclesias. vel alta. *Qvid si conveniatur collegium illicitum. in qvo sint clerici, & laici.* vide Bar. in leg. fin. ff. de colle. illici. alia plura vide in Apostilla ad Bartol. in §. pen. in l. præcipimus. C. de appell. in verbo, eodem observando.

I. DE ARNONO CAUT. XXII.

§. Pro illo, qvi dicturus contractum usurarium juratum, obtinuit absolutionem à juramento ab episcopo, ut declinet forum seculare.

SUMMARIUM.

1. Judex præparantis causæ, debet esse judex præpara-ta.

VOlens tu dicere contractum usurarium, qvem juraveras cum Sempronio, qvia obstat tibi exceptio perjurii, accessisti ad episcopum, & obtinuisti absolutionem a juramento, vel habilitationem, non curo, velles adhuc, qvò causa ipsa principalis etiam ventiletur coram episcopo, qvi concessit absolutionem, vel habilitationem: Cautela est, ut convenias adversarium tuum coram dicto episcopo, qvi non poterit declinare forum ecclesiasticum, qvantumcunque sit secularis. Imò ipse episcopus, qvi absolvit, vel habilita-
1 vit, erit judex super causa principali, qvia * judex causæ præparantis erit judex causæ præparatæ. l. *ordinarii Cod. de rei vendicat.* ubi Baldus in prima colu. dixit, qvòd si qvis dicturus contractum usurarium petat absolutionem juramenti coram episcopo, & absolutus est, acturus postea de simulatione vel usuris, necessariò habet agere in eadem curia, non in alia, qvia idem debet esse judex præparantis, qvi præparati. *Refert & seqvitur d. Felinus in cap. cùm sit generale. in qvarta colum. circa finem, ibi amplia conclusionem de foro competent. & in cap. super literis. in decima colum. ibi, an sua sit jurisdictio. de rescript.*

T. FERRATUS CAUTELA XI.

§. Pro debitore obligato obligatione jurata, ad extrahendum causam de manu judicis secularis, ad judicem ecclesiasticum, hæc Cautela propriè idem dicit, qvod proxima superior.

SUMMARIA.

1. Lites in curia ecclesiastica sunt immortales, qvoniam ipsis aliqva instantia præfixa non est.

2. Judex qvi est causæ præparantis, debet esse judex causæ præparatæ.

3. Instrumentum usurarium, vel simulatum coram Episcopo dici debet, & etiam ab eo absolutionem juramento petere.

4. Juramentum, licet principaliter Deo obliget, ille tamen

men

men, in cujus favorem præstitum est, ipsum remittere potest.

3. Juramentum remitti non potest, qvando altera pars jam perjurium incurrisset.

TEmpore, qvo magnificus Georg. Cornelius erat potestas hujus civitatis Paduæ, evenit, qvod dum qvidam
esset obligatus vigore cujusdam transactionis juratæ, ad
solvendum certo tempore certam pecuniæ qvantitatem, ex
tali transactione prætendens se læsum, deliberavit, qvia
erat potentior suo creditore, amicis, favoribus, & patrimonio, dicto suo creditori movere litem, existimans, qvod
movendo dictam litem, reduceret eum ad aliqvam bonam
compositionem, prout postea fecit, & ad hoc, ut faciliorem
haberet commoditatem fatigandi dictum suum adversarium laboribus, & expensis litis, cogitans, qvod causæ, qvæ
tractantur in curia ecclesiastica, sunt penè immortales, * 1
ipsis enim non est præfixa aliqva instantia, *ut nota. per
gloss. & omnes in c. Venerabilis. de jud. & per gloss. Bart.
& alios in l. properandum. in princ. C. eod. de judic. & per
Alex. in cons. 23. incip. Visis scriptis mihi exhibitis. in 3. Volum.* & similiter in ea ab omni interlocutoria, & ab omni
gravamine appellatur, *ut c. debitus. & cap. cùm causam.
de appel. & c. cordi. eo. tit. lib. 6.* Et attento etiam,
qvòd lata sententia in ipso foro ecclesiastico, pars appellat
ad sedem Apostolicam, & postea impetrat in partibus
unum judicem delegatum sibi propitium, qvi differt causæ
expetitionem tantùm, qvantum vult ipsa pars, qvæ ipsum
impetravit, idcirco volens fugere judicem secularem, &
coram ecclesiastico litigare, fuit usus tali malitia: nam adivit judicem ecclesiasticum narrans, qvaliter fecerat cum
tali persona qvandam transactionem, qvam juraverat
habere ratam & firmam, & in aliqvo non contravenire,
& qvia in ipsa fuerat graviter læsus & certis aliis justis
de causis, nunc intendebat contra ipsam venire. Sed qvia
illud non poterat ita simpliciter facere propter juramentum, propterea petebat ab ipso in primis absolvi, breviter post aliqva obtinuit ipsam absolutionem, qva obtenta creditor volebat convenire istum suum debitorem coram judice seculari, petendo qvòd deberet satisfacere di-

ctæ transactioni, debitor respondebat, qvòd judex secularis non erat judex competens in hac causa, sed erat episcopus
2 * qvia regula erat, qvòd qvi est judex causæ præparantis debet etiam esse judex causæ præparatæ, *ut* l. *ordinarii.* C. *de rei vendica.* ubi Bald. in 3. nota. decidit in terminis ca-
3 sum nostrum dicens, * qvòd si aliqvis dicturus instrumentum simulatum, vel usurarium, & pro absolutione à juramento adeat episcopum, qvòd impetrata absolutione, necesse habebit causam principalem tractare coram eodem episcopo, qvod dicit fore notandum. *qvam opinionem Bal. seqvitur Alex. in l. qvoties. C. de judic. & Anto. de Alex. in* l. *nulli. C. eod. qvem refert & seqvitur* Jas. *in d. l. qvoties.* *seqvitur Felin. in cap. 1 in 11. col. versic. 6. qvaro aliqvis dicturus instrumentum simulatum. extra, de jurejur. & in cap. 2. in antepen. col. versic. & per illam conclusionem. de sponsa. & in cap. parochianos. circa fin. de senten. excom. & in c. cum sit generale. in 5. col. versi.* amplia conclusionem ex qvotidiana doctrina Bald. *de foro compe.* ubi allegat istum idem tenere Bapti. de S. Severino, *in sua repeti.* l. *omnes populi. in 14. col. versic. hac videntur vera. ff. de just. & jure.* Et licet contra istam opinio. Baldi tenuerit Paul. de Castr. *in d.* l. *ordinarij*, dicens qvòd illa l. in qva se fundat Baldus, non probat dictum suum, tamen opinion. Bal. seqvitur ipse Paul. Castr. sibi contrarius *in* l. 2. *C. ubi & apud qvem.* dicens istud esse dictum singulare, & qvod illo anno habuit super hoc disceptare. *Et in suo cons. 68. incip. visis & ponderatis omnibus, de qvibus supra. & Alexand. in cons. 197. incip. circa primum qvæsitum. circa finem in 2. vol. & in cons. 63. incip. in causa, & lite vertente inter Thomam. in 1. colum. versic. & motus fuit dictus judex, in 3. volum.* & pro ista opinione bene facit text. *in cap. plerunqve, de donat. inter virum & uxorem*, ubi judex ecclesiasticus, qvi cognoscit de matrimonio, qvia est res spiritualis, *ut cap. lator. & in cap. cùm causam, qvi filii sint legitim.* cognoscit etiam de dote. & per istas auctoritates fuit judicatum qvòd si ille creditor volebat convenire illum suum debitorem, qvòd deberet ipsum convenire coram episcopo, & hoc modo traxit causam de manu judicis secularis ad judicem ecclesiasticum, & fuit in effectu pulcher modus, & pulchra via. sis ergo cautus tu, si vis extrahere causam de manu judi-

dicis secularis in forum ecclesiasticum, ut utaris Cautela, de qva suprà, qvando es obligatus obligatione jurata. Sed si contra istam malitiam vis adhibere remedium, Cautela est, qvòd qvando vides adversarium tuum qværere absolutionem, si times, qvòd ipsam sit impetraturus, tunc remittas sibi ipsum *a* juramentum, * qvia dato, qvod juramentum principaliter obliget Deo, *ut c. debitores*, *& c. & si Christus, de jurejur.* tamen ille, in cujus favorem est præstitum ipsum juramentum, habet vim apostolici in remittendo illud, nec reqviritur alia absolutio, qvia Deus etiam remittere videtur, cùm illud receperit ad utilitatem alterius, *ut cap. 1. & ibi not. omnes, de jurejuran. & not. Bart. in l. 1. §. & post operis, & ibi Jason, qvi circa hoc qvadam pulchra ponit. ff. de operis novi nunciatio. Bart. in leg. Licet. ff. de jurejuran. Baldus in Authent. qvod eis. C. de nuptiis. eleganter per Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. versic. hoc qvoqve.* qvia si postea pars non obstante remissione, vellet omninò petere absolutionem, tunc tanqvam absolutio non juris, sed facti, non extenderet jurisdictionem. *argum. notatorum per gloss. in l. si pater. C. ne de statu defunct. & per glo. in c. si plures, in glo. fin. de offic. deleg. in 6. ita pulchrè dixit Paul. de Castr. in d. l. ordinarij. C. de rei vendica dicens, qvod istud semel habuit de facto in nostra civitate Brixia, in praall. cons. 68. qvem referunt & seqvuntur Alexan. & Jas. in d. l. qvoties. C. de judiciis, ubi dixit Alex. ista fore perpetuò tenenda menti, qvia qvotidiana sunt.* Ad unum tamen est advertendum, qvòd si prædicta malitia debet procedere, & habere locum, scilicet qvòd per impetrationem absolutionis à juramento debeat posse protogari jurisdictio judicis secularis in judicem ecclesiasticum, reqviritur, qvòd impetretur, anteqvam impetrans incurrerit in perjurium, qvia si antè incurrisset perjurium, qvia non satisfecisset debito tempore, prout jurasset satisfacere, tunc talis absolutio non debet per episcopum concedi. *ita originaliter consuluit Federic. de Senis in cons. 330. incipiente, factum tale est debitor juravit solvere in fin. ubi dicit ita debere intelligi cap. 1. de jurejurand. allegat Ioan. Andr. in c. debitores. glo. pen. in fin. eodem tit. allegat etiam rationem c. qvia frustra. de usuris.* qvam opinionem etiam consulendo tenuit Petr. de Anch. *in cons.*

secundum ordinem numerorum, 198. *incip. prædictis subtiliter & ad plenam deductis. in fin.* ubi dicit, qvòd aut judici non est facta mentio de ipso perjurio, & tunc tanqvam indirecte obtenta est nulla. *arg. l. si prætor. ff. de jud.* aut est facta mentio, qva non obstante secuta est absolutio, & tunc injusta habilitare perjurium ad agendum, & sic aperire viam perjuriis, qvod fieri non debet, *ut l. 1. si advers. vend. & cap. si verò. cum similibus. de jurejur. Et hanc sententiam seqvitur dominus Cardinalis in d. c. debitores, ubi etiam Imo. & Abb. in 2. col. vers. anteqvam expediamus illam particulam, & Lauden. de Rodolf. in suo tractatu de usuris, in q. 122. incip. tractemus nunc aliqvid de juramento. & Alex. in consi. 84. incip. interrogatus sum. in 2. col. vers. & subdit ibi in 1. volum. & Philippus Cornet. in cons. 6. incipiente, in hac consultatione viso suprascripto puncto, in 4. col. versi. in casu autem nostro, in 1. vol.* Et similiter remedium supra datum contra dictam malitiam, scilicet remittere juramen-
5 tum, non esset bonum, * qvia juramentum non potest remitti, qvando altera pars jam incurrisset perjurium, *ut no. Bart. & Jas. in l. Labeo. ff. de jurejur. Bar. in l. cùm ita stipulatus sim à Proculo. in ult. col. versi. item qvod si prorogavi terminum, de verb. oblig. Bal. in Auth. qvod eis. in fin. C. de nupt. & Felin. in c. 1. de jurejur. in 2. col. versi. procedit ergo iste text.*

ADDITIO.

a Tunc remit. sibi ipsum jura.) *Juramentum an possit remitti per partes, ut evitetur perjurium*, vide per d. Lud. de Rom. in consi. suo. 12. incip. viso facto proposito, ceterisque consiliis, & facit c. 1. extr. de injur. facit qvod no. Bart. in l. 1. in §. & post operis. ff. de no. ope. nun. & per Jo. Andr. extra, de spo. cap. præterea. *nunqvid autem tolli possit per statutum naturali justitia persuadente?* vide de hoc signanter in præalleg. consi. Ro. qvod est pulchrum.

T. FERRATUS CAUT. LIII.

§. Pro judicibus secularibus, contra proponentes exceptiones remittendas ad judicem ecclesiasticum.

SUMMARIA.

1. Judicium si coram seculari judice pendeat, & alicujus qvæstionis spiritualis cognitio incidat, talis cognitio ad ecclesiasticum spectat.

2. J

2. Judex secularis sententiam judicis ecclesiastici exeqvi non tenetur, qvando videt eam nullam, seu iniqvam.

3. Litis pendentiam morosius allegare non potest.

SI coram * aliqvo judice seculari pendet judicium, & incidat cognitio alicujus qvæstionis spiritualis, talis cognitio, seu qvæstio, sive tractetur principaliter, sive incidenter, qvando est juris, non dico *a* qvando est facti, non spectat ad ipsum judicem secularem, sed debet remitti ad judicem ecclesiasticum, *prout tenet Bart. & Paul. de Cast. in l. omni novatio. C. de sacros. eccle. Bart. & alii in l. qvoties. C. de jud. Bart. & omnes, ubi præcipuè Alex. in l. Titia. ff. solut. matrim. Canonistæ in cap. cùm sit generale. de foro comp. & in cap. tuam. de ord. cog.* propterea qvotidie evenit, qvod qvando aliqvis ex litigatoribus vult differre judicium cœptum coram judice seculari, proponit aliqvam de istis exceptionibus remittendis ad judicem ecclesiasticum, puta, qvòd contractus, vel instrumentum usurarium, vel qvòd actor, vel testis est excommunicatus, & sic de singulis, & ad hoc facit, ut iste interim judex secularis habeat supersedere, donec de tali exceptione cognitum fuerit. & ad hoc, qvòd si in foro episcopi succumbat, valeat ad sedem apostolicam appellare, sic, ut similiter manus judicis laici, pendente appellatione, sint ligatæ. Qvia qvando judex laicus remisit aliqvam exceptionem cognoscendam per judicem ecclesiasticum, qvemadmodum pendente cognitione, nihil potest innovare, similiter non potest, qvando per ecclesiasticum est lata sententia, sed ab ea est appellatum, etiamsi in sententia judex ecclesiasticus revocasset omnes inhibitiones, *ut pulchrè consuluit Federic. de Sen. in consi. 98. incip. Nicol. Petr. & ut tenet Ant. in c. tuam. 2. q. de ord. cog. & Alexan. in consi. 63. incip. in causa. & lite vertente inter Thom. in 3. volum.* Revoco ergo in dubium, nunqvid posset reperiri aliqvod remedium per judicem laicum ad obviandum istis calumniis. Dic qvòd duplici cautela poterit uti. Prima est, qvòd qvando proponitur coram se illa exceptio remittenda ad judicem ecclesiasticum, qvòd tunc statuat terminum parti proponenti, intra qvem debeat coram se produxisse capitula,

Margin: 1, a

pitula, & omnia, qvæ probare intendit in curia ecclesiasti ca, ut sic videat, an talia capitula sint relevatura, aut non & sic non admittat talem exceptionem, sed ad ulterio procedat, qvod juridicè poterit fieri. *ita solenniter fert consuluisse Salice. in qvodam suo consilio, incipiente, in qva stione vertente, in Castro agente. Et ibi dicentem se ita vi disse consultum per celeberrimos Doctores* Joan. *Calder. &* Joan. *de Lign. qvam decisionem refert, & commendan seqvitur Alex. in d. l. Titia. in 4. col. vers. unum tamen n ta perpetuo in practica. ff. solut. mat. & Felin. in d. cap. cu sit generale. in 3. col. versi. qvarta declinatio, & optima. for. comp.* Pro qvo confirmando facit, qvòd pulchrè consu luit Pet. de Ancha. in consi. 382. *incip. retento ordine du*
a *biorum, versic. & hoc pro vero supposito videndum restat.* ubi voluit, qvòd judex secularis non teneatur exeqvi sen tentiam judicis ecclesiastici, qvando videt eam nullam, se iniqvam, unde dixit Joan. Andr. *in c. cùm in jure peritu de offic. deleg. & in cap. 1. de offi. ord.* qvòd judex laicus no tenetur exeqvi præceptum judicis ecclesiastici, de cujus in justitia scit, vel suspicatur. idem dicendum est in casu nostro qvòd judex laicus non teneatur remittere aliqvam exce ptionem ad curiam ecclesiasticam, qvando videt talem ex ceptionem producturam esse actum nullum, videlicet no esse relevaturam ipsum proponentem. Secunda Cautela est, qvòd qvando judex laicus videt, qvòd coram se proponitur exceptio remittenda ad curiam ecclesiasticam, si vult oppo nentem illaqveare, qvando dubitat de aliqva calumnia,
b qvòd tunc assignet terminum, *b* intra qvem debeat se cum toto processu coram judice ecclesiastico præsentasse, non dico de juribus suis probasse, qvia tale præceptum non te neret, nam si contingeret, qvòd proponens illam exce ptionem, non se præsentaret coram judice ecclesiastico in tra terminum præfixum, judex amplius non tenebitur i psam exceptionem remittere, sed poterit ad ulteriora juri dicè procedere. *ita singulariter tradit Bart. in l. præses. C de appellat. qvam decisionem tacito auctore seqvuntur An gel. & Imo. in* l. 2. *ff. de re jud. ubi etiam Alex. in .. col. qv eam multum commendat. seqvitur Pau. de Castr. in d. l. Ti tia. in fin. solut. matrim. Angel. in l. 2. §. sed si dubitetur. ff de jud. Felin. in d. cap. cùm sit generale, in 3. col. versi. &*

est Cautela, qvod secularis. ubi dicit istud esse perpetuò notandum. & Alex. in l. de die. §. fi. ff. qui satisd. cogan. ubi dicit, istud esse notatu dignum in practica. Et ratio potest esse, * qvia morosus non potest allegare pendentiam litis, 3
prout notat Barto. in l. sepul. ff. de sepul. viol. & in l. ubi ceptum. ff. de jud. & in l. qvamvis. ubi etiam Pau. de Cast. ff. de dam. infect. & d. Abb. in c. ex tenore, in fin. de resc. & in c. proposuisti in 2. colum. post d. Ant. ibi de foro comp. unde dixerunt Bal. & Pet. de Anch. *ubi in suis reportatis antiqvis, in d. l. de die. § fi. ff. qui satisd. cog. qvos ibi etiam refert, & seqvitur Alex.* qvòd si remissus ad curiam episcopalem super aliqvo incidenti est ibi in mora, judex primæ causæ potest ad ulteriora procedere.

ADDITIO.

a Non dico.) *Si incidit qvæstio causæ spiritualis, qvando in facto vertitur, an secularis possit cognoscere? Tenuerunt qvamplures, qvòd sic.* Bart. in l. qvoties. C. de jud. Anton. de Butr. & Card. Flor. in cap. tuam. de ord. cog. & in cap. cùm sit generale. de foro comp. per Bal. in l. filium diffinimus. ff. de his qvi sunt sui vel alie. jur. per Paul. de Leazaris, in Clem. 1. de usu. per Ang. in disputa. sua, incip. Astensis miles. per Fed. de Senis. in consi. 97. incip. facta est lex. *contrarium tenet idem Bart.* in l. Titia. ff. solut. matr. *qui variavit. & Bal. in l. qvoties. C. de jud. variavit.* per Pau. de Cast. in consi. 144. & per Jo. de Imo. in c. cùm sit generale. per Rom. in præalleg. l. Titia. per Bal. in consi. 169. in 2. lib. consiliorum. per Lud. Ro. in cons. 299. qvod incipit, proposita consul. ibi, præmissis tamen non obstantibus. *Communis tamen opinio est, qvod qvando de spirituali qvæstione dubitatur super facto, qvòd laicus possit cognoscere*, ita per Jas. Cal. & Ant. de But. in d. c. tuam. vide Alex. de Imol. in l. Titia. in 4. col. sol. mat. & per Jas. in l. qvoties. C. de jud.

b Terminum.) *Huic Cautela simile est, qvod proponitur juxta caut. proxim.*

R. FICHARDI CAUT. XLII.

§. Pro judice in causa spoliationis, si spoliator petat remissorias: hæc cautela similis est cautelæ secundæ, seu loco proximo.

SUMMARIA.

1. *Literæ Remissoriæ dantur arbitrio judicis.*

2. *Re-*

Digitized by Google

2. Remissionem petenti terminus statui potest à judice, ut producat, probanda coram alio judice.

1 IN judicis * arbitrio est, ut in causa spolii permittat spoliatori remissorias. *l. judices & auth. apud eloqventissimum. C. de fid. instrum.* Si tamen ipsi videatur eam remissionem per calumniam & fraudem peti, non tenetur eam permittere, *secundum Alex. in l. Titia num. 8. versic. qvarto fallit. ff. solut. matrim. Cravet. consi. 253. num. 7. versic. propterea. & ibid. per eos alleg.* Ceterùm si judex petentem non in manifesta calumnia & fraude deprehendat, nec de ea expresse convincere possit, & tamen de ea magnam habeat suspicionem, vel præsumptionem, tunc ad reprimendam, vel saltem restringendam illam fraudulentam dilationem, & ne ipsi judici neq; etiam spoliato, suo libito illudere possit petitor. Cautela est, * ut petenti remissio-
2 nem certum statuat terminum, intra qvem producat capitula, qvæ intendit coram judice illo competenti, ad qvem se remitti petit, probare. *ut eandem cautelam tradunt Alex. d. l. Titia. & Deci. in c. 2. num. 24. de judiciis. necnon Marsil. sing. 70. qvos refert & seqvitur Menoch. de recup. possess. in remed. 15. n. 340. vide plura in seqvent. Caut.*

R. FICHARDI CAUT. XLIII.

§. Pro judice in spolii causa, spoliatori remissorias recusante.

DIctum est in præcedenti Cautela, licere judici in causa spolii, spoliatori remissorias petenti, eas recusare, si nimirum appareat, ipsum per calumniam & fraudem, (ad differendam litem videlicet) remissorias petere. Ne tamen judex ille se hoc casu suspectum reddat, & in syndicatu aliqvam patiatur ignominiæ notam, Cautela est, ut apud Acta in scriptis redigi curet, qvibus adductus sit conjecturis, indiciis & præsumptionibus, ut fraudem subesse juste crediderit. *de qvo admonet Felin. in ca. de cetero. num. 12. in fin. de senten. & re judicat. in cap. licet causam. notab. 4. in fin. de probat. Cassador. decis. 3. Menoch. de recup. possess. in 15. Remed. num. 341.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CLIV.

§. Contra judicem non admittentem exceptionem, qvomodo possit ab eo appellari.

Sum

SUMMARIUM.

Judex super exceptionibus, vel alia re dubitare potest, & petere dilationem, ut consilium habere possit.

Ste; qvi vult appellare, sit cautus, qvòd si judex non vult admittere excep. sed ea non obstante ad ulteriora procedat, tunc appellet. secus autem si judex tacitè vel expressè non rejicit exceptionem allegatam, sed tantùm eam non admittit: non enim tunc potest appellari. *& probatur in cap. dilecto. de appell. & ibi per Doctores. & c. interposita. eod. tit.* Ad idem est etiam alia Cautela, qvod opponens exceptionem offerat se eam probaturum incontinenti, qvia judex non audiat ipsum appellatione interposita, justificatur solùm probando, qvòd se obtulerit incontinenti probaturum, *text. est in c. interposita. in princip. & ibi per gl. fin. & Doctor. de appell.* Est etiam tertia, qvòd qvando judex exceptionem non rejicit tacitè vel expressè, nec eam admittit, sed simpliciter dicit, * qvòd dubitat, & qvòd vult super hoc habere consilium, ut sæpè fit, & sic tenet in verbis illum objicientem, sit cautus ille, qvi exceptionem opposuit, ut reqvirat judicem certo intervallo temporis: qvia tunc si judex aliter non declarat, potest appellari, & non antè. *arg. cap. 2. de sup. negl. præla. secundum Bu. no. in c. dilecto. de app. & Abb. Sic. in c. intimasti. eo. tit.* De aliis item Cautelis circa hoc vide in Spec. in tit. de ap. §. qværitur. ver. in summa. in 2. parte. 1

DE LIBELLO. TIT. XIII.

B. CÆPOLLA CAUT. LXXXIV.

§. Pro libellante, ne ad expensas teneatur.

SUMMARIUM.

Debitor si saltem per interpellationem extrajudicialem in mora constitutus non fuerit, ad aliqvas expensas non tenetur, si recepto libello se solvere dixerit, & liti cedere.

In libellis solet communiter apponi una clausula, qvod adversarius fuit interpellatus sæpè, & sæpiùs extra judicium, ut faceret id, qvod petit, qvod facere recusavit, qvæ clausula secundum aliqvos non est necessaria, qvia inter-

terpellatio similiter necessaria non est, sed de urbanitate *ut* l. *qvidam Hyberus. ff. de serv. urban. præd. ubi text. dicit loqvaris cum Hybero.* Et tu dicas, qvòd imò utilis est, & cautum qvòd apponatur,* qvia si debitor non est constitutus in mora saltem per interpellationem extrajudicialem, & vocatur ad judicium, non tenetur ad aliqvas expensas, si immediatè recepto libello dixit se solvere, & cedere liti, & non contendere, *ut dicit not. Spec. in tit. de res vendic. §. & Ang. in* l. 1. *C. de obseqviis. & Ang. de Aret. Instit. de act. in §. sic itaqve.* & propterea Cautela est, ut primò antequam convenias debitorem tuum, ut interpelles primò ipsum, qvi si non solveret, & convenias ipsum, tenebitur ad expensas, etiam si incontinenti confiteatur debitum: & propter istam rationem dicta clausula solet apponi in libellis, & bene.

R. FICHARDI CAUT. I.

§. Pro actore, qvomodo petitionem libelli in casu intentati remedii ex l. fi. C. de edic. d. Adri, tol. formari debeat.

CUm magna sit inter legum Commentatores atqve Interpretes controversia, qvænam actio in libello super remedio l. fin. C. de edict. di. Adr. tol. exprimenda, atq; proponenda sit. Glo. enim in dict. l. fi. putat petitionem dupliei modo fieri posse, nempe, condictione ex illa l. fin. Vel ex edic. di. Adr. qvi posterior modus communiter reprobatur cùm per Imperatorem Justinianum contractum sit illud edictum Adr. Bart. & Alex. post Butr. distinxerunt, an videlicet nullus contradictor extet, & tunc nobile officium Judicis implorandum, aut non extet ille, & tunc dari actionem vel condictionem ex d. l. fi. Contrà verò Bald. Castren. Salice. Decius, Mantua & Zuccardus, asserunt, etiam in casu existentis contradictoris, dandum esse officium Judicis nobile. Ad illam igitur Doctorum disputationem effugiendam, traditur per Albe. qvem Curt. Jun. *in d. l. fin. n.* 37. & Menoch. *in 4. Remed. adipisc. poss. n.* 501. seqvuntur, illa Cautela, ut scilicet exprimantur verba generalia, qvæ utrunq; comprehendere possint, ut si dicatur: Dico me institutum in testamento non cancellato, qvare peto me mitti in possessionem virtute l. fin. C. de edict di. Adria. tol. Et licet alia qvoqve ex mente Ang. Aret. *in §. qvadrupli. n.* 16. *Inst. de act.* Cautela sit, nempe ut imploretur officium

Judi-

judicis, pro immissione, & si contradictor apparuerit, petatur eum condemnari ad dimittendum & relaxandum, tamen illa explosa est, tanqvam qvæ contineat duo contraria remedia, qvæ cumulari non possint, magisqve approbatur illa prima, *ut per Menoch. dict. num.* 501.

B. Cæpolla Cautela CLX.

§. Ad hoc, qvòd libellus ineptus non possit revocari, & est repetita.

Summarium.

1 *Libellum ineptum in genere acceptare non sufficit.*

NOta duas Cautelas, qvòd libellus ineptus revocari, vel mutari non possit. Prima est, qvòd reus acceptet in specie libellum productum, *secundum Bart. in* l. *cum precum. C. de li. caus.* * non autem sufficit acceptare in genere, *secundum Ang. de Are. Inst. de act.* §. 1. *in q.* 6. Alia est, qvòd reus in secundo libello dicat: Nego narrata, prout narrantur, & petita, prout petantur, dico fieri non debere, *juxta no. per Barto. in l. si dubitetur.* §. 1. *ff. de fidejuss.* salvo jure producendi in scriptis, & inde potest deducere suas exemtiones, ut faciunt boni practici. 1

B. Cæpolla Cautela CXCIV.

§. Qvòd qvis non possit revocare ineptitudinem libelli.

SUMMARIA.

1 *Litis contestatione omnis facultas emendandi, vel corrigendi libellum tollitur.*

2 *Libellus Obscurus post lit. contest. potest emendari.*

QVando libellus actoris contra te productus est ineptus, ita qvòd ex eo non possit seqvi sententia condemnatoria contra te, propter libellum malè conceptum, *juxta no. in l.* 1. *ff. de off. assess.* & *glo. sing. Instit. de obl. in princ. in Verb. secundum nostra civitatis jura. in fin.* & *l. item, in prin. cum ibi notatis. ff. de Verb. obl.* & *no. in l. ...et. C. de procu.* & hoc, si bene cognoscis, Cautela est, qvòd tu incontinenti litem contesteris, * qvia per litis contestationem tollitur actori facultas emendandi, vel corrigendi libellum, *ut* l. *edita. cum ibi not. C. de edendo.* & *est glo. sing. de hoc in* l. *qVi familia. la piccola. ff. fa. herc.* nec poterit amplius ab illo judicio desistere, *ut in auth. qVi semel. C. qVom. & qVando judex. secundum ibi not.* & licet 1

Spec.

Spec. *in tit. de libellis conceptione. §. fin. Ver. cautus etia[m]
sis*, dicat, qvòd qvidam advocati hoc faciunt, qvia vidente[s]
libellum ineptum, confestim litem contestantur, ne pos[t-]
ea valeant emendari, vel mutari, ut dixi. sed qvòd hoc no[n]
placet sibi, *per* l. *fi. C. de ann. except.* qvia poterit res v[el]
causa in processu judicii declarari, *ut in c. Abbate. sane.* [...]
de re jud. lib. 6. & ca. constitutus. de app. Tamen teneo
qvòd dicta Cautela sit optima, qvando libellus est adeò in-
eptus, qvòd per declarationem non potest fieri aptus, pu[ta]
qvia est sine actione, vel cum actione inepta, *ut habetur i[n]*
2 *d.* l. *edita.* Sed qvando libellus * esset obscurus, & non b[e-]
ne declaratus, puta qvia non exprimeret rem clarè, *juxt[a]*
l. *si rem. ff. de rei vend.* tunc procederet opinio Specul. [&]
ideo in casu prædicto, qvando libellus est ineptus, sole[nt]
procuratores rei contestari litem incontinenti, dicendo
Nego narrata prout narrantur, *juxta no. per Bar. in* l. [si]
dubitetur. §. 1. ff. de fidejus. salvo jure producendi in scri-
ptis. & adde, qvod dictum est supra in proxima cautela.

ADDITIO.

Vide qvædam juxta Tit. 15. de litis contestatio.

T. FERRATUS CAUT. XXXIV.

§. Ad emendandum libellum, etiam lite contestata.

SUMMARIA.

1. *Libellus post litem contestatam emendari non po[test]
est.*
2. *Clausula salvo jure addendi nihil operatur in libel-
lis post litis contestationem.*
3. *Clausula salvo mihi arbitrio addendi & minuen[di]
in libello est bona.*

1 CLara est in jure conclusio, * qvòd libellus post lite[m]
contestatam non potest emendari, *ut nota. in §. si mi-
nus. Instit. de actio. & per omnes in* l. *edita. C. de eden. &
in cap. examinata. de jud.* etiamsi in fin. libelli esset il[la]
clausula, qvæ à multis libellantibus ejus virtutem igno-
2 rantibus apponitur, scilicet * salvo jure addendi, &c. qv[ia]
talis clausula nihil operatur ad hoc, ut libellus post liti[s]
contestationem possit emendari, *prout notat Bart. & a[lii]
in d.* l. *edita. in fin. C. de eden. a & ut notat glo. Innoc. &
omnes in c. inter dilectos. de fid. instrum. & Pract. Pap[.]*

forma libelli, in actione reali, in verbo, salvo jure addendi, cum aliis concor. de qvibus per Alex. & Jas. in d. l. edita. Tu ergo, qvi intendis producere libellum, si vis taliter facere, qvòd etiam lite contestata possis addere, minuere, & emendare, Cautela est, qvòd non dicas in fine libelli, salvo jure addendi, &c. qvia cum per talem reservationem referas te ad jus, *juxta l. cum proponas. ibi, ad jus retu it. de hared. institut.* & ipsum jus velit, qvòd lite contestata libellus non possit emendari, merito talis clausula nihil debet operari. Sed dicas * salvo mihi arbitrio addendi, & minuendi, &c. qvia cum isto casu referas te ad arbitrium tuum, qvod importat absolutam voluntatem, *juxta ea, qvæ habentur per Bartolum & alios in l. si sic. de legat. 1. & per Bart. in l. alio. in 3. col. versic. ex prædictis no. ff. de aliment. & cibar. legat.* seqvitur, qvòd talis additio, seu diminutio & emendatio etiam post litis contestationem debet posse fieri. *ita dixit Bald. ubi reputat tale dictum esse notandum in repetitione d. l. edita. in 17. col. versic. item dubitatur de clausula, salvo jure. qvem refert, & seqvitur Lanfran. de Ori. in repetitione c. qvoniam contra, in verbo, petitiones. versi. finaliter est videndum. ext. de probati.* tamen istam cautelam pro constanti non affirmo: qvia contrariam opinionem tenet Angel. & Aret. reprobando Bald. *in §. omnium. in 6. colum. versi. solet per aliqvos in fine libelli. Instit. de actio.* contrarium similiter tenent Jas. & Rimin. Ferrarien. *in d. l. edita. C. de eden.* 3

ADDITIO.

a C. de edendo.) adde Bart. in l. Nesennius. num 2. ff. de negotiis gest.

DE CAUTIONIBUS JUDICIO SISTI.
Titul. XIV.
B. PERUSINI CAUTELA IX.

§. Utrum promissio facta uni rectori trahatur ad successorem.

SED qværitur. Nunqvid is, qvi promittit alicui judici se sistere coram ipso. Et super hoc fidem dedit, sit obligatus ipse, & fidejussores ejus ad sistendum coram alio judice in dicto officio successore. Et primò videtur, qvòd sic: qvia successor est idem judex cum prædecessore suo, & eisdem actis judicat, *ut l. si judex. ff. de judic. l. non à judice.*

laborant. Ut verò isti Demeæ mitiores fiant, & tempore te-
pescant, non fortè prorsus iniqvè aget Reus (qvorum e
fugere) si ejusmodi actorem aliqvantò diutius circumdu-
cat, donec fortè tandem lites fastidiat, & in transactione
facilius consentiat. Cautelam igitur pro Reo hoc casu tra-
dit Apostillator ad Lanfr. in tit. de recusat. ut si judex no
sit competens, vel Reus ipsum habeat pro suspecto, no
statim *a* de eo excipiat, sed expectet usqve ad finem Pro-
cessus, & ita cogetur actor, postqvam tempus & sumt
perdidit, novum Processum deinceps instituere, vel cu
reo transigere. per jura ibi allegata.

CENSURA.

a Non statim.) *Vide an hoc verum sit, cum recusatio j-
dicis ante lit. contestatam opponi debeat in l. cum solutu
C. de sent. & interloc. l. apertissimi. C. de judic. qvia per li
contest. judex approbatur.* l. ultim. C. de except. vide Go
in l. apertissimi. C. de judic. *Potest tamen etiam post lit
cont. recusatio opponi, si scilicet nova causa postea sup
veniat.* Bart. in l. cum solutum. num. 3. C. de sentent. & i
terloc. per l. non distingvemus. §. cum qvidam. ff. de arbit

I. DE ARNONO CAUT. XXXVII.

§. Contra illum, qvi petit dilationem propter absenti
advocati, qvamvis de proximo reversuri.

SUMMARIUM.

1. *Absentia Advocati non veri non præstat causam d
lationis.*

LIcet vera sit conclusio, qvod danda sit dilatio propter a
sentiam advocati, qvando est de proximo reversurus,
*plenè per do. Fel. in c. 1. in princ. & ibi est bona additi
margine. super vers. ad illud. ext. ut lite non contest.* tan
1 hoc intelligitur esse verum in illo, qvi est verè * advo
tus, & non in illo, qvi consuluit in camera, & non ivit
judicium ad advocandum, qvia isto casu non debet diffe
lis propter absentiam illius. *Ita Ang. post Jac. de But. in l.
§. postulare. ff. de postul.* & ideo, qvando per adversariū tu
petitur, differri litem propter absentiam advocati, Caut
est, ut tu contradicas, & alleges illum non esse advocatū,
qvo nondum accessit personaliter ad judicium ad advoc
dum, sed tantùm consuluit in camera, *ut per Ang. in a*
ga

cto. §. & sic non differretur lis in reditum illius, qvamvis de proximo reversuri. qvod nota. qvia nunc habeo de facto in judicando in curia ecclesiastica.

I. De Arnono Caut. XXXIIX.

§. In regno contra illum, qvi petit differri litem propter absentiam advocati, qvamvis sit de proximo reversurus, & facit ad materiam præcedentis Cautelæ.

POsito pro constanti, qvòd propter absentiam advocati de proximo reversuri debeat differri lis, ut in proxima præcedenti Cautela deductum est, tamen si in regno petatur ab adversario, qvòd lis ipsa differatur in adventum advocati de proximo reversuri, *Cautela* est, ut contradicatur, & allegetur, in regno omnes causas esse summarias, *per §. detestantes. & per regiam Novellam pragmaticam primam in ordin. incipientem, dispendia litium*, qvia in causis summariis non differtur lis propter absentiam advocati. *Ita Bartolus in extravagan. ad reprimendum, in vers. de strepitu, in fine.* & sic submovebis adversarium tuum petentem differri litem propter absentiam advocati. & licet Jo. Felinus in hoc dubitet, *in capitulo primo, ut lite non contesta. in princ. per ea, qvæ ibi adducit*, tamen tene hoc, qvod dixi propter autoritatem Bartoli.

T. Ferratus Cautela LV.

§. Ad obviandum, qvòd debitores non valeant impetrare salvum conductum dilatorium solutionis.

SUMMARIA.

1. *Mora modici temporis magnum damnum afferre non solet.*
2. *Instrumentum contractus, ne solutio differatur postea à judice, qvomodo concipiendum.*
3. *Salvus conductus alicui concessus, qvòd non possit molestari nec in rebus, nec in persona, ad debitum juratum non extenditur.*
4. *Actui jurato non solùm princeps, verum etiam summus Pontifex, nunqvam per aliqvem actum suum derogare intelligitur.*
5. *Papa faciens constitutionem cum clausula, non ob-*

pitula, & omnia, qvæ probare intendit in curia ecclesiastica, ut sic videat, an talia capitula sint relevatura, aut non, & sic non admittat talem exceptionem, sed ad ulteriora procedat, qvod juridicè poterit fieri. *ita solenniter fertur consuluisse Salic. in qvodam suo consilio, incipiente, in qvæstione vertente, in Castro agente. Et ibi dicentem se ita vidisse consultum per celeberrimos Doctores Joan. Calder. & Joan. de Lign. qvam decisionem refert, & commendando seqvitur Alex. in d. l. Titia. in 4. col. vers. unum tamen nota perpetuo in practica. ff. solut. mat. & Felin. in d. cap. cum sit generale. in 3. col. versi. qvarta declinatio, & optima. de for. comp.* Pro qvo confirmando facit, qvòd pulchrè consuluit Pet. de Ancha. in consi. 382. *incip. retento ordine du-*
2 *biorum, versic. & hoc pro vero supposito videndum restat.* ubi voluit, qvòd judex secularis non teneatur exeqvi sententiam judicis ecclesiastici, qvando videt eam nullam, seu iniqvam, unde dixit Joan. Andr. *in c. cum in jure peritus de offic. deleg. & in cap. 1. de offi. ord.* qvòd judex laicus non tenetur exeqvi præceptum judicis ecclesiastici, de cujus injustitia scit, vel suspicatur. idem dicendum est in casu nostro, qvòd judex laicus non teneatur remittere aliqvam exceptionem ad curiam ecclesiasticam, qvando videt talem exceptionem producturam esse actum nullum, videlicet non esse relevaturam ipsum proponentem. Secunda Cautela est, qvòd qvando judex laicus videt, qvòd coram se proponitur exceptio remittenda ad curiam ecclesiasticam, si vult opponentem illaqveare, qvando dubitat de aliqva calumnia,
b qvòd tunc assignet terminum, *b* intra qvem debeat se cum toto processu coram judice ecclesiastico præsentasse, non dico de juribus suis probasse, qvia tale præceptum non teneret, nam si contingeret, qvòd proponens illam exceptionem, non se præsentaret coram judice ecclesiastico intra terminum præfixum, judex amplius non tenebitur ipsam exceptionem remittere, sed poterit ad ulteriora juridicè procedere. *ita singulariter tradit Bart. in l. præses. C. de appellat. qvam decisionem tacito auctore seqvuntur Angel. & Imo. in* l. 2. *ff. de re jud. ubi etiam Alex. in 1. col. qvi eam multum commendat. seqvitur Pau. de Castr. in d. l. Titia. in fin. solut. matrim. Angel. in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de jud. Felin. in d. cap. cum sit generale, in 3. col. versi. &*

est

est Cautela, qvod secularis. ubi dicit istud esse perpetuò notandum. & Alex. in l. de die. §. fi. ff. qui satisd. cogan. ubi dicit, istud esse notatu dignum in practica. Et ratio potest esse, * qvia morosus non potest allegare pendentiam litis, 3
prout notat Barto. in l. sepul. ff. de sepul. viol. & in l. ubi ceptum. ff. de jud. & in l. qvamvis. ubi etiam Pau. de Cast. ff. de dam. infect. & d. Abb. in c. ex tenore, in fin. de resc. & in c. proposuisti. in 2. colum. post d. Ant. ibi de foro comp. unde dixerunt Bal. & Pet. de Anch. *ubi in suis reportatis antiqvis, in d. l. de die. § fi. ff. qui satisd. cog. qvos ibi etiam refert, & seqvitur Alex.* qvòd si remissus ad curiam episcopalem super aliqvo incidenti est ibi in mora, judex primæ causæ potest ad ulteriora procedere.

ADDITIO.

a Non dico.) *Si incidit qvæstio causa spiritualis, qvando in facto vertitur, an secularis possit cognoscere? Tenuerunt qvamplures, qvod sic.* Bart. in l. qvoties. C. de jud. Anton. de Butr. & Card. Flor. in cap. tuam. de ord. cog. & in cap. cùm sit generale. de foro comp. per Bal. in l. filium diffinimus. ff. de his qvi sunt sui vel alie. jur. per Paul. de Leazaris, in Clem. 1. de usu. per Ang. in disputa. sua, incip. Astensis miles. per Fed. de Senis. in consi. 97. incip. facta est lex. *contrarium tenet idem Bart.* in l. Titia. ff. solut. matr. *qvi variavit. & Bal. in l. qvoties. C. de jud. variavit.* per Pau. de Cast. in consi. 144. & per Jo. de Imo. in c. cùm sit generale. per Rom. in præalleg. l. Titia. per Bal. in consi. 169. in 2. lib. consiliorum. per Lud. Ro. in cons. 299. qvod incipit, proposita consul. ibi, præmissis tamen non obstantibus. *Communis tamen opinio est, qvod qvando de spirituali qvæstione dubitatur super facto, qvod laicus possit cognoscere*, ita per Jas. Cal. & Ant. de But. in d. c. tuam. vide Alex. de Imol. in l. Titia. in 4. col. sol. mat. & per Jas. in l. qvoties. C. de jud.

b Terminum.) *Huic Cautela simile est, qvod proponitur juxta caut. proxim.*

R. FICHARDI CAUT. XLII.

§. Pro judice in causa spoliationis, si spoliator petat remissorias: hæc cautela similis est cautelæ secundæ, seu loco proximo.

SUMMARIA.

1. Literæ Remissoriæ dantur arbitrio judicis.

2. Re-

2. *Remissionem petenti terminus statui potest à judice, ut producat, probanda coram alio judice.*

1 IN judicis * arbitrio est, ut in causa spolii permittat spoliatori remissorias. *l. judices & auth. apud eloqventissimum. C. de fid. instrum.* Si tamen ipsi videatur eam remissionem per calumniam & fraudem peti, non tenetur eam permittere, *secundum Alex. in l. Titia num. 8. versic. qvarto fallit. ff. solut. matrim. Cravet. consi. 253. num. 7. versic. propterea. & ibid. per eos alleg.* Ceterùm si judex petentem non in manifesta calumnia & fraude deprehendat, nec de ea expressè convincere possit, & tamen de ea magnam habeat suspicionem, vel præsumptionem, tunc ad reprimendam, vel saltem restringendam illam fraudulentam delationem, & ne ipsi judici neq; etiam spoliato, suo libito illudere possit petitor. Cautela est, * ut petenti remissio-
2 nem certum statuat terminum, intra qvem producat capitula, qvæ intendit coram judice illo competenti, ad qvem se remitti petit, probare. *ut eandem cautelam tradunt Alex. d. l. Titia. & Dec. in c. 2. num. 24. de judiciis. necnon Marsil. sing. 70. qvos refert & seqvitur Menoch. de recup. possess. in remed. 15. n. 340. vide plura in seqvent. Caut.*

R. FICHARDI CAUT. XLIII.

§. Pro judice in spolii causa, spoliatori remissorias recusante.

DIctum est in præcedenti Cautela, licere judici in causa spolii, spoliatori remissorias petenti, eas recusare, si nimirum appareat, ipsum per calumniam & fraudem, (ad differendam litem videlicet) remissorias petere. Ne tamen judex ille se hoc casu suspectum reddat, & in syndicatu aliqvam patiatur ignominiæ notam, Cautela est, ut apud Acta in scriptis redigi curet, qvibus adductus sit conjecturis, indiciis & præsumptionibus, ut fraudem subesse justè crediderit. *de qvo admonet Felin. in ca. de cetero. num. 12. in fin. de senten. & re judicat. in cap. licet causam. notab. 4. in fin. de probat. Cassador. decis. 3. Menoch. de recup. possess. in 15. Remed. num. 341.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CLIV.

§. Contra judicem non admittentem exceptionem, qvomodo possit ab eo appellari.

SUMMARIUM.

Judex super exceptionibus, vel alia re dubitare potest, & petere dilationem, ut consilium habere possit.

ISte; qvi vult appellare, sit cautus, qvòd si judex non vult admittere excep. sed ea non obstante ad ulteriora procedat, tunc appellet. secus autem si judex tacitè vel expresse non rejicit exceptionem allegatam, sed tantùm eam non admittit: non enim tunc potest appellari. *& probatur in cap. dilecto. de appell. & ibi per Doctores. & c. interposit. eod. tit.* Ad idem est etiam alia Cautela, qvod opponens exceptionem offerat se eam probaturum incontinenti, qvia si judex non audiat ipsum appellatione interposita, justificatur solùm probando, qvòd se obtulerit incontinenti probaturum, *text. est in c. interposita. in princip. & ibi per gl. in fin. & Doctor. de appell.* Est etiam tertia, qvòd qvando judex exceptionem non rejicit tacitè vel expressè, nec eam admittit, sed simpliciter dicit, * qvòd dubitat, & qvòd vult super hoc habere consilium, ut sæpè fit, & sic tenet in verbis illum objicientem, sit cautus ille, qvi exceptionem opposuit, ut reqvirat judicem certo intervallo temporis: qvia tunc si judex aliter non declarat, potest appellari, & non antè. *arg. cap. 2. de sup. negl. prælat. secundum Bu. no. in c. dilecto. de app. & Abb. Sic. in c. intimasti. eo. tit.* De aliis autem Cautelis circa hoc vide in Spec. in tit. de ap. §. qvaliter. ver. in summa. in 2. parte. 1

DE LIBELLO. TIT. XIII.

B. CÆPOLLA CAUT. LXXXIV.

§. Pro libellante, ne ad expensas teneatur.

SUMMARIUM.

Debitor si saltem per interpellationem extrajudicialem in mora constitutus non fuerit, ad aliqvas expensas non tenetur, si recepto libello se solvere dixerit, & liti cedere.

IN libellis solet communiter apponi una clausula, qvod adversarius fuit interpellatus sæpè, & sæpiùs extra judicium, ut faceret id, qvod petit, qvod facere recusavit, qvæ clausula secundum aliqvos non est necessaria, qvia inter-

terpellatio similiter necessaria non est, sed de urbanitat ut l.qvidam Hyberus.ff.de serv.urban.præd.ubi text.dici loqvarii cum Hybero. Et tu dicas, qvòd imò utilis est, cautum qvòd apponatur,* qvia si debitor non est constitu tus in mora saltem per interpellationem extrajudicialem & vocatur ad judicium, non tenetur ad aliqvas expensas immediatè recepto libello dixit se solvere, & cedere liti, non contendere, *ut dicit not.Spec.in tit.de rei vendic.* § *& Ang.in* l.1.*C.de obseqviis.& Ang.de Aret. Instit. de a in* §. *sic itaqve*. & propterea Cautela est, ut primò ant qvam convenias debitorem tuum, ut interpelles pri ipsum, qvi si non solveret, & convenias ipsum, tenebi ad expensas, etiam si incontinenti confiteatur debitum: propter istam rationem dicta clausula solet apponi in lib lis, & bene.

R. FICHARDI CAUT. I.

§.Pro actore, qvomodo petitionem libelli in casu inte tati remedii ex l.fi.C.de edic.d.Adri.tol. formari debeat.

CUm magna sit inter legum Commentatores atqve I terpretes controversia, qvænam actio in libello su remedio l.fin.C.de edict.di.Adr. tol. exprimenda, atq; pr ponenda sit. Glo. enim in dict. l. fi. putat petitionem dupl ci modo fieri posse, nempe, condictione ex illa l.fin. Vel edic.di. Adr. qvi posterior modus communiter reprobatu cùm per Imperatorem Justinianum contractum sit illud dictum Adr. Bart. & Alex. post Butr. distinxerunt, an vid licet nullus contradictor extet, & tunc nobile officium J dicis implorandum, aut non extet ille, & tunc dari acti nem vel condictionem ex d. l.fi. Contrà verò Bald. Castre Salice. Decius, Mantua & Zuccardus, asserunt, etiam in c su existentis contradictoris, dandum esse officium Judi nobile. Ad illam igitur Doctorum disputationem effug endam, traditur per Albe. qvem Curt. Jun. *in d.l.fin.n.* & Menoch. *in 4. Remed.adipisc.poss.n.*501. seqvuntur, il Cautela, ut scilicet exprimantur verba generalia, qvæ trunq; comprehendere possint, ut si dicatur: Dico me ins tutum in testamento non cancellato, qvare peto me mi in possessionem virtute l. fin. C. de edict di. Adria. tol. licet alia qvoqve ex mente Ang. Aret. *in §. qvadrupli.* 16. *Inst. de act.* Cautela sit, nempe ut imploretur officiu Ju

judicis, pro immissione, & si contradictor apparuerit, petatur eum condemnari ad dimittendum & relaxandum, tamen illa explosa est, tanqvam qvæ contineat duo contraria remedia, qvæ cumulari non possint, magisqve approbatur illa prima, *ut per Menoch. dict. num.* 501.

B. Cæpolla Cautela CLX.

§. Ad hoc, qvòd libellus ineptus non possit revocari, & est repetita.

Summarium.

1 *Libellum ineptum in genere acceptare non sufficit.*

NOta duas Cautelas, qvòd libellus ineptus revocari, vel mutari non possit. Prima est, qvòd reus acceptet in specie libellum productum, *secundum Bart. in* l. *cum precum. C. de li. caus.* * non autem sufficit acceptare in genere, *secundum Ang. de Are. Inst. de act.* §. 1. *in q. 6.* Alia est, qvòd reus in secundo libello dicat: Nego narrata, prout narrantur, & petita, prout petantur, dico fieri non debere, *juxta no. per Barto. in l. si dubitetur.* §. 1. *ff. de fidejuss.* salvo jure producendi in scriptis, & inde potest deducere suas exemptiones, ut faciunt boni practici. 1

B. Cæpolla Cautela CXCIV.

§. Qvòd qvis non possit revocare ineptitudinem libelli.

SUMMARIA.

1. *Litis contestatione omnis facultas emendandi, vel corrigendi libellum tollitur.*

2. *Libellus Obscurus post lit. contest. potest emendari.*

QVando libellus actoris contra te productus est ineptus, ita qvòd ex eo non possit seqvi sententia condemnatoria contra te, propter libellum malè conceptum, *juxta no. in l. 1. ff. de off. assess. & glo. sing. Instit. de obl. in princ. in verb. secundum nostra civitatis jura. in fin. & l. decem, in prin. cum ibi notatis. ff. de verb. obl. & no. in l. licet. C. de procu.* & hoc, si bene cognoscis, Cautela est, qvòd tu incontinenti litem contesteris, * qvia per litis contestationem tollitur actori facultas emendandi, vel corrigendi libellum, *ut* l. *edita. cum ibi not. C. de edendo. & est glo. sing. de hoc in* l. *qvi familia. la piccola. ff. fa. herc.* nec poterit amplius ab illo judicio desistere, *ut in auth. qvi semel. C. qvem. & qvando judex. secundum ibi not.* & licet 1

Spec.

Spec. *in tit. de libelli conceptione. §. fin. Ver. cautus etia*
sis, dicat, qvòd qvidam advocati hoc faciunt, qvia vident
libellum ineptum, confestim litem contestantur, ne pos
ea valeant emendari, vel mutari, ut dixi. sed qvòd hoc no
placet sibi, *per* l. *fi. C. de ann. excep.* qvia poterit res v
causa in processu judicii declarari, *ut in c. Abbate. sane.*
de re jud. lib. 6. & ca. constitutus. de app. Tamen teneo
qvòd dicta Cautela sit optima, qvando libellus est adeò in
eptus, qvòd per declarationem non potest fieri aptus, pu
qvia est sine actione, vel cum actione inepta, *ut habetur*
2 *d.* l. *edita.* Sed qvando libellus * esset obscurus, & non li
ne declaratus, puta qvia non exprimeret rem clarè, *juxt*
l. *si rem. ff. de rei vend.* tunc procederet opinio Specul.
ideo in casu prædicto, qvando libellus est ineptus, sole
procuratores rei contestari litem incontinenti, dicend
Nego narrata prout narrantur, *juxta no. per Bar. in* l.
dubitetur. §. 1. *ff. de fidejus.* salvo jure producendi in sc
ptis. & adde, qvod dictum est supra in proxima cautela.

ADDITIO.

Vide qvædam juxta Tit. 15. de litis contestatio.

T. FERRATUS CAUT. XXXIV.

§. Ad emendandum libellum, etiam lite contestata.

SUMMARIA.

1. *Libellus post litem contestatam emendari non po est.*
2. *Clausula salvo jure addendi nihil operatur in libe lis post litis contestationem.*
3. *Clausula salvo mihi arbitrio addendi & minuen in libello est bona.*

1 CLara est in jure conclusio, * qvòd libellus post lite
contestatam non potest emendari, *ut nota. in* §. *si m*
nus. Instit. de actio. & per omnes in l. *edita. C. de eden. &*
in cap. examinata. de jud. etiamsi in fin. libelli esset il
clausula, qvæ à multis libellantibus ejus virtutem igno
2 rantibus apponitur, scilicet * salvo jure addendi, &c. qv
talis clausula nihil operatur ad hoc, ut libellus post lit
contestationem possit emendari, *prout notat Bart. & a*
in d. l. *edita. in fin. C. de eden.* a *& ut notat glo. Innoc. &*
omnes in c. inter dilectos. de fid. instrum. & Pract. Pap

in formâ libelli, in actione reali, in verbo, salvo jure addendi, cum aliis concor. de qvibus per Alex. & Jas. in d. l. edita. Tu ergo, qvi intendis producere libellum, si vis talibus facere, qvòd etiam lite contestata possis addere, minuere, & emendare, Cautela est, qvòd non dicas in fine libelli, salvo jure addendi, &c. qvia cum per talem reservationem referas te ad jus, juxta l. cum proponas. ibi, ad jus retu ss. de hæred. instit. & ipsum jus velit, qvòd lite contestata libellus non possit emendari, merito talis clausula nihil habet operari. Sed dicas * salvo mihi arbitrio addendi, & minuendi, &c. qvia cum isto casu referas te ad arbitrium tuum, qvod importat absolutam voluntatem, juxta ea, qvæ habentur per Bartolum & alios in l. si sic. de legat. 1. & per Bart. in l. also. in 3. col. versic. ex praedictis. no. ff. de aliment. & libar. legat. seqvitur, qvòd talis additio, seu diminutio & emendatio etiam post litis contestationem debet posse fieri. ita dixit Bald. ubi reputat tale dictum esse notandum in repetitione d. l. edita. in 17. col. versic. item dubitatur de clausula, salvo jure. qvem refert, & seqvitur Lanfran. de ori. in repetitione. c. qvoniam contra, in verbo, petitiones. versic. finaliter est videndum. ext. de probati. tamen istam cautelam pro constanti non affirmo: qvia contrariam opinionem tenet Angel. & Aret. reprobando Bald. in §. omnium. in 6. colum. versic. solet per aliqvos in fine libelli. Instit. de actio. contrarium similiter tenent Jas. & Rimin. Ferrarien. in d. l. edita. C. de eden. 3

Additio.

a C. de edendo.) adde Bart. in l. Nesennius. num 2. ff. de negotiis gest.

DE CAUTIONIBUS JUDICIO SISTI.

Titul. XIV.

B. Perusini Cautela IX.

§. Utrum promissio facta uni rectori trahatur ad successorem.

Ed qværitur. Nunqvid is, qvi promittit alicui judici se sistere coram ipso. Et super hoc fidem dedit, sit obligatus ipse, & fidejussores ejus ad sistendum coram alio judice in dicto officio successore. Et primò videtur, qvòd sic: qvia successor est idem judex cum prædecessore suo, & eisdem actis judicat, ut l. si judex. ff. de judic. l. non à judice.

§. *fin. & ff. jud. sol. l. 2. & l. si cum is apud.* Et in illis legibus est casus, ad interposita non committitur in alia re vel actione. Et qvòd dicitur in d. l. si cum is apud. in fin. successor ejus alius judex. & hoc verius, & alias ad l. mortuo. Responde, qvòd successor est idem judex, scilicet ut ex his actis judicet. Sed stipulatio illa ad eum extendi non potest: qvia stricti juris est, *ut l. qvidqvid astringendæ. ff. de verbor. oblig.* qvia, qvæ personæ sunt, ad alios non transeunt, *ut ff. de reg. jur. l. privilegia,* unde qvidam adhibent talem cautelam, scilicet, qvòd in stipulatione desistendo faciunt mentionem de se, & successore suo, qvod sufficit, *ut d. l. qvidqvid astringendæ. in fi.*

DE LITIS CONTESTATIONE. TIT. XV.

B. CÆPOLLA CAUT. CXCV.

§. Qvòd properetur ad litis contestationem.

SUMMARIUM.

1. Litis contestatione actoris conditio potior est.

1 DIXIT Ubertus de Bobio, qvod advocatus actoris debet esse cautus, ut properet ad litis contestationem, * qvia ex hoc fit melior ejus conditio. *C. in qvibus caus. in integr. rest. non est necesse. l. in minorum. C. de jud. l. 1. ff de novat. l. aliam. & de usuris. l. videmus.* Advocatus verò rei debet, qvam plurimum potest, relevare litis contestationem, qvia per eam clauditur via multis allegationibus & exceptionibus, & refugiis. *C. de jud. l. apertissimi. & de procur. l. ita demum. & de jurisdict. omn. jud. l. nemo. & ff. de jud. l. ubi cæptum.* & per eam subjicitur reus judici, & obligatur actori. *C. de procur. l. neqve & de exc. l. ult. ff. de adil. edict. l. adiles. §. item sciendum. & extr. de re judic. ca. inter monasterium. in princ. ita no. Spec. in tit. de litis contest. §. qvoniam autem. versi. penult.* qvod intellige, qvando libellus actoris esset aptus, secus si esset ineptus, qvia tunc cautius esset, qvamprimùm posset, litem contestari, ut dixi in præcedenti Cautela, qvæ est supra tit. XIII. loc. 4.

DE JURAMENTO CALUMNIÆ. TIT. XVI.

P. BREDERODIUS CAUT. VI.

§. Pro eo, qvi amico gratiam velit facere juramenti de calumnia.

CERTISSIMI Juris est juramentum de calumnia præstan-

standum esse post litem contestatam. *Bart. in l. cum judices. num. 3. & 17. C. de jurament. cal. & in §. qvia igitur. num. 9. Novell. de his qvi ingred.* qvod adeo verum est, ut non jurans de calumnia, cadat ab actione per sententiam, qvæ fertur lite contestata. *Bar. in Auth. principales. §. qvod si actor. num. 3. C. de jurejur. propter calum.* à qva tamen appellare potest. *d. §. qvod si actor. num. 2.* sed qvod magis est, si petatur & non præstetur, redditur processus nullus. *Bar. in l. de pupillo. §. qvi opus novum. n. 2. ff. de nov. oper. nunc. vide Alex. in d. §. qvi opus.* ut ergo processus valeat sine juramenti præstatione, Cautela est, & tacitè tantum omittatur, non autem remittatur. *Bar. in l. jusjurandum. §. qvi jusjurandum. nu. 1. ff. de jurejur.* Bar. & Glo. *in l. de pupillo. §. qvi opus novum. n. 2. ff. de novi oper. nunc. & in Authen. principales. §. sed qvia veremur. n. 2. C. de jurejura. propt. calum.* qvod verum est, ut supra dixi, si à parte non peteretur: aliàs si peteretur omissio, processum vitiaret cùm sit de substantialibus processus, *Bart. in d. l. de pupillo. §. qvi opus. nu. 2. Arch. in cap. 1. de jur. cal. in 6. & Imol. in l. qvi bona. §. si alieno. ff. ded amno inf.*

DE COMPROMISSO. TIT. XVII.

Vide in Enchiridio contractuum in Compromissum.

DE DILATIONIBUS. Tit. XIIX.

B. CÆPOLLA CAUT. CLIIX.

§. Ad differendum judicium.

SUMMARIA.

1. *Sententiæ nullitas opposita qvid operetur.*

CAUTELA, si vis differre judicium, qvando est sententia contra te lata una, vel plures, si non potes per viam appellationis petere restitutionem in integrum, contra sententiam * vel nullitatem sententiæ opponas, & interim poteris ad concordiam venire. 1

R. FICHARDI CAUT. LXVII.

§. Pro Reo habente difficilem adversarium, qvi nolit in ullam transactionem consentire.

SUnt aliqvando actores aliqvi adeò rigorosi (si ita loqvi liceat) & difficiles, ut nolint Reis ne teruncium qvidem remittere, sed omnia suo nutu habere contendunt, qvod plerunqve fit ex nimio fervore iræ, qvo initio

laborant. Ut verò isti Demeæ mitiores fiant, & tempore tepescant, non fortè prorsus iniqvè aget Reus (qvorum est fugere) si ejusmodi actorem aliqvantò diutius circumducat, donec fortè tandem lites fastidiat, & in transactionem facilius consentiat. Cautelam igitur pro Reo hoc casu tradit Apostillator ad Lanfr. in tit. de recusat. ut si judex non sit competens, vel Reus ipsum habeat prò suspecto, non statim *a* de eo excipiat, sed expectet usqve ad finem Processus, & ita cogetur actor, postqvam tempus & sumtus perdidit, novum Processum deinceps instituere, vel cum reo transigere. per jura ibi allegata.

CENSURA.

a Non statim.) *Vide an hoc verum sit, cum recusatio judicis ante lit. contestatam opponi debeat in l. cum solutum. C. de sent. & interloc. l. apertissimi C. de judic. qvia per litis contest. judex approbatur.* l. ultim. C. de except. vide Gothi. in l. apertissimi. C. de judic. *Potest tamen etiam post litem cont. recusatio opponi, si scilicet nova causa postea superveniat.* Bart. in l. cum solutum. num. 3. C. de sentent. & interloc. per l. non distingvemus. §. cum qvidam. ff. de arbitr.

I. DE ARNONO CAUT. XXXVII.

§. Contra illum, qvi petit dilationem propter absentiam advocati, qvamvis de proximo reversuri.

SUMMARIUM.

1. *Absentia Advocati non veri non præstat causam dilationis.*

LIcet vera sit conclusio, qvod danda sit dilatio propter absentiam advocati, qvando est de proximo reversurus, *ut plenè per do. Fel. in c. 1. in princ. & ibi est bona additio in margine. super vers. ad illud. ext. ut lite non contest.* tamen
1 hoc intelligitur esse verum in illo, qvi est verè * advocatus, & non in illo, qvi consuluit in camera, & non ivit ad judicium ad advocandum, qvia isto casu non debet differri lis propter absentiam illius. *Ita Ang. post* Jac. de But. *in l. 1. §. postulare. ff. de postul.* & ideo, qvando per adversariũ tuum petitur, differri litem propter absentiam advocati, Cautela est, ut tu contradicas, & alleges illum non esse advocatũ, ex qvo nondum accessit personaliter ad judicium ad advocandum, sed tantùm consuluit in camera, *ut per Ang. in allegato.*

gato. §. & sic non differretur lis in reditum illius, qvamvis de proximo reversuri. qvod nota. qvia nunc habeo de facto in judicando in curia ecclesiastica.

I. DE ARNONO CAUT. XXXIIX.

§. In regno contra illum, qvi petit differri litem propter absentiam advocati, qvamvis sit de proximo reversurus, & facit ad materiam præcedentis Cautelæ.

POsito pro constanti, qvòd propter absentiam advocati de proximo reversuri debeat differri lis, ut in proxima præcedenti Cautela deductum est, tamen si in regno petatur ab adversario, qvòd lis ipsa differatur in adventum advocati de proximo reversuri, *Cautela* est, ut contradicatur, & allegetur, in regno omnes causas esse summarias, *per cap. detestantes. & per regiam Novellam pragmaticam primam in ordin. incipientem, dispendia litium*, qvia in causis summariis non differtur lis propter absentiam advocati. *Ita Bartolus in extravagan ad reprimendum, in vers. sine strepitu, in fine.* & sic submovebis adversarium tuum petentem differri litem propter absentiam advocati. & licet do. Felinus in hoc dubitet, *in capitulo primo, ut lite non contesta. in princ. per ea, qvæ ibi adducit*, tamen tene hoc, qvod dixi propter autoritatem Bartoli.

T. FERRATUS CAUTELA LV.

§. Ad obviandum, qvòd debitores non valeant impetrare salvum conductum dilatorium solutionis.

SUMMARIA.

1. *Mora modici temporis magnum damnum afferre non solet.*
2. *Instrumentum contractus, ne solutio differatur postea à judice, qvomodo concipiendum.*
3. *Salvus conductus alicui concessus, qvòd non possit molestari nec in rebus, nec in persona, ad debitum juratum non extenditur.*
4. *Actui jurato non solùm princeps, verum etiam summus Pontifex, nunqvam per aliqvem actum suum derogare intelligitur.*
5. *Papa faciens constitutionem cum clausula, non ob-*

stante, non intendit velle derogare seu tollere constitutionem, seu actum juratum.

6. Papa seu Imperator cassans consvetudines, vel statuta, nunqvam consvetudines, vel statuta jurata velle cassare intelligitur.

7. Principes seculares super juramento dispensare non possunt.

8. Papa nisi ex magna causa, super juramento dispensare neqvit.

9. Statutum cogens agnatos litigantes ad compromittendum, non habet locum, nec procedit, ubi actor promissionis jurata vigore ipsum reum conveniret.

OCulata fide continuè videmus, qvòd debitores, qvi tenentur solvere ad tale tempus, qvando appropinqvat ipsum tempus solutionis, impetrant à magistratibus terrarum per viam amicorum, & per allegationem impotentiæ unum salvum conductum, qvòd non possint per certum tempus molestari in rebus, nec in persona, qvo casu talis gratia, seu salvusconductus valet, & tenet, *ut est casus in* l. *qvoties. & ibi notant omnes. C. de prec. impe. offe. & in*
1 l. *universa. C. eodem tit.* * qvia mora modici temporis non solet magnum damnum afferre, *ut dicit tex. in* l. *si debitori. ff. de judic.* Tu autem qvi vis facere aliqvem contractum, & destinare solutionem tibi fiendam ad certum tempus, si vis obviare, qvòd adveniente tempore solutionis, si contingeret, qvòd debitor tuus impetraret aliqvem salvum conductum, ut non possit molestari, nec inqvietari in rebus vel in persona, qvòd talis salvusconductus non tibi noceat,
2 *Cautela* est, qvòd in celebratione * contractus facias ipsum jurare, de solvendo tibi tali tempore: qvia si postea à principe seculari, vel ab alio magistratu impetrabit salvumconductum, ut suprà, tamen talis salvusconductus non comprehendet tuum creditum juratum, & sic poteris ipsum molestare, & in rebus & in persona, perinde ac si ipsum salvumconductum non impetrasset. *ita eleganter consulendo tradit Alex. in suo cons. 38. incip. Visa petitione. Ant. de Ro. in 2. col.*

2. col. versic. circa secundam dubitationem. in 2. vol. qvem refert. & seqvitur Jas. in d. l. qvoties. C. de prec. impe. offe. & in l. fi. C. si contra jus vel uti. publ. & qvem similiter refert & seqvitur Felin. in c. constitutus. versic. statuta jurata, de rescrip. & qvam opinionem similiter tenuit Alex. in cons. 206. inci. visis his, qvæ in themate, in 3. colum. vers. dico insuper qvòd salvus conductus. in 2. vol. & qvòd * salvus- 3
conductus concessus alicui, qvòd non possit molestari nec in reb. nec in persona, nec extendatur ad debitum juratum, *ista fuit ante ipsum Alex. signanda decisio Cyn. & Salic. in dict. l. fin. C. si contra jus vel util. public. qvos etiam refert & seqvitur Ant. Corset. in sua repetitione Rub. extr. de jurejur. in 22. privilegio juramenti.* Et ratio istius pulchræ decisionis: * qvia non solùm princeps secularis, verùm et- 4
iam summus Pontifex nunqvam intelligitur per aliqvem suum actum velle derogare actui jurato, *ut est casus in dic. c. constitutus. & ibi notant omnes, de rescri.* unde dixit glos. *juncto text. in c. cùm non deceat. de elect. lib. 6. qvam ibi seqvuntur omnes. & qvam mirabilem dixit Panorm. in c. 1. in 2. col. de his, qvæ fi. à major. part. c.* * qvòd Papa 5
faciens constitutionem derogatoriam etiam cum clausula, non obstante, qvod tamen non intelligitur velle derogare seu tollere constitutionem seu actum juratum. *qvæ gloss. per Scribentes in variis locis multum celebratur, maximè per Roma. in cons. 393. incip. præsens consultatio in hac re incidit. in ult. col. versic. 2. respondetur. & cons. 404. incip. in causa propositæ consultationis videtur prima fronte dicendum. in fin. & cons. 517. incip. in casu propositæ consultationis causa celeberrimorum. circa fin. Alex. in cons. 125. incip. visis, & consideratis statutis, in ultim. col. versic. confirmo. per not. gloss. in 1. volum: & Alex. in cons. 102. incip. cùm statutum dirigit prohibitionem. circa fin. in 4. volum. unde dixit Angel. in l. 1. §. qvæ honoranda. ff. qvarum rer. actio non dat. qvem refert. & seqvitur Alex. in cons. 27. incip. viso libello producto per procuratorem. circa fin. in 1. volum.* * 6
qvòd Papa seu Imperator cassans consvetudines, vel statuta, nunqvam intelligitur velle cassare consvetudines, vel statuta jurata. *ut tenet idem Alex. in cons. 307. incipien. viso, & oportunè discusso processu. in 7. columna. versic. confirmo per notata in 2. volum.* bene facit illa communis opi. qvæ

7 est, * qvòd principes seculares non possunt remittere, seu dispensare super juramento, cùm juramentum pertineat ad ecclesiam, & ad Rom. Pontificem, *ut cap. Venerabilem. de elect. & cap. novit. de jud. de qua communis opinio. habetur per Cyn. & Pau. de Cast. in l. fin. C. si contra jus vel uti. pub. & per d. Ant. in cap. cùm contingat. versi. tertius casus. de jurejur. ubi latè per Imo. in 3. membro. per Abb. in octava colum. versi. nunc ad prædicta applico. cum aliis concord. traditis per Jas. in l. fin. ff. qui satis. cog.* imò qvod est plus,
8 communis opinio est, * summum Pontificem non posse a
a super juramento licito, nisi ex magna causa, dispensare, *ut habetur per glo. 15. q. 6. auctoritatem. & clarè per glo. & ibi per omnes, maximè per Panor. in cap. qvanto. in 2. col. versi. sed quia hic fuit aditus Papa. de jurejur. & per Panor. in cap. ex multipli. de deci. & pulchrè per Franc. de Cur. in consi. 66. incip. præmissa relatione. in 17. colum. versic. superest modo videre.* & ad hoc accedat, qvod signanter consuluit Paul. de Cast. in consilio mihi 67. *incip. visis, & con-*
9 *sideratis omnibus.* ubi voluit, * qvod statutum cogens agnatos litigantes ad compromittendum, tale statutum non habet locum, nec procedat, ubi actor conveniret reum vigore promissionis juratæ: qvia reus petendo compromissum fieri, incideret in perjurium, unde non est verisimile statuentes de hoc casu cogitasse: qvia hoc modo aperirent viam perjuriis, qvod non est dicendum, *juxta l. 1. C. si adversus venditionem. & cap. si verò, cum similibus. de jurejur. de qua eleganti decisione clamavit Alex. in consi. 37. incip. viso & oportunè discusso processu. in 7. colu. versic. per hoc facit in 2. volum. ubi dixit, illo anno ita fuisse judicatum apud Parmam.* Sis ergo cautus tu, qvod in omni contractu tuo celebrando apponas juramentum solutioni: qvia licet postea debitores tui impetrabunt salvumconductum dilatorium solutionis, tamen talis impetratio in nihilo tibi nocebit.

ADDITIO.

a Non posse.) *sed an juramenta posit Papa remittere, & super illis dispensare*, vide latè. per Lud. Rom. in consi. suo 124 *& an constitutio, sive statutum posit annullare juramentum*, ubi suprà, qvòd consilium inci. viso facto præposito, &c. *Sed an juramentum posit remitti per statutum,* vide

Digitized by Google

vide plenius per Alex. Imo. in consi. suo 127. in I. vol. *& est consilium elegans, & qvotidianum.*

CAUTELA.

§. De Termino actori ad probandum dando in arbitrariis judiciis *Vide in Contractuum materia in Arbiter, in loco secundo.*

I. DE ARNONO CAUT. XCIII.

§. Pro judice contra petentem dilationem calumniosè ad producendum testes.

SUMMARIUM.

1. Depositio pecuniæ exercetur, ut dilationes calumniosæ impediantur.

SÆpe contingit, qvod pars, qvæ malam causam fovet, petit dilationem calumniosè ad producendum testes, qvos dicit esse in partib. remotis. Si judex de hoc suspicatur, Cautela est in curia ecclesiastica, secundum qvosdam, *per c. statutum. in fin. de resc. l. 6. ubi gl. dicit*, qvod hodie providetur, ut fiat depositio * pecuniæ pro expensis testium, de qvo vide do. Abb. in c. constitutus. in 2. col. ubi ponit etiam aliam Cautelam, ext. de fidejussor. Et dixi notanter in curia ecclesiastica: qvia in foro seculari in regno est aliter prospectum, per regiam, Novel. pragmaticam, inci. post prædictas. sub Rub. de dilationib. in causis dandis. & per aliam, inci. si qvis petierit. sub Rub. de dilationibus per calumniam non petendis. 1

CAUTELÆ.

§. Contra petentes Remissionem judicii differendi causa. *Vide suprà Tit. 12. de Exceptio. Declinator. in locis* 10. 11. 12.

CAUTELA.

§. De Dilationibus probatoriis. *Vide infr. in tit. de Productione testium.*

T. FERRATUS CAUT. XLVI.

§. Pro judice ad obviandum calumniis, petentem dilationes animo differendi judicium, est eadem cum superiore penè.

SUMMARIA.

1. *Dilatio ad producendum suos testes absentes, per judicem concedi debet.*

2. *Testes, qvotiescunqve aliqvis in judicio producit, tenetur eis expensas facere & omnia necessario administrare.*

 3. Ju-

Digitized by Google

3. Judex comminari potest parti dilationem calumniosam petenti.

SÆpissimè litigantes volentes differre judicium, comparent coram judice, vel immediatè post litis contestationem, vel post primam dilationem habitam, dicentes se non posse probare de juribus suis, ex eo qvod testes sui sunt in partibus longinqvis, idcirco petunt dilationem competentem, qvæ non potest esse, nisi longa ad producendum dict.
1 suos testes absentes: * qvæ qvidem dilatio debet per judicem concedi, *ut habetur in §. & qvoniam. in auth. de test. & in l. judices. cum ibi not. C. de fid. instr.* Tu autem judex, qvi habes suspicionem, qvod talis dilatio, qvæ petitur, animo petatur calumniandi, & protelandi judicium, si vis tali calumniæ obviare: *Cautela* est, qvòd si illi testes, qvos pars asserit absentes, sint secundum assertionem partis in aliqvo loco illius provinciæ seu illius territorii, qvod regis, qvòd tunc dicas parti petenti dilationem ad producendum dictos testes, qvod eam sibi concedas, & eos citabis, & per competens temporis spatium eos expectabis, sed in primis & ante omnia deponat pecuniam pro expensis ipsorum testium, qvas facient in veniendo, stando, & redeundo,
2 * nam qvotiescunq; qvis in judicio producit testem, tenetur ei facere expensas, & subministrare omnia necessaria, *ut no. in l. qvoniam liberi. C. de testib. & in l. eos. §. si qvis autem. C. de appell. & 3. q. 4. § venturis & c. statutum. §. penul. de resc. lib. 6.* ubi expressè text. loqvitur de expensis fiendis in veniendo, stando, & redeundo, qvia officium suum alicui non debet esse damnosum, *ut c. cùm non deceat. de elect. in 6. & c. magna. de voto.* & isto casu, si judici videtur, potest, ut superiùs dictum est, dicere parti asserenti se habere testes absentes, citabo eos, & expectabo, sed depone ante omnia pecuniam pro expensis, qvas facient in veniendo, stando, & redeundo, & tunc ipsa pars forsitan causa non exbursandi tantam pecuniam, cessabit à prædicta calumnia, qvia si recusabis ipsam pecuniam deponere, nec tu teneberis dare dilationem ad producendos ipsos testes. *Ita singulariter dixit glo. in d. c. statutum. § penul. de rescr. l. 6. qvam refert & seqvitur Abbas post alios in ca. constitutus. de fidejus. & Paulus de Cast. in l. interdum. ff. de jud.* Secunda *Cautela* est, si dubitas, qvòd dilatio, qvæ tibi petitur

ſtur per unam ex partibus, fiat cauſa calumniandi, qvòd cauſa differendi negotium, ſi vis tali calumniæ obviare, facias ei unam * comminationem, cùm ſit, qvod firmiſſimè 3
tenes, qvòd illam dilationem petat cauſa litem in longum protrahendi, ſi per dictos teſtes, qvos aſſerit eſſe abſentes, non probabit intentionem ſuam, qvòd mulctabis eum in tanta qvantitate pecuniæ, qvod facere poterit, ea poſtea non probante, qvo caſu, forſitan metu mulctæ ceſſabit & à calumnia. *ita pulchrè docet Petrus de Anch. in d. c. conſtitutus. de fidejuſ. qvem ibi refert & ſeqvitur Imol. in verſ. aliâ Cautela eſſe poteſt, dicens iſtud dictum eſſe menti tenendum, & qvod in practica ſæpè occurrit. qvod dictum etiam referunt, & approbando magnifaciunt Alex. in ult. col. & Jaſ. in pen. in l. 1. ff. ſi qvis jus d. non obtemp. & Alex. in l. ſi cum fa. §. divi. circa finem. de lega. 1. & Lance. Decius in d. l. interdum. ff. de jud. appellans hanc elegantem Caut.*

R. Fichardi Caut. XL.

§. Pro judice, dante ſecundam dilationem, utraqve parte præſente, altera qvidem non conſentiente, ſed tamen tacente.

De jure communi omnis dilatio probandi eſt peremptoria, & non niſi ſemel dari debet. *l. oratione. & l. fi. ff. de feriis. & dilat. l. 1. C. de dilat. Marant. in ſua pract. part. 2. partis 6. prin. act. 3. numero ſecundo.* Tamen ſecundum moderamen locorum, & cauſa cognita, etiam ſecunda dilatio dari poteſt. *d. l. oratione* maximè in criminalibus, ubi actori ſecunda, & Reo tertia, conceditur. *d. l. fi. ff. de feriis.* Item dari poteſt ſecunda dilatio parti petenti, ſi altera pars præſens eſſet, neq; tali petitioni qvicqvam contradiceret, ſecundum *Bal. in d. l. fi. de fer.* qvia in judicialibus ex taciturnitate præſentis conſenſus inducitur. *Bart. in l. 1. C. de dilat.* Ne verò illa ſecunda, vel tertia conceſſio, in ſecunda inſtantia pro nullitate allegari poſſit, judicemvè ſuſpectum reddat, *Cautela* eſt pro judice, ut faciat actis inſeri, qvòd illa conceſſio ſecundæ, vel tertiæ dilationis, facta ſit parte adverſa præſente, & nihil contradicente. *ita tradit Marant. in d. act. 3. num. 13.*

B. Cæpolla Cautela CLXVII.

§. Qvòd qvis poſt terminum non audiatur.

Sum-

SUMMARIUM.

1. Terminus assignatus alicui ad agendum si elapsus fuerit, post Terminum audiendus est, nisi judex pronunciaverit eum amplius audiendum non esse.

UT qvis post terminum non audiatur. Innoc. *in c. lator. ext. qvi fil. sint le.* * dicit no. si elapsus sit terminus as-
1 signatus alicui ad agendum, tunc etiam post terminum ille audiendus est, nisi judex pronunciaverit eum de cetero amplius non esse audiendum. Et ideo *Cautela* est, qvòd judex in interlocutoria, per qvam assignat terminum actori ad agendum, dicat hæc verba: & si intra dictum terminum non egerit, extunc prout exnunc, eum non esse de cetero audiendum. *ita eleganter dicit Ang. in l. qvamdiu. in* 1. *col. ff. de acqvir. hared.*

B. CÆPOLLA CAUTELA XLIX.

a §. Qvando instantia *a* perit, qvod reiterentur omnes termini.

SUMMARIUM.

1 Instantia causæ principalis de jure Canonico nunqvam perit, secus tamen de Jure civili.

1 LIcet * de Jure Canonico instantia causæ principalis nunqvam pereat, *ut in cap. penult. extra. de jud.* tamen Jure Civili in casibus civilibus perit triennio, in criminalibus biennio, ita, qvòd nec de consensu partium potest prorogari, *ut est casus in l. properandum. in princ. & ibi no. C. de jud.* in tantùm, qvòd perempta instantia pereunt omnia acta usq; ad litem contestatam, & multa, qvæ fiunt post litem contestatam, *ut habetur plenè per Barto. in l. cum lite mortua. ff. jud. sol. & not. in l. properandum. in princip.* & sic est necesse de novo incipere processum, ut in
b dictis juribus habetur. Sed tu adde hanc *Cautelam, b* qvòd partes sibi promittant ad invicem per solennem stipulationem, & etiam per juramentum, qvòd si triennium laberetur, anteqvam causa expediatur, qvòd unico contextu actor: & reus teneatur producere libellum, & responsiones, & replicationes, & omnia acta sigillatim de novo, *secundum l. qva omnia. cum ibi not. per gl. & Doctor. ff. de procur.* nam tunc, licet instantia dicatur perempta jure, nullus tamen in expensis condemnabitur, sed proceditur in judicio

cio de novo, & si dicatur, Cautela non providet, ut instantia non pereat, istud est fatendum, tamen providet secundum intentionem partium scilicet propter expensas, & ne de novo habeant facere singula acta de tempore ad tempus, sicut facta fuerunt in prima instantia, qvod bene not. qvia ita sæpè practicavi.

Additio.

a Instantia.) *Perit qvatuor modis, scilicet, lapsu temporis. Item si absolvitur reus ab observatione judicij ante terminum. Item per renunciationem litis. Item si remittatur.* Bal. in mar. vers. instantia. vers. 2.

b Adde hanc Cautelam.) *Instantia si pereat, Cautela est, qvòd de novo agatur, & omnia acta uno ictu repetantur.* Bar. in l. properandum. in prin. C. de jud.

DE PROBATIONIBUS ET FIDE INSTRUMENTORUM. Tit. XIX

B. Cæpolla Cautela CCXXX.

§. Qvando qvis non potest probare per testes, vel instrumenta, illud, qvod sibi debetur, qvaliter testes sunt ponendi sub cortina, ad intelligendum confessionem.

Summaria.

1. *Testis dictum de auditu an valeat, qvando paries, vel cortina est in medio inter testes & contrahentes.*
2. *Testis testimonium de sensu proprio auditus verborum alterius valet, qvando ipse testis loqventis vocem notam habeat: licet personam loqventem non videat.*
3. *Solennitas major reqviritur in testamento, qvàm in codicillis, vel in donatione causa mortis.*

QVANDO qvis non potest probare per testes, vel instrumenta, vel aliter, illud, qvod sibi debetur ab uno, nec in præsentia testium debitor vult confiteri, & creditor vult extorqvere confessionem, ita ut possit eam legitimè probare, solet adhiberi ista Cautela, ut creditor faciat venire aliqvos testes in qvadam camera juxta suam, in qva possit audire ea, qvæ in alia dicentur, vel faciat eos stare super lecto, in eadem camera, cortina a existente in medio, ut videri non possint, vel sub lectica, 2
deinde ducat debitorem in dicta sua camera, & interroget sub-

subtili modo, seu ingenio, qvomodo est debitor suus in tanta qvantitate, & qvòd promittat sibi nescienti, qvi interrogatus in præsentia testium non confiteretur, credens ab alio non audiri, faciliter inducetur ad confitendum, & promittendū debitum, & postea testes poterunt examinari, qvaliter ipsi audiverunt talem confitentem debitum, & promittentem solvere, licèt non viderint eundem, tamen habeant ejus loqvelam notam, & viderint ipsum ingredi domum, & tale testimonium valebit, & ad hoc communiter allegatur gloss. l. 2. §. *idem Labeo ait, cùm qværitur, in vers. audierint. qva incipiat sic ergo dixerunt. ff. de aqva*
1 *pluviali arcenda*, qvæ videtur velle, * qvod veleat dictum testis de auditu, qvādo paries, vel cortina est in medio inter testes & contrahentes, *ut not. Bart. & Doctores in d. §. idem Labeo. & Cyn. & Docto. in* l. *si non speciali. C. de testamen. & videtur esse text. cū gloss. in verbo, auditu. & ibi Doctores in cap. præterea. extra, de testibus*, & fundamentum est
2 in hoc, * qvia regulariter valet testimonium de sensu proprio auditus verborum alterius, qvando testes habet notam vocem loqventis, licèt personam loqventem non videat, *ut* l. *testium, cum auth. rog. ibi posita, C. de testibus. & 14. q. 2. c. 1. & 3. q. 9. ca. testes. & ibi tenet Matthæus de Mathesi. in 125. notabili. qvod incipit. not. qvod regulariter valet testimonium.* Sed in contrarium facit: qvod not. Fran. Accur. & Cyn. *in d.* l. *si non speciali.* ubi dicunt indistinctè, non valere tale testimonium: qvia in teste reqviritur visus. *C. de testibus.* l. *testium. ibi: præsto fuerunt.* undè secundum Bar. *in d.* l. *si non speciali*, testes, qvi non possunt videre propter obscuritatem noctis, non probant. *facit qvod no. in* l. *si cum exceptione.* §. *in hac. ff. qvod metus causa. & qvod dicam in seqventi Cautela.* item in contrarium facit ratio: qvia posset esse, qvòd debitor propter infirmitatem, vel aliam causam, mutasset vocem suam communem, & propterea testes, qvi non viderunt eum loqventem, non possent clarè deponere de ipso, ergo non videntur concludere, l. *non hoc. C. unde cognati.* l. *neqve natales. C. de probatio. cum similibus.* Item qvia posset esse suppositus suus, qvis ejus dicitur debitor, & vocem simularet: nam dicit Cyn. *in dic.* l. *si non speciali*, se vidisse hominem, qvi tam bene transformabat se, & voces alterius, & loqvelam assume-

ſumebat, qvi ab uxore illius viri, qvem repræſentare conabatur loqvendo, putabatur verus maritus eſſe. Item in contrarium videtur tex. *in dict.* l. *ſi non ſpeciali. ibi: in conſpectu teſtatoris. & in l. ſi unus. ibi: vel coram teſtatore omnes eodem loco. C. de teſtamentis.* ubi probatur: qvòd teſtes debent videre teſtatorem. Item videtur eſſe tex. *cum glo. in d. c. præterea. extra, de teſtibus.* ubi videtur probari, non ſufficere teſtes deponere de auditu, cortina in medio exiſtente, niſi alia adſint adminicula. Item qvia glo. *in d. l. 2. §. idem Labeo.* non videtur probare id, ad qvod allegatur: qvia gl. ibi non videtur determinare, ſed loqvitur interrogativè, dum dicit, qvid enim ſi paries, vel cortina eſt media inter teſtes, & contrahentes, & teſtatorem, & ſic ſolùm qværere videtur, & non decidere. Et ita aliqvi reſpondent ad illam glo. Ego autem in hac materia qvotidiana & utili ita puto eſſe diſtingvendum: Aut loqvimur in teſtamento, aut in matrimonio, aut in contractibus, vel qvaſi, aut in maleficiis, vel qvaſi. Primo caſu, ſi loqvimur in teſtamento, & tunc teneas, qvod non ſufficiat d. Cautela: qvia oportet, qvòd teſtes videant teſtatorem, *per d. l. ſi non ſpeciali. & l. ſi unus. C. de teſtament.* licet gloſ. dixerit contrarium *in d. l. 2. §. idem Labeo.* qvæ communiter in hoc reprobatur ibi per Doct. *& in d. l. ſi non ſpeciali. per Cyn. & Doct.* Aliqvi tamen conantur ſalvare illam gl. dicendo, qvod illa gloſſa non decidit, ſed loqvitur interrogativè dubitando, ut ſuprà dixi. Secus fortè eſſet in codicillis, vel donatione cauſa mortis: * qvia major ſolennitas reqviritur in teſtamento, qvàm in codicillis, vel donatione cauſa mortis. 3
l. *hac conſultiſſima. C. de teſtamen, conjuncta leg. fin. C. de codicillis & l. fin. Cod. de donat. cauſa mortis. & hoc vult Matthæus de Matheſil. in dicto ſuo notabi. 125. qvod incipit. Nota, qvòd regulariter valet teſtimonium.* In matrimonio non credo, ut faciant plenam fidem, ſed cum aliis adminiculis ſic, *ut in c. præterea. cum glo. extra, de teſtib. qvam ita intelligo.* in contractibus verò, vel qvaſi, teneo, qvòd probent ſufficienter, *ut not. gloſſ. 3. q. 8. teſtes. & ita poteſt intelligi in d. §. idem Labeo. & per no. in §. ſi veri abſunt, in auth. de hære. & Falc. col. 1. & per Cyn. & Jac. But. in l. teſtium. C. de teſtib. & per Spec. in tit. de teſti. §. 1. verſi. item qvod cauſa. & per Joan. de Imol. in d. §. idem*

dem Labeo. & ibi per Doct. in maleficiis dic, ut dicam in seqventi Cautela, & intelligo prædicta, qvando testes habent notas contrahentium voces, *ut no. per Doct. in juribus præallegatis.* Item intelligo omnia prædicta esse subjicienda arbitrio judicis, qvi habebat considerare, si testes habebant verè notas voces,& si decipi potuerunt per prædicta.

ADDITIO.

a In medio cortina existente.) *Testes testamenti debent videre testatorem.* l. si non speciali. & ibi omninò Doct. & Alex. C. de testi. *ideo si cortina est in medio, non probant, nisi viderint. Bart.* in l. 2. §. idem Labeo, in 1. colum. versi. ulteriùs venio. ff. de aqva plu. arcen. *ubi dicit, secus in contractibus,* ubi etiam per Alex. & Joan. And. in c. ex literis. de consve. post glo. *in ver. audierint, qva dicit testes probare, licèt cortina sit in medio. Item probant actum, qvi percipiat alio sensu qvàm visu,* secundum Angel. in auth. de hæred. & Falc. §. hinc nobis. in ultim. colum. in princ. vers. secundò not. *Item verum, qvando testes habent notam vocem contrahentium.* Rayn. in d. §. idem Labeo.

T. FERRATUS CAUTELA LII.

§. Ad instruendum volentem probare communem usum loqvendi, ne faciat actum nullum.

SUMMARIA.

1. *Loqvendi communis usus in omni materia, sive favorabili, sive odiosa, sive pœnali præfertur.*
2. *Nepotis appellatione, an filius filii, secundum communem usum loqvendi intelligatur.*
3. *Bestiarum appellatione qvid veniat.*
4. *Materia in statutaria, qvomodo probatio fienda est.*
5. *Sermo omnis, qvi vulgi auribus non consonat, penitus extraneus dicitur.*

1 TU habes, * qvòd comunis opinio est, qvaliter in omni materia, sive favorabili, sive odiosa, sive pœnali, communis usus loqvendi, & intelligendi, præfertur propriæ significationi verborum, *ut præcisè dicit Abbas in c. 2. in secundo notab. de arb. de qva communi opinione habetur per Baldum in l. qvòd si nepotes. ff. de testam. tut. per Bart.*

Alex.

Alex. & Noder. in Rubr. ff. de operis novi nunci. latè per Barb. in sua repe, Rub. extra, de fide instr. in 11. char. versic. sed qvid si communis usus loqvendi ita se haberet. Ant. Panorm. ubi latissimè per Felin. in proœ. decre. Modo tu vis in materia statutaria probare communem usum loqvendi, vel intelligendi, puta, * qvòd appellatione nepotis, de qvo 2
verbo facta est mentio in statuto, secundum communem usum loqvendi, & intelligendi, non intelligitur de filio filii, prout est de propria significatione vocabuli, *ut l. Jurisconsultus. §. nepos qvoqve. ff. de gradi.* intelligitur de filio fratris, *ut not. Joan. Andr. in cap. fundamento, de elect. in 6. in Novell.* Vel vis probare, * qvòd licet appellatione bestia- 3
rum de propria significatione veniant tantummodo bestiæ feræ, veluti ursi, vel leones, *ut l. 1. §. bestias. ff. de postula.* tamen qvod communis usus loqvendi aliter se habet, qvòd etiam appellatione bestiarum veniunt animalia domestica, *ut dicit Mathesi. in suo notab. 98. incip. not unum mirabile.* qværo à te, qvomodo probabis in materia statutaria istum comunem usum loqvendi, vel intelligendi, tu recurres ad theoricam Bartol. comuniter approbatam, *in l. Labeo. ff. de supel. leg.* videlicet, qvòd capitulabis, & probabis, qvòd à decem añis citrà, & per ipsum tempus, qvòd comunis usus loqvendi vel intelligendi ita se habet, qvod appellatione nepotis intelligitur de filio fratris, & qvod appellatione bestiæ intelligitur etiam de animali domestico, & si testes interrogabuntur, qvomodo istud sciant, respondebunt, qvòd per ipsum tempus ita communiter ab omnibus dici audierunt. *secundum Bar. in dicta l. Labeo.* vel respondebunt, qvòd ita communiter dicitur. *secundum Bald. post Din. in l. de qvibus. in fi. ff. de lega. contra Bart. in dicta l. Labeo.* Sed dico, qvòd in hoc te decipis, * qvia in materia statutaria 4
non sufficit probare communem usum loqvendi fuisse, & esse à decem annis citra: sed opus est probare, qvòd erat tempore conditi statuti, aliàs probatio non relevaret probantem. Istud fuit solenne dictum Fulg. *in l. 1. in princ. C. de jura. calum.* dicentis se ita practicasse, & obtinuisse in civitate Veronæ. Et ratio est in promtu, qvia ille, qvi vult interpretari statutum non secundum propriam significationem verborum, sed secundum communem usum loqvendi, nihil aliud vult inferre, nisi qvòd concurrente communi usu loqvendi, & propria significatione verbo-

 rum,

rum, debemus dicere, qvòd ſtatuens voluerit ſtatuere ſecundum communem uſum loqvendi, & intelligendi, non autem ſecundum propriam ſignificationem verborum, qvia
5 ut dicit Bald. *in titulo de pace Conſtan.* §. *Opizoni*, * omnis ſermo, qvi non conſonat auribus vulgi, dicitur penitùs extraneus, qvia fatebor conſeqventiam, ſed negabo aſſumptum, qvòd ſtatuens habuerit reſpectum ad communem uſum loqvendi, cum ſit, qvod dicam, qvòd tempore conditi ſtatuti non vigebat iſte communis uſus loqvendi, ergo alleganti incumbit onus probandi, qvia non ſeqvitur, nunc eſt communis uſus loqvendi, & intelligendi, ergo ſtatuens voluit, diſpoſitionem ſuam ita debere intelligi, qvia poſſibile eſt, qvòd tempore, qvo factum fuit ſtatutum, non erat iſte communis uſus loqvendi, ergo, ut dixi, allegans debet hoc fundamentum ſuæ intentionis probare, *& hanc deciſ. Fulg. refert, & ſeqvitur ſolennis Doct. Vincen. Poleotus, qvem habeo ad pennam, in l. 1. in 5. chart. verſic. item qvia dictum eſt ſuprà, de communi uſu loqvendi. ff. ſi cert. petat. dicens eſſe perpetuò menti tenendum, & in effectu eſt tenenda, qvia tale dictum raro alibi invenies ſolutum per Moder. & Moderniores.* ſis ergo cautus tu, qvi vis probare in materia ſtatutaria communem uſum loqvendi vel intelligendi, ſi vis, qvòd talis probatio habeat relevare, ut non probes, qvòd à decem annis citra fuit, & eſt communis uſ9, &c. ſed probes, qvòd erat tempore conditi ſtatuti, aliàs ſuccumbes.

B. CÆPOLLA CAUT. CCLIII.

§. Qvando ſtatutum diſponit, qvòd non poſſit probatio fieri per inſtrumentum, qvomodo probatio per teſtes ſit valida.

SUMMARIA.

1. Statutum ſi dixerit, qvod non poſſit debitum per teſtes probari, ſed tantum per inſtrumentum, an ſi qvis tantum teſtes produxerit ad probandum debitum, & non fuerit eis per adverſarium oppoſitum, eorum probatio teneat.

2. Spoliatus licet ante omnia reſtituendus ſit, nec quæſtio dominii admittatur, ſi tamen ſpoliatus paſſus fuerit, de dominio ſuccumbere debet.

3. Pro-

3. *Probationem contra juris, & de jure, licet in contrarium probatio non admittatur, si tamen admissa fuerit, valet, & tenet.*

4. *Procurator, alia persona licet in criminali causa non admittatur, si tamen admissus fuerit procurator, judicium valet.*

5. *Juramentum si non apponatur solutioni, sed veritati, an si perjurium detectum fuerit, ipsum allegare poterit.*

Statuta qvandoq; disponunt, qvòd ultra 20. l. vel aliqvam certam summam debiti, non possit probari debitum, neqve summa debiti per testes, sed per instrumentum. Sed Cautela potest adhiberi, ut probatio per testes facta prosit, videlicet, qvòd ego, qvi tibi mutuavi centum, & ultra summam à statuto limitatam, agam contra te, ut mihi conficias instrumentum debiti, *de qvo in l. plures apochis. C. de fide instr. & in l. 2. C. de susce. & arca. l.* 10. & si tu negas te debere mihi aliqvid, potero probare per testes, etsi tu opponas mihi de statuto prohibente probationem fieri per testes, replicabo illud esse verum, qvando ex probatione testium resultat condemnatio fienda ad restitutionem ejus, qvod petitur. Sed in casu nostro non resultat condemnatio, sed solummodò, ut conficiatur instrumentum, qvod est diversum à dispositione statuti, *ita singulariter dixit Bar. de Sal. in l. sancimus. §. fi. in fi. C. de donat. in fi.* & hanc Cautelam perpetuò tene cordi secundum eum. * Stante statuto, de qvo in præcedenti Cautela, qvod non possit debitum probari per testes, sed tantùm per instrumentum, si qvis testes tantùm produxerit ad probandum debitum, & non fuerit ei oppositum per adversarium, qvòd non debent audiri, vel non fuerit repulsus, probatio tenet, *ut no. Bal. & Lud. de Ro. in l. certi condictio. §. qvoniam. ff. si cer. pet. facit c. 1. extra. de rest. spol.* * ubi dicitur, qvòd licet spoliatus ante omnia sit restituendus, nec admittatur q. dominii, *ut ibi, & l. si qvis ad se fundum. C. ad leg. Jul. de vi.* tamen spoliatus est passus de dominio, debet succumbere, *ut est casus in d. c. 1. & ibi Doc. & no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. 6. combinatione. ff. de acq. pos. & in l. 1. §. si is cui. ff. de novi. ope. nuntia.* Item ad hoc adduco doctrinam Inn. *in c. fraternitatis.*

3 *ext.de frig.& malefi.* qvi dicit, *qvòd licet contra præsumtionem juris & de jure, non debet admitti probatio in contrarium. l. *antiqva. C. ad Velleja. & l. 1. C. arbit. tut.* nisi per confessionem partis, *ut est glo. no. in l. in contractibus in prin. C. de non num. pecunia, & habetur in auth. sed jam necesse. C. de don. ante nupt. & per glos. in corpore, unde sumitur, & per Bar. in Rub. C. de prob. cum similibus.* tamen si fuit admissa probatio, valet. *& idem vult etiam Inno. in c. cùm Bertold. de re jud. & Joan. de Imol. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. & Ang. de Are. Inst. de actio. §. ex maleficiis.* Item pro hoc alle. glo. not. *in l. qvamvis indubitati. C. de adulte.* qvæ vult, *licèt in causa criminali non
4 admittitur procurator, vel alia persona: *ut l. servum qvoqve. §. publicè ff. de proc. & l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. jud & c. tua. ext. de proc.* si tamen fuit admissus procurator, valet judicium. *& idem glo. ord. in terminis, in ver. criminalis. in c. 1. de jud. lib. 6. & ibi Doct. & Spe. in tit. de procu. §. 1. ver. sed pone in tali causa. & vide Abb. Sicu. qvid gl. sing. inducit ad multas qvæstiones, extra, de accus. c. veniens.* Item allego ad hoc, qvod not. Bald. *in l. ulti. ante fin.*
5 *ver. qvid si juramentum. C. de non num. pec.* qvi dicit, *qvòd si juramentum non apponitur solutioni, sed veritati: qvia jurat qvis sibi verè fuisse numeratum, non habet locum dic. l. ulti. qvia non potest allegare se perjurum, *facit l. non alias. cum ibi no. ff. de jurejuran.* si tamen admissus est ad probandum negativam, & probaverit eam, qvia tunc perjurium est detectum, potest ipsum allegare, *juxta no. in d. l. non alias.* Et per prædicta sit cautus ille, qvi non potest admitti, ut procuret, ut admittatur, & qvòd judex, vel pars sibi non opponat. Et similiter adversarius sit cautus, ut opponat, & protestetur, qvod non debet admitti ad probandum, vel audiri, ut procurator, aliàs valeret probatio & judicium, & idem dicas in similibus casibus, qvod bene nota in practica, & adde, qvæ dicam in seqven. Cautela.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXLII.

§. Pro illo, qvi habet probationem tempore perituram, qvia peremta, adversarius sibi moveret litem super ipsa.

SUMMARIA.

1. Processus extraordinarius cum aliqvo fundari debet.
2. Jurisdictionis contentiosæ natura adversarium reqvirit.

Si

SI possideo qvandam rem, qvæ mea est, & de dominio meo habeo testes, sed timeo, ne moriantur, & timeo de Sempronio, ne his mortuis moveat mihi qvæstionē dominii, qvia fortè res illa qvondā fuit sua, vel suorū majorum, *ut C. de probationib. l. sive possidetis*, qvomodo mihi succurretur? Adverte, qvia licet testes possunt examinari ad perpetuam rei memoriam. *ut in authentica, si qvis ab aliqvo. C. de testibus. & no. per gl. & Doctores in l. in leg. Aqvil. si deletum. ff. ad legem Aqvil. & in c. qvoniam freqventer. ext. ut lite non contestata.* * & iste processus sit extraordinarius, tamen cum aliqvo fundari debet, *ut l. inter litigantes. ff. de judic.* Aut ergo mihi movetur de hoc qvæstio, puta diffamando, qvòd res non sit mea, & habeo adversarium fundatum ex diffamatione, *ut l. diffamari. C. de ingenu. manumiss. & l. cum Titia. ff. de accusat. & l. Athales. ff. de fals. & c. licet. ext. de accusation.* Eodem modo si habeo adversarium fundatum ex aliqvo antè gesto, qvi posset mihi movere qvæstionem, puta, qvia jam fui sibi obligatus, licet fecerit mihi pactum de non petendo, aut nulla materia excitat qvæstionem, tunc istud judicium non potest fundari, qvia non est, cum qvo fundari possit, & sic oportet silere. Et ideo ubi nec speciali materia, puta ex contractu, vel qvasi delicto, vel qvasi, est vel esse debet adversarius certus, nec ex generali materia est adversarius verisimilis, tunc potest fundari processus examinis testium ad perpetuam rei memoriam, qvia non est cum qvo, seu contra qvem, * qvia natura jurisdictionis contentiosæ reqvirit adversarium. Unde Cautela potest esse, qvòd per interpositam personam qvis faciat se diffamari, tunc cum illa persona fundaretur judicium, & occasione illius posset citari facere ceteros, qvi volunt contradicere, *ut C. si ut se ab hær. ab. in authentic. si omnes. & habes simile. ff. de nego. ge. l. atqvi natura. §. cùm me absente. ut dicit Baldus in authentic. si qvis ab aliqvo. C. de testibus, in 2. column. versic. sed hic dubitatur de tali qvæstione.* qvod not. pro illis, qvi habent possessiones, & non habent instrumenta de dominio, & alii, qvorum antiqvitus fuerunt, habent instrumenta de suo qvondam dominio antiqvo.

1

2

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXVI.

§. Qvòd copia probet.

SUMMARIUM.

1. Originalis copia qvando probet.

ACcipe mirabilem Cautelam ad faciendum, qvòd copia probet, qvæ aliàs non probaret, per no. in authen. si qvis in aliqvo documento. C. de eden. videlicet, qvòd qvan-
1 do semel producatur originale, qvòd copietur: * nam licèt postea id perdatur, copia plenè probat, *secundum Paul. de Cast. in l.* 1. §. *editiones. ff. de eden. Flo. in l. in lege. in* 4. *colum. ff. ad l. Aqvil.*

B. CÆPOLLA CAUTELA LIV.

§. Pro illo, qvi debet producere instrumentum ad partes longinqvas, ad hoc ut fidem faciat.

SUMMARIUM.

1. Signa testium qvanta in chartis existant, tanta instrumenta esse dicuntur.

SI aliqvis haberet contrahere cum aliqvo forensi, & esset necesse producere illud instrumentũ partib. longinqvis, esset impossibilis literarum probatio, propter loci distantiam, si instrumentum rumperetur. Cautela est: qvod fiat instrumentum, & insinuetur de partium voluntate: nam hoc facto fides d. instrumenti, non poterit in dubium revocari, *ut probatur Auth. de fid. instr. in* §. *nihil. in versi. insinuet. & ibi gloss. qva inc. q. d. si ibi dubium est, de fide charta. & ibi hoc no. Angel.* Sed ista Cautela non videtur sufficiens, qvando instrumentum defertur ad longinqvas partes: nam sicut negatur instrumentum; ita posset negari insinuatio, & consensus partium. Sit ideo melior Cautela, qvod tu, qvi celebras contractum cum aliqvo forensi, vel cive, & instrumentum debet dimitti ad partes extraneas; ut facias d. instrumentum scribere per tabellionem publicum, & subscribere tres tabelliones honestos, & signare eorum signis, ad hoc ut non possit negari instrumentum, etiam manu notarii. & hoc probatur per glo. *no. in Authen.*
1 *de tabel. in* §. *aliàs autem. in gl. qva incip. cave tibi in fin.* * qvæ dicit, qvanta signa sunt in chartis, tot, & plura sunt instrumenta, *ut in* §. *oportet. de fid. inst. de hoc etiam no. Ang. in d.* §. 1. *in Authen. de tab. col.* 4. Solet etiam adhiberi communis alia Cautela: videlicet qvòd à fine instrumenti, vel etiam in alio instrumento officialis loci, in qvo est scriptum instrumentum, sicut est prætor, qvòd faciat scribere literas

literas de legalitate notarii, dicendo, notum ſit omnibus, qvod notarius, qvi ſcripſit tale inſtrumentum, ponendo principium & finem, eſt bonus, verus, & legalis notarius, & qvòd ejus inſtrumento adhibeatur bona & plena fides, &c. & apponatur ipſius officialis ſigillum, *juxta no. in c. 1. & 2. & in c. inter dilectos. de fid. inſtru.*

§. *De inſtrumentis cetera vide in Enchiridio primo cautelarum circa contractus Miſcellanearũ in Inſtrumentum.*

DE POSITIONIBUS, ARTICULIS, RESPONSIONIBUS. Tit. XX.

B. Cæpolla Caut. CCXVII.

§. Qvomodo articulabitur ille, qvi vendicat uxorem, qvam cognovit carnaliter, copula præcedente.

Summarium.

1. *Matrimonium præſumptum, qvod eſſe dicatur: ita qvòd ab eo diſcedere non licet.*

SI contractum * eſt matrimonium inter duos per verba de futuro, qvæ verba propriè inducunt ſponſalia, & ſecuta ſit copula inter eos, iſta ſponſalia tranſeunt in matrimonium præſumtum, & non eſt licitum diſcedere ab eo, & ſi poſtea unus ipſorum cum alio contrahat, etiam per verba de præſenti ſtatur primo matrimonio, & non ſecundo, etiamſi in ſecundo intervenerit copula carnalis, *ut probatur in c. is qvi fidem. & in c. ſi inter virum. & in c. veniens. 2. & c. ſicut ex literis. extr. de ſponſ.* ſecus ſi præcedat copula, & ſeqvantur ſponſalia. *ut d. c. veniens.* nec ſufficeret probare ſponſalia, & copulam, niſi probetur, qvòd copula ſit ſubſecuta, ut ibi, & ideo bene advertat ille, qvi articulatur, ſeu capitulat in hac materia & concludat, qvòd poſt ſponſalia ſecuta eſt copula, ſi vult, qvòd habeatur pro matrimonio præſumto, & ei ſtetur. Nam ſi probaret ſponſalia, & copulam ſimpliciter, non relevaret: qvia potuiſſet copula præceſſiſſe ſponſalia, *ſecundum Ant. de But. in d. c. veniens ſecundo, in prin. per illum text. facit l. ad probationem. cum ibi no. C. de probat.* 1

I. De Arnono Caut. LXXXVI.

§. Ad regiam Novellam pragmaticam, inci. qvinta die, ſub Rubr. de poſitionibus, articulis & reſponſionibus ſuper eis.

SUMMARIA.

1. *Poſitionibus reſpondetur per verbum credit vel non credit.*

2. Jurare tenetur, qvi positiones facit, antequam illis respondendum est.

PEr dict. regiam Novellam pragmaticam, incip. 5. die,
1 pars debet * respondere positionibus partis adversæ per verbum, credit, vel non credit, ut ibi plenius habetur. Sed d. pragmatica intelligenda est, si adversarius, qvi fecit po-
2 sitiones, * prius juraverit, qvòd credit eas esse veras, aliàs non tenetur adversarius respondere. *glo. est in l. unic. in glo. magna. ad fin. C. de confess. qvam ad hoc reputat sing. Bal. in c. in pertractandis: de juramento calum. Refert & seqvitur dom. Jas. in l. judices, in fin. C. de jud.* Cautela est igitur, ut si vis differre depositionem tuam, ne examineris super positionibus, opponas & dicas, te non teneri ad respondendum super eis, nisi prius adversarius juraverit, illas veras esse, per suprà dicta. Et sic habes intellectum ad regiam Novellam pragmaticam. not. in actu practico: qvia qvotidie evenit.

I. DE ARNONO CAUT. XXX.

§. Pro rustico, ad pragmaticam, qvinta die, depositionibus, articulis, & responsionibus super eis.

SUMMARIA.

1. Respondendum est articulis sine procuratoris vel advocati præsentia.

2. Simplicitas & Rusticitas dat privilegium in responsionibus ad positiones faciendas.

PEr regiam Novellam pragmaticam, qvinta die, depositionibus, articulis, & responsionibus super eis habemus,
1 qvòd principalis * debet respondere super positionibus sine præsentia procuratoris, vel advocati. Sed cautela est, ut si qvis desiderat in sua depositione præsentiam procuratoris, vel advocati sui, alleget * se rusticum simplicem & i-
2 diotam, qvia tunc debet adhiberi talis præsentia procuratoris, vel advocati, nam posset decipi in sua responsione. *alleg. no. per Hostiensem in cap. dilectis. de jud. ubi hoc tenet expressè. facit capit. pastoralis, eodem tit. qvod seqvitur* Jo. *an. de Imo. & Doctores in d. cap. dilectis. & videtur velle Innocentium, & Doctores in d. c. pastoralis. & refert etiam Bald. in l. 2. C. de juramen. calum. in princ. & vide Alb. in d. cap. pastoralis in fin. vide addi. ad Bar. in versic. advocatus,*

catus, in l. si postulaverit. §. haberi. ff. de adulte. Qvod not. ad materiam dictæ regiæ pragmaticæ, & in dicta additione habetur per Hostiensem in d. cap. dilecti, qvòd interdum judex potest permittere advocatum respondere super positionibus, si videt reum nimis simplicem, qvi posset decipi.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXXIX.

§. Instruens advocatum qvomodo faciet, qvando ejus clientulus non respondit positionibus *a*.

SUMMARIA.

1. Pro Confessatis habentur, si actor vel reus positionibus respondere nolit.

2. Consilio sapientis qvomodo caussa committenda.

QVando * actor, seu reus non vult respondere positionib. positiones habentur pro confessatis, *ut habetur in l. 1. §. sed qvia veremur. alias qvòd si actor. C. de jur. calum. & in c. 2. de confess. in 6.* qvòd intellige nõ ipso jure, sed per sententiam, *ut notatur in dictis juribus. & habetur in Auth. ut litigantes jurent. in prin. col. 9.* & ideo, tu advocate, sis cautus, anteqvam committatur causa decidenda consilio sapientis, ut facias * judicem interloqvi, alias solùm contumacia non haberetur pro probatione, nec posset consulere sapiens esse probatum: vel facias committi utrunq; articulum, videlicet, an debeat haberi pro confesso, & etiam diffinitiva: nam super articulo non commisso consulere non posset, *ut habetur in l. 1. C. de rela.* & oportet eum pronunciare non esse probatum, nec liqvidum: qvia dicitur consulere secundum statum causæ, in qvo causa est tempore commissionis, *ut C. de dil. l. cùm à nobis.* & ideo sis bene cautus circa hoc. *& ita tenet Bald. in l. 1. in 1. col. C. de pœn. jud. qvi malè judic.* & adde circa istam Cautelam id, qvod dixi in Cautela qvinqvagesima, qvæ incipit: ille, qvi non respondet.

ADDITIO.

a Positionib9.) *Positionibus non respondens qvomodo puniatur:* vide Spec. de posi. §. 9. & 10. & ibi vide: *qvid si respondeat falsum, vel obscure. Positionib9 qvaliter sit respondendum.* vide Spec. de inst. edi. §. nunc dicamus. vers. qvid si qvis. *Positionib9 responsio facta per procuratorem an noceat,* vide Bartol. in l. non solum. in pri. ff. de proc. & qvid si est contumax.

B. CÆPOLLA CAUT. L.

§. Qvòd non respondens positionibus, non habetur pro confesso.

SUMMARIA.

1. *Pro Confesso regulariter habetur Positionibus non respondens, licet sententia reqviratur.*

2. *Generalis qvæstio est illa, qvæ omnia capitula complectitur.*

3. *Consilium dedisse non videtur, qvi super omnibus qvæstionibus simul propositis non consuluit.*

1 Ille, qvi * non respondet positionibus regulariter, habetur pro confesso, tamen reqviritur sententia super hoc: *ut in c. 2. de conf. l. 6. & l. 2. §. qvòd si actor. C. de jud. cal.* Aliqvis non respondet positionibus est ne aliqva cautela, qvòd ipse non succumbat? Dicas, qvòd qvidam advocatus adhibuit hanc cautelam, cum clientulus suus debebat haberi pro confesso, qvia non respondit positionibus, nam fecit causam committi consilio sapientis sub hac forma: qvæ essent partes judicis in diffiniendo, & qvia non erat pronunciatum, qvòd positiones haberentur pro confessatis, non potuit consultor consulere super ejus positionibus, tanqvam confessatis, & sic stetit actor absq; probatione ex forma commissionis, cum nihil nocuerit eum respondisse. & ideo tu advocate partis alterius esto cautus, ne clientulus circumveniatur in forma puncti, qvando transmittitur ad consulendum, dicas ergo, judex commisit, qvid juris, nunqvid diffiniendum exagitatur? *ita dicit Bernar. no. in c. unico. in fi. de litis contesta.* Et est ratio, qvia qvando punctatur causa diffinienda, intelligitur de diffinitiva. *arg. l. 1. §. biduum. cum glo. ff. qvando appell. sit.* unde cum vigore commissionis debeat consultor judicare tantum super causa principali, & sic diffinitivè: & non super interlocutoriis, seqvitur, qvòd cùm sit pronunciatum interlocutoriè, positiones haberi pro confessatis, qvod nec iste, cui est causa commissa, judicare vel consulere poterit, sed cùm causa committitur, qvid juris? intelligitur esse commissum, ut super omnibus consilium. * Nam qvæstio generalis est o-
2 mnia capitula complectens, *ut l. ejus qvi in provincia. ff. si certum petat.* unde si committitur alicui qvæstio consulenda,

da, per istum modum, qvid juris? nisi super * omnibus 3
consilium reddatur, non videtur consilium reddidisse. *arg. ff. de arb. l. qvid tamen. ut dicit nota. Bald. in c. 1. in tit. de controver. invest. in usi. feu. & no. per Ang. in l. qvarebatur. in prin. de testam. fin. & l. si fundum sub conditione. §. Stichum Sempronio. de legat. 1. dixi in repetitione capituli 1. de feud. cog.* & ideo qvando in casu proposito committitur decidenda vel consulenda, qvid juris? intelligitur ut super omnib. articulis pronunciet vel consulat, & sic cùm reperiat partem fuisse in respondendo positionibus, debet super hoc consulere super causa principali, & sic illum habeat pro confesso condemnando, qvòd bene nota, ut scias practicare, qvia erit utilis tam pro actore, qvàm pro reo.

DE CONFESSIONE. Tit. XXI.

I. De Arnono Caut. IX.

§. Pro illo, qvi confessus est positiones, ut alleget se dolo adversarii inductum ad confitendum.

Summarium.

1. Confessio Doli ab adversario extorta revocari potest.

QVOTIDIE fiunt positiones in judicio, super qvibus petit ponens adversarium respondere per verbum credit, vel non credit, *juxta regiam Novellam pragmaticam, inc. Qvinta die de positionibus, articulis, & responsionibus super eis,* in qvibus positionibus inducitur respondens dolo ad confitendum, puta: qvia adversarius ponens eas firmavit suo juramento, vel aliter induxit adversarium ad confitendum, Cautela est, ut sic respondens & confitens revocet illam confessionem & responsionem, allegata dolo adversarii: qvia poterit talem * confessionem revocare qvandocunq;. 1
Ita glo. fin. in vers. tali, in 2. solutione. in l. error. C. de juris & facti ignoran. ex qva ita infert notabiliter, ibi, qvòd dom. Jas. ibi in pen. col. in prin. dicit esse valde notab. in materia propositionum. & allegat ita tenere Bal. & Moder. in l. 1. in prin. ff. de eo per qvem factum erit. cum aliis alleg. per eundem Jas. in loco praalleg. manda memoriæ ad materiam positionum, & dictæ regiæ pragmaticæ.

CAUTELA.

§. Ut Qvis pro Confesso habeatur, si non respondeat ad articulos. *vide suprà eod. Tit IV. de contumacia loc. 2.*

B. CÆ-

B. CÆPOLLA CAUTELA LXIX.

§. Qvando confeſſio per errorem facta non poſſit revocari.

SUMMARIA.

1. *Confeſſio per errorem facta regulariter revocari poteſt.*
2. *Errorem allegare volens non auditur, ubi ſibi ad deliberandum terminus datus fuerit.*
3. *Terminis ad deliberandum, & deliberatè reſpondendum, dubitanti dari debet.*

1 Confeſſio, * qvæ dicitur eſſe facta per errorem, regulariter poſt revocari, probando rem aliter ſe habere, *ut eſt text. cum gl. & ibi per Doct. in l. de ætate. §. fi. ff. de interrog. act. & habetur in l. error. C. de jur. & fac. ign. & ibi per omnes Doct. & per Bar. & Doct. in l. non fatetur. ff. de conf.* Sed cautela eſt, qvod confeſſio non poſſit retractari, qvod poſt dictam confeſſionem facias aſſignari terminum brevem confitenti ad dicendum, & contradicendum, qvare non debeat fieri præceptum de ſolvendo, & dictam confirmationem exeqvi: qvia elapſo dicto termino, ſi facies fieri præ-
2 ceptum de ſolvendo, erit irrevocabile occaſione erroris. * qvia ubi eſt datus terminus ad deliberandum, non poteſt audiri, poſtea volens allegare errorem. *ita ſingulariter dixit Ang. de Are. Inſt. de act. §. ſi minus alle. no. per Bal. in l. 1. ff. de conf. & in d. l. error.* & pro iſta deciſione vide gl. ſingularem, *qvam no. alleg. in cap. ex literis. extra de divor.*
3 * qvæ vult, qvòd qvando qvis dubitat, debet ſibi dari terminus ad deliberandum, & deliberatè reſpondendum: qvo termino elapſo, ſi reſponderit, nunqvam amplius poterit revocare *ſecundum Bal. qvi ita no. ad hoc illum glo. pro ſingu. in l. ſi qvidem. C. de exc. & idem no. Innoc. in cap. cum olim. extra de uſu. & Archi. cap. fi. de juram. cal. in ſexto. & Flo. in l. de ætate. §. Celſus. verſi. unum tamen no. circa hanc revocationem. ff. de interrog. act.* Sed ut iſta cautela perfectè tibi poſſit ſubvenire, adhibeas unam aliam. & eſt practica ſingularis, ut facta confeſſione, ſeu reſponſione, altera pars faciat ſcribere per notarium ipſa præſente, & dictam confeſſionem ſeu reſponſionem acceptante, in qvantum faciat pro ea, & non aliter: nam ex poſt facto dicta confeſſio ſeu

ſeu reſponſio amplius revocari non poterit. *ut l. ſicut. C. de act. obl. ſecundum Bal. qvi ita ſingulariter no. in l. Gallus. §. qvidam rectè circa prin. 2. col. ff. de lib. & poſth.* Ex qvibus ſis cautus: qvòd confeſſio vel reſponſio adverſarii non poſſit revocari etiam allegato errore, ut duo iſta facias concurrere. Primum, qvòd aſſignetur terminus ad conſitendum & reſcindendum, vel contradicendum. Secundum, qvòd acceptes dictam confeſſionem ſeu reſponſionem. de qvo tamen vide omninò Bal. *in dict. leg. error. in fin. penult. colum. C. de juris & facti ignor.* ubi circa hoc facit unam diſtinctionem.

B. CÆPOLLA CAUT. CLXIII.

§. Qvòd confeſſio non poſſit revocari, eſt repetita ſuprà.

SUMMARIUM.

1. Confeſſio alicujus per notarium ſcripta, revocari neqvit.

CAutelam, qvòd confeſſio revocari non poſſit, facias, qvòd judex ei aſſignet terminum brevem ad revocandum confeſſionem, qvam etiam, ſi velit revocare poſtea, non audietur, *ita dicit Ang. Inſt. de act. §. ſi minus*, * vel 1
facias eam per notarium ſcribi parte præſente, *ſecundum Bal. in l. Gallus. §. qvidam rectè. ff. de libe. & poſthu.*

DE TESTIBUS ET QVI TESTES ESSE POSSINT.

TIT. XXII.

T. FERRATUS CAUTELA XL.

§. Ad faciendum, qvòd aliqvis ſit idoneus teſtis in cauſa, ex qva reſultet ſibi Commodum.

SUMMARIA.

1. Teſtis deponens in cauſa, ex qva ſibi commodum reſultaret, non tenet.

2. Teſtis commodum ſentiens, ſi dictum ſuum valere velit, renunciet ei.

TEſtimonium * teſtis deponentis in cauſa, ex qva reſul- 1
taret ſibi commodum, non tenet, qvia qvis non debet eſſe teſtis in cauſa propria, *ut l. nullus idoneus. ff. de teſt. & l. omnibus. C. eodem. & c. teſtes. §. nullus. 4. q. 3. & clarius in capit. biduum. §. palàm. 2. q. 6.* Tu autem, qvi habes deponere in aliqva cauſa, ex qva reſultet tibi commodum, ſi vis

vis ad aliqvem tuum finem, qvòd non obstante exceptione commodi dictum tuum valeat, Cautela est, qvòd in depo-
2 sitione * tua protesteris, qvòd non intendis ex hoc testimonio aliqvod jus qværere: qvia vigore istius protestationis testificatio tua valebit. *ita docet Joan. de Ana. in cap. cùm in diæcesi, in 2. col. versic. & sic potest colligi Cautela. extra. de usur. dicens istud fore dictum Bald. & ita fuit in l. dictantib. versic. item facit ad aliam. q. C. de testam. qvam opinio. etiam tenuit Ang. in suo cons. 275. incip. thema super qvo consilium petitur. in ult. col. versic. & maximè hoc casu si verum est, &c. & similiter istud dictum Bald. retulit, & secutus est Felin. in c. personas. in fin. de testibus.*

B. CÆPOLLA CAUT. CCXIX.

§. Qvòd illi, qvi non possunt esse testes, si sint Rogati, & adhibiti à partibus, licitè possunt.

SUMMARIA.

1. Testes idonei non sunt parentes pro liberis, & liberi pro parentibus.

2. Testis rogatus semper idoneus est, quantumcunque aliàs inhabilis sit.

3. Testis vocatus, eo ipso probatus videtur per eum, qvi ipsum vocare fecit.

4. Testis domestici testificatio valet, qvando sunt testes instrumentarii.

5. Notarius vocatus de facto communi ab utraqve parte instrumentum conficere potest, etiamsi sit magis domesticus unius partis, qvàm alterius, & majori affectione conjunctus.

1 Licèt regulariter * parentes pro liberis, & liberi pro parentibus non sint testes idonei, *ut* l. *parentes. C. de test. & l. testis idoneus. ff. eod.* nec consangvinei, *ut l. lege Julia. ff. eod.* nec domestici, aut familiares, *ut habetur in cap. in literis. extra. de test. & in c. insinuante. extr. de off. dele. & l. idonei. ff. de testi.* nec procuratores, vel advocati, *juxta l. fin. cum ibi no. ff. de test.* nec aliæ personæ similes, *ut notatur in dictis in rebus*, tamen hæc regula fallit, qvando tales testes fuissent adhibiti, & rogati a partibus: qvia testi etiam non fide digno adhibetur plena fides, qvando est à parti-

partibus pro teste adhibitus, *ut est glo. sing. in Auth. de test. §. & licet. qvæ incipit, hac verba innuunt. col. 7. secundum Bald. in l. parentes. C. de testi. & in l. ad testium. §. 2. de testi. qvem seqvitur Ludo. de Ros. in Rubr. de arbitris. in 8. col. ad fin.* & idem tenet Alb. Mal. *in suo tracta. de testib. in 4. col. in princ.* qvi dicit per prædicta, * qvòd ubi testis est 2
rogatus, semper est idoneus, qvantumcunq; aliàs sit inhabilis, & pro hoc potest uti Cautela secundum eum, ut in contractibus eligantur potius fratres, vel affines testes in instrumentis, qvam alii: qvia poterunt testificari rectius, & ideo dicit, qvòd in qvæstione facti, dum esset accusatum testamentum de falso, & esset rogatus, qvidam affinis, ex qvo testator eum rogavit, & subdit, qvòd idem est generaliter: sive sit rogatus à contrahentibus, sive à testatore, sive à judice, ut semper sit idoneus. & idem tenet Bald. *in l. data opera. in 9. col. versi. item qvi vocatur. C. qvi accus. non pos.* qvi dicit, * qvòd ille, qvi vocatur ad testimonium, eo ipso 3
videtur approbatus per eum, qvi fecit vocari, & debet examinari: *ut not. 19. q. 2. in 10. & idem tenet ipse Bald. in cap. in nomine domini. ext. de testi. & idem tenet Ang. in l. 1. in ult. col. C. de testa. qvi dicit per illã glo. singu. in d. §. & licet.* qvod si à contrahentibus testes etiam inhabiles ex certa scientia ad validitatem actus sint adhibiti, inter eos testificari poterunt, nec poterunt reprobari, *pro hoc optimè facit qvod no. Anto. de Butr. in c. ex literis. in 1. & 2. no. & penult. col. ver. & pro hoc potest dici. cum ver. seqven. extr. de transacti. facit l. si qvis testibus. C. de testi. & qvod no. in l. inviti. eod. tit.* Idem pro hoc optimè facit, *qvod no. Bald. in l. dictantibus, C. de test. in l. 2. versic. sed qvaro, qvid si fuit domesticus. C. de testi.* * ubi dicit, qvòd testificatio domesti- 4
ci valet, qvando sunt testes instrumentarii: qvia utraq; pars eos adhibuit, *allegat l. sciendum. & ibi optimam gl. ff. de usuris.* & qvod not. Bald. *in l. instru. C. de prob. ubi dicit, secundum Nico. de Mat.* * qvòd qvando notarius est rogatus 5
de facto communi ab utraq; parte, puta de contractu, potest conficere instrumentum, etiamsi sit magis domesticus unius partis, qvàm alterius, & ei majori affectione conjunctus. ad idem vide Bart. in l. si pater. in prin. ff. ad legem Falcidiam, ubi dicit, qvòd licet pater non potest esse testis pro filio, *ut d. l. parentes.* potest tamen notarius instrumentum filii

filii scribere, *ut d.l. si pater.* Ratio: qvia hoc instrumentum scribit de mandato partium, & sicut partes consentientes possunt pariter judicem, & arbitrum eligere, *ut l. qvia etiam. ff. de arbitriu.* ita possunt pariter notarium eligere, & prædicta intellige vera, qvando partes cognoscebant conditionem testis & notarii, videlicet, qvòd esset consangvineus, vel domesticus unius partis, vel ex alia causa non idoneus: qvia tunc videntur partes ei plenam fidem adhibere. *& ita intelligitur glo. in d. §. & licet. sicut etiam intelligit Ang. in l. 1. C. de testa. ut suprà dixi*, & ita aliàs habui de facto, in casu, qvo unus fecit testamentum, & adhibuit fratres legatarii in testamento, & dum oriretur de legato dubium, fuerunt producti fratres, & dicebant: qvòd erant idonei testes, ex qvo testator dixerat notario: si fratres illi legatarii possunt esse testes, adhibeamus eos. & notarius affirmavit testatore volente, & licèt prædicta videantur esse contra jura, qvæ loqvuntur simpliciter, & judices de grosseto hoc non crederent ei, tamen est verum.

CAUTELA.

Unum testem plenè probare non posse, ut oratione sic multis auctoritatibus obtinuit, unde is, qvi actionem intendere volebat, cum unicum juris sui tantum testem haberet, hac cautela utebatur, cedebat jus Tertio, ut postea testis Cessionario esse possit. Sed ea cautela neq; vera neqve necessaria est, *Marc. singul.* 17. *n.* 1. qvia cessionario cedens in actione cessat, testis esse non potest. *Nell. in trac. de testib. num.* 33. *in fine.*

B. CÆPOLLA CAUT. CLII.

§. Qvod melius sit producere unum, qvàm plures testes.

SUMMARIUM.

1. Juramentum in supplementum probationis deferri potest.

SIs cautus tu, qvando producis testes pro te, ut priùs eos examines, qvia fortè si sunt singulares, non producas nisi
1 unum, * qvia sic poterit postea tibi juramentum deferri in supplementum probationis, qvòd non posses facere, si plures produceres, qvi essent singulares. *ita pulchrè dicit Bal. in l. 1. C. qvi accu. non poss.*

B. CAEPOLLA CAUTELA CL.

§. Qvòd per unum testem probetur metus, concordat suprà in rubrica de illo, qvi matrimonium, &c. Sum-

SUMMARIUM.

1. *Metus probatio per unum testem instrumento prævalet.*

SUfficit, * qvòd unus testis deponat de metu contrahentis, licet in instrumento dicatur, qvòd spontè, *secundum Bald. & Ludo. de Ros. allegationes, tu vide suprà in* 112. *Cautela.* 1

DE DILATIONIBUS PROBATORIIS.

Tit. XXIII.

CAUTELA.

§. Qvomodo Dilationes Probatoriæ sunt ampliandæ, vel constringendæ. *Vide supra Tit. XIIX. de Dilationibus per totum.*

B. CÆPOLLA CAUT. XIII.

§. Qvòd ultra tertiam dilationem possint testes produci.

SUMMARIUM.

1. *Dilationem si qvispiam prorogaverit, non est nova dilatio, sed eadem esse dicitur.*

SUnius in c. ultra tertiam, de test. in qvo Doct. ponunt, qvòd secunda dilatio non est danda sine causæ cognitione. Cautela, qvæ huic materiæ convenit, qvando qvis in prima dilatione nihil probavit, aut reprobavit, sed non sufficienter, nec fuit impeditus, & sic non habet aliqvam justam causam petendi secundam dilationem, & anteqvam dilabatur prima dilatio, qvòd petat ejus prorogationem. *a* 2
Nam eam prorogando, non fit nova dilatio, sed eadem, *ut l.* 1
sed & si manente, in princip. ff. de prec. aliàs de dam. inf. poterit concedi sine causæ cognitione aliqva, *ut not. Ang. in l. fina. ff. de ser. & Specu. in tit. de test. §. nunc. dicamus. ver. & hæc sunt in argument. & idem nota. Bald. in l. 1. in fin. C. qvo. & qvan. ju. & idem Paul. de Castr. in d. l. 1. C. de dil. qvi dicit, qvòd bona est ista cautel. & qvòd vidit semel bonæ memoriæ do. Prosperum facere magnum festum de illo dicto, non tamen allegabat nisi Angel. & vos habetis mille ultra Angel. Specu. & Bald. Ang. qvod not.*

ADDITIO.

a Prorogati.) *Dilatio secunda licet dari non debeat, debet tamen prorogari prima.* Pau. & Ale. in l. fin. ff. de ser. *ibi dicit verum ex causa levtori, sed ibi rarò dicit, qvòd*

imò causa reqvíritur. Prorogatio prima dilationis potest fieri sine causa cognitione. Bal. in l. 1. in fin. col. 5. ver. modò qværo. C. qvo. & qvan. jud. & Paul. de Cast. in l. 1. C. de dil. qvem etiam vide in consi. 198. qvod inci. si consideremus, & vide Alex. consi. 20. in 2. par. de citatio. §. 3. vers. & no. qvòd semper. & tit. de exce. §. 1. in fi. & in titu. de satisd §. expeditis. vers. sed pone. Agere vel agi, multipliciter capiuntur, secundum gl. in Auth. hoc jus porrectum. de sacrosan. eccle.

DE PRODUCTIONE TESTIUM. Tit. XXIV.

I. DE ARNONO CAUT. LII.

§. Pro illo, qvi post conclusum in causa invenit testes de novo, ut non obstante conclusione in causa eos possit producere.

SUMMARIA.

1. Testes produci non possunt post conclusum in caussa.
2. Secus est de jure canonico.

1 EST facta conclusio in causa, inveniuntur testes de novo, qværitur, nunqvid possint non obstante conclusione in causa produci? Qvilibet prima facie diceret, qvòd non, per illud vulgatum, post conclusum in causa nemo loqvatur. *cap. cum dilectis. de fide instru.* Contrarium decidit Card. *in auth. atqvi semel. in 3. col. C. de probat.* ubi qværit, an post renunciationem & conclusionem in causa factam à partibus possint testes de novo produci. Concludit, qvòd si tales testes antea producti non fuerunt propter justam ignorantiam, vel aliud justum impedimentum, tunc talis ignorantia non impediet, qvin testes noviter inventi de novo producantur, *per textum, unde sumitur illa authe. inducendo, ut ibi per eum.* Et qvia talis renunciatio non porrigitur ad ea, qvæ sibi qvis non putabat competere, *per regulam l. mater decedens. ff. de inoffi. testam. Refert & seqvitur dom. Jas. in repet. l. admonendi. in antepenult. col. in fin. ff. de jurejur.* Cautela est igitur, ut dixi, ut non ob-
2 stante renunciatione, & conclusione in causa, producas * testes de novo repertos. & hoc qvotidie tibi poterit inservire in curia ecclesiastica, in curia autem seculari aliud dicendum esset propter regiam Novellam pragmaticam, incipientem, post conclusionem causæ, sub Rubric. de testibus post causam conclusam non admittendis.

DE

DE EXAMINATIONE TESTIUM. Tit. XXV.

B. Cæpolla Cautela CIII.

§. De proteſtatione fienda contra teſtem ante delatum ſibi Juramentum.

SUMMARIUM.

1. *Proteſtationis effectus ſuper exceptionibus fiendis qvalis ſit.*

QVando teſtes examinantur, debes eſſe cautus, ut ante aperturam proceſſus facias partem tuam proteſtari, *a* exceptiones ſibi ſalvas fore contra perſonas. * Nam effectus hujus proteſtationis eſt, ut absq; alio juramento præſtito, qvod non malitiosè expoſcit, poterit contra perſonam excipere etiam publicato proceſſu, *ut in c. præſentiam, de teſti. & ibi per Inn. & Joan. And. & Doctor. & Bal. in Auth. de teſt. in* §. *ſi verò dicatur.* ſed tutius eſt, qvod ante delationem juramenti, factam teſtibus facias dictam proteſtationem. & ita utuntur boni procuratores, qvi dicunt mihi ſalvis, & reſervatis omnibus exceptionibus contra ipſos, tam contra eorum perſonas, qvàm etiam dicta. a 1

Additio.

a Proteſtari.) *Proteſtatio eſt denunciatio publicè facta cauſa juris conſervandi in futurum, qvod proteſtanti competit, vel competere poteſt.* Card. in Clem. 1. 14. q. de procur. vide etiam Barto. in l. non ſolum. §. morte, de operis novi nunci. & Doct. in c. cum M. de conſtit.

T. Ferratus Caut. XV.

§. Ad inſtruendum excipientem contra perſonas teſtium, ad hoc, ne faciat actum nullum.

SUMMARIA.

1. *Oppoſitionum fiendarum contra teſtium perſonas, duplex genus in jure reperitur.*
2. *Teſtis conditio reſpicitur tempore delati juramenti, & non publicati proceſſus tempore.*

DUplex * genus oppoſitionum fiendarum contra perſonas teſtium reperitur in jure, unum qvòd eſt introductum in merum favorem illius, contra qvem teſtes producuntur, ut eſt oppoſitio amicitiæ, inimicitiæ, domeſti- 1

citatis, infamiæ, consangvinitatis, & similes, & istæ tales oppositiones regulariter non possunt opponi publicatis attestationibus, *ut est casus in c. præsentium. de test.* nisi in tribus casibus ibi enumeratis, qvorum unus est, qvando volens opponere, jurat se non malitiosè, nec animo calumniandi velle opponere, alter, qvando doceret, se ipsas oppositiones de novo reperisse, tertius, qvando ante publicatas attestationes protestatus fuisset, se velle opponere contra personas ipsorum testium, qvia per talem protestationem reservatur sibi jus opponendi. Unde ex hoc insurrexit communis practica omnium litigantium, qvòd qvando testes examinandi producuntur, protestantur exceptiones tam contra dicta, qvam contra personas sibi salvas fore. de qva communi practica facit mentionem Paul. & And. Sicul. *in dict. cap. præsentium*, & Bald. in l. si qvis testib. *in 4. col. vers. dubitatur hic. C de test.* ubi dicit, qvòd cauti advocati semper à principio protestantur exceptiones sibi salvas fore, tam contra dicta, qvàm contra personas, qvia per talem protestationem reservatur sibi jus opponendi, cùm per ipsam excludatur tacitus consensus, *argum. l. si filius famil. la prima. ff. ad Maced.* Aliud genus oppositionum est inventum in merum odium ipsorum testium, ut est, qvando opponitur testi, qvòd est Judæus, hæreticus, infidelis bannitus, excommunicatus, & de similibus: nam istæ tales oppositiones possunt fieri etiam post publicatum processum, & post didicita testificata absq; solennitate. *d. cap. præsentium, ut declarat* Joannes *Andr. in addi. Spec. in titu. de test. §. sæpe. in prin. & Felin. in cap. si diligenti. in antepen. col. vers. 1. corola. de foro compet.* qvia tales exceptiones non possunt voluntate partium tolli. *argum. l. tametsi. ff. ad Maced. secundum* Joann. *Andr. ubi suprà.* qvòd etiam habet locum in oppositionibus provenientibus à jure naturali, ut est oppositio impubertatis, furoris, & dementiæ: qvia similiter tales exceptiones non possunt partium voluntate tolli, qvia jura naturalia imutabilia sunt, *ut §. sed naturalia. Instit. de jure nat. gen. & civ. & 5. distinct. ad ejus*, licet istam differentiam inter unum genus oppositionum, & aliud reprobet Salic. *in d. l. si qvis testibus. in 1. col. vers. sic. nunc transeo ad personam. cum qvo videtur transire Felin. in d. c. præsentium. in 1. col. versic. 5. fallit. dicens opinionem Salic. tenere etiam do suum in d.*

cap.

cap. præsentium. per rationes, de qvibus ibi per eos, qvod aliter non examino. Multi modò parum advertentes, & qvi sunt de illis, qvibus pulvis cecidit supra librum, ut verbis utar Bald. *in l. directas. C. de testam. man.* qvando publicatis attestationibus opponunt contra personas testium, faciunt suas oppositiones in hunc modum: Dico, qvòd talis testis contra me examinatus est famulus partis adversæ, vel est inimicus meus, vel non est testis omni exceptione major, vel est amicus mei adversarii, & sic de singulis, & non advertunt, qvòd talis oppositio formata, prout suprà, non concludit: qvia possibile est, qvòd nunc sit famulus, *a* a
nunc sit amicus, nunc sit infamis, nunc non sit testis omni exceptione major, & tamen tempore juramenti, & depositionis non erat nec famulus, nec amicus, nec infamis, imò erat testis omni exceptione major. qvo casu ista exceptio formata, prout suprà, tanqvam non concludens in aliqvo, non relevat ipsum excipientem, *juxta vulgatam l. non hoc. C. unde cogn. & cap. in præsentia. cum simil. de prob.* * qvia 2
conditio testis inspicitur tempore delati juramenti, & non tempore publicati processus, *ut habetur per Bart. & Ro. in l. damni. §. Sabini. de damn. infect. & per Bald. in l. si qvando. C. de test. & ibi Sal. in 3. col. versic. 4. nunc qværo. & per Angel. & Imol. in l. Antistius. ff. de acq. hær. & latè per Ro. in cons. 443. incip. qvoad primū.* Et in terminis, qvòd oppositio facta contra testem, prout suprà publicatis attestationibus in aliqvo tanqvam non concludens, non prosit opponenti, *ita egregiè consuluit Angel. in suo cons. 1. incip. porrecta fuit petit. in 1. col. qvem multum extollendo seqvitur Jas. in Titia textores. in 3. col. versic. 4. principaliter adde de leg. 1. & in 4. col. versic. ultim. anteqvam veniamus. C. de test. & istud dictum Angel. retulit & secutus est, dicens esse dictum notabile And. Barb. in sua pulchra repe. cap. testimonium. de test. in 13. char. versic. facit notabile, Ang. seqvitur Felin. in c. auditis, in ultim. col. de præscr.* de isto dicto Angel. fecit etiam mentionem Barb. in suo reper. *in verbo, testes deponunt. versic. 13. incip. testis habilitas.* ubi dicit, qvòd Angel. dat practicam opponendi contra testem, ut articuletur, qvòd tempore juramenti erat inhabilis, qvod dicit esse notandum, imò qvod est plus, voluit idem Angel. *in cons. 380. incip. factum tale*

est Christophorus.in 1.col. qvòd si etiam in oppositione diceretur, est & fuit homo malæ famæ, qvòd nihilominus istud verbum, fuit, nihil prodest: qvia potest intelligi, fuit, scilicet post testificatum, *refert & seqvitur Jas. in locis superiùs alle.* hinc est, qvod consuluit Old. qvòd si qvis capitulat, qvòd ille, qvi fuit electus, fuit & est publicus fornicator, non continebit: qvia non dicit, qvòd tempore electionis fuerit. potuit enim esse ante & post, & non tunc, *ita pulchrè Old. in cons. 286. incip. in electionis negotio. in 1. colum. vers. qvantum ad tertium. & miror de d. Jas. qvòd non allegaverit d. consilium in locis superiùs alleg.* Sis ergo cautus tu, qvi vis publicato processu opponere contra testes, ut non articules, qvòd non sunt omni exceptione majores, & sic de singulis, sed dicas, qvòd non erant tempore juramenti, & depositionis, & ista tene menti, qvia videbis multos errare, istud non perpendentes.

ADDITIO.

e Nunc sit infamis.) *An causæ speciales sint designandæ infamiæ, si opponitur contra testem, qvòd sit infamis,* vide per Lud. Ro. in cons. 290. qvod incipit, in casu propositæ consultatio. *causa enim infamiæ declaranda est. Item qvantumcunqve opponatur contra testem, qvòd sit vilis persona, supplet tamen per alium testem magis idoneum,* in cons. ubi suprà, in fin. *Testis an possit esse salariatus. item famulus, qvid de amico,* vide in alio consil. per eundem 410. qvod incip. *proposita qvæstio videtur, &c. & loqvitur de solicitatore. qvid autem de gravi amicitia. & non levi, tanguntur prædicta omnia in d. consilio.*

B. CÆPOLLA CAUT. XLIII.

a §. Qvomodo debeat interrogari testis. a

SUMMARIA.

1. *Testis deponens per verbum, credo, regulariter non probat.*
2. *Testium interrogationes solent fieri ad illius instantiam, contra qvem testes examinantur.*

1 TU scis, qvòd qvi deponit per verbum, credo, licet regulariter non probet, *ut habetur in c. cùm causam. de testi. & l. testium. eod. tit.* tamen si testis concludit rationem contingentem, necessariò probat. unde testis interroga-

rogatus super mutuo, dixit: credo, qvod mutuavit, qvomodo scis? respondit, qvia præsens fui, & vidi numerare, valet ejus dictum, qvia attenditur ratio, qvæ limitat dictum, *ut l. qvod dictum. ff. de pact. & habetur in l. solam. C. de testi. & ita tenet Bald. in l. conventicula. C. de episc. & cle. & in l. data opera, C. qvi accus. non pos.* Et ideo tu, qvi es examinator testium pro amico, & vides testem productum per partem adversam, & interrogatur per collegam tuum etiam examinatorem tuum, si testis deponat per verbum, credo, qvòd examinator, contra qvem testis producitur, dicat, non curo, qvòd fiat alia examinatio, qvia satis bene deponit: nam tale testimonium non valebit, qvia deponit solummodò de credulitate, & ideo sis informatus, qvando producuntur interrogatoria tua, ut dicas in Rubrica interrogationum, si testes examinati dicant se in his scire, vel credere ita esse, ut in capitulis continetur, fiant aliæ interrogationes, seu non interrogentur ulteriùs, nam hoc casu non debebit interrogari testis, qvi deposuit se ita credere, * qvia interrogationes solent fieri ad instantiam illius, 2
contra qvem testes examinantur, *ut habetur in d. cap. cùm causam. & in cap. per tuas. de testibus. qvod benè nota.*

ADDITIO.

a Inter test.) *Interrogationes testium qvomodo fiant.* gl. ord. in c. præsentium. de test. in 6. & in Spec. de test. §. jam de interrogatoriis. ver. habita ergo. & ibi Bal. in addit. vers. interrogatorū. & Joan. And. in d. c præsentium. penult. col. in Novella. & pene per Abb. in c. cùm causam. de test. *Interrogatio fieri potest hoc modo, videlicet si non credat de tanto, dicat de qvanto.* Bald. in l. fin. 5. col. C. de fideicom.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXLVI.

§. Qvomodo examinabitur testis infirmus.

SUMMARIUM.

1. *Infirmus mortis cogitatione semper immemor esse præsumitur.*

SCis * enim, qvòd infirmus propter mortis cogitationem turbatur, & præsumitur immemor, *ut leg. hac consultissima. versi. at cum humana fragilitas. in prin. C. qvi testament. fac. poss.* ideo dicit ibi Bald. qvòd tunc testis 1
non debet examinari. unde est, Cautela: qvòd examinetur, in

in princ. qvando incipit infirmari. & ita procedat, qvod habetur in auth. si dicatur. C. de testi.

R. FICHARDI CAUT. LXXXIV.

§. Pro Teste, qvem Judex per extensum (ut vocant) examinare, & suis dictis involvere, conatur.

SUMMARIA.

1. Testis exhiberi sibi primam depositionem petere potest, si secundo examinetur.

2. Testis secundo examinandus potest dicere, se deponere, ut prius deposuerat.

LIcitum est judici, ut in causa ardua, maximè ad instantiam partis, & in casu suspicionis, testem per Extensum examinet, *secundum Alex. consilio nonagesimo, volum. 4. & consilio centesimo qvinqvagesimoqvarto, colum. 5. Fol. in sua prax. crim. in vers. capiat informationem. nu. 39. Pedemontan. decis.* 128. Ne verò testis hoc casu facilè in falso, vel variatione, deprehendi possit, maximè si sit obliviosus, & priorum dictorum non ita præcisè recordari possit: Cautelam tradit Joseph. Cumia, *in sua practic. Syndicat. ca. 6.*
1 *num.* 13. ut Testis * petat, sibi exhiberi, vel prælegi Depositionem prius à se factam. Nam judex ad hoc tenebitur, *secundum Barto. in l. eos num. 5. ff. ad legem Corn. de fals.* Fol. in d. vers. capiat informationem. *num.* 39. & 40. ubi
2 subdit etiam aliam Cautelam pro Teste, nempe ut dicat, * se dicturum, vel dicere, ut priùs dixerit in prima Depositione, etsi aliter diceret per oblivionem, & qvod semper intendat perseverare in prima Depositione, *secundum Bar. & Marsil. in d. l. eos.* & sic non poterit haberi pro Teste vario.

R. FICHARDI CAUT. LXXX.

§. Pro Teste, qvem judex in Depositione sua conatur confusum & varium reddere.

SUMMARIA.

1. Pœna Testis variantis.

2. Testis secundo examinandus potest protestari, se plura non scire, qvam antea dixit.

1 TEstis varians in Depositione sua, maximè super causa criminali, & magni momenti, punitur. *l. 1. §. primo. & l. eos.*

eos.ff.ad leg. Corn.de falf. Illud non ignorantes aliqvi judices malitiosi, testes de eadem re sæpius, per intervallum, & sub diverso prætextu interrogant, id nimirum qværentes, ut si non semper eodem modo respondeant, pro variis, falsis, vel suspectis, habeantur. Sed contra hoc Cautela est pro Teste, ut si hoc animadvertat, * protestetur se 2
dixisse, qvæ sciebat, & si plura, vel aliter, qvod illud faceret metu comminationis & tormentorum, & falsum diceret. *Hanc tradit Nell. à S.Gemin.in tracta.de test. Vers. falsus testis. nu.231.allegans ad hoc textum in l. lege. §. 1.ff. ad l. Jul.pecul.& glo.in 2.q.3.c.1.*

B. Cæpolla Caut. LXXIV.

§. Ad interrogandum testem, ut faciliter convinci possit de perjurio, vel affectione.

Summarium.

1. Testis, qvòd incontinenti se corrigere voluerit, non præsumitur.

TEstibus examinandis solent fieri examinationes, de qvibus habetur in cap. cùm causam. 2. de testi. & in l. testium. C.eod. tit. & inter alios aliqvi cautelosi faciunt istam interrogationem, si credit testis, *a* verum esse id, qvod a
testificatus est, & hoc faciunt, qvod si testis dicit qvòd sic, non probat. qvia deponit de credulitate, & non de veritate, ut habetur in dictis juribus. Sed si diceret, qvòd non, videtur illud revocare, qvod primò dixit, & sic qvalitercunq; respondeat, incidit in laqveum, *ut no.Jo.And.in c. si qvisit. in Versi.de credulitate in Novel.de accus.* Sed tu dicas, qvòd ista interrogatio tanqvam cavillosa & captiosa non est admittenda, etsi judex adverteret ad legitimandum interrogatoria, & reperit talem interrogationem, cancellet eam, sed si judex impeditus eam dimitteret, & secundum eam testis esset interrogatus, & respondisset affirmativè, sive negativè, dicas qvòd non nocet dicto testis, in qvo primò deposuisset de veritate, * qvia 1
nec præsumptio est, qvòd incontinenti voluerit se corrigere, *ut l. non ad ea. ff. de cond. & demon.* nisi hoc apertè diceret, *ut in ca.præterea.de testib.cogen.* Et hoc ultimum, qvòd valeat tale dictum testis, & qvòd non videatur se corrigere, tenet do. Prosdo. de Comitibus: *in c. in omni. de testi. ubi vide.* Alia interrogatio solet fieri,

 vide-

videlicet interrogatur testis, qvi deposuit aliqvid affirmativè vel negativè, si possibile est rem aliter se habere, & testis ipse nesciret: nam si respondet, qvòd sic, non creditur ejus dicto, qvia non concludit necessariò, *ut in cap. in præsentia. de probat. & in l. non hoc. C. unde cog. cum similibus.* Pone exemplum, Testis deposuit, qvòd Titius tali die non fuit in tali loco, puta in scholis, interrogetur, si possibile est, qvòd ipse fuerit, & testis hoc nesciret, si respondet, qvòd sic, non probat ejus dictum. Item pone exemplum affirmativè: Testis dicit, qvòd res non valet tantum, & communi æstimatione judicaretur, ita interrogetur, si possibile esset, qvòd non ita judicaretur communiter, & si dicit, qvòd sic, ejus dictum non concludit. & idem tu dicas in similibus. & ista interrogatio est valde utilis, & semper tu apponas in interrogationibus tuis. Una alia Cautela est inventa calumniosè circa personam testis, nam communiter solet fieri interrogatio ista, interrogatur testis, qvam partem vellet vincere, & qvia testis sapiens communiter solet respondere, qvod vellet, qvòd pars, qvæ habet jus vincere, sed cautelosi addunt aliam interrogationem, scilicet qvam partem vellet habere jus, cui interrogationi si testis debet respondere secundum veritatem, non est dubium, qvòd oportet, ut dicat talem: qvia communiter qvis magis favet uni parti, qvàm alteri, & ideo ejus dictum non valeret; unde propter hoc ejus interrogatio debet dici cavillosa & captiosa, & propterea non est admittenda.

ADDITIO.

a Si credit testis.) *Credo prolatum in attestatione ad captionem judicis vel partis non vitiat. ut si interrogatus, an credat dicta per eum esse vera. Respon. qvòd sic*, secundum dominum Prosdo. Comitem Paduanum, in cap. in omni. de testib. contrà Joan. Andr. in cap. inqvisitionis. in Novel. de accu. secundum Bar. Cæp. in ista Cautela. *& ita faciunt cavillosi advocati in interrogatoriis ad testes.*

B. CÆPOLLA CAUT. LXXII.

§. Ad evitandum, qvòd testes non examinentur ad futuram *a* rei memoriam, reperies similem cautelam pro eodem.

a

SUMMARIUM.

1. Testes ad perpetuam rei memoriam, etiam lite non contestata, regulariter examinari possunt.

TU scis, * qvòd testes possunt examinari etiam lite non contestata, etiam ad perpetuam rei memoriam, qvando testes sunt valetudinarii, ita, qvòd dubitatur de morte, vel sunt recessuri: *ut no. extra, ut lite non contestata. capit. qvoniam. & in l. lege Aqvilia. ff. ad legem Aqviliam.* Sed reus, si vult impedire istam examinationem, sit cautus, & dicat, qvòd non vult qvòd fiat examinatio, & offerat se paratum suscipere judicium, & velle litigare, qvia tunc non poterit fieri examinatio. *Ita singulariter no. Angel. in Authent. de testibus. §. & hic verò. colum. 7.* Et est ratio, qvia cessat causa illius examinationis tunc petitæ. & propterea dico, qvòd istud debet intelligi, nisi testes vellent recedere, anteqvam lis posset contestari, vel dubitaretur de morte ipsorum, vel si esset tempus, puta feriatum, qvo agi non posset. a 1

ADDITIO.

a Testes non examinentur.) *Testes recipi non possunt ad perpetuam rei memoriam, qvando reus offert se paratum, tunc velle subire judicium. Ang. in d. Auth. §. & hic verò, qvod dicit verum post Innoc.* in cap. significavit. in glo. sua 1. *nisi judicium pendeat ex alieno arbitrio non actoris tantum. Item verum, nisi reus se sic offerens, opponat exceptiones impedientes litis ingressum.* Ang. ibi in 4. colum. qvòd dicit ibi sing. probari contra Innoc.

B. CÆPOLLA CAUT. CLIII.

§. Qvòd testis non possit examinari ad futuram rei memoriam, hæc Cautela idem penè, habet qvod superior.

SUMMARIUM.

1. Testes ad perpetuam rei memoriam qvando examinari debeant.

UT possis impedire, ne testes contra te examinentur ad perpetuam rei memoriam, Cautela est, qvòd offeras incontinenti subire judicium, & velle litigare. *ita singulariter not. Angel. in auth. de test. §. & hic, col. 7.* Et ideo qvod dicitur in auth. si dicatur. C. de test. & *in c. qvoniam freqventer. ut lite non contesta.* debet intelligi, qvando testes * volunt recedere, anteqvam lis possit contestari, vel 1
dubi-

dubitaretur de morte eorum, vel si esset tempus feriatum, qvo agi non possit.

T. FERRATUS CAUTELA XLII.

§. Ad interrogandum testem, de ratione sui dicti, & qvòd ad talem interrogationem ipse testis non advertat.

SUMMARIA.

1. Testis dictum nihil valet, nisi sui dicti rationem concludentem assignaverit.

2. Statuto, vel à Principe si alicui potestas data fuerit, qvod de jure, & de facto, & absqve solennitate aliqva procedere posset, an testibus non reddentibus rationem dicti sui, vel etiam malam, credere teneatur.

3. Testis verbosus esse non debet.

1 TEstis * interrogatus, ut assignet rationem sui dicti, si eam, & concludentem nescit assignare, dictum suum nihil valet, *ut no. glo. in l. solam. C. de testib. & gl. in cap. cùm causam qvæ inter Archiepiscopum, in verbo, de causis. extra, eodem. & gl. in §. solam. 4. q. 3.* Nam testis non redden-
a dens *a* rationem sui dicti interrogatus, dicitur deponere non tanqvam homo, sed tanqvam pecus, *secundum Bal. in repe. l. edita. in 17. col. vers. interdum contingit. C. de eden.* adeò qvòd voluit Spec. qvòd talis testis interrogatus, ut suprà, si rationem, & concludentem nesciat assignare tale suum dictum, fidem non faciat neq; præsumptionem. *ita Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. sed nunqvid sufficit ad præsumptionem. qvam decisionem seqvitur Rom. in l. 1. in prin. ff. de oper. no. nuncia.* licet Abb. *in d. c. cùm causam qvæ inter Archiepiscopum. in 2. colum. de restit.* dicat, istud esse arbitrarium judici, *per tex. in l. 3. ff. de testi. ibi, tu magis scire potes, qvanta fides, &c.* nam ista assignatio rationis dicti est
2 tantæ importantiæ, * qvòd licet esset data per principem, vel statutū potestas alicui, qvod posset procedere, & de jure, & de facto, absq; aliqva solennitate, tamen propter hoc non posset credere testibꝰ nō reddentibꝰ rationem sui dicti, vel reddentibus malam, qvando fuissent interrogati, *ut no. dixit Bal. in l. solam, in fin. C. de testi.* imò qvod est plus, non posset consvetudine, vel statuto induci; qvòd credatur te-
stibus

stibus non reddentibus rationem sui dicti, vel reddentibus malam, *ut volunt Joan. And. & Ant. in cap. 1. de appellatio. & Alex. in cons. 3. incip. in causa, & isto vertente inter Abraham. in ult. columna vers. & juxta prædicta dicit Bald. in 2. volum.* si verò testis non interrogatus non assignat dictam rationem, tamen suum dictum bene valet: * 3
qvia non debet esse verbosus, *ut not. in glo. superius in princip. allegata, ut not. in glo. superius in princip. allegata, & ut. no. glo. & ibi Scribentes in cap. sicut, de re judicat.* nisi in qvibusdam casibus, in qvibus testis sive interrogatus, sive non, tenetur reddere ipsam rationem, aliàs sua depositio nihil valet. *de qvibus habetur per Jas. in leg. cùm hi, §. vult igitur. ff. de transact. & per Doct. præsertim per Felin. in præalleg. cap. cùm causam. de testibus.* Multoties modò evenit, & præcipuè in testibus rudibus, prout sunt rustici, mulieres, & similes personæ idiotæ, qvod si in suis depositionibus non interrogantur de ratione suorum dictorum, nec ipsi eam reddunt, si verò interrogantur, à communiter accidentibus eam assignant, & sic utroqve casu sua depositio venit esse valida: qvia si non interrogantur de ratione, valet dictum suum, ut superiùs dixi, si verò interrogantur, ipsam assignant. Stante ergo hoc, pulchrum esset videre, nunqvid esset aliqvod remedium, & *Cautela*, qvòd ista interrogatio fieret testi, scilicet qvòd ipse testis ad eam non adverteret, & sic qvoad te sit satisfactum, qvòd dicta interrogatio de ratione fuerit facta, ipsi verò testi non, qvia ipse ad eam non advertat. ad qvòd respondeo, qvòd sic. Cautela ergo est, qvòd facias, qvòd notarius, qvi habet ipsum examinare, in principio examinationis fiendæ, faciat testi unum qvæsitum hoc modo, dicas mihi, qvid scis in tali causa, vel super tali negotio: qvia si postea testis de omni eo, qvod dicet, non assignabit rationem, licet aliter de ipsa ratione non interrogabitur, talis sua depositio non tenebit, qvia testis interrogatus per judicem, & pari ratione per illum, qvi habet potestatem examinandi hoc modo, dicas, qvid scis super tali negotio, intelligitur etiam implicitè interrogatus de causa scientiæ, adeò, qvòd si aliter postea non interrogatus, non reddet causam ipsius scientiæ, talis sua testificatio non tenebit. *istud fuit mirabile d. Bald. in d. c. cùm causam, qva inter Archiepiscopum, in antepen. col. versic. sed*

sed pone judex interrogat. cum qvo transit ibi Felin. in 2. col. Vers. adde secundum Bald. hic. & qvam decisionem seqvitur Jas. in l. cùm. hi. §. Vult igitur. in 2. col. Vers. adde etiam prædictis. ff. de transactio. ubi dixit, istud dictum Baldi esse singulariter notandum. seqvitur Soc. in suis regulis & fallent. regul. 41. incip. testis dicti sui.

ADDITIO.

a Non reddens.) *Sed qvid de testibus, imperfectè conventionem partium narrantibus, an probent? Dic, qvod nihil probant.* gl. est ordi. in l. Lucius. in verf. habere debeant. de his, qvi not. infam. per Lud. Rom. in consilio suo 302. qvod incip. qvoad septimum. circa fi. ibi, nunc igitur est conseqvens. *An autem dictum unius testis vilis suppleatur per alium*, tex. est nota, qvem ad hoc sæpè alleg. Bal. in l. si qvis ex argentariis. in §. cogentur, versic. qvid enim, ff. de eden. qvem allegat etiam Rom. in cons. suo 290. ibi, etsi dicatur, circa fi. ipsius consilii.

R. FICHARDI CAUT. LXXXIII.

§. Pro Teste, qvi petit Depositionem suam corrigi.

SUMMARIA.

1. Testis varians præsumitur corruptus.

2. Testis corrigere potest suam depositionem etiam post aliqvod tempus, sed ex causa tantum.

1 TEstis in Depositione * sua vacillans & varians, habetur pro levi, & præsumitur esse à partibus corruptus, ideoqve tanqvam suspectus non solùm rejiciendus, sed etiam interdum puniendus, *ut suprà in principio Cautelæ octogesimæ diximus. l. eos. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Admittitur tamen aliqvando, ut seipsum corrigat in Depositione sua, *per text. in cap. præterea. extr. de testibus cogend.* Sed ut id facere possit legitimè, & absqve suspicione corruptionis, *Cautela* est, ut hoc faciat, anteqvam ab Examinatore recedat, vel saltem brevi temporis intervallo, ut non verisimile sit, ipsum interea cum alterutro partium collocutum esse: ita enim interpretatur gloss. & Doctores in dicto cap. præterea. illud verbum, incontinenti. Permittunt tamen etiam gloss. & Doctores ibidem, ut in eo habeatur respectus ad qvalitatem personæ. Ideoqve Hostiensis dicit, se putare hoc in arbitrio judicis esse, ut considerata qvalitate per-

personæ, qvantitate intervalli, colloqvio partium, & reliqvis circumstantiis, admittitur correctio, vel non. Sed certè de rigore juris Civilis, etsi pars adversa se opponeret illi Correctioni, putarem illam non admittendam, nisi vel in ipso actu Examinis illius testis adhuc fieret, & anteqvam ab Examinatore discèderet, vel saltem paucis aliqvot horis interpositis, ita, ut non verisimile esset, ipsum interea cum parte aliqva collocutum, secundum intellectum verbi, incontinenti. *in l. qvòd ait lex. §. ult. ff. ad legem Juli. de adult.* Si tamen testis * ille juramento affirmare posset, 2
se interea de sua Depositione, vel Statu causæ, nihil cum partibus collocutum, neqve etiam ab aliis ad hoc instructum esse, sed memoriæ, vel prolationis vitio, & non studiosè, errasse, &c. censeo ipsum tunc etiam post aliqvot dies super Correctione audiendum esse, nam si Doctores in dicto c. præterea, sine juramento aliqvo, judicis arbitrio Correctionem admittendam putant, multò magis certè mediante juramento admittenda erit, *per textum in authent. de testibus. §. qvia vero multi, vers. primitus Sacramento dando. collat. 7. qvam vide.*

R. Fichardi Caut. LXXXI.

§. Pro eo, cujus Testes non diligenter examinati sunt, ut alios nominare judici possit.

SUMMARIA.

1. *Testis reproduci non potest post publicata & didicita dicta testium.*
2. *Testes alii produci possunt post didicita testificata, si priores non bene sint examinati.*

Notum est, qvòd * non liceat post publicata, & didicita, ut loqvuntur, dicta testium, super eadem re plures & alios producere, idq; propter adornationis suspicionem. 1
Clement. de testibus. c. fraternitatis. & c. cum clamor. ext. de testib. & auth. at qvi semel. C. de probationibus. & optimè in auth. de testib. §. qvia verò. per tot. coll. 7. cum glo. magn. ibid. Si tamen producens posset judici verisimiliter persvadere, testes suos non satis diligenter examinatos esse, *Cautela* est, ut alios testes judici nominatim exhibeat, & petat, ut ipse, ad majorem veritatis indaginem, illos ex officio interroget. Tales enim testificationes in hunc modum

dum impetratæ, valebunt, *secundum Bal. in l. ampliorem. C. de appellat. Innoc. in c. per tuas. ext. de testib. Rom. in Rubr. de arbitr. col. 19. And. Barb. ad Bald. in l. per hanc divinam. C. de temp. appellat. Ita Joannes Ferrar. in tract. de appellat. cap. 6. versic. qvibus hoc etiam.* Sed ante ipsum tradidit eam *Hippolyt. de Marsil. consilio qvadragesimo tertio, n. 27. volum. 1. ubi latissimè hoc tractat. Et eadem ferè de verbo ad verbum repetiit in cons. 60. n. 19. volum. 1. & similiter in cons. 73. n. 22. volum. 1. qvorum tamen nullum Ferrarius allegavit.*

P. BREDERODIUS CAUT. VII.

§. Pro Judice, qvi acta Testificatorum facere velit.

PRimum est, si judex eos examinet, qvi inviti deponere non possunt, & illi deponant, ut referat in actis, qvod sponte deposuerint. *Barth. in auth. presbyteros. n. 4. C. de episcop. & Cleric. & in §. Deo amabilis. n. 3. in Auth. de sacros. episc.* Item ut faciat scribere in actis variationem & trepidationem testium *Bart. in l. de minore. §. plurimum. n. 4. ff. de qvæstib.* Item causam suspicionis, ob qvam dictis testium fidem non adhibuit. *Bar. in l. testium. §. ideoqve. n. 1. ff. de testib.*

DE REPRODUCTIONE TESTIUM. Tit. XXVI.

§. Ad materiam Reproductionis testium, *vide qvædam supra tit. 25. de examinatione testium. loc. 5. & 12.*

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXXIV.

§. Qvando testis inutiliter deposuit.

SUMMARIUM.

1. Testis ejusdem reproductio qvid operetur.

1 AUREAM * do tibi Cautelam, qvando testis inutiliter deposuit, reproducas eum iterum, qvòd dicat: Sic depono, sicut alias deposui, super tali negotio, tunc enim primum dictum inutile validatur per secundam depositionem ejusdem primæ. *argument. l. legata inutiliter. secundum Angel. ibi. ff. de leg.*

P. BREDERODIUS CAUT. IIX.

§. Pro Teste, qvi secundò producitur, ut falsitatem evitet.

TEstis secundò productus, si vacillet, vel variet, item aliud dicat, qvam antè dixit, incurrit falsum *ut supra toto de examinatione testium. loco. 5. & 12. scriptum extat,*

ut

ut itaqve falsi crimen evitet, *Cautela* erit, qvod in secundo testimonio dicat, pro ut illi videtur modò, etsi apparuerit aliter dixisse in alia causa, qvod ex nunc corrigat. *Bart. in l. eos qvi num. 7. ff. ad l. Cornel. de fals.*

B. Cæpolla Caut. CLXVI.

§. Qvomodo post didicita testificata testes possunt produci.

SUMMARIUM.

1. *Testes produci non possunt regulariter post didicita testificata.*

Regulariter * post didicita testificata timore subornationis testes produci non possunt, *ut in auth. qvi semel C. de prob.* Sed est Cau. qvòd publicatis attestationib. pars det notitiam judici de aliis testibus, te absente, tunc & judex ex officio eos examinabit, cũ pro absente suppleri posset. *& ita dicit sing. Bal. in l. ampliorẽ in princ. C. de ap. qvòd no. & refert & seqvitur Pet. de Soc. in d. auth. qvi semel.* 1

R. Fichardi Caut. LXXXV.

§. Pro producente testes, ut eorum testificatis didicitis, alios producere possit.

Testificatis didicitis, non licere alios testes producere. *textus clarꝰ in auth. de testibus. §. qvia verò. collat. 7. & diximꝰ de eo qvoq; supr. in Caut.* 81. Contra hoc verò aliam Cautelam tradit Menochius *de arbit. judic. qvæst. lib. 1. q. 34. n. 14.* ut is, qvi videt, se non probasse Intentionem suam, curet, si fieri possit, ut potius declarentur acta nulla, qvàm ut prodendo succumbat. Nam Actis nullis declaratis, non impedietur in novo processu novos testes producere, qvòd ipsi in secunda Instantia, appellationis nimirum (si fortè de ea spem sibi faceret) non liceret, secundum Socinum in cap. fraternitatis. de testibus, Artic. decimo, ubi septem relatis opinionibus tandem concludit, in causa appellationis non licere alios testes super capitulis in prima instantia aliqvorum testimonio probatis, producere, *qvod similiter censuit Bart. in l. per hanc. n. 5. C. de temp. appellat.*

DE RENUNCIATIONE PRODUCTIONIS.
Tit. XXVII.

R. Fichardi Caut. LXVI.

§. Pro Renunciante productioni Testium.

SUMMARIA.

1. Renunciare licet juri pro se introducto.

2. Judex Testes ex officio recipere potest post renunciationem productionis.

1 QVOD *aliqvis possit renunciare juri suo atq; etiam beneficio pro se introducto, constat *ex l. jubemus. C. ad S. C. Vellej. l. si judex. de minor. l. pen. C. pactis. glo. in c. 1. de contr. feud. apud par. de cur. termin.* Si qvis igitur renunciavit productioni testium medio juramento, tenebitur servare, nec poterit aliqvem testem nominare. *per ca. si verò. extr. de jurejur.* Contra hoc verò Cautela est, ut talis
2 procuret per aliqvos amicos, ut judex * ex officio suo recipiat tales testes, *secundum Joan. de Imol. in c. 2. extra de probation. Lapus in cap. qvamvis. de pact. in 6. Alex. in auth. jubemus. C. de judic. Ita qvoqve tradit Hippol. de Mars. consi. 39. num. 17. consi. 43. num. 29. & consi. 73. num. 25. volum. 1.*

R. FICHARDI CAUTELA XXVI.

§. Pro debitore, qvi renunciavit productioni testium, idem dicit, qvod supra.

SUMMARIA.

1. Renunciatio productionis jurata impedit reproductionem testium.

2. Testes reproduci possunt officio judicis etiam post renunciationem productionis.

1 SI contingat * aliqvem medio juramento renunciare productioni testium, & putet se per apochas, vel instrumenta posse probare solutionem, qvæ tamen fortè sint perdita, & ita pœniteat ipsum renunciationis factæ, qvæ tamen alioqvin valeret. *per c. si verò. ext. de jurejur.* Cautela est, qvòd procuret medio alicujus amici, ut Judex * ex officio
2 suo testes recipiat, id enim ipsi Judici licebit. *Ita tradunt Spec. tit. de instr. edit. §. fin. vers. qvid si debitor. & ibi Jo. And. in addi. Jo. de Im. in c. 2. de probat. Lapus in c. qvamvis. de pactis. in 6. Hipp. de Mars. cons. 72. n. 25. volum. 1.*

QVAM FIDEM DICTA TESTIUM FACIANT.
Tit. XXIIX.

T. FER-

T. FERRATUS CAUTELA XIII.

§. Ad faciendum, qvòd dictum testis extrajudiciale prævaleat secundo judiciali.

SUMMARIA.

1. *Testis dictum extrajudiciale primum prævalet secundo judiciali ex opinione Bart.*
2. *Testis dictum judiciale secundum prævalet primo extra judiciali secundum communem.*
3. *Testis varians an possit puniri de falso.*
4. *Testis dictum extrajudiciale juratum, prævalet judiciali posteriori.*

QVÆSTIO est inter Scribentes, nunqvid si testis dicat unum extra judicium, & aliud postea in judicio, qvod dictum istorum debeat prævalere. *Bart. in l. eos. ff. de fal.* mirabiliter tenuit, qvòd primum * extrajudiciale debeat 1
prævalere secundo judiciali, imò qvòd est plus, voluit, qvòd propter talem variationem, tanqvam falsarius debeat de falso puniri, unde dicit, qvòd Cautela est, qvando habes testem, de cujus stabilitate dubitas, interroges ipsum coram testibus, qvia si unum dicit extra judicium, & aliud postea in judicio, primum dictum extrajudiciale prævalebit secundo judiciali, & talis varians poterit de falso puniri, subjungens, qvod propter hoc cauti homines, qvando interrogantur, qvid deponetis? respondent, qvando ero in judicio: dicam, qvod mihi videbitur, & qvòd bene faciunt, ne postea incidant in falsum. qvam opi. tenuit etiam do. Ant. licet circa punitionem falsi discrepet à Bart. per rationem, de qva ibi per eum *in c. cùm in tua. de testi. tenuit Pet. de Anch. in omnibus seqvendo Bar. in Clem. 2. circa fin. versi. si verò econverso. de testi. do. Card. dicens ibi de hoc esse casum rotundum, in c. per tuas. circa prin. de probati. & Abb. in cap. inqvisit. §. de accusat. & hanc sententiam etiam consulendo tenuit Petr. de Perusi. in qvodam suo consi. incip. testis extra judicium. cui consilio se subscripserunt Honofr. de Barth. Marcus Angelelli, sui tempestate Doctores Perusini præclari, ut refert Phil. Cor. in consilio 170. incip. licet in hac conclusione. in ult. col. versi. & qvando testes deponunt. in 3. vol.* & pro hoc bene facit Gl. *in l. Fulcinius §.*

qvid sit latitare. ff. ex qvibus causis in poss. ea. qvæ vult ani-
2 mum cognosci per extrajudicialiter dicta. Tamen * communis & vera opinio est in contrarium, qvòd testis dicens unum extra judicium, & aliud postea in judicio, qvòd secundum dictum judiciale prævaleat primo extrajudiciali,
a & *a* qvòd talis * varians non possit puniri de falso, qvam
3 opinionem primò visa est tenere gl. & ibi Jo. de Imo. qvi dicit Canonistas communiter tenere contra Bar. *in c. cùm causam. de testibus. Bald. Pau. & Barb. in d. c. per tuas. de probat. Ange. in d. l. eos. ff. de fal. & cons. 233. incip. punctus est. qvadam domina Margarita. in 2. vers. qvinimò secundum Bart. ubi dixit, qvod opi. Bart. nunqvam sibi placuit, tenet Rom. in l. qvi bona. §. si qvis stipulatus. de damn. inf. & in cons. 505. incip. cùm testis extra judicium. Salic. in Auth. si dicatur. C. de testib. & in l. si qvis decurio. circa fin. versic. qvare testis extra judicium. C. de fal. Bal. in l. nullum. in prin. C. de testibus. & in c. 1. §. si enim domini. qvid sit invest. in usib. feudo. ubi dicit, ibi esse casum contra Bart. tenet idem Bald. in cons. 168. incip. licet assessores euntes post Bartol. sicut caci. in 5. part. & Joan. de Ana. in praal. c. inqvisitionis. §. 3. de accus.* & ista in effectu est communis opinio, à qva in judicando & consulendo non est recedendum. Tu autem, qvi habes testem, qvi extra judicium dixit, id qvod est ad propositum tuum, si vis obviare, qvòd si contingeret, qvòd ductus in judicium aliud diceret, qvàm qvòd extra judicium dixerit, qvòd per talem suam narrationem tibi non noceat, & sic qvòd primum extrajudiciale
4 prævaleat secundo judiciali, *Cautela* est, qvòd qvando * extrajudicialiter coram testib. ipsum interrogasti, & respondit se nihil scire, vel se tantum scire, qvòd tunc per aliqvem bonum modum inducas ipsum jurare, se tibi dixisse, puram veritatem, & nihil aliud scire, nisi prout tibi dixit, qvia si postea in judicio aliud dicit, primum dictum extra judiciale prævalebit secundo judiciali, *ita singulariter dixit do. Abb. per rationem, de qva ibi per eum, in praalleg. cap. per tuas, qvem refert & extollit Felin. in dict. c. cum in tua. & istam opinionem salvando hoc modo Bar. in d. l. eos. tenuit Fulgos. in l. qvi falsa & varia. ff. de testib. Jac. Alvar. in c. 1. §. notandum. de no. feudo. Capol. in cons. 61. incip. super primo dubio, qvo qværitur. in 1. col. versic. & potest*

est alia ratio assignari. & in 2. col. vers. nec obstat, quod tertio loco. & Alex. in cons. 154. incip. viso themate supra scripto. in 3. col. versic. praterea probatum est, in quinto volumine. Et istam Cautelam alias hic Paduæ duabus vicibus practicavi, & obtinui coram rectore nostro Juristarum, qva tum una fuit sub magno eqvite jurato, & J. V. D. do. Julio Luzago, nunc affine meo clarissimo tempore, qvo Rector erat justus nostri Gymnasii Patavini.

ADDITIO.

a Et qvod talis.) *Adde, an testis examinatus in judicio, si deposuit uno modo, deinde extra judicium aliud dixit prius, anteqvam examinaretur, an occasione vacillationis possit torqveri.* vide in cons. 63. in primo volumine, per dom. Alexand. de Imol. *Sed nunqvid testis deponens falsum non circa factum principale, nec circa qvalitates substantiales, sed circa alia extrinseca. an reddatur in totum falsus.* vide per eundem dom. Alex. Imo. in cons. 88. in 5. volum. *Item si testis extra judicium dixit nihil scire, an possit cogi testificari in judicio.* vide per dom. Lud. Ro. in cons. 505. qvod incipit, cùm testis extra judicium, &c. est pulchrum consilium.

DE REPROBATIONE TESTIUM. TIT. XXIX.

CAUTELA.

§. Qvi testes reprobari non possint. *Vide omnino in tit. 25. de examinat. Test. loc. 2.*

I. DE ARNONO CAUT. XIII.

§. Ad repulsandum testem tanqvam infamem.

SUMMARIUM.

1. Testis infamis qvomodo fiat, ut postea repellatur jure.

HABUISTI sententiam contrà, non appellasti ab ea infra decem dies, *juxta authenticam hodie. C. de appellatio.* Qvapropter sententia transivit in rem judicatam. Hoc non obstante, accessisti ad principem, & petiisti retractari dictam sententiam: qvamobrem incurristi * infami- 1
am, l. *fina. C. ut lite penden.* Productus in testem contra me in causa, qvam habeo cum Sempronio, Cautela est, ut ego te repulsem tanqvam infamem, qvod possum, qvia es infamis, & sic inhabilis. Qvod dicit Paulus de Castro esse tenendum menti, qvia posset facere honorem, si casus occurreret: cùm pauci sint, qvi de hoc advertant, & scirent de hoc excipere secundum eum. *refert & seqvitur domin.*

Jason. in l. fin. in fine. qvam legit cum l. supplicare. C. ut lit. penden.

I. DE ARNONO CAUT. XL.

§. Pro advocato ad convincendum testes partis adversæ de falso.

SUMMARIA.

1. *Testis negativam meram adstruens, eo ipso incurrit falsum.*

2. *Testis falsus repellitur.*

SUprà in decima qvarta, & decima sexta Cautela, & in singularibus nostris, 78. & 100. diximus multa circa intellectum regiæ Novellæ pragmaticæ, testem falsum, sub Rubric. de falsis testibus non producendis, modò adhuc etiam ista adducentur in medium: nam si testes partis adversæ
1 testificantur in causa adstruentes * meram negativam, eo ipso incurrunt falsum, *ut notat Innocentius in cap. cum ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propr.* & ideo sit cautus advocatus in videndo diligenter, an aliqvis ex testibus adversarii adstruat meram negativam testificando, ut eo ipso
2 * repellat eum, ut falsum. *Ita docet Angelus in l. Lucius, in secunda columna, in principio. ff. de his, qvi notantur infamia.* qvod not. ad intellectum dictæ regiæ Novellæ pragmaticæ. & sæpè occurrit de facto.

I. DE ARNONO CAUT. XIV.

§. Pro teste, ad evadendum pœnam falsi, qvando producitur in testem.

SUMMARIA.

1. *Testis falsarius pœna falsi tenetur.*

2. *Falsum committitur etiam omittendo verum.*

3. *Delictum in committendo gravius est, qvam in omittendo.*

ILlo, qvi producitur in testem, tenetur pœna falsi, si fal-
1 sum * committit, *per regiam Novellam pragmaticam incipientem, testem falsum. sub Rubric. de falsis testibus.* Pone, qvòd verè deponit, tamen assignat studiosè causam non concludentem, vel dicit, se non recordari, cùm debeat verisimiliter recordari, qvia examinatur de re aliqva, de qva verisimiliter debet habere notitiam, nunqvid teneatur pœna falsi? Dicas, qvòd sic. *Ita Baldus in l. presbyteri. in qvarto*

to notabili, per illum textum. C. de episcop. & cler. pro qvo facit, qvod notat idem Baldus *in l. facultas, circa finem, per illum textum. C. de jure fisci, libro decimo*, dicens, qvòd notarius incidit in falsum, non solùm * aliqvid falsum scribendo, sed etiam aliqvid principaliter omittendo. Pone exemplum secundum me, si faceret instrumentum venditionis, & in eo non apponeret pretium, qvod est de substantia venditionis, *ut in §. pretium. Inst. de emt. & Vend.* Ex prædictis enim habes limitationem, ad glo. communiter approbatam in l. si mora. ff. soluto matrimon. qvæ dicit, qvòd gravius * est delictum, qvod committitur faciendo, qvàm omittendo. fallit qvantum ad puniendum testem de falso, si deliqvit omittendo, & sic tacendo veritatem, sic faciendo, & sic dicendo falsum. *Cautela* est igitur, ut testis nihil omittat studiosè de his, qvorum verisimiliter deberet recordari, puta, qvia esset factum de recenti, & in reddenda causa assignet causam concludentem, aliàs posset puniri de falso. Et hoc not ad dictam regiam pragmaticam, testem falsum. de qva ad alium affectum memini etiam in singularibus meis, singulari septuagesimo octavo, incipiente, intendo tibi commentare. & ad huc ad alium affectum, in singulari centesimo, & ultimo inci. pro complemento istius centiloqvii.

3 (margin, line "notarius incidit in falsum")
4 (margin, line "qvòd gravius")

DE CONCLUSIONE IN CAUSA. Tit. XXX.

P. Brederodius Caut. IX.

§. Ut probatio fieri possit etiam post conclusionem in causa.

Summaria.

1. Conclusio in causa qvid.

2. In criminalibus etiam post sententiam produci potest.

3. Probatio per evidentiam etiam post conclusum in caussa admittitur.

4. Confessio Adversarii etiam post concl. in causa prod-est.

PEr conclusionem in causa imponitur finis productionis actorum, nam * conclusio in causa nihil aliud prope 1
est, qvam renunciatio omnibus probationibus, & defensionibus producendis, *ut est gloss. in cap. cum dilectus de fid. instrum.* ea itaqve facta, nihil aliud produci potest in causa civili. *Bart. in auth. qvi semel. num. 12. C. de probat.*

2 in criminali * causa secus est, in qva non solum post renunciationem productionis vel post conclusum in causa, reproduci potest. *Bar. in d. auth. qvi semel. nu. 14. C. de probat. & in Extrava. ad reprimen. versi. neglexerit.* sed etiam post sententiam judex ex officio de innocentia damnati inqvirere potest. *Bar. in consi. 107. num. 1. & in l. divi fratres. ff. de pœnis.* Si itaq; qvid in civili causa probare omissum est, duæ supersunt cautelæ, una est, ut inqviratur, an omissum
3 * per evidentiam rei probari potest, vel per aspectum loci, ut enim hæ probationes superant omne genus probationum, ita etiam post conclusum in caussa admittuntur. *Bal. in l. contra negantem. in fi. C. ad leg. Aqvil. item in l. si qvis test. ff. de test. refert & seqvitur. Rob. Marant. de ordin. jud. part. 6. tit. de conclus. in causa. nu. 6.* Altera cautela est, ut
4 cautè qvis confessionem partis adversæ obtineat, hæc * enim probatio etiam post conclusum in causa recipitur. *Bal. in rub. C. de probat. col. 3. versic. ego aliter, & ibidem etiam Paul. de Castr. qvem refert & seqvitur Rober. Marant. loc. supr. allegat. num. 5.*

DE SENTENTIIS ET JUDICIBUS, QVI JUDICARE POSSUNT. Tit XXXI.

CAUTELA.

§. De *Arbitris* & eorum sententiis, item de *Compromissis* retulimus ad materiam contractuum in sua litera, ubi vide

B. PERUS. CAUT. I.

§. Pro Judicibus.

JUdex, qvi judicaturus est populo variis Cautelis uti debet, ad hoc, ut ex lege justitiam faciat, unde dicit Pyleus, sit patiens in audiendo, cautus respondendo, benignus in judicando, justus, &c. Item debet semper invigilare commodis subjectorum, *ut in auth. ut judices sine qvoqvo suffra. in prin. extra. de offi. jud. lib. 6.* Item debet manus suas excutere ab omni munere: qvia acceptio munerum est prævaricatio veritatis. *6. q. 3. qværite,* ipso itaq; justo in sede præsidente non adversabitur sibi qvicqvam malignum, ut epistola inter claras.

P. BREDERODIUS CAUT. X.

§. Pro Judice, cujus præsentia in aliqvo loco reqviritur.

CUm Judicis præsentia certo aliqvo loco reqviritur, non

non creditur, qvod ibi præsens fuerit, nisi probet. *Felinus in cap tenor. de re jud. Aretin. in cons. 128. col. 2. Bar. in l. si qvando. C. de statuis & imag.* ubi hanc tradit cautelam, qvod judex cautus esse debet, qvod cum dicat statutum, qvod qvalibet die horis congruis, judex debeat sedere ad Banchum, faciat qvolibet die hoc à notario scribi, ne possit illi objici postea in syndicum, vide *Bar. etiam in l. Titia. §. fin. de verb. oblig.*

B. Cæpolla Cautela CCXV.

§. Pro assessoribus, vel judicibus deputatis per potestatem, qvòd non teneantur de delicto potestatis.

Summaria.

1. Potestates super eorum excessibus, qva pœna teneantur, an eadem ejus officiales & judices mulctentur.

2. Officiales an de rectoris injustitia teneantur, & contra ipsos repræsaliæ dari possint.

SI potestates * terrarum ferunt sententias iniqvas, vel injustas de consilio judicum de curia, ea pœna, qva tenetur potestas, tenentur & omnes judices ejus, *ut probatur in auth. ut nulli jud. §. qvoniam. col. 9. & ibi hoc not. Ang. & pro hoc optimè facit textus cum gl. & qvod ibi not. in cap. 1. de off. deleg.* & de consilio judicum ferri dicitur, non solum qvando dicitur, qvòd eorum consensu, vel deliberatione fertur sententia, sed etiamsi dicatur sub examine talis judicis, *ut in auth. ut litig. §. omnem. ibi, vel sub legitimi judicii examine cœptas. col. 8. & probatur in l. si ille. ibi, sub examine provincialis judicii, de dec.* l. 10. Nam secundum Ang. in d. §. omnem verò, circa finem, inqvisitiones, sententiæ, qvæ hodie formantur per rectores terrarum sub examine judicis maleficiorum, dicuntur ferri per judices, sicut per rectores ipsos, & si justitia facta fuerit, ita tenentur judices maleficiorum, sicut & ipse rector: & qvando officiales ita expressè multaverunt rectorem ad aliqvam injustitiam faciendam, sicut contra rectores; ita contra officiales sine dubio possunt concedi repræsaliæ, *ut C. de advocat. diversorum judi. l. per hanc. ibi, adjutores etiam eorum. & C. de excusa. mune. l. penult. lib. 10. & ita notat Bar. in suo tractatu repræsaliarum, in 2. qvæst. 6. q. princ.* ideo sint cauti assessores, *a* vel officiales potestatum, a

vel rectorum, nunqvam in actis faciant scribi, qvòd sententia feratur de eorum consilio, vel deliberatione, aliter possent conveniri tempore syndicatus, & eandem pœnam sustinere, qvam potestas, vel rectores, *secundum Angel. de Peru. in §. omnem verò*, vel qvòd non scribatur sub examine talis judicis: qvia esset idem, *per illum textum in d. l. si ille.* Item hæc dicta verba non scribantur, ne ex tua taciturnitate videaris consentire, ut injustitia ministretur, & per conseqvens tu officialis tenearis, sis cautus, ut protesteris, & pertinaciter resistas potestati, vel rectori tuo, & in actis scribi facias de tua assertione, vel protestatione, qvòd jus in dicta causâ dicat. Iste est casus in appellatione, in causa civili, *in l. qvoniam judices. C. de appellat.* ergo idem & fortius in criminalibus, *ut notat Angel. de Aret. in suo tractatu maleficiorum, in verbo, de consensu, & de liberatione omnium judicum. qvem omninò vide. & idem dicit Bart.* in tractatu repræsaliarum, *in 2. qvæst. 6. qvæstionis principa.*
2 *in prin.* * ubi eleganter dicit distingvendo, an officiales teneantur de injustitia rectori, & contra eos possint concedi repræsaliæ, *per d. l. qvoniam. de appellat. & l. omnes. in fi. C. de decurio.* Consulendum est ergo secundum eum, officialibus, qvando talia occurrunt, qvòd protestentur, qvòd non consentiunt, & illa, qvæ fiunt, non fiunt de jure, & de hoc fiat instrumentum, hoc videtur reqviri, *ut d. l. qvoniam.* & hac Cautela usus fuit qvidam Parmensis Vicarius in civitate Senarum, qvi dum potestas vellet suspendere unum Judæum injustè, protestationem in scriptis, qvaliter contra jus volebat eum suspendere, & qvod ipse non consentiebat, & vide, qvæ dixi sup. in trigesimaqvinta Cautela, qvæ incipit, qvando fit processus per potestatem.

ADDITIO.

a Assessores.) *Assessor tenetur de mala administratione officii, & non potestas.* Cy. & Bar. in l. diem functo. in 5. col. in versi. item pone, qvòd remotus. ff. de off. asses. *cave, qvia non loqvitur in istis terminis, sed loqvitur in potestate remota ob culpam, an salarium debeatur assessori.* & in l. qvoniam judices. C. de app. *nisi ipse protestetur potestati facienti. aliàs enim factum præsumitur de consensu suo*, secundum Lud. Ro. in sing. vers. possessor. ver. adde qvòd assessor. & vide Alex. in l. diem.

T. FER-

T. Ferratus Cautela XXI.

§. Ad delegandum causam, qvæ aliàs vigore statutorum non potest delegari.

Summaria.

1. Causæ ex legum provisione delegabiles non sunt, ex causa necessariæ absentiæ delegari possunt.

2. Actum quotiescunqve qvis liberè facere non potest, nisi in certo casu speciali, de tali casu simplici assertioni suæ non statur.

MUltoties per statuta terrarum cavetur; qvòd in causis talium personarum, talis judex solus debeat judicare, & qvòd aliqvam causam coram eo vertentem non possit delegare, qvo casu postea contingit, qvòd talis judex in aliqva causa libenter non judicaret, vel qvia sentit contra amicum, vel aliqva alia de causa, unum est, qvod à sententiando libenter se abstineret, & tamen vigore ipsorum statutorum ab isto onere judicandi non potest se exonerare. Revoco ergo in dubium, nunqvid erit dare Cautelam, qvòd non obstante dispositione statuti, ipsa causa possit delegari? Dic qvod sic, videlicet, qvòd tu judex fingas opus esse ex necessaria causa, per aliqvot dies te absentare, & postea cum effecto te absentes, & ante recessum tuum deleges ipsam causam alicui personæ, tamen probæ & justitiam facturæ, & in delegatione apponas ista verba, videlicet, qvòd delegas tali personæ, talem causam vertentem inter talem, & talem decidendam, & fine debito terminandam, & hoc qvia es justis de causis impeditus & maximè ex causa necessariæ absentiæ: qvia talis delegatio concepta, prout sup. non obstante statuto, valebit & tenebit. *iste est casus, ubi glo. & omnes notant in l. 1. ff. de off. ejus, cui man. est jurisd.* * ubi habetur, qvòd causæ, qvæ ex provisione legum non sunt delegabiles, ut sunt causæ meri, vel mixti imperii, tamen ex causa necessariæ absentiæ possunt delegari, *prout etiam tenet* Jo. *Andr. in addit. Spec. in tit. de jurisd. omn. jud. in addit. incipiente, ex necessitate. & Sal. in l. placet. C. de peda. jud.* & si dices, fateor, qvòd ex causa necessariæ absentiæ, causa, qvæ aliàs non est delegabilis, possit delegari. Sed ubi constat de ista causa necessariæ absentiæ, credetur ne simplici assertioni judicis, dicentis se delegare

legare ex causa necessariæ absentiæ? Respondeo, qvòd sic, usq; qvo probetur contrarium. *Ita tenent Guil. de Cu. & de Ros. in d. l. 1. ff. de offi. ejus, cui m. in. est jurisd.* qvos ibi refert & seqvitur Alex. *in 16. col. versic. sed juxta hoc qværitur,* dicens istud esse menti tenendum: qvia aliqvando notarii, vel alii officiales possunt alium surrogare ex causa. nam creditur officiali causam asserenti, *tenet gl. clara, qvam indifferenter seqvuntur omnes in cap. pastoralis. in verbo, exonerare, de offi. dele. Bal. in l. imperium. in 4. col. versi. 4. qværo, ff. de jurisd. omn. jud. & in Rubr. extr. de off. deleg. in ult. col. & Alex. in consi. 34. incip. consultus alias, in princ. causa in 4. vol. & licet Jas. in d. l. 1. in 18. col. versi. sed nunqvid in hoc stabitur assertioni delegantis.* visus sit tenere con-
2 trarium, per regulam, qvæ est, * qvòd qvotiescunq; qvis non potest liberè actum facere, nisi in certo casu speciali, qvòd de ipso casu speciali non statur suæ simplici assertioni, *ut dicit tex. & ibi no. Bar. in l. si forte. ff. de castr. pe. & in authen. si qvis in aliqvo documento. circa fin. C. de eden. ponunt omnes in l. si donatione. cum suis concord. C. de collat.* qvia ad hoc respondet, qvòd illa regula procedit in privatis personis, secus in judice, de qvo lex multum confidit, *juxta c. bona memoriæ Magunt. de elect. & c. in præsentia, de renunc. & ita similiter respondet glo. in d. c. pastoralis. de off. dele. & ipsemet Jas. in d. l. si donatione. circa fin.* Ad unum tamen est advertendum, qvòd si ista Cautela debet procedere, & habere locum, opus est, qvòd ante reversionem tuam delegatus judicarit in causa, aliàs si reverteteris ante expeditionem, te reverso, statim, & incontinenti expirat jurisdictio delegati, nec reqviritur revocatio, *prout tenet Bart. in d. l. 1. in pen. col. vers. 2. qværo, præses, vel ordinarius. cum qvo omnes, excepto Rom. indifferenter transeunt,* propterea melius esset, qvòd ille, cui delegares ipsam causam, esset tuus amicus, & secretè ei committeres, qvòd velit omninò dictam causam expedire ante reversionē tuam, qvam speras, qvòd erit intra tot dies. Et istam Cautelam ego aliàs practicavi hic Paduæ: nam cùm semel litigarem coram Rectore nostro juristarum, & in causa esset conclusum, & instarem, ut sententiaretur, tunc Rector mihi dixit: qvòd pro me sentiebat, sed qvòd malè libenter in causa judicabat certis suis particularibus respectibus, (nam, & Vicarius suus non

non poterat se in causa impedire: qvia fuerat per partem adversam allegatus suspectus, & allegatio suspicionis fuerat admissa.) Tunc dixi, qvòd prima vice, qva vellet ire Venetias, delegaret causam alicui personæ justæ, & justitiam facturæ,& hoc modo esset exoneratus à judicando,respondit,qvòd istud non poterat fieri vigore cujusdam nostri statuti disponentis, qvòd nec Rector, nec Vicarius suus possit aliqvam causam coram eo vertentem delegare sine consensu partium,tunc dixi: qvòd in delegatione apponeret verba,de qvibus suprà: qvia tunc delegatio valeret, & ita fuit factum, delegatus postea tulit sententiam in favorem meum, à qva cùm pars adversa supplicasset ad nostros dominos consiliarios, juxta formam statutorum nostræ universitatis,& instaret principaliter,qvòd sententia pronunciaretur nulla, tanqvam lata à judice incompetenti, scilicet ac uno, qvi non poterat esse judex statuto obstante, tamen per ipsos domin. consiliarios fuit per prædicta confirmata.

B. Cæpolla Cautela CC.

§. Qvando plures delegati in causa, qvid faciendum est, si times, qvòd major pars eorum sentit contra te in causa.

SUMMARIUM.

1. Clausula, unus sine altero procedat, qvid importet.

SI duobus, vel pluribus causa tua delegata fuerit, sicut fieri potest, & consvevit, *ut in c. pen. in prin. extra. de offi. deleg. & c. si duo ex tribus. & c. cum plures. eo. tit. in 7. cum simil.* & tu intelligis,qvòd unus,vel duo ipsorum sunt, vel sentiunt contra te,& alter pro te,Cautela est, ut procures,ut illi, qvi contra te sentiunt, vel tibi non favent, delegent vices suas alteri conjudici, qvi sentit pro te, vel tibi favet,qvia hoc facere poterunt, si causa fuerit eis commissa simpliciter sine clausula,* ut unus sine altero possit procedere, 1
ut est tex. cum gl. no. & ibi Doct. in c. qvamvis. extra, de offi. del. & poterunt etiam omnes,qvi sentirent contra te,causam alteri subdelegare, in qvo sperare possis victoriam, *ut est casus in c. prudentiam. in pri. de off. del. & habetur in l. à judice C. de jud.* nec poterit ille subdelegatus à collegis, vel ab aliis ferre sententiam pro te, secundum opinionem suam,&contra te secundum opinionem suorum collegarum,vel aliorum subdelegantium, sed debebit secun-

cundum suam opinionem tantùm pro te judicare. *arg. c. si qvis justo impedimento. §. porrò de electione in 6.* qvod no. ut scias tibi providere, qvando judices sunt discordes, & omnes sentiunt contra te.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLVII.

§. Qvòd qvis habeat favorem à judice, qvid juris sit in causa, anteqvam sit judex.

SUMMARIUM.

1. Doctor contra consilium suum aliqvid intentare non audeat.

CAutela, qvòd judex, coram qvo tua causa agitari debeat, tibi faveat, velit, nolit, primò videas, qvando partes intendunt processum ad eum dirigere, qvod præoccupes tempus, & facias tibi consuli in causa illa mutatis nominibus contentis in processu, ita, qvòd de facili pro te consulet, & qvando eritis ad manus ejus, poteritis consilium ejus in medium adducere, ita, * qvòd contra consilium
1 nihil audebit attentare, tamen cautus advocatus recusaret ipsum, ut suspectum. *a*

ADDITIO.

a Ut suspect.) Ut *sæpissimè faciunt procuratores Lugdunen. qvi pro una musca recusant judices tanqvam suspectos. Ista Cautela docet tergiversari, imò non est bonum ipsa uti.*

P. BREDERODIUS CAUT. XI.

§. Ut sententia per unum ex pluribus judicibus lata valeat.

ACcidit aliqvando, ut multi judices simul judicare debeant, nec alter sine altero sententiam proferre possit. *l. Pedius. §. fi. cum l. seq. ff. de arbitriis.* & est hodie expressum *in cap. cum plures. in 6. de offic. delegati.* nisi constet alterum nolle vel non posse. unde si sint plures hæredes unius comitis vel nobilis, ad qvos spectat commodum multarum & pœnarum, unus solus de maleficio non poterit judicare, nisi constet, ut dictum esse, alium nolle vel non posse, *l. si qvis hac lege. §. qvoties. ff. qvi & à qvib.* cum ergo omnes actui ad validitatem ejus consentire debeant, cautela est, ut cum sententia ab uno proferenda sit, scribatur in actis, qvod ceteri judices consentiunt tali judici judicanti & ejus sententiæ. *Bar. in l. si unis. n. 11. ff. de re judic.*

B. CÆ-

B. CÆPOLLA CAUT. CCXXVIII.

§. Pro illo, qvi facit actum judicialem, præsente suo adversario, & qvòd in judicialibus tacens habetur pro consentiente, & reperitur supr. per eundem cautela LXXXVI. qvæ statim subseqvitur.

SUMMARIA.

1. *Verba adversarii qvi non acceptat, ex illis se juvare non potest.*
2. *Sententiis, vel interlocutoriis, ubi appellationi locus non est, nullus videtur consentire, nisi per decem dies taceat, ut per alium actum consensum exprimat.*
3. *Actibus judicialibus in qvibus appellari potest, simpliciter contradicere non sufficit, nisi appelletur.*
4. *Interlocutoriis gravaminis causæ insertæ esse debent.*

SI sit aliqvis actus, vel aliqvid dicatur, aut offeratur in judicio ab una parte, altera præsente audiente, & tacente, & non acceptante, non præjudicat dicenti, vel facienti, aut offerenti, *ut est text. cum gl. 2. no. in l. 3. C. de repud. hæred. & ibi Doc. & maximè Bald.* qvi dicit *per alium text. cum gl.* * qvòd qvi non acceptat verba adversarii non potest se ex illis verbis juvare, idem si dissimulat. Et ideo 1
Cautela est, qvod adversarius faciat scribi, tali præsente, & acceptante, & in parte, & partibus pro se facientibus, contra non consentiente, sed si judex facit actum aliqvem parte præsente, cui displicet, debet contradicere, & ideo sit cautus, ut in actis apponi faciat parte præsente, & contradicente, aliàs si nihil diceret, videretur consentire, *ut probatur in l. 1. C. de rela. & ibi hoc no. Bart. & Dd. idem no. Bart. in auth. si qvis in aliqvo documento. in fin. C. de eden. & l. fi. ff. qvando app. sit. & Abb. Sic in c. intimasti. extra, de appell.* * in sententiis verò, vel interlocutoriis, ubi ap- 2
pellationi locus, non videtur consentire, nisi taceat per decem dies, vel per alium actum exprimat consensum: *ut l. ab eo. C. qvomodò & qvando judex. & l. ad solut. C. de re jud. & in authen. hodie. C. de app. secundum Bart. in d. l. 1. C. de rel.* & non sufficit, qvòd pars, contra qvam lata est sententia, contradicat, * qvia in actibus judicialibus, in 3
qvi-

qvibus potest appellari, non sufficit simpliciter contradicere, sed debet appellari, *ut singulariter dicit Inn. in c. qvod ad consultationem in fin. extr. de re jud. qvem seqvitur Jo. de Imo. in l. ille à qvo. §. si de testa. ff. ad Treb. & Ang. de Aret. in §. præterea qvaedam. Inst. de actio. in materia actionis ad exhibendum.* Sed in contrarium videtur text. *in authent. si qvis litigantium, in princip. C. de episc. aud. in verbo, contradicat.* ubi videtur probari, qvòd sufficiat contradictio infra decem dies, *secundum Bald. & Paul. de Castr. ibi,* sed dicas, qvòd tunc contradictio sufficit, & habetur loco appellationis, qvando ex aliis cohærentiis apparet contra dictum animo appellandi: puta, qvia petiti sunt apostoli, vel qvia contradicens submisit se jurisdictioni superioris, *secundum Bald. ibi,* qvi ita intelligit illum textum, & posset hoc procedere in sententia diffinitiva, à qva potest appellari solo verbo, sine expressione alicujus causæ, *ut l. 1. in fi. cum seq. ff. de appell.*

4 * Sed in interlocutoria non procederet, nisi causæ gravaminis essent in contradictione insertæ. l. *appellanti. de appell. cum simili.* ideo ex prædictis poteris esse cautus, qvaliter debeas facere, qvando in judicio aliqvid fit à parte, vel judice, qvod not. qvia qvotidianum.

B. CÆPOLLA CAUT. LXXXVI.

§. Est in judicialibus, qvòd pars contradicat expressè, aliàs tacendo sibi præjudicat. *Vide cautelam præcedentem.*

SUMMARIA.

1. Tacens in judiciis consentire videtur.

2. Actus contra unum per judicem si in judicio fiat, contradictio non sufficit, nisi appellet.

EST dubium, an tacens videatur consentire, ut habetur in regula, qvi tacet. *& in l. filiusfam. §. invitus. ff. de proc. & Bart. plenè in l. qva dotis. in fin. solut. matrim.* Sed

1 vera conclusio est, * qvod tacens in judiciis videtur consentire, *ut not. Bart. in l. 1. C. de rela.* Et ideo Cautela est, qvando fit aliqvis actus in judicio contra unum, ut ille semper respondeat, & dicat, qvòd ipse non consentiat. Et ideo boni procuratores facient scribere: Me præsente, & non consentiente, *ut dicit Barto, in d. l. 1.* Vel melius est dicere, qvod in parte, & in partibus facientibus contra se non con-

consentit. & istud procedit, qvando actus fit per adversarium, * sed si actus fiat per judicem in judicio contra unum, 2
non sufficit, qvòd ipse non contradicat, nisi appellet, *ut singulariter dicit Inno. in c. qvod ad consultationem. de sent. & re judi. & seqvitur Ang. de Perusio, & Joan. de Imo. in* l. *ille à qvo.* §. *de testamento. ff. ad Treb.* Circa hoc tamen vide text. qvi videtur facere in contrarium. *& ibi Bald. & Paul. de Castr. in Auth. si qvis litigantium. in prin. in verb. contradicat. C. de episcopali aud.* Sed dic, si actus fit per partem in judicio, sufficit dicere: Non consentio, sed si fit per judicem, & tunc aut est talis, à qvo possit appellari, ita qvòd nisi appelletur, transit in rem judicatam, & tunc non sufficeret dicere, non consentio, nisi appelletur. & ita intelligit Innocen. Aut ab actu judicis non potest appellari, sicut regulariter ab interlocutoria de Jure Civili non appellatur, & tunc non reqviritur appellatio, sed sufficit contradictio.

P. Brederodius Caut. XII.

§. Pro Judice acta conficiente, ut processus nulli cavillationi obnoxius fiat.

SUMMARIA.

1. Sententia vitiatur substantialium defectu.

2. Sententiæ verba qvalia debeant esse.

Si qvid ex substantialibus judicii omittatur, sententiam ipso jure nullam esse constat. 1
Bart. in l. *consensisse.* 2. *n.* 3. *ff. de judiciis.* l. *prolatam. in prin. & ibi Bart. Bald. & Paul. de Castro. C. de sentent. & interloc.* ut puta, si non intervenerit litis contestatio, libelli oblatio, vel qvando interponitur primum vel secundum decretum, sine citatione & cæter. l. *hac autem.* §. 1. *ff. qvib. ex caus. in possess. eat. Bar. in* l. *multum. ff. de condit. & demonstrat.* ne ergo sententia corruat, *Cautela* est, & practica, ut ponatur * in sententia. 2
Visis itaq; petitione prædicta, litis contestatione juramento testium, eorumqve dictis instrumentis, juribus utriusq; partis, & ceteris, Christi nomine invocato. &c. nam hac ratione efficitur, ut sententia consistat. Sic notabiliter dicit *Bart. in d.* l. *consensisse. n.* 4. *ff. de judic. vide Alex. in* l. 2. *C. de arbitr. & in* l. 2. *col.* 3. *C. de edend. Abbas in cap. prudentiam. in princ. col. fin. de offic. deleg.*

P. BREDERODIUS CAUTELA XIII.

§. Pro Judice, qvi de consensu partium causam consilio sapientis commisit, ut non teneatur, etiamsi secundum malum consilium judicavit.

SUMMARIA.

1. *Judex consilium sapientis iniqvum seqvens, de syndicatu tenetur.*

2. *Fallit duobus casibus.*

1 JUdex, * qvi causam de partium consensu commisit consulendam, si consilium datum sit injustum, & is nihilominus secundum illud sententiam tulit, tenebitur in syndicatu, præsertim eo, contra qvem lata est contradicente. *l. qvidam decedente. §. pater, & l. Titium & Mævium. in prin. ff. de administrat. tutorum. Bar. in l. si convenerit. n.* 3. *& 4. ff. de re judic.* nam licèt partes consenserint, ut committatur, non tamen consentiunt, ut sententia sic feratur, si malè consuluit. Angelus autem ita demum dicit judicem, si sententia manifestam in se habeat iniqvitatem, aliàs judex justam habet caussam seqvendi consilium, maximè qvando partes consenserint in personam consultoris, cui addendum est secundum Pau. de Castr. qvod notat Bald in l. Mancipia. C. de serv. fugit. item Baldus in consilio 246. *inc. commissus fuit artic. volum. secund. vers. item habuit consulere.* ubi dicere videtur, qvod qvando partes consenserunt in consultorem, standum esse consilio. *Cautela* * ita-
2 qve erit judicibus in omnem eventum, ut faciant scribi in commissione, qvod partes ex nunc consentiunt, ut secundum consilium talis feratur sententia. Nam tunc judex non poterit conveniri in syndicatu. *Bart. in d. l. si convenerit. num.* 4. Sed hac cautela non opus est, si ex forma statuti, causa committi debeat consulenda & judex consilium illud seqvi debeat. *Bar. in d. l. si convenerit. num. 4. in fin. vide Angel. consi. 216. incip. visis igitur.*

T. FERRATUS CAUT. XXXI.

§. Ad liberandum judicem, ut non fecerit litem suam, qvando judicavit contra communem opinionem Doct.

SUMMARIA.

1. *Judex in judicando secundum communem opinionem judicare debet.*

2. *Opi-*

1. *Opinio communis dicitur, qvam plures gravioresqve amplectuntur.*
2. *Judex judicans secundum opinionem magistri sui, licet mala sit, non facit litem suam, nisi magister sit una vacheta.*

MAnifestum * est, qvòd judex in judicando debet judicare secundum communem opinionem Doct. *ut no. Jo. And. & communiter Doct. in c. 1. de constit. Bar. & alii in l. fi. C. de pæn. judi. qvi mal. jud. Bal in l. 1. per tex. ibi, ff. de qvæstor. & in l. 1. ff. de sena. Ant. in c. novimus, per tex. ibi, de verbor. sign. cum infinitis concordan.* aliàs si judex judicat contra communem opinionem, facit litem suam, *ut no. Bar. & Ang. in d. l. fin. C. de pæna jud. qvi ma. jud. Bar. & Alex. ibi, in fi. in l. prolatis. ff. de re jud. Angel. de Aret. in §. 1. Inst. de obl. qvæ ex qvasi delict.* nam per imperitiam præsumitur judicare, qvi adhæret singulari opinioni relicta communi, *ut dixit Bal. in Rubr. C. de pæn. jud. qvi malè jud. & Alex. in consi. 95. incip. visis processib. in 3. col. in 2. vol. & Franc. de Cur. in consi. 49. incip. memoria recolenda dux Mediolani tertius, in 30. colum. circa medium.* * & illa dicitur communis opinio, qvam plurès gravioresq; amplectuntur, *ut dicit d. Abb. in c. prudentiam, in prin. in 1. col. de offi. deleg. & Alex. in consi. 7. incip. videretur prima fronte dicendum. in 4. col. in 4. vol. & est bonus textus. in ca. in canonicis scripturis. 19. distinct.* nam facilius invenitur, qvòd à pluribus sapientibus qværitur, *ut cap. de qvibus. 20. distinct.* & similiter per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, *ut l. pen. C. de fideicom.* Modò qvidam judex judicavit contra communem opinionem Doctorum, qvo casu fecit litem suam, & sic tenetur parti ad interesse, qvomodo faciet ad evitandum, qvòd non fecerit litem suam? Dic, qvòd *Cautela* est, ut discurrat cum mente, vel aliqva bona via videat se informare, an si tempore, qvo studebat in studiis publicis, intrabat sub aliqvo Doctore, qvi teneret illam opinionem, qvia hoc probato, non tenebitur parti ad interesse: * nam *a* judex judicans secundum opinionem sui magistri, licèt talis opinio sit mala, non facit litem suam. *ita pulchrè dixit Abba. in cap. in 6. colum. versi. sed vide notabile d. Oldra. de postu. præla. dicens istud fuisse d. Oldra.* 2 3 a

in l. *qvæsitum.* §. 1. *ff. de fun. instruct.* qvod dictum refert & seqvitur solennis Doctor Vincentius Paleotus, qvem habeo ad pennam, *in* l. 1. *in* 5. *chart. versic. adde qvod judex. ff. si certum petatur.* dicens, qvòd per istam doctrinam semel evasit in practica qvendam judicem à syndicatu. *& hanc opinionem similiter tenet Fel. in c.1.in ultim.col.versic.5. not.qvòd judex.de const.& Bart. in sua repet. Rubr.extrà,de fid.instr.in 7.char.in versic.& per illum text.dicit ibi Nico.de Neap.& do. Amad.de Castel. in suo tracta.syndic.in verbo,item in eo,qvod plures innocentes condemnaverunt, & plures nocentes absolverunt. versic. & idem si judicat contra communem opin.* tenet Bart.Bolo.in sua amœna repe.auth.habita.C. ne fil.pro pat. in 25.colum. versic. similiter,qvi tulit sententiam, ubi dicit hoc procedere, & esse verum,si ille magister erat homo doctus & solennis, secus autem si erat una vachera,dicens ista fore verba Bald. *in l.filium qvem habentem. C. famil. herciscund. & est de hoc bona glo. in cap. cùm beatissimus. 24. qvæst. 1.*

CAUTELA.

a Nam judex.) *Dic, qvòd non est tuta Cautela ista, cùm judex seqvi teneatur communem opinionem, non autem singularem opin. unius doctoris,& præsumitur per imperitiam judicare, qvi inhæret singulari opinioni unius doctoris, relicta opinione communi,* vide signanter per d. Alex. de Imo. in cons. suo 34. in ultimis verbis. in 1. volum.

T. FERRATUS CAUTELA XLVII.

§. Pro judice ad evitandum pœnam statuti, qvando intra tempus limitatum non potest determinare causam.

SUMMARIUM.

1. *Sententia ista an valeat, condemno, vel absolvo, prout qvisqve ex [illegible] est condemnandus, vel absolvendus.*

PLerunqve per statuta locorum cautum est, qvòd judex non determinans causam intra tale tempus, cadat in talem pœnam, qvo casu postea contingit, qvòd judex a aut per negligentiam,aut aliqvo negotio detentus, intra tempus à statuto taxatum non vidit acta, & tunc salva conscientia non potest suam sententiam ferre, imò si vellet judicare

care ipsa conscientia postposita, posset taliter pronunciare, qvòd faceret litem suam; *juxta no. in* l. *fin. C. de pœn. judicis, q*v*i malè judica. & in* l. *cum prolatis. ff. de re judica.* si verò non sententiat intra temp9 debitum secundum formã statuti, cadit in pœnam, qvomodo ergo faciet judex, qvando non vidit processum, evitare pœnam statuti? Dic, qvòd pronunciet in hunc modum: Condemno, & absolvo, prout qvisqve est condemnandus vel absolvendus ex actis, * 1
qvia ista sententia hoc modo prolata, valet, & tenet, & satis dicitur esse certa, ex qvo ex actis potest certificari, *juxta not. in* l. *tertia. C. de senten. q*v*a si. cer. q*v*an. profer. & per Innocent. in cap. 2. de liber. obl.* & isto casu, per hujusmodi sententiam, judex evitat pœnam statuti. ita not. dixit Abbas *post Anton. in cap. pen. circa finem, de jud. ubi etiam Felinus in penult. col. & Bald. in* l. *ait prator. §. si judex. ff. de re jud.* dicens, hanc Cautelam esse pro judicibus imperitis, vel non habentibus tempus deliberandi. ponit idem Bald. *post Jas. Bal. in* l. *cùm judex. C. de sentent. & in* l. *si de meis. §. fin. ff. de arbitr.* dicens, qvòd in illa civitate ita fecit qvidam collateralis, qvi absolvit absolvendum, & condemnavit condemnandum, prout ex actis apparebat. Seqvitur Lance. dicens, hunc esse singularem modum, *in* l. *non q*v*emadmodum. ff. de jud.* Secunda Cautela est, qvòd absolvat partes: ab observatione judicii, jurando de causa sibi non liqvere, qvia hoc modo similiter evitabit pœnam à statuto impositam. *ita pulchrè* v*oluerunt Ang. Paul. de Castr. & Alex. ibi, in princ. in* l. *si uni, aliàs incipit, Pomponius. ff. de re jud. Ange. & Alexan. ibi, in 3. col. in* l. *ait prator. §. si judex. ff. eod. Ange. & Paul. de Castr. in d.* l. *non q*v*emadmodum. ff. de jud. Bald. in c. 1. §. sancimus.* v*ersic. sed hic incidenter q*v*aritur, q*v*o tempo. mil. in*v*e. pet. debe. in usib. feudo.* Tamen ista cautela est intelligenda, juxta ea, qvæ habentur per Bartol. *in* l. *properandum. §. & si q*v*idem in 3. opposi. C. de jud. & in d.* l. *si de meis. §. fi. ff. de arb.* scilicet qvando ipse judex non posset redargui de culpa, *secundum Alex. in d. §. si judex. & Felin. in cap. pen. de jud. & in cap. causam matrimonij. de offic. deleg.* propterea prima Cautela est tutior.

ADDITIO.

a Qvod jud.) *An judex possit con*v*eniri, si ej9 negligentia*

debitor pupilli aufugit, vide Ludo. Rom. in consilio suo 257. qvod incipit, ex tribus concluditur. *Et qvod si judex expresse habeat relationem ad acta, & ex actis, ad qva habet relationem, apparet de errore judicis in sententia, an talis sententia sit nulla? Dic qvòd sic, secundum communem conclusionem*, vide per Alex. in cons. 123. in 1. lib. consiliorum, ibi, qvòd autem dictæ sententiæ, &c.

P. BREDERODIUS CAUT. XIV.

§. Pro judice, contra qvem agitur, qvod malè judicavit, ut minuatur pœna.

SI judex per imperitiam malè judicavit, condemnabitur, in qvantum religioni judicantis æqvum videbitur, qvod si paterfamiliàs judex fuerit, tenetur, in qvantum facere potest, si verò filiusf. fuerit pro modo saltem peculii, nisi dolus qvoqve illius intervenerit, nam tum in solidum teneretur. Bart. *in l. si filius f. §. judex. ff. de judiciis.* ubi tradit hanc cautelam, ut evitet graviorem sententiam, qvod probet, se tempore syndicatus filiumf. fuisse, & sic ultra peculium non tenebitur. Porro in qvantum judex filiusf. teneatur, si per imperitiam male judicavit pulchr. *Innoc. in cap. super eodem. qvod met. caus.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXXXVI.

§. Contra judicem, qvi non vult causam expedire, de protestatione, qvæ fieri debet contra ipsum, ad hoc, ut faciat litem suam.

SUMMARIA.

1. *Judex si in judicando negligens fuerit, vel judicare differat, alteri parti læsæ tenetur.*
2. *Judex in dubio in negligentia esse non præsumitur, nisi pars protestata fuerit.*

SI judex est timorosus in procedendo, aut simulat procedere ad ulteriora, & tamen non facit, dic, qvod Cautela est, ut pars vadat ad superiorem illius judicis, & faciat ipsum compellere, ut procedat, *ut habetur in cap. 1. extra de suppl. neg. præl. facit qvod not. Bart. in tracta. repræsaliarum. & qvod not. Bald. in cap. 1. in princip. in tit. de mil. vasal. qvi contumax est, in usib. feud.* & ista practica servatur qvotidie. Secunda est, ut pars ipsa humiliter instet coram judice, ut debeat procedere ad ulteriora, qvòd si non facit,

facit, gravata poterit appellare. & hæc duo remedia ponit. Joan. And. *in c. dilecto. de præb. in Novella. & vide ad hoc Bald. in fin. C. de sent. & l. 2. C. ut lite pend.* * Si judex est negligens in judicando, vel differt, judicare scienter, tenetur alteri parti læsæ, *ut Instit. de obl. qvæ ex qvasi delicto in princip. & l. ex malef. §. si judex. ff. de act. & obl. & l. fi. ff. de variis, & extraor. cog. & ibi hoc no. Bar. Bal. & Ang. & alij in l. mancipia. C. de ser. fug. & Bar. in l. non qvidqvid. ff. de jud. & Bar. Bal. & Docto. in l. 1. C. qvomodo & qvando judex. & Bal. & alij in l. ex argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. & Bald. in l. observare. §. proficisci. in 18. q. ff. de off. proc. & leg. & in c. 1. §. judices. in 3. colum. in tit. de pac. jur. firm. Bart. Ang. Imo. in l. 4. §. in eo. ff. de dam. infect. & per Ang. in auth. scenicas non solùm si fidejussores. col. 5. & per Doct. in l. si qvando. C. de test. & in l. si qvis in conscribendo. C. de pac. cum similib.* Et licèt sit dubium, an hoc casu faciat litem suam: an verò puniatur, ut habetur in dictis locis, & maximè per Aug. *in d. l. mancipia.* tamen dico, qvòd punitur ista negligentia, etiam qvando judex est negligens in puniendo, & in faciendo dare pœnam parti, qvæ ei dari debet per alteram ex dispositione juris communis, *ut singulariter vult Ang. in d. auth. scenicas non solùm, & c. in prin. per illum tex.* qvi dicit, qvòd fallit litem suam. Et idem tu dicas, qvando imponit minorem pœnam, qvàm deberet, *ut l. nulli in fi. C. ne san. baptis. ite.* & in his duobus casibus, qvando est negligens in puniendo, vel minus punit, qvàm debeat minuendo pœnam sine causa legitima, *juxta no. in l. qvid ergo. §. pœna gravior. ff. de his, qvi not. infam. & in l. si severior. C. eod. tit.* eadem pœna tenetur judex, qva delinqvens venit puniendus, *ut est cas9 singularis in d. l. nulli.* Item etiam infamatur, *ut est casus unicus in l. servos. in fi. C. ad legem Jul. de vi publ. & priva. secundum Host. & Jo. And. & Anto. de But. in c. de causis. de offi. deleg. & ita etiam tenet Lud. de Ro. in singulari suo 78. qvod incipit, tu habes. & adde qvod not. Bal. in auth. statuimus. C. de episco. & cleri.* * Sed advertas, qvod in dubio judex non præsumitur 2
fuisse in negligentia, nisi pars fuerit protestata, *ut no. Imo. in l. damni. §. Sabini. in fi. ff. de dam. infect.* Ideo sis cautus, ut qvando judex protrahit causam in longum, ei protesteris de pœnis juris, si nõ procedit in causa, vel si condemnet,

 vel

vel puniat in minori ſumma, vel pœna, qvam debeat, ita aliàs obſervavi.& adde,qvæ dixi in præcedenti Caut.

R. FICHARDI CAUT. LXXVII.

§. Pro agente in Syndicatu contra judicem, ut rectè formet petitionem contra ipſum, ne oneretur ſuperflua probatione.

NOn minus certè refert in cauſa Syndicatus, ut petitio rectè formetur, ne actor, vel accuſator fortè ſeipſum oneret ſuperflua,ſibiq; non bene poſſibili,probatione. Nam ſi peteret, judicem condemnari in aliqva qvantitate, vel re certa, videbitur tunc intentare, qvod judex malam ſententiam tuliſſet ex dolo,qvam neceſſe haberet poſtea probare. *l. qvoties.§.qvi dolum. de probat.* qvod certè difficillimum foret ipſi, ideoq; ſuccumbere poſſet. Cautelam igitur tradit Cæſ. Contard.*in l. unic.C.ſi de momen. poſſ.fuer. appel. lim.11. num.* 8. ut agens petat judicem puniri, qvantum æqvum videbitur diſcretioni judicantis. Tunc enim fundabitur judicium ſuper culpa ſive imperitia judicis, qvæ facilè probari poterit: nam probando iniqvitatem ſententiæ, per conſeqventiam probata erit culpa & imperitia judicis. *ita qvoq; monet Ang. in l. ex maleficiis. §. ſi judex.ff.de act. & obl.qvem ſeqvitur Ang. Aret. in Inſt. tit. de oblig. qvæ ex qvaſ. delict. in fi.princ. Felinus in cap.qvoniam contra.nu. 20.de probat.* Si verò dolum qvis probare poſſit, tunc judex doloſus condemnaretur in ſolidum ad veram litis æſtimationem, *ut ibi per Contard. in fin.*

CAUTELA.

§. Ut Judex liberetur à ſyndicatu, ſi velit judicare contra contumacem, *vide ſuprà eodem in tit. de contumacia, loc.1.*

DE NULLITATE PROCESSUUM. Tit. XXXII.

B. CÆPOLLA CAUT. CXIX.

§. Ad annulandum proceſſum, & ſententiam diffinitivam.

SUMMARIUM.

1. Clauſula: non conſentiente, imò contradicente, qvid importet.

SI tu advocatus vis cauſam vincere, adverte diligenter, qvòd ſi poſt litis conteſtationem per procuratorem tantùm intervenit dominus perſonaliter in judicio, & tractat cau-

causam per seipsum, semper contradicas, & scribi facias in actis, * te non consentiente, imò contradicente, *juxta ea quæ ponit Bar. in l.1.C. de rela.* nec te ultra in verbis extendas. & in fine causæ, si vides contra te debere ferri sententiam, immediatè alleges, qvòd omnes actus facti per dominum sunt nulli ipso jure, cùm fuerint facti te invito, & post litis contestationem per procuratorem suum, non interveniente causæ cognitione, an dominus potuerit intervenire, vel non, *ut probatur in l. post litem. ubi videtur casus de hoc. ff. de procur. & hoc videtur velle Bar. ibi, & alleg. l. mutari. ff. de procu.* & ita tenet expressè Angel. *in d. l. post litem*, qvod dicit esse verum, nisi dominus in judicio compareat ratione juris utilis, qvòd habet in instantia, *ut habetur in l. in causa. eod. tit.* & propterea, ut tollatur ista dubitatio. & id periculum aliqvi volentes evitare per procuratorem, in libello faciunt describere nomen proprium, & procuratoris disjunctivè, & copulativè, dicendo: Titius, sive Sempronius, tanqvam ejus procu. &c. ad hoc, ut tam dominus qvàm etiam procurator efficiantur domini litis, & instantiæ directè, qvo casu lite contestata in persona utriusq;, poterit esse solus dominus in judicio, & comparere. Est & aliud remedium, qvando est lis contest. in persona procuratoris tantùm, qvod procurator constituat suum procuratorem dominum suum, qvia sic potest lite contestata procurator alium procuratorem substituere, & propterea cautus sit dominus, ut solus non compareat lite contestata in judicio, nisi litis conte. etiam sit facta in persona sua, vel nisi substituatur à procuratore, vel nisi præsente adversario, & consentiente, aliàs gesta per eum essent nulla per prædicta. 1

B. CÆPOLLA CAUT. XCIV.

§. Ad annulandum processus episcoporum procedentes contra suos feudatarios.

SUMMARIUM.

1. *Vasallus ipso jure non cadit jure suo, sed reqviritur sententia per judicem competentem facta.*

Solent communiter episcopi post acceptam episcopatus possessionem proponere edicta in valvis ecclesiæ, qvòd si est aliqvis feudatarius ecclesiæ, debeat comparere ad petendum investituram infra annum, *juxta cap.*

primum & secundum, quo tempore mil. investi. pete. debe. in usibus feud. & in casu, quo non venit infra dictum tempus, movet eos, quod veniant assignando sibi aliquos dies, puta novem: & tres pro primo, & tres pro secundo, & alios tres pro tertio termino & peremptorio, & casu, quo non veniant infra dictum tempus, exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc, eos privant feudis suis. Aliqui episcopi volentes uti Cautela meliori, elapso termino privant vasallos suos, & postea conferunt feudum aliis. Sed tu adverte, quòd ista practica non est bona, nec aliquid valet. Et est ratio, quia possibile est, quòd vasallus habeat aliquam justam causam non comparendi, vel quia est pupillus, vel quia est infirmus, vel quia est absens, vel propter aliam causam similem, *ut est textus in cap. sancimus. in d. tit. quo tempore mil.* & ad hoc, ut vasallus privetur feudo ob investituram non petitam tempore debito, requiritur sententia,* quia ipso jure non cadit à jure suo, *ut probatur in d. c. sancimus, & ibi not. Bal. & Doct. Jacob. de Alvar. & Doct.* & ideo talis sententia debet fieri per judicem competentem, aliàs est nulla, *ut in toto tit. C. si à non competen. jud. & in cap. ad nostram. de consti. & in cap. at si clericus. de jud.* sed quando est quæstio inter episcopum & vasallum, videlicet si vasallus cecidit à jure suo, vel si debet privari propter investituram non petitam, vel ob aliam causam, dominus feudi non potest esse judex, & sic est incompetens, quia talis causa debet terminari per pares Curiæ, id est, cum vasallis ejusdem domini, *ut est glo. ordin. & ibi per omnes Doct. in c. cæterum. de jud. & habetur per gl. & Doct. in c. 1. §. penul. de prohib. feud. alien. per Feder.* & ita aliàs vidi judicare sæpè, & bene contra episcopos privantes sua sententia vasallos suos, ex eo, quod fuerint judices incompetentes investituræ factæ de dic. feudo, ab aliis fuerunt declaratæ nullæ dictæ sententiæ, & ideo sint cauti episcopi, ne pronuncient per se contra vasallos suos, sed eligant pares Curiæ, id est alios vasallos, & faciant, quòd illi provocent, quod no. perpetuò, quia multi errant in hoc, & patiuntur episcopos auferre feuda sua indebitè.

1 (margin mark beside "requiritur sententia")

T. FERRATUS CAUTELA XII.

§. Ad irritandum unum processum.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ tacitè remitti potest: sed si petitum non præstetur, processus est nullus.*
2. *Juramentum de calumnia in tantum necessarium est, & rationabile, qvòd non valeret statutum, seu consvetudo in contrarium, qvòd tale juramentum præstari non debeat.*
3. *Citatus ad audiendum jurare testes, si non compareat, & examinentur testes, processus omnino nullus est.*
4. *Acta ubi non loqvuntur, nec nos loqvi debemus, & qvod in corpore actorum non continetur, factum non reputatur.*
5. *Acta probari non possunt regulariter per testes.*
6. *Testificatio per juratos testes facta partibus absentibus non probat.*

SI qvis movet tibi litem, & vis facere, qvòd processus, qvi in causa formabitur, sit nullus, accipe Cautelam, qvòd qvando respondes libello actoris, & negas narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur, &c. qvòd tunc in responsione tua in aliqva parte, qvæ non soleat multum ponderari, petas partem adversam jurare de calumnia, & postea circa d. juramentum amplius non insistas, qvia si adversarius non advertat ad dictam petitionem juramenti, & sic de calumnia non juret, totus processus erit nullus, * qvia juramentum calumniæ bene potest tacitè remitti, *ut c. 1. de juram. calum. in 6.* sed si est petitum, & non fuerit præstitum, totus processus est nullus. *ita tenent Jac. Bu. Pau. de Cast. & Franc. de Are. in l. 2. §. sed qvia veremur. C. de juram. cal.* ubi Jac. de Bu. dixit, qvod malitiosi, procuratores, dum respondent libello, negant narrata, prout narrantur, &c. & postea in fi. scripturæ petunt de calumnia jurari, & ulterius non insistant, ut si tale juramentum non præstetur, totus processus reddatur retrò nullus. qvam opinionem similiter tenet Bar. & clarius Alex. *circa prin. in l. de pupillo. §. qvi op9. ff. de operis novi nunci. Imol. in l. qvi bona. §. si alieno. & ibi Alex. in 5. col. vers. & circa istud juramentum* 1

tum

tum calumnia.ff.de dam. infect. Mathesil. in suis singu. 66. incip.no.aliam Cautelam. Jas. in l.jusjurandum.& ad pecunias.§. jusjurandum. ff. de jurejur. Practicus Papien. in forma libel.in actione reali.in verbo,per sacramentum calumnia. * nam ista præstatio juramenti de calumnia est in
2 tantum necessaria & rationabilis, qvòd non valeret statutū, seu consvetudo in contrarium, qvòd tale juramentum non debet præstari, *ut c.ceterum.de juram.cal.& c.constitutus. de fidejussi.& ita firmant Mathesil.Jas.& Practicus in locis suis superius alleg.* Secunda Cautela est, si vis irritare
3 processum, qvi agitatur in causa, qvòd qvando * citaris ad videndum jurare testes, *juxta l.si qvando. C. de testi.& in ca.in nomine domini.extr.eod.* non compareas, qvia si eveniret, id, qvod sæpissimè solet evenire, qvòd testes vocati ad testificandum, comparent coram notario, neutra parte præsente, & dicunt: Domine notarie, nos fuimus citati ad deponendum in tali causa, vellemus, qvòd nos expediretis, qvia sumus impliciti negotiis, non possumus hic diu morari, notarius autem neutra parte præsente, defert eis juramentum, & postea dicit: Ite, & revertimini cras, qvia vos examinabo, nunc non possum, & notarius istud facit ad hoc, ut testes jurati in termino, possint qvandocunq; examinari etiam extra terminum, *juxta notata per Bar.& Rom. in l. damni.§.Sabini.ff.de dam.infect.& latè per Roma.in cons. 446.incip.qvoad primum.* nam si eveniret, ut superiùs est dictum, qvòd notarius deferret juramentum testibus de veritate dicenda, neutra parte præsente: Vel dic etiam, posito qvòd partes sint præsentes, vel aliqva earum, sed istud non constaret in actis, qvo casu de deductis in judicium, tantùm creditur judici, & notario, qvantum probant ipsa acta, *ut*
4 *c.qvoniam contra.cum ibi notatis,de probat.* * nam ubi acta non loqvuntur, nec nos loqvimur, & qvod in corpore actorum non continetur, factum non reputatur, *ut dicit*
5 *Bal.in c.fin.de probat.* nam acta * non possunt probari per testes, nisi qvando fuissent redacta in scriptis, & essent deperdita, *ut not.per Bar.& Bal.in l.ne in arbitris.C.de arb. & latè per Bal.in l.fi.in 2.colum. vers.qværo nunqvid acta judicii.C.de jud.concordan. traditis per Felin. in d. c. qvo-*
6 *niam contra.de probat.in ult.col.versi.9. qværo.* tunc * omnis testificatio facta per tales testes juratos, neutra parte præ-

præſente, non valet, nec tenet. iſta eſt gloſſ. peregrina, & unica in jure, *in l. ſi qvando. in verbo, introducit. C. de teſti.* per Raph. Ful. in l. 1. C. qvomodo & qvand. judex. dixit, ſe hic Paduæ irritaſſe mille proceſſus, & mille dicta teſtium. *qvem refert & ſeqvitur Lanfran. de Orta. in repe. d. c. qvoniam contra. in verbo. teſtes. in 6. qvæſt.*

R. Fichardi Cautela LV.

§. Pro Condemnato in judicio poſſeſſorio, ut alleget nullitatem tam per modum exceptionis, qvam principalis petitionis.

Contentio eſt inter Doct. de nullitate in cauſa poſſeſſorii, an nimirum ea principaliter induci debeat, vel per modum exceptionis, ita, ut executionem impediat: ſi qvidem communis Doct. opinio eſt, qvòd & ſi victo in cauſa poſſeſſorii non liceat appellare, tamen non prohibetur confugere ad remedium nullitatis, *ut copiosè tradit Caſ. Contard. in l. unic. C. ſi de mom. poſſeſ. fuerit appell. in limita. 7. num. 1. cum ſeqven.* (de qvo etiam in Caut. 10. dictum eſt.) Nam qvod executionem impediat, ſi principaliter, & per viam actionis, anteqvam cœpta ſit executio, inducta ſit, tenuerunt Spec. *in tit. de libell. concept. §. nunc dicendum in fi. Caſt. in l. 4. §. condemnatum. nu. 3. ff. de re jud. & Alex. in d. §. condemnatum. num. 14.* qvam opinionem magis communem atteſtatur Didac. Covar. *pract. qvæſt. c. 24. num. 6.* Contrà verò, qvòd non impediat executionem, ſi principaliter inducatur, ſed ſi tempore executionis per modum exceptionis opponatur, tenet Innoc. *in cap. cùm in jure peritus. de offic. deleg.* cujus etiam opinionem tandem prævaluiſſe, & in practica ſervari, etiamſi judex nullitatis inhibuiſſet, aſſerit d. Contard. *in dict. limit. 7. num. 19. allegans ad id deciſ. Rot. 280. in novis, & Roman. in l. ſi feriatis. in fin. ff. de feriis. Alexan. conſi. 83. num. 9. lib. 5. Ruin. conſi. 59. num. 8. lib. 5. Caſt. conſi. 260. num. 12. lib. 1.* Cùm igitur videatur de ea qvæſtione, adhuc ſub judice lis eſſe (ut qvidem etiam ipſe Contard. non ſatis ſibi conſtare videtur in eo, qvod initio dict. limit. 7. dicit, licere Victo ad remedium nullitatis confugere, dummodò eam principaliter deducat. cum multis allegatis ibidem. & tamen poſtea in num. 19. dicit Innocentii opinionem, qvæ contrarium vult, tandem prævaluiſſe, & in practica ſervari.) ideo

Cau-

Cautelam tradit idem Contard. *d. limit. 7. n.20.* ut is, qvi primum principaliter induxit nullitatem, postea etiam (intelligo tempore executionis) via exceptionis eam proponat, & in continenti illam probet. qvando qvidem is, qvi porrexit libellum principaliter super nullitate, non prohibeatur etiam via exceptionis impedire executionem sententiæ, *secundum Alex. in d. §. condemnatum. num.* 14. *& Bertran. cons.* 127. *n.* 50. *& seqven. lib.* 3. *in antiq.*

R. FICHARDI CAUT. LVI.

§. Pro eo, contra qvem movetur qvæstio nullitatis sententiæ principaliter in causa possessorii, anticautela.

TEnendo opinionem illam Paul. de Cast. *in l. 4. §. condemnatum. n. 3. ff. de re jud.* nempe, qvòd nullitatis sententiæ in causa possessorii principaliter, & non per modum exceptionis, inducta, impediat executionem (de qvo in præcedenti Cautela dictum est.) ideoq; etiam idem Pau. *in auth. qvæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer.* dicat, Florentiæ ita (qvasi pro Cautela) practicari, qvod anteqvam executio petatur, festinanter datur libellus nullitatis, & petitur sententiam nullam declarari. Tamen illam Cautelam Paul. de Cast. posse per talem anticautelam reddi illusoriam, tradit Contard. *in dict. l. unic. C. si de mom. poss. fue. app. limit. 7. n. 24. & 25.* ut videlicet is, contra qvem petitur, ut sententia declaretur nulla, compareat, & principaliter petat executionem sententiæ, qvia tunc primus Petitor statim cogetur nullitatem illam, qvam priùs principaliter moverat (si modò illi insistere velit) per viam exceptionis movere, atqve ita prima petitio nullitatis habebit postea vim simplicis exceptionis, per qvod fiet, ut executio non impediatur amplius, qvia prima petitio evanescit, & instantia judicii ab illa secunda petitione inchoabitur. *ad hoc allegat Decium in cap. in præsentia. n. 5. versic. ex qvo colligitur. de probat. & Aim. Pub. in consvet. Anvern. titu.* 18. *art. 6. in fin.* Sed certè ego de illa anticautela Contardi (ui ipse eam vocat) dubitarem, si primus Petitor responderet ad petitionem super executione, se repetere exceptionis loco suam principaliter propositam petitionem super declaratione nullitatis, qvam paratus esset incontinenti probare, & ita non vellet ab ea desistere, qvæ qvidem oblatio probationis multum ipsi utilis esset, & faceret impediri execu-

tio-

onem, ut idem Contard. attestatur *in dicta limitat. 7 n. & 27.* etiamsi non principaliter, sed per viam exceptionis induceretur nullitas, ut inferre licet ex eis, qvæ dicit. num. 27. & in initio num. 25.

DE APPELLATIONIBUS ATTENTATIS ET INHIBITIONE. Tit. XXXIII.

I. De Arnono Caut. XX.

§. Pro illo, qvi dixit sententiam nullam, ut possit Appellare, etiam post decem dies.

HABUISTI sententiam contrariam infra decem dies, ab ea non appellasti, sed dixisti eam nullam, anteqvam pronunciaretur super nullitate, elapsa sunt tempora appellandi, succubuisti in nullitate, nunqvid possis redire ad remedium appellationis? Videtur qvòd non, propter authent. hodie. *C. de appellat.* qvæ vult, appellationem debere interponi infra decem dies. In contrarium est veritas, nam in casu nostro, non obstante lapsu decendii, poteris redire ad remedium appellationis. *Ita Cynus, Baldus, & Paulus de Castr. in l. contra majores, C. de inoffi. testamen.* Et hoc si habuisti justam credulitatem super nullitate. *Idem tenet Cynus, Rayn. & Baldus in l. qvi testamento. in princip. ff. de excus. tut. Rapha. Cuma. in consilio suo centesimo sexagesimo secundo, incipiente. proponitur, qvod A. judex.* Hoc intellige, qvando intentasti causam nullitatis seorsim ab appellatione, secus si simul. *secundum Bald. in d. l. qvi testamento*, prout hodie communiter fit, dum dicit, dico sententiam nullam, & si qva est, dico eam injustam, & ab ea tanqvam injusta appello. & ideo Cautela est, ut qvi habet justam credulitatem super nullitate, intentet eam infra decem dies seorsim ab appellatione, qvia si postea succumbet in nullitate, poterit redire ad appellationem, etiam post lapsum decendii, non obstante authent. hodie, præallegata. Et ita aliàs ego judicavi inter duos civitatis Tursii, dum essem vice Cancell. generalis Anglonensis.

P. Brederodius Caut. XV.

§. Pro appellare volente, si per judicem stat, qvo minus appelletur.

GRavatus per judicem, intra decem dies appellare tenetur. *authen. hodie. C. de appell.* sed qvid si judex in causa est, qvo minùs intra statum tempus appellari possit, puta,

puta, si metuatur ejus violentia vel inimicitia? dicitur qvidem, tempus appellationis ipso jure non currere, sed ut de diligentia condemnati constet, & de facto judicis facilius probari possit, consilium est, qvod protestetur, & appellationem publicè coram honestis personis interponat. *Bar. in l.1.§.Dies. n.4.ff.qvand.appell.per l. cum qvidam.ff.de appell.* l.1.*C.de his,qvi per met.jud.non app.* hæc appellatio & protestatio potest offerri tabellioni. *Secundum Bald. in auth. qva supplicatio.C.de precib.imperat.offer.vide Bar. & Glos. in auth. item.C. de Temp. appell.* hanc cautelam qvidam non putant esse necessariam, cum tempus non currat. *de qva re agit Jas.in l. de pupillo. §. si qvis ipsi pratori. col. 3.vers.2.ff.de oper. novi. nunc. Soc. in cons. 45.in prin. vol.* Sed si judex sui præsentiam non faciat? *Vide infr. Capollam caut.* 78.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXIIX.

§. Coram qvo sit appellandum, qvando judicis præsentia haberi non potest. *a*

SUMMARIUM.

1. Personæ honestæ qvæ dicantur.

QVia in lect. seq. legemus c. fi.de ap. videamus circa eas aliqvas Caut. qvando qvis non potest appellare, seu appellationem interponere coram judice à qvo, sic regulariter debet interponi, *ut* l. *fi.ff.qvando app.sit.* Prima Cautela est procedens ex remedio universali, qvo cavetur, qvòd qvando ex aliqva causa non potest haberi copia judicis à qvo, qvod adeatur judex ad qvem, & coram eo tantumodò appelletur, qvia sufficit, *text. est valde not. in* l. 2. *§.dies. ff. qvando app.sit*: qvia in casu nostro non debet habere copiam judicis à qvo, ex qvo cum securitate, & comodo, sine periculo haberi non potest. *ar. l.nepos Proc.ff.de verbor.sign. & arg.eorum, qva habentur in l.si expressim.ff.de app.* Secunda Cautela, qvod timens appellationem interponere, protestetur infra decem dies in præsentia bonorū virorum
1 tabellionum: * & sic duarum personarum honestarum, & sic coram duobus prælatis vel religiosis, *hoc per text. in c. pastor.* §. 1. *ibi. coram publicis, & honestis personis.de offic. ordin.*

ADDITIO.

a Hab non po.) Adde Specul. de primo & secundo decre.§.2.vers.porrò.& §.5.vers.sed cui.& se. *Judicis absentia non*

non inducit desertionem causæ appellationis, si sibi sit facta protestatio à parte. Bald. in add. Spec. de appel. vers. mora jud.

In provincia Lug. talis habetur practica, qvòd si qvis ex aliqva causa non potest, vel non vult publicè appellare coram judice, appellat coram persona authentica, coram notario & duobus testibus, & tales appellationes sæpè coram me Johanne *de Gradibus V. I. professore. interponuntur.*

CAUTELA.

§. Ut sententia Arbitri retractetur, *Vide in contractuum materia in arbiter.*

B. Cæpolla Cautela XXXVII.

§. Qvomodo valeat statutum, qvòd à sententia inferioris non possit appellari ad superiorem.

SUMMARIA.

1. *Statutum pacto vallatum, plus valet, qvam statutum simplex.*
2. *Partes in arbitrum compromittere possunt, & per hoc appellationi renunciare.*

Vidistis in cap. veniens. ext. de jureju. qvòd civitas, qvæ recognoscit superiorem, vel alius princeps inferior, non possit facere statutum, qvòd à suis sententiis non possit appellari ad superiorem, *& habetur per Bartol. & Doct. in l. omnes populi. ff. de justi. & jur.* Sed nunqvid possit adhiberi aliqva Cautela, ut tale statutum valeat, & servetur præcisè? Dicas qvòd sic, hoc modo, videlicet, qvod omnes cives & Princeps inferior promittant, & jurent servare statutum, prout jacet, & renuncient appellationibus interpositis & interponendis in qvacunqve alia forma, præterqvàm in forma à statuto concessa. *C. de temp. appel. l. fin. in fin.* nam per pactum potest renunciari appellationi, & causæ, & scripturæ principali, de necessitate sapit naturam appellationis. *arg. ff. de suspec. tuto. l. post finitam.* & sic per statutum * vallatum pacto potest fieri plus, qvàm per statutum simpliciter. & si dicatur, istud pactum est per fraudem superioris, respondetur, qvòd superior non debet hoc aspernari, si partes ad se invicem componunt. *ff. de no. oper. nun. l. 1. §. post operis.* * Nam & possunt partes compromittere in arbitrum, & per hoc renunciare appella- 1 2

Fff tioni,

tioni, *ut l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. & vide glos. in c. veniens. de jurejur.* nec propter hoc dicitur derogari superiori, & ideo à simili ita dicendum est in proposito ad hoc. *C. de pac. l. postqvam liti. & l. 3. C. de fide instr. & l. tale pactum. in §. qvi provocavit. ff. de pac.* & istam Cautelam ponit in effectu Bald. in c. veniens. qvam bene notet, qvi habet condere statuta vel reformationes in civitatibus vel locis recognoscentibus superiorem.

R. FICHARDI CAUT. III.

§. Pro actore, qvi cupit Reum privare possessione, & beneficio appellandi, licet non agat ex remedio l. uni. C. si de mom. poss. fue. app. sed ex condictione l. si qvis in tantam C. unde vi.

GLossa, & Doct. Communiter tenent, in l. si qvis in tantam. C. unde vi. qvod victus ex illa lege non debeat privari beneficio appellationis, ut si ex l. uni. C. de mom. pos. fuer. app. victus fuisset, idqve ea ratione, qvod illa l. unic. nihil agitur de proprietate, sed de possessione tantùm, at in d. l. si qvis, agitur tam de proprietate (ratione pœnæ adjectæ) qvàm de possessione. Si qvis igitur spoliatus agere vellet ex condictione d. l. si qvis in tantam, & tamen cuperet adversarium privare beneficio appellandi. pro *Cautela* tradidit Bal. ibid. num. 9. ut actor porrigat duos libellos separatos, unum, ut possessio restituatur, alterum, ut pœna præstetur: hoc enim modo, si super possessorio solo separatim pronuncietur, non locum fore appellationi, cùm victus in mero possessorio non appellet. *d. l. uni. & ibid. Doc. communiter.* Meliorem tamen hoc casu Cautelam esse putat Cæsar Contard. *in d. l. uni. limi. 2. §. 3. nu.* 18. ut s. actor in remedio d. l. si qvis, agat ad solam possessionem, & non concludat ad proprietatem, qvam Cautelam ait tradere Jo. Fab. *in §. recuperandæ. nu. 6. Inst. de interd.* Si igitur pronunciatur in possessorio pro actore, non timebit appellationem, qvia nimirum in mero possessorio non licet appellare (ut dictum est.) Nec etiam postea timebit super proprietate: qvia si victus in possessorio velit agere petitorio recuperandæ, victor excipiendo dicet, petitorem pœnæ nomine privatum esse sua proprietate, si qvam habuisset: qvia vim fecerit, eamqve proprietatem nunc sibi applicatam esse, aut applicandam fore, *per tex. d. l. si qvis in tantam.*

tam. Et hoc modo posse aliqvem acqvirere aliqvid, sine pecunia, vel alio onere, saltem ut curaret de possessione arripienda, qvod deinde daret vero domino occasionem ad vim faciendam. Qvæ qvidem esset pulchra Cautela ad acqvirendum aliqvid sine onere, sed cùm sit parum Christiana, non dignam eam censeo, qvæ in numerum verarum Cautelarum referatur.

P. BREDERODIUS CAUT. XVI.

§. Pro Appellante ratione qvalis qvalis præjudicii.

ALiqva differentia esse videtur inter appellantem ratione qvalis qvalis præjudicii, & inter provocantem ratione pleni præjudicii, & hanc differentiam ponit Innoc. *in c. cum super controversia extra de re jud.* ideoq; cautè formanda erit petitio in priore specie appellans debet petere, sententiam latam sibi non præjudicare, & ita debet judex pronunciare. *Innoc. in dict. capit. cum super in prima glo. per leg. à sententia. ff. de appellat.* Si verò appelletur ratione pleni præjudicii, tunc petendum est sententiam cessari & irritari. qvid autem de hac differentia idem Innocentius sentiat, *vid. in d. cap. cum super in glo. magna super verb. interpositam, & Bar. in d. l. à sententia. nu. 5. & 6. ff. de appellat. & relat.*

R. FICHARDI CAUT. LXXIIX.

§. Pro Tertio, ne appellet tanqvam Tertius, si ipsi alia via consultum esse possit.

INter ceteras Limitationes illius dicti, qvòd in Possessorio non appelletur, etiam est una, qvòd fallat in Tertio, qvi pro suo interesse gravaretur illa sententia lata, qvam Limitationem latè proseqvitur Cæs. Contard. *in l. unic. C. si de mom. poss. fuer. appell. limit. 23. in prin. Menoch. de adip. poss. reme. 4. nu. 846. & per c. super eo. ext. de offi. deleg. Feli. in c. qvaliter & qvando. n. 13. de accus.* Cautius tamen illum Tertium acturum putat Contard. *in dicta limitat. 23. nu. 19.* ut non appellet tanqvam Tertius, si alia via sibi possit esse consultum, ne scilicet acta judicii sibi præjudicent, *secundum Rot. decis. 20. & Papaz. in decis. fin. de proc.* Ideoq; cautius erit, ut veniat per modum adhæsionis, si ita possit, & adhæreat, infra decem dies post latam sententiam, *secundum Bal. in auth. hodie nu. 6. C. de appell. Curt. Jun. cons. 123. nu. 6. Rot. decis. 225. in novis. aliàs decis. 5. de sent. Soc. cons. 45. nu. 10. l. 1. & Egid. decis. 238.*

B. CÆPOLLA CAUT. XLIV.

§. Qvomodo ab Executione, nec à pronunciatione de exeqvendo non possit appellari, & qvando possit.

SUMMARIA.

1. *Exceptio super executione opposita audiri debet.*
2. *Judex rejiciendo exceptionem, qvam rejicere non debet, modum excedit.*

NOta, qvòd licet ab executione sententiæ, *a* qvæ est facti, non possit appellari, *ut in l. ab executore. in prin. ff. de appel. & in l. ab executione. C. qvorum appel. non re. & 2. qvæst. 6. §. sunt qvorum. ver. ab executione. & habetur in ca. novit. extra, de appel.* tamen à pronunciatione de exeqvendo potest appellari, *ut est gl. in d. l. ab executore. in princ. & ibi not. per Doct.* & ideo sumitur in practica cautela, qvòd qvando sententia est lata pro te, qvæ transivit in rem judicatam, qvòd realiter eam exeqvi facias sine aliqva pronunciatione, hoc modo, videlicet qvia judex dicat, qvòd exeqvendo sententiam concedit victori familiam, & ministros suos ad capiendum debitorem & pignora, vel admittendum vincentem in possessionem: ita dicit Angel. de Perusio, se multis vicibus procurasse. *in dicta l. ab executore,* qvia tunc secundum omnes non poterit appellari. *& idem etiam tenet Angel. de Aret. in dict. l. ab executore. in prin. qvod nota.* Regulare est, qvòd ab executione senten-
1 tiæ non potest appellari, ut dixi in præcedenti cautela. * Qværitur, nunqvid sit aliqva cautela, propter qvam possit appellari, qvando judex est cautus, qvia non vult pronunciare simpliciter, exeqvatur sententiam, ut dictum est in cautela præcedenti, dicas qvòd sic: nam tu, qvi es advocatus rei, & vis appellare, debes allegare tuam exceptionem, & si ea non obstante exeqvitur, poteris ex hoc capite appellare, qvia judex debuit audire exceptionem in executione, & ea non obstante pronunciare sententiam exeqvendam esse,
b aliàs diceretur excedere modum, & sic posses appellare, *b per dict. leg. ab executore.* imò dico plus secundum Angel. *in dict. leg. ab executore.* qvòd si ex forma statuti non possit appellari ab executione, non possit appellari à pronunciatione ab exeqvendo, ut est Perusii, *Cautela* est, qvòd tu advocatus rei, si vis appellare, opponas secundum Angel.

in

in dict. l. ab executore. aliqvam exceptionem ad impediendum executionem. & si judex pronunciabit sententiam, vel instrumentum exeqvendum, appellabitur ex hoc capite, qvia rejiciendo tuas exceptiones, modum excedit in exeqvendo. * Nam judex rejiciendo exceptionem, qvam non debet rejicere, modum excedit, *ut dicit gloss. in dict. leg. ab executore. in verbo, excedat*, & ideo hoc casu non est prohibita appellatio ab excessu, *ut dict. l. ab executore.* & dixi in præcedenti cautela, qvod singulariter not. 2

CENSURA.

a Ab execut. Sententiæ.) *nisi modus excedatur, ut infra dicetur. & tum causa in libello exprimenda est.* Bart. in l. ab executore in 1. col. in vers. contra hoc oppon. ff. de appel. *& tunc res mobiles & fructus rei immobilis seqvestrantur, & perperam appellans punitur* Bart. in l. ab executione. n. 1. C. qvorum appel. non recip. *& hoc addendum est appellari posse ab executione, qvam judex loci facit, ad literas alterius judicis.* Bart l. à Divo pio. §. 1. qvæst. penult. ff. de re judic.

b. Possess. appellare) *ab exceptionis rejectione potest appellari.* Bar. in l. si à procedente. C. de dilat. l. si ante sententiam, 17. ff. de appel. recip. & l. ejus qvi. nu. 1. ff. dict. tit.

P. Brederodius Caut. XVII.

§. Pro eo, qvi appellat à interlocutoria.

In appellatione ab interlocutoria determinatum est, qvod solùm ex actis primæ instantiæ appellatio impugnari, vel justificari debeat, idq; jure civili verum est. *Bart. per l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. Canonist. in c. appellante. de appell. in clement.* cuj9 rei ratio hæc est, qvod appellatio ab interlocutoria fit ob alicuj9 gravamen à judice illatum, qvia aliqvid fecit contra legem, qvod nõ potest constare, nisi ex iisdem actis: nam non potest judex dici contra legẽ alicuj9 causæ judicasse, qvæ judici ignota fuit. Cautela itaq; erit, ut appellãs videat, an qvid in prima instantia probaverit, si probavit, ex iisdẽ actis agendũ est, si judex probationẽ oblatã rejecit, nec passus fuit acta facta corã se scribi, vel appellanti copiã dari, tunc poterit appellans per testes corã judice appellationis gravamẽ suum probare, *Bar. in terminis hoc accidit in l. ejus qvi 4. n. 8. circ. fi. ff. de appel. recip. per textũ in cap. interposita. extr. de appel.* præterea ex novis actis causa appellationis probari potest, si in-

 ter-

terlocutoria lata sit, contra contumacem vel absentem. *Bar. in d.* l. *ait prætor.* §. *permittitur.* qvod valde notandum est: *& istis addi potest Innoc. in c. penul. de nov. oper. nunc. & Bal. in* l. *Invitus. C. de procur. referens Dyn. & Bal. in* l.2.*C. de resc. vendit.* Alia qvoq; Cautela dari potest, ut ad interlocutoriæ retractationem novis probationibus utamur: nimirum, ut ab interlocutoria non appelletur, sed expectetur diffinitiva, à qva appellandum est, in cujus retractatione licebit ex novis, & antiqvis actis & causis reparare gravamen interlocutoriæ. Inno. *in cap. qvod ad consultationem de re judic. addatur. Bart. in* l. *eos.* §. *sin autem. C. de appell. &* 16. *d. Dd.*

B. CÆPOLLA CAUTELA IIX.

§. Pro eo, qvi non appellat à sententia lata contra jus litigatoris.

SUMMARIA.

1. *Confessio Victoris de injustitia sententiæ illi præjudicat.*

2. *Lex licet fingat sententiam justam, ex eo, qvòd in rem judicatam transierit, si tamen partes eam injustam confiteantur, eorum confessioni statur, & tollitur præsumptio juris & de jure.*

1 SI sententia lata est iniqva, *a* & injusta, Cautela est, qvòd victus procuret, qvod vincens confiteatur sententiam
2 latam esse iniqvam, & injustam. & hoc casu vincens * non poterit habere petitionem vel actionem ex illa sententia ita no. Inno. in c. qvia pleriq; *de immu. eccles. & per Flo. in c. cùm putarem. in prin. ult. col. ff. fam. her.* ubi dicit, qvod si victor confiteatur sententiam injustam, vel sibi nihil deberi, non habebit petitionem. *& idem tenet Bal. in* l. *si qvis instituatur hæres.* §. *si sub conditione. ff. de hær. instit. & idem tenet Bal. in Authen. ad hæc. in pen. col. in verf. item dubitatur de eo, qvi iniqvè absolutus est. C. de usuris.* In prædictis habetur, qvòd hoc casu potest cogi vincens censura ecclesiastica per episcopum, qvòd præstet liberationem, & qvòd imponat vincenti perpetuum silentium. & dicunt Moderni in dict. cap. qvia pleriq;. qvòd licèt condemnatus de jure solvere teneatur, tamen spontè solvere non tenetur, & sic retinendo non peccat. Qvod bene est no-

can

andum pro Cautela eorum, qvi justè fuerint condemnati, ut procurent, ut adversarius confiteatur sententiam pro se fuisse injustè latam, ut qvosdam audivi dicere. facit, qvod dictum est in præcedenti, ad qvod eandem Cautelam ponit Anto. de Butr. in cap. is qvi fidem *in 3. col. de spon. & matri.* ubi dicit, qvòd est singulare dictum Innoc. in d. c. qvia pleriqve. * ubi dicit, qvòd licet lex fingat, seu præsumat sententiam justam, ex eo, qvòd transivit in rem judicatam, si 2
tamen partes confitentur sententiam injustam, statur confessioni, & tollitur præsumtio juris & de jure, qvia in talibus possunt sibi partes præjudicare. Si autem sumus in materia, in qva non possunt sibi partes præjudicare, ut est causa matrimonialis, *ut in cap. super eo. de eo, qvi cog. cons. ux. sua*: nam tunc confessio non tollit præsumtionem juris, & de jure, qvia materia obviat, & ideo si post copulam mulier confiteretur contrarium, non staretur confessioni, imò matrimonium judicaretur, & subdit, qvod ita ibi Doc. de qvo mirabatur Pet. de Peru. hoc non cogitans. & eandem Caut. ponit Lud. de Ro. in repe. l. admonendi. in fi. ff. de jureju. ubi dicit, postqvam sententia est lata, & transivit in rem judicatam, si pars, in cujus favorem profertur, profitetur eam injustè latam esse, vel eam injustè obtinuisse, qvòd tunc retractabitur, & nunqvam meretur executionem. & allegat singulariter dictum Inno. *in dict. cap. qvia pleriq;.* qvod tamen singulariter limitat, ut habeat locum, in qvantū esset lata in favorem ej9 ita confitentis. Sed in qvantum esset lata in præjudicium suum, tunc per suam confessionē, ex qva detegeretur injustitia, non retractaretur, sed deberet exeqvi. & de hoc dic esse casum *in* l. *si serv. plu.* §. 1. *ff. de leg.* 1.

Additio.

a Senten. iniq.) *Sententiam iniqvam dicere non potest victor, pro qvi sit lata.* l. si serv9. §. 1. de leg. 1. Alex. in l. stipu. ista. §. si qvis forte. in fi. de verb. oblig. *Sententia etiam evidenter iniqva sine appellatione non reprobatur.* Bald. in l. 1. C. senten. resci. non pos. in fin.

R. Fichardi Caut. XCVII.

§. Pro Victo in possessorio, ne confugiat ad remedium nullitatis, si propter excessum Judicis appellare possit.

Summarium.

1. Victus in possessorio regulariter non appellat.

QVamvis Victus * in possessorio regulariter non possit 1
ap-

appellare. *l.unic.C.si de moment.possess. fuer. appell.* Limitatio tamen est, ut appellare liceat, ratione excessus, id est, si Judex vel in condemnando, vel in exeqvendo, modum excederet. *Bal.in c. licet. de offi. ordinarii & consilio* 428. l. 1. *Dec.in cap. novit.num.3.de app. & Felin. in cap. qvoad consultationem.num.20.in fi.de re jud.* Idq; procedit, etiamsi qvis jurasset non appellare, *secundum Za.cons. 12.nu.58. Phan.in tract.de in litem jur. 3. part.nu.5.* Ceterum contingere potest, ut modus in tantum excessus sit, ut etiam propter nullitatem non minus subveniri possit victo in possessorio, qvàm propter excessum, *ut latè per Cas. Contard.in dict.l.unic.lim.7.nu.1.cum seqven.* tamen Cautelam hoc casu tradit idem Contard. *ibid.in limit.19. num. 39.* ut Victus potius appellet ratione excessus, qvàm ratione nullitatis, ut nimirum evitetur gravamen facti, qvia de facto posset fieri executio, qvam tamen Judices propter Appellationem sæpè omittunt facere. Et ita monere dicit Abb. *in dict.c.qvoad consultationem. num.26.* & Butr. *ibi. num.26.antеqvam venit.m.*

B. CÆPOLLA CAUT. CXCIIX.

§. Qvòd semper appelletur à sententia, dato qvòd sit nulla.

SUMMARIA.

1. *Nullitas solà proposita, si evidens non sit, sententiæ executionem non impedit.*
2. *Possideant si duo, & neuter possideat ab alio vi, clam, vel precario: qvid juris.*
3. *Hæres institutus, & de restituendo hæreditatem alteri gravatus, si sponte adiverit, & postea fideicommissarius ante restitutionem moriatur, vel recuset hæreditatem sibi restitui, qvid juris.*
4. *Promissio, seu pactum de hæreditate viventis regulariter non valet: qvoniam votum capitandæ mortis inducit.*

Licet soleat dici, qvòd ubi sententia est nulla, non sit necessaria appellatio, *ut l.1.ff.qva sentent. sine appell. resc. & glo. in verbo, errore. in cap. per tuas. extra, de sent. excomm.* Tamen consilium est, & utile, qvòd appelletur,

ut dicit glos. notab. in cap. per tuas. qvam seqvitur Raph. & Ang. de Are. in dict. l. 1. in princ. & assignat rationem, * qvia si sola nullitas proponitur, & non sit evidens, non impedit executionem sententiæ, *ut l 4. §. condemnatum, ff. de re jud. & ibi Bar. & Docto.* secus si appelletur, qvia tunc semper impeditur executio, *per tit ff. nil. inn. appel. pend.* nisi appellatio esset evidenter iniqva, *ut no. per glo. & Doct. in d. tit. nil inn. appel. pend. in l. 1. & habetur in l. si tendum. ff. de app. & re.* Et qvalis debeat esse forma dicendi nullam, & appellandi, *vide per glo. & Doct. in l 1. C qvando provoc. non est necess. & per Bar. & Doct. in l. si expressim. de app.* 1

* Si duo possidere dicuntur, & neuter possidet ab alio vi, clam, vel precario, *juxta no. in l. 1. C. uti pos.* qvid debet tunc judex facere, Azo dicit judicem abstinere debere, sed d. Rog. glo. dum Placentiæ Cathedram regeret, & ad invicem contenderent se possidere, qvia intendebant inter dictum uti possid. & in omnibus, & per omnia æqvaliter probabant, & per tot testes, unus sicut alius, dedit consilium clientulo suo, qvia in causa sua erat advocatus, & dixit: Qvis vestrum est potentior? respondit Clientulus: Ego sum in decuplo, tunc consuluit ei Roger. hoc modo, vocate amicos vestros, & eatis cras ad locum illum, de qvo est contentio de possessione, & sitis ibi adversario vidente qvod fecerunt. adversarius autem hoc videns timuit ire, qvia suspicabatur fortè se posse repelli, *juxta l. si id qvod. §. ult. ff. de acq. poss.* & tunc ivit ad judicem, & proposuit incontinenti interdictum unde vi, & dicebat se illa possessione spoliatum. Rog. respondit, ego te non spoliavi, sed mea sum possessione usus. & sic clientulus ejus fuit absolutus, & ab interdicto uti possi. & unde vi. *ita dicit no. Ros. Bene v. in libellis suis Juris Civilis, in libello possessor alicujus rei immobilis, ut turbetur, &c. & vide etiam suprà in 126. Cautela, qvæ incipit, nota diligenter tu advocate, ubi est similis Cautela, qvam not. & sapè de facto contingit.* 2

* Si hæres institutus, & de restituendo hæreditatem alteri gravatus adivit spontè, & postea fideicommissarius ante restitutionem moritur, vel recusat hæreditatem sibi restitui, hæres remanet institutus, cum effectu, obligatus oneribus hæreditariis, *in l. ita tamen. §. qvi ex Treb. cum l. seqven. & l. 1. in prin. ff. ad Treb.* secus si adivit coactus. *l. postulante. in* 3

 princ.

princ.eod.tit. Et ideo Cautela est, qvando hæres dubitat, ne hæreditas sit damnosa, ut non adeat spontè, sed permittat compelli ad adeundum, qvia tunc si non poterit restituere hæreditatem fideicommissario, ipse fideicommissarius remanebit obligatus cum effectu creditoribus seu aliis oneribus hæreditariis, & bona dabuntur creditoribꝰ & aliis habere debentibus, *ut est casus no. in d.l.postulante, in prin. & ibi per Doct. & per Paul.de Cast.in d. l.in princ.eod.tit. & adde prædictis l.penult. cum ibi not.ff.ad Trebell.*
4 * Promissio, seu pactum de hæreditate viventis regulariter non valet, qvia inducit votum captandæ mortis, *ut l. fi. C. de pact. & ibi per Doct.* Sed potest adhiberi Cautela, qvòd per indirectum valebit, videlicet, qvòd permittant tibi, ut tibi liceat habere talem rem Titii, & sic omnia bona sua, si ad me devenirent aliqvo modo: puta jure successionis, vel aliter, tibi tenebor restituere, seu tradere, ita qvòd tibi habere eam liceat, vel tenebor ad interesse, ut est casus, qvi hoc optimè probat *in l.stipulatio ista.§.qvæsitum. & ibi hoc no.Raph. in fi.ff.de verbor. oblig.* & si tu diceres etiam, hoc modo posset fieri venditio, & qvilibet alius contractus etiam de bonis viventis, specialiter ea numerando, *facit ad hoc glo. & qvod ibi no.in l.1.C.de evict.* unde inter hoc non videtur esse differentia, qvia utroq; casu, qvod gestum est, tenet. veruntamen dicas, qvòd istud remedium stipulationis magis providet, qvia promittens virtute stipulationis habere licere non tenetur, nisi cùm res illius viventis factæ fuerunt promittentis, & sic de præsenti non tenentur, *ut d.§.qvæsitum.* secus ubi per alium contractum promitteret, qvia statim obligaretur, etiamsi nunqvam haberet rem alien. *ut l. rem alien.ff. de contrah.empt.* & sic non esset bene cautus, qvi super re viventis aliter contraheret, qvàm per illam stipulationem habere licere, tamen si appareret habere licere, esset facta in fraudem. *dict.l.ult.cum materia sua. C.de pactis.* non valeret, *ut l. non dubium.C. de leg. & ita tenet etiam Rapha.in dict.§.qvæsitum,in fin. qvod bene not.*

I. DE ARNONO CAUT. XII.

5. Pro illo, qvi vult appellare à sententiâ, ut appellet infra decem dies coram actuario, si non potest habere præsentiam judicis, hæc cautela tractata est per Cæpollam tertio deinde loco.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Appellari debet intra decendium.*

2. *Appellari potest coram actuario, si judex absens est.*

VUlgata est ista conclusio, qvòd qvi vult appellare à sententia, debet * appellare infra decem dies. *auth. hodie. C. de appellatio.* sed solet sæpè accidere, qvòd qvandoq; judex est absens, qvandoq; ejus præsentia haberi non potest, ideo Cautela est, ut appellans * appellet coram actuario illius judicis, qvi tulit sententiam, & valet appellatio. *Ita Bal. in l. penult. C. de fidejuss.* ex illo textu not. qvòd confessio facta coram notario, actorum dicitur facta in judicio: per qvod inferunt Guido de Suza, & Modern. *in authen. qvæ supplicatio. C. de precibus Imperat. offer.* ad id, qvod diximus, suprà de appellatione porrigenda coram actuario, qvod ibi domi. Jason. in 1. colum. dicit esse not. qvia qvotidianum. ubi etiam refert Raph. Fulg. se consuluisse in civitate Vincentiæ: ubi statutum disponit, qvòd sententia mittatur executioni, nisi infra decem dies appellatio interponatur, & libellus offeratur infra viginti, & præstetur cautio de solvendis expensis: qvòd satis fuit talem cautionem fuisse præstitam ipsi notario actorum. qvod not. tu, qvi vis appellare: aliàs per lapsum decendii eris exclusus, & sententia transibit in rem judicatam *dict. authent. hodie.* nec poteris te excusare propter absentiam judicis, vel qvia ejus præsentiam habere neqvivisti: qvia poterit tibi dici, debuisti appellare coram actuario, per supradicta.

1

2

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXIX.

§. Contra appellantem.

SUMMARIUM.

1. *Appellaverit qvòd qvis infrà 10. dies, præsumptio est.*

CAutela est contra appellantem, post 10. dies appellatus neget appellatum infra 10. dies, & non dicat appellatum esse post 10. dies, *secundum Joan. And. in c. Romana. §. si verò. de app.* & ibi secundum Dominic. præsumitur, secundum Bald. in authen. hodie. * qvod qvis infra decem dies appellaverit. *& Lud. de Ro. in l. sciendum, in 12. col. C. de in integrum rest.* 1

B. CÆ-

B. CÆPOLLA CAUT. CXCIII.

§. Qvando qvis bis, vel pluries super eadem re appellet, qvam appellationem debeat proseqvi.

SUMMARIA.

1. *Appellare à sententia, vel à gravamine intra decem dies bis super eodem puncto unusqvisqve potest.*
2. *Appellaverit dato, qvòd qvis bis super eodem puncto qvam appellationem proseqvi debeat: primam an secundam.*

3 UBi qvis * potest appellare à sententia, vel ab aliqvo gravamine, *juxta not. in cap. cum cessante ext. de appella.* potest bis super eodem puncto intra decem dies appellare, & multi incontinenti appellant viva voce, salvo jure appellandi in scriptis: & aliqvi etiam postqvam in scriptis appellaverunt dubitantes fortè, qvod appellatio non sit bene concepta, iterum in scriptis appellant intra decem dies, & est dubium, si valent istæ appellationes, de qvo vide text. qvi probat qvòd sic. *in l. 1. §. biduum. ff. qvando appel. sit, versi. qvòd & in sententiis. & tenet Bald. in l. 2. ad fi. C. de epis. aud.* * Item est dubium, qvam appellationem debeat proseqvi: an primam, vel secundam? de qvo dic, ut habetur per Bar. & omnes Docto. *in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de novis operis nunc. & per Bal. in l. appellatione. C. de app. & in c. 1. §. sancimus. in 2. col. in tit. qvo tempore miles invest. pe. de. & in cons. suo. 164. qvod incip. appellatum est bis super eodem, & ubi notabiliter loqvitur. & per Salicet. in l. si qvis libellos. C. de app. & per Anton. de But. in c. dilecta in ult. col. ext. de app. & plenè per Card. Zab. & per Doct. in cap. dilectis. & per Abba. in cap. suam nobis, eod. tit.* Et adverte: qvia dixi, qvis potest bis appellare intra decem dies ab eodem gravamine. Nam ulterius appellare non potest, secundum Bald. qvi ita no. dicit *in l. eos. §. apostolos. C. de app.* allegat rationem, qvia aliàs esset nimium superflua, & onerosa, *arg. l. ampliorem. in fin. C. eod. tit. & l. fideicommissa. §. si qvis decem. ff. de leg. 3.* Sed ego do tibi unam Cautelam in hoc, ut qvis non possit geminare appellationem suam, videlicet, ut appellatus procuret, ut judex admittat primam appellationem, & ei deferat, & appellanti det apostolos dimissorios, qvia tunc qvamprimùm

cùm admisit appellationem, & ei detulit, & apostolos concessit, statim est functus officio suo, & jurisdictio devolvitur ad superiorem, ad qvem est appellatum, & ideo non potest amplius secúndæ appellationi deferre. *arg. l. qvi arbit. cū glo. ff. de arbitris. & l. judex postqvam. de re judicata, ut eleganter not. Bal. in d. l. eos. §. apostolos versiculo, verò nunqvid, sicut potest sæpiùs appellare. & c. C. de appellatio. qvem seqvitur Ang. de Are. in l. 1. §. libelli. in fin. ff. de app. & idem vult Bald. in d. suo consi. 164.* & idem esset etiam, qvando solùm judex detulisset primæ appellationi, *per c. cum appellationib. frivolis, de appell. in 6.* & ideo sis cautus, si judex primam appellationem diceret, non esse legitimè interpositam, ut facias eam admittere, ut dixi.

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXVI.

§. Pro advocatis & procuratoribus, ad protrahendum causas ad longum, & ad reiterandum plures appellationes.

SUMMARIA.

1. *Interlocutoriam suam judex revocare non potest, qvando res integra non est.*
2. *Appellationes plures super nullitate fieri possunt.*
3. *Causam justam foventi adversarium suum decipere licitum est, & per indirectum ipsum vincere, dummodo mendacium, vel perjurium non interveniat.*

NOta secundum Ubertum de Bobio, & Jo. de Deo: qvòd advocatus, qvi tenet de principali, debet differre causam, si habet divitem clientulum, ut proponat reus aliqvam exceptionem: *a* & super ea faciat pronunciari, & a postea appellet. *C. de appel. l. addictos.* & admittitur appellatio causa legitima ea inserta: *ut in cap. debitus. de app.* & hanc appellationem proseqvatur. & super ea statim impetret judicem, vel nuncium mittat: * & postea non 1 potest revocare interlocutoriam, cum res non sit integra, *ut not. in c. cum cessante. de appell. & Spec. in tit. de exceptio. §. justo. ver. sed nunqvid.* Item secundum Alb. adhuc amplius poterit prorogari, qvia si in causa appellationis aliqva causa incidat, & judex appellationis gravet, iterum ab eo appellet, sicut sæpè in Curia fieri vidimus per malitiosos procuratores. Item secundum eum longè plus sic

si poterit prorogari, ut reus appellet à sententia, & dicat eam nullam coram judice appellationis: qvia fieri potest, *ut no. Spec. in tit. de sent. §. juxta. Vers. sed qvid si sua sententia: ut habetur in Cle. 1. de jud. & no. in c. sua. de app.* & si judex pronunciavit justam, vel injustam, statim iterum appellet, & iterum coram judice appellationis iterum dicat eam nullam, & sic poterit centies facere, nec enim dicitur tertiò provocasse, cum nullam appellationem fuerit prosecutus: & semper possit dicere sententiam nullam, *ut ff. qva senten. sine appellatio. resc.* l. 1. & l. 2. Item docet Jo. de Deo, qvòd litigator semper insidietur judici, & inventa occasione, appellet, non timet expensas, si dives est, qvia grata superveniet, qvæ non sperabitur, hora. Sed certè pudet me talem recitare doctrinam, qvæ non illuminat animam, nec sublevat ægrum. qvadragesima-qvinta dist. invidetis. Hæc enim doctrina non fuit erudiendorum, sed perdendorum auditorum, dum, qvid mali didicerint, insinuant. *de consecratione. distin. 2. c. pro dilectione.* doctrina etenim mala, conscientia est malitiosa doctoris, *ut in 1. qvæst. 7. convententibus, ita dicit Spec. de except. §. nisi. Versic. intelligitur. secundum* Ubertum *de Bobio*, qvia ista Cautela non utaris, ubi causam foves injustam, sed solùm qvando justam, & dubitas de favore & potentia alterius partis, lucrando causas, perdes animam, *juxta no. in c. præsentium. de testi. in sexto*, & vide, qvod dicam in seqventi Cautela. Ubertus de Bobio docet aliam Cautelam, videlicet, ut appellans appellando, & proseqvendo dicat primam sententiam nullam, & si judex appellationis dicat eam aliqvam, vel justam, statim poterit appellari, etiam centies, & per hanc viam, *ut docet Spec. in tit. de appellatio. §. qvoties. in versic. item no. secundum* Ubertum, & dixi in præcedenti. sed clarius dicas dando Cautelam similem duobus modis. Primò, qvòd si est lata sententia, appelles, si est lata secundò contra te in causa appellationis, iterum appelles, si fertur tertio sententia contra te, dicas illam tertiam sen-
b tentiam nullam, *b* qvod fieri potest, *ut in Clem. 1. de re judica.* & si pronunciabitur ipsam aliqvam, appelles ab ista pronunciatione, qvod fieri potest, & si iterum in causa appellationis pronunciabitur contra te, appelles secundò,
2 qvòd fieri potest, * qvia illæ duæ appellationes sunt super nul-

nullitate, & sic super diversis, *per ea, qua habentur in c. sua. de appell. & in l. unica. C. ne lt. in una & ead. cau. ter. provoc.* Et si tertiò pronunciabitur contra te, dicas istam tertiam sententiam nullam, & sic procedas usqve in infinitum, ut suprà. Et licèt ista Cautela prosit ad litigandum, tamen non prodest qvantum ad impediendum executionem, qvia latis tribus sententiis conformibus super negotio princ. debet fieri executio, licet posset dici sententia nulla, *ut in d. Clem. 1. de re judica.* Et ideo melior Cautela videtur esse alio modo ad impediendum judicium super prin. & ad impediendum executionem hoc modo, videlicet, qvòd si feratur prima sententia contra te, non appelles, sed dices eam nullam, qvod fieri potest. l. *si expressim. ff. de app. & ibi no.* & si pronunciabitur eam aliqvam, appelles ab ista sententia, & si iterum pronunciabitur ea aliqva, secundò appelles, & si tertiò pronunciabitur aliqva, licet non possis amplius appellare, tamen potes istam sententiam ultimam super nullitate dicere esse nullam, & sic ulterius procedatur millies. *Circa prædicta vide no. in Clem. 1. de re jud. & no. in Clem. fi. de appel.* Sed dicta cautela non utaris, nisi foveris causam justam in causa prin. sed si foveres justam, videtur qvòd tali Cautela qvis posset uti, *per glo. no. in c. cupientes. in ver. malignantes. de elect. in 6. & vide qvod ibi not. circa hoc. & per glo. no. 6. q. 1. prædicator.* * ubi dicitur, 3
qvòd licitum est foventi justam causam decipere adversarium, & per indirectum ipsum vincere, dummodò mendacium vel perjurium non interveniat.

ADDITIO.

a Exceptio.) *Exceptio, qva potest incontinenti probari, admittitur, qva aliàs nõ admitteretur.* in Spec. de lit cont. §. 2. versic. qvid si reus. *& dicitur incontinenti, id est, infra triduum.* glo. in 2. C. de error. advoca. *Exceptio, qva non relevat, nõ debet admitti.* Bal. in l. cũ servum. C. de serv. fugit.

b Senten. nul.) *Appellatio à sententia nulla fieri potest,* c. dilecto & ibi Doct. de appel. vide per Bald. in l. 1. in 1. col. in ver. qværunt Doct. de sen. experi. rec. & in Spec. de appel. in 3. par. in §. 1. vers. qvidam autem utuntur. & vide in l. si constat. & in l. si expressim. de app. & Pau. cons. 15. & Alex. cons. 2. 4. part.

B. CÆPOLLA CAUT. XLV.

§. Ad instruendum judicem contra appellantem frivolè, causa differendi judicium.

SUM-

SUMMARIUM.

1. Judicis simplex admonitio vim peremptorii habet, & jussum in vera contumacia constituit, adeò qvòd postea, si comparuerit, appellare non poterit.

SI vis illaqveare appellantem causa differendi judicium tu judex potes uti multis cautelis. Et prima cautela est qvòd si appellans comparet infra terminum, & petat apostolos in debita forma, respondeas & dicas: Ego non possum nunc tibi tradere, venias die ultima termini, in tali hora, puta 18. nam tunc si non venit, & non comparet apeplans illa hora, coram dicto judice à qvo, pro dictis apostolis
a appellatio manet deserta, *a* nec excusabitur, si ante comparuerit, sive pòst, *ut in Clem. qvamvis. de app. & ita dicit Matt. de Matth. in suis sing. notab. in no. 22. qvod incipit, nota practicam, qva uti potest judex.* Secunda cautela est, qvòd judex assignet sibi appellanti terminum competentem, infra qvem appellans iter arripiat causa proseqvendæ appellationis: nam si eo lapso, non incepit iter arripere, appellatio erit deserta, *ut est casus in c. pervenit. 2. de appel. & in c. cùm causa de re jud. & ibi no. per Dd. in c. personas. & in c. ex insinuatione. de appel. & vide no. per Matt. in d. 22. not. & idem etiam not. omnes Dd. Legistas in l. præses. C. de appel.* Tertia cautela est, qvòd judex à qvo assignet certum terminum non competentem, intra qvem appellans se tenetur præsentare judici ad qvem, qvod si non fecerit, appellatio erit deserta, *ut est casus in c. personas. de appel. & ibi not. per Dd. in d. c. ex insinuatione. eod. tit. & d. l. præses. C. de app.* Qvarta Cautela est, qvòd judex à qvo est appellatum, assignet & figat terminum appellanti, infra qvem præsentet apostolos judici ad qvem, qvod si non fecerit, appellatio deserta habebitur, *ut probatur per text. & glo. & ibi habetur per Dd. in l. præses. C. de appe. & ita etiam tenet Matth. de Mat. in suo notab. 22.* Qvinta cautela est, qvòd judex à qvo assignet certum terminum, infra qvem appellans debeat facere fidem judici à qvo, qvia se præsentaverit coram judice ad qvem, infra terminum sibi statutum, ut dictum est in præcedentibus cautelis, qvòd si appellans non fecerit, secundum communem & veram opinionem Doct. appellatio non erit deserta, qvia non reperi-

tur

tur jure cautum, sed tamen ista assignatio termini habebit istum effectum, qvòd judex à qvo poterit sententiam suam exeqvi, nec unqvam retractabitur executio, nisi demum lata sententia in causa appellationis, si judicatum fuerit bene appellatum, & malè judicatum. *ita singulariter dicit Fede. de Senis in cons. suo 22. qvod omnino vide. & idem tenent Dd in d.c. personas. & in c. ex insinuatione. de appellat. & idem tenet Lud. de Ros. in 141. singulari qvod perpetuò not.* Sexta *Cautela* est, qvod per judicem à qvo præfigatur certus terminus competens ad proseqvendum appellationem, qvo elapso, si non fuerit prosecuta, rata manet sententia, & judex à qvo poterit eam executionem mandare, nec retractare potest, *ut est casus in c. cùm sit Romana. extra. de appel. & habetur in c. cum causa. de re jud & c. ex insinuatione. de appel. & in l. præses. C. eod. tit. per Ludo. de Ros. in 161. singulari. & per Matth. de Matth. in 22. notabili.* & intellige prosecutionem non appellationis finiendæ, qvia talis terminus non potest assignari per judicem à qvo, *ut in d. c. ex insinuatione. & no. gl. ordin. in d. c. cùm sit Romana.* sed intellige de termino appellationis proseqvendæ, vel inchoandæ, ut est casus, qvi ita debet intelligi in d.c. cùm sit Romana. & in d. c. cum causa. & intellige omnes prædictas cautelas, qvando judex à qvo detulit appellationem, aliàs autem si non detulisset, sed incepisset procedere post appellationem interpositam, non posset assignare aliqvem de prædictis terminis, *ut singulariter not. Inno. in c. fi. extra. de accusat. & Lud. de Rosa. in 165. singulari. & habetur. in d. c. cùm sit Romana. per Doct.* Septima cautela est, qvòd ille, qvi credit habere sententiam pro se, faciat, qvòd judex admoneat partem, ut compareat in tali termino ad audiendam sententiam, qvia si non comparebit in termino, & fertur sententia, ille admonitus per judicem non poterit appellare. * Et est ratio, qvia simplex admonitio judicis habet vim peremtorii, & constituit jussum in vera contumacia, adeò, qvòd non poterit postea appellare, si non comparuerit, *ut est gl. valde not. in l. 2. C. qvom. & qvand. jud. qva ita vult per illum text. & ibi hoc no. singulariter Ang. qvòd perpetuò tene menti.* a

ADDITIO.

a Deserta.) *Appellatio deserta censetur per lapsum termini dati ad se præsentandū coram judice ad qvem l. 2 §.*

 fin.

fin. C. de tempo. appel. Bal. & Doct. in l. præses, in versi. pone judex à qvo. C. de ap. c. sæpè. eod. tit. *Item si Apostoli infra terminum non petantur.* Bart. in l. 1. in versi. qværo qvid si judex. ff. de lib. dimiss.

CAUTELA.

§. A Sententia causa possessorii qvomodo appellare liceat vel non. *Vide Cautelam supra de procuratoribus. Tit. IIX. loco 4.*

R. FICHARDI CAUTELA X.

§. Pro appellante super sententia in judicio possessorio lata.

SUMMARIA.

1. Appellare non si in Possessorio judicatum sit.

2. Appellans mentem dubiam statim declarare potest.

1 DIctum est suprà in Caut. 3. qvòd à sententia, latá super * possessorio, non liceat appellare. *per l. unic. C. si de mo. poss. fuer. ap.* Sed illud limitatur; si reus non super iniqvitate sententiæ appellaverit, sed ad remedium nullitatis tantùm confugerit, dummodo eam principaliter deducat. Cum igitur hoc casu sæpius controvertantur, qvando nullitas censeatur principaliter deducta, pro *Cautela* traditur, ut si fortè Reus videretur nimis generaliter appellasse, ita ut illa appellatio tam super iniqvitate, qvàm nullitate facta esse censeri possit, tunc appellans postea coram judice
2 appellationis debet se statim * declarare mentem suam tempore appellationis interpositæ fuisse & adhuc esse, ipsam nullitatem principaliter deducere, iniqvitatem verò tantum in eventum, qvòd sententia reperiretur nulla. *Ita instruxit Alex. consi. 2. col. fi. Hier. Cag. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. ver. Qvando verò. nu. 279. & Contard. in l. unic. C. si de mom. poss. ap. lim. 7. nu. 4.*

B. CÆPOLLA CAUTELA LXXVII.

§. Pro Appellare volente, si exceptiones non admittantur.

SUMMARIUM.

1. Appellare licet ab Exceptionis rejectione, vel si sine rejectione procedatur ad ulteriora.

VIdeamus etiam aliam Cautelam de eadem materia: nam

nam ille, qvi vult appellare, debet esse cautus, ut si judex non vult admittere antiqvam exceptionem, qvod ipse proponat exceptionem suam, & si judex eam admittet, tantum est, ac si non admittit, sed rejicit expresse, vel procedendo ad ulteriora debet tunc appellare hoc modo, videlicet qvia judex non admisit exceptionem suam propositam, imò eam rejicit expressè, vel tacitè appellat, ne procedat in causa tali ad ulteriora procedendo: sed si solummodò allegata exceptione, & non rejecta expressè, vel tacitè, licet non admissa appelletur in causa, talis appellatio non valeret. *ista omnia probantur in cap. dilecto. de ap. & ibi per omnes. & no. Ant. de But. & Doct. in c. interposita. de ap.* Secunda Cautela, qvòd ille, qvi objicit exceptionem coram judice, offerat se eam probaturum in continenti, si potest, qvia tunc si non admitteretur talis oblatio, appellatio interposita propter hoc justificaretur, solum probando, qvòd se obtulerit, & non fuit admissus, ubi alias teneretur probare exceptionem oppositam esse veram, *ut est text. in d. c. dilecto. in princ. & ibi hoc no. glo. in §. 1. & no. omnes Doct. in prin.* Tertia Cautela est, circa idem, qvando aliqvis opponit unam exceptionem coram judice, & judex eam non rejicit nec tacitè, nec expressè, nec etiam admittit, sed dicit, qvòd dubitat, & qvòd vult habere consilium, sicut, sæpè fit, & tenet illum objicientem exceptionem: nam tunc Cautela est, qvòd objiciens exceptionem reqvirat judicem cum aliqvo intervallo temporis congruo, etsi non aliter declarat elapsa 3. reqvis. poterit appellari, & non ante. *arg. c. 1. de sup. neg. prala. & dicit no. Ant. de But. in d. c. dilecto. & no. idem Abb. Sicu. in c. intimasti. eod. tit.* * Et si tamen videre vis alias Cautelas in materia appellationis, *vide plenè per Spec. in tit. de ap. §. qvaliter. ver. in summa. no. in 2. par. Spec.* 1

R. Fichardi Caut. XI.

§. Pro appellante, per Attentata intra decendium appellandi gravato.

Dubitatum olim fuit, an qvæ intra decendium, qvod datur ad appellandum, fierent, possent sub nomine Attentorum revocari. Et decisum postea est, qvod veniant sub nomine attentatorum, ideoq; possint & debeant revocari. *Ægid. Decis. 217. Corn. l. 3. nu. 2. C. de ap.* Nec enim fieri pot-

est executio infra terminum datum ad appellandum, *secundum Bald. in cons. 366. inci. qvanqvam. n. 4. lib. 3.* Datur igitur de eo Cautela, qvòd appellans petat revocationem omnium actorum, & annexorum eis appellatione pendente, ut intra tempora, qvibus libuit appellare. *Ang. in l. 3. C. de ap. Spec. sub tit. de ap. §. nunc videndum. n. 1. Contard. in l. unic. C. si de mom. poss. fuer. ap. qvæst. 4. n. 29.*

R. FICHARDI CAUT. XIII.

§. Pro appellante, qvando Attentatorum revocatio petenda sit.

CONtroversia est inter legum interpretes, utrum si appellans non petat revocationem attentatorum ante litis contestationem, postea de illis non sit audiendus, sed teneatur finem litis expectare. Nam Bart. *in l. unic. col. 1. ff. nil nova. appel. penden.* Decius *in c. consuluit. 2. n. 5. versi. & notandum est. de appellat. & in l. 1. n. 2. C. de bonor. poss. secundum tabul.* tenuerunt pro affirmativa contra Rot. *decis.* 185. Capic. *decis.* 15. *n.* 188. Ferrat. *Caut.* 58. *n.* 4. Marant. *in trac. de ord. jud. part. 6. secun. act. par. ult. n.* 392. tenuerunt, attentata in qvacunqve judicii parte revocari, dummodo revocatio ante conclusionem in causa petatur. Illam verò controversiam Achil. Person *in tract. adipisc. possess. n. 362. versi. Sed ego arbitror.* ita conatur dirimere, ut prior opinio vera sit, de attentatis ante litem contestatam, altera verò de attentatis post litis contestationem factis. Addens, qvòd etiam illa attentata revocari possint, qvæ post conclusionem facta sint, *per Afflict. decis. 352. n. 5. & seqven.* ergo multo magis ea; qvæ ante conclusionem facta sunt. Ut igitur istæ disputationes evitentur, tutissimum est, ut appellans statim attentatorum revocationem petat, anteqvam ulterius procedatur, *ut idem Achi. Pers. monet, ex Bartol. & Dec. in d. tract. adipiscen. possess. num. 362. in princip.*

R. FICHARDI CAUT. XII.

§. Pro appellante, ut faciat impedire executionem, licèt deserta sit appellatio.

CUm appellatione deserta facta, sententia transeat in rem judicatam, & liceat appellato executionem petere, *l. si contra majorem. C. de appell.* Tamen contra hoc Cautela est, ut videlicet appellans, anteqvam appellatus à judi-

ce primæ instantiæ executionem postulet, coram judice appellationis compareat, impedimenta proseqvendæ appellationis alleget, & ita appellationem ipsam, vel saltem punctum illum impedimentorum proseqvatur, judicisqve sententiam vel interlocutoriam petat super puncto illo impedimentorum. Interim enim tanqvam pendente appellatione, non licebit judici à qvo exeqvutionem facere, & si faciat per viam Attentatorum, revocabitur à judice appellationis. *Fran. in c. ex ratione. col. fin. in qvæst. fin. extra, de appellat. Hier. Manfred. in suo tractatu de attentat. lib.* 1. *part.* 11. *n.* 24. Exemplum autem ejusmodi impedimentorum, & qvòd appellans per ea excusandus sit, & appellationi deferendum, habes in l. præses. C. de appellat.

B. Cæpolla Cautela LIX.

§. Pro appellato, qvando appellans non appellavit infra decem dies. *a* a

SUMMARIA.

1. Sententiæ latæ si qvispiam gravatur, infra decem dies appellandum est, sive fuerit diffinitiva, seu interlocutoria.

2. Negativa non semper onus probandi in adversarium transfundit.

QVando * est lata sententia, si gravatur, appellandum est infra decem dies, sive sit diffinitiva, *ut in auth. hod. C. de ap. & in c. qvod ad consultationem, ad fi. de re jud. in c. cùm dilecti. de elect. cum si.* sive sit interlocutoria, *ut ex text. cum gl. in c. significaverit, ext. de testi.* & ideo: si aliqvi appellaverunt post decem dies, non tenet appellatio, *ut in dictis juribus.* Sed dubium est, qvòd si esset appellatum post decem dies, qvaliter debet opponi per appellatum, qvòd non sit appellatum tempore debito. Et dic, qvòd Cautela est *secundum Joan. And. in c. Rom. §. si verò. de ap. in 6. qvem seqvitur ibi Dom.* videlicet qvod appellatus dicat, nego appellatum infra decem dies, & non dicat appellatum fuisse post decem dies. Et hæc Cautela utilis est propter duo. Primò, qvia non seqvitur, qvia si appellavit post decem dies, ergo non priùs, qvia potuit priùs appellare, *ext. de testibus. cum tu.* Secundò, qvia utilis est propter negativam: qvia negando transfundit in eum jus probandi, 1

ut ff. de proba. l. ei qui dicit. sed Doctor. ibi dicunt, qvòd ista secunda ratio non est bona: * negativa non semper transfundit onus probandi in adversarium, *ut no. in c. super his. ext. de accus. & not. in c. 1. de confess. lib. 6.* Nam scire debes, qvod qvando qværitur, an aliqvis appellaverit congruo loco & tempore, vel apostolos petierit, vel suam causam prosecutus fuerit, tunc sine dubio ille, qvi appellat, debet probare, *ut l. litigatoribus. & l. eos. in fi. & l. pen. C. de ap. ut not. Spec. in tit. de citatione. §. seqvitur, vidert. juxta princ. & de appel. §. qvaliter autem appellatio. ver. & adverte. & ita dicit etiam Arch. 22. q. 1. in fi. & adde, qvod dixit idem Arch. 50. dist. si qvis præpostere.* præsumitur tamen temporis solennitas, videlicet, qvòd infra decem dies fuerit interposita appellatio, *ut vult Bald. in Auth. hodie. C. de ap. & Lud. & de Ros. in l. sciendum. ff. de verbor. obligationib.*

ADDITIO.

a Decem dies.) *Appellatio post 10. dies si fiat, & opponatur contra eam, si pronuncietur esse procedendum super ea, valet processus, & appellatio infra 10. dies præsumitur facta à die scientiæ.* Lud. Pon. in l. sciendum. 12. col. de verbor. oblig. & Rota in decisio. 319. si possessor. in not.

I. DE ARNONO CAUT. XLII.

§. Pro creditore contra debitorem condemnatum appellantem, ut non obstante appellatione, capiat eum de persona.

QVotidie potest hæc Cautela contingere: Habebam debitorem condemnatum ad certam pecuniæ qvantitatem. appellavit debitor, pendente appellatione effectus est suspectus de fuga, qvia præparet se ad fugam, *Cautela* est, ut creditor capiat eum de persona, qvia poterit etiam pendente appellatione. *Ita singulariter determinat Angelus in repetit. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. libro decimo, post medium, versic. item qværo, an pendente lite. qvem refert & seqvitur Alexan. in cons. 470. incipiente, magnifice prætor, in 2. col.* refert & seqvitur etiam do. Jas. in l. unic. in 3. col. versic. fin. ff. si certum petatur. & ibi etiam in 4. col. refert, se alias in contingentia facti allegasse & obtinuisse, si debitor esset in domo propria, ut possit capi, si sit suspectus de fuga, non obstante l. pleriqve. ff. de in jus voc. & dicit se

se invenisse hoc tenere Bald. *in lectura anti qva, in dict. l. plerisqve.*

R. Fichardi Caut. XIV.

§. Pro appellato, ut inhibitionem impedire possit.

Summarium.

1. Inhibitio, ut legitimè fiat, qvæ reqvirantur.

Ut inhibitio * legitimè fiat, duo reqviruntur: primò, qvòd constet appellationem fuisse interpositam: secundò, qvòd judex causæ veritatem cognoscere cœperit, ut communem Doctor. opinio. esse asserit Roland. *cons. 77. n. 24. & seqven. lib. 2. & Marant. in tract. de ord. jud. in part. 6. Act. secund. par. ult. n. 196.* Qvod tamen ita limitat Achil. Pers. *in tract. adip. possess. n. 355.* si videlicet appellatum esset in casu, in qvo appellare non licet, vel qvando causa appellationi inserta, esset injusta, vel appellatio frustratoria, vel frivola, nam in ejusmodi casibus judex appellationis prius causæ cognitionem super justitia appellationis adhibere debet, alias inhibitio non valet, *per text. in c. Romana. §. si verò. de appellation. in 6. & ibi Dom.* Joan. *And. & Archid.* Ideoqve Person. *d. num.* 355. admonet appellatum, ut si velit inhibitionem impedire, incontinenti coram Judice appellationis compareat, eidem exponat, qvòd non in termino juris appellatum sit, vel legitimam causam non expressit, vel aliud aliqvid proponat, per qvod jurisdictio judicis ad qvem vocetur in dubium. Nam nisi hoc fiat, & appellans pro inhibitione instaret, tunc judex ad qvem sine causæ cognitione inhibitionem facere posset, *de qvo etiam per Angel. in l. per hanc. num.* 4. *C. de temp. appel. Lanfranc. in c. qvoniam contra. num.* 128. *de probat.* 1

R. Fichardi Caut. XXXVII.

§. Ad inhibitionem impediendam.

Tametsi judex appellationis regulariter non statim possit inhibere, nisi priùs cognita qvalitate appellationis, & veritate causæ. *per c. Romana. §. si autem. de ap. lib. 6. Bellem. in c. pastoralis. §. præterea. num. 8. de offi. deleg. Paris cons.* 108. *n.* 10. *Angel. in l.* 1. *in princ. n. 9. ff. nil novari. Felin. in c. dilectus filius.* 2. *n.* 14. *de rescript. & Roland, cons. 77. n. 24. lib. 2. de qvo etiam suprà dictum est, in Cautela* 14. Tamen qvia judices interdum pro favore partium

faciliores & procliviores ſunt, in concedendis Inhibitionibus, idqve etiam ipſis aliqvando licitum eſt, nempe ad ſeculam inſtantiam partis appellantis, & ſecundum qvòd apparet magnum præjudicium, & irrecuperabile damnum, ſi permittatur fieri executio, &c. *Ang. in l. per hanc. C. de temp. appellat. & Lanfranc. in c. qvoniam contra. num. 12. extr. de probationib.* Idcirco Cautela traditur ad impediendam Inhibitionem, ut appellatus neget eſſe appellatum, vel dicat Judicem appellationis non habere jurisdictionem: niſi enim Judex appellationis tunc primum cognoſcat, an ſua ſit jurisdictio, non poterit inhibere, qvia is, qvi inhibet, debet eſſe ſuperior, ita, ut Judex, cui inhibetur, habeat ſuam juriſdictionem ab inhibente. *Bald. in l. 1. in fin. C. qvomod. & qvand. jud. afflict. deciſ. 30. num. 3. Hippol. ſingu. 490. & ita tradit Caſ. Contar. in l. unic. C. ſi de mom. poſſ. fuer. appel. qvæſt. 5. nu. 3.*

B. CÆPOLLA CAUT. XXVI.

§. Qvod cauſa non exeat de manibus judicis.

SUMMARIUM.

1. Appellationis cauſa delegari poteſt.

CAutela, qvòd aliqva cauſa non exeat de manibus domini poteſtatis, ad dominium Venetorum, vel de manibus Epiſcopi ad Archiepiſcopum, eſt qvod Epiſcopus vel poteſtas deleget cauſam, & ſi appellatur à ſententia lata per delegatum, appelletur ad ipſum Epiſcopum, vel poteſtatem delegantem, qvi iterum deleget, qvod poteſt: * qvia
1 cauſa appellationis poteſt delegari, ut l. cùm poſt ſententiam. C. de appell. & no. gl. & Angel. in l. eos. in princ. eod. tit. & ſi iterum appellet ad ipſum Epiſcopum, vel poteſtatem, tunc ipſe Epiſcopus, vel poteſtas, poſſunt cognoſcere, ne tertio loco liceat appellare, & ſic per iſtum modum delegando bis, cauſa non exibit de manibus ipſius epiſcopi vel poteſtatis, & hoc tenet Raph. Fulg. in l. eo caſu. C. de appel.

R. FICHARDI CAUT. XXXIX.

§. Pro Judice volente deferre appellationi, propter calumniam appellantis, qvæ tamen calumnia actis non conſtet.

SI judex videat, & intelligat aliqvem ex calumnia appellare, atqve eum ſaltem in finem, ut executionem differat,

tat, non tenebitur statim appellationi deferre, executionem suspendere. *Abb. in cap. super eod. in fi. de off. deleg. Felin. in cap. de cetero. numer. 11. de re jud. Dec. in cap. super eod. 1. col. 2. de appell. idqve maximè, si constaret de vehementia calumnia, & periculum in mora concurrere, ut per Felin. in dict. capit. de cetero. n. 11.* ubi dicit, hoc etiam procedere in judiciis summariis. Cat. Cot. in Memoral. sub verbo. exceptio domini. in fin. Attamen qvia sæpè accidit, ut illa temeritas & calumnia appellandi, vel etiam periculum in mora, non appareat ex actis, sed saltem constat de illis Judici à qvo, ex dictis & gestis appellantis, qvæ Judex appellationis non potest, nec tenetur, divinare. argu. l. si fidejussor. §. si cùm debitor. ff. mandati. ideoqve Judex inferior posset in suspicionem aliqvam incurrere, & prævaricationis argui, *Cautela* est, ut faciat ea, ex qvibus apparet calumnia appellantis, ad acta redigi, alioqvin enim ipsi non creditur. *cap. qvoniam contra. de probat.* Et ita admonet Felin. *in dict. capit. de ceterò. nu. 12. & in dict. capit. licet causam. numero qvinto. Andr. Barb. in cap. ex parte. nu. 12. de offi. deleg. Cas. Contard. in l. unic. C. si de mon. pos. fue. ap. in Limitat. 7. nu. 51.*

DE SUPPLICATIONE, REVISIONE ET RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Tit. XXXIV.

B. Cæpolla Caut. CCXXII.

§. Qvaliter debeat emanere rescriptum à principe, ad hoc, qvòd qvis possit audiri in causa, in qva non appellavit.

Summarium.

1. *Rescriptum impetratum à principe, ad hoc, ut aliqvis audiri possit, ipso jure nullum existit.*

SUPPLICATUR sæpissimè principi, qvando causa est decisa & finita, à qva amplius appellari non potest, qvia transivit in rem judicatam, puta: qvia sunt latæ tres sententiæ cōformes, *ut l. 1. C. ut nemini liceat in una eademq; causa tertio provocare, & c. sua nobis. ext. de appellat.* vel qvia non fuit appellatum, & sic victꝰ ei acqvievisse videtur. *l. ab eo. C. qvo. & qvando judex.* vel qvia post sententiam incepit solvere, vel terminum petiit ad solvendum. *C. de*

C. de re jud. l. ad solutionem. vel qvia fuit appellatum, & deserta est appellatio per lapsum anni, vel ex causa biennii, *ut in auth. ei qui. Cod. de tempo. ap. & capit. cùm sit Rom. de ap. & habetur in capitu. ex ratione. eodem titu.* & à principe obtinetur rescriptum, ut iterum causa audiatur & terminetur. & multi credunt, qvòd tale rescriptum valeat. * Sed tu dicas contrarium, qvia imò est ipso jure nul-
1 lum, *ut est textus in l. causas, vel lites. Cod. de transact. & l. fina. Cod. sentent. rescind. non poss. & l. fina. Cod. de errore advoca.* imò plus dico, si qvis tale rescriptum impetraverit, non solùm erit nullum, & suo desiderio carere debebit, *ut dictu juribus,* sed etiam ignominiæ pœna notabitur, id est, efficietur infamis, ut est textus multum singularis in l. fin. Cod. ut lite pendente. qvi textus procedit, sive non sit appellatum, vel appellatio sit deserta, *ut ibi dicitur in text.* sive etiam bis sit appellatum, & propter hoc non possit ampliùs appellari, sive non possit appellare, qvia fuit contumax, *juxta l. ex consensu. §. fin. ff. de ap. &* l. 2. §. *fin. cum ibi notatis. ff. qvando ap. sit. ut vult glo. notab. in dicta. l. fin. Cod. ut lite pend.* Sed ad hoc, ut rescriptum valeat, Cautela est, ut dicatur non obstante *l. fin. Cod. sentent. rescin. non poss. & l. fi. Cod. ut lit. penden. cum simil. ut not. glo. in dict. l. ult. sent. resc. non posse. facit qvod not. Barto. in l. vacuatis. C. de decur. lib.* 10. & puto etiam, qvòd sufficiat, si diceretur, non obstantibus aliqvibus legibus, vel statutis in contrarium facientibus, *per not. in authent. hoc inter liberos. C. de testamentis. & l. si qvis in principio testamenti per Bart. ff. de lega. 1. & l. fin. Cod. si contra jus, vel utilitatem publ. & per Canonistas in cap. qva in ecclesiarum. extra. de constit. & per Anton. de Butr. in cap. 1. eodem titu.* verius tamen ubi jura civilia observantur, servatur contrarium, qvia hujusmodi rescripta servantur, qvando sunt impetrata servatis solennitatibus Venetiarum, etiamsi non sit clausula, non obstante. qvod not. qvia pauci advertunt.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXX.

§. Qvòd in casibus, in qvibus non potest appellari, petatur in integrum restitutio.

SUMMARIUM.

1. Appellari in multis casibus non conceditur.

Multi

MUlti * sunt casus, in qvibus non potest appellari, sed tunc Cautela est, qvòd petatur resti. in integ. *ut est casus in l. præfecti. ff. de mino. de qvo plenè per* Jo. *And. in Novel. in cap. 1, in 1. col. de restit. in integ. lib. 6.* 1

R. FICHARDI CAUT. XCIIX.

§. Pro Victo in possessorio, ne utatur Qverela, vel Supplicatione pro revisione, si ipsi per restitutionem in integrum consultum esse possit.

IN præcedenti Cautela dictum est, in causa possessorii non licere appellare, & licet hoc regulariter verum sit, tamen interim non est prohibitum Qverelari (ut vocant) vel Supplicare ad Principē, pro Revisione sententiæ latæ habenda. *Aug. Berq. in c. 1. nu. 5. de ap. Ripa. in l. nemo potest. n. 92. de legat. 1.* qvia remota appellatione, non intelligitur rejecta Qverela, nec Supplicatio, *secundum glo. in l. 1. C. de offi. præf. ec. prat. Menoch. ad Reme. 4. adipis. possess. nu. 902.* & appellatio est remedium ordinarium, qvia innititur juri communi. Supplicatio verò est speciale remedium, qvia innititur tantum gratiæ Principis. *ut ait Laur. Silu. consilio 63. nu. 2. Cast. & Jas. in l. si qvis. & Auth. qva supplicatio. Cod. de precib. Princ. offer.* sublato verò remedio ordinario, non censetur sublatum qvoq; extraordinarium. *Ro. consilio 25. col. ultim. Fulg. consilio 177. colum. 2. Hippoly. sing. 88.* Qvia tamen sæpè fit, ut alicui etiam per viam restitutionis in integrum possit esse consultum contra illam sententiam latam in possessorio, admonet Cæs. Contard. *in leg. unic. Cod. si de mom. possess. ap. fuer. q. 8. num. 40. & seq.* ut potius petat illam restitutionem, & abstineat à Supplicatione: nam restitutio in integrum regulariter impedit executionem, secus in Supplicatione, *secundum Imolam in capit. cum olim. numero nono de dol. & contumac.* qvia restitutio innititur juri, & habet gratiam illam sibi annexam potius à Jure, qvam à Judice, Supplicatio verò innititur puræ gratiæ Principis, ita, ut sit in potestate ejus, illam admittere necne, *secundum Felin. in cap. qva in ecclesiarum. num. 55. Versi. sed declaro. extr. de consti.* Restitutionem verò, tanqvam à jure dependentem, tenetur etiam ipse Judex, à qvo (modò legitima & justa causa eam petendi subsit) de jure permittere, qvia cogitur super ea secundum juris tramites procedere, ideoqve multò pingvius providetur

detur Victo per eam, qvàm per Supplicationem, *ut per Contard. in dicta q. 8. nu. fin.*

DE TAXATIONE EXPENSARUM LITIS. Titulus XXXV.

CAUTELA.

§. Ut qvis non teneatur ad expensas Litis. *Vide suprà eodem. Tit. 13. de libello.*

I. DE ARNONO CAUT. LXXX.

§. Pro obtinente in causa, & adversarium condemnari in expensis, ut probet expensas per testes, qvia tunc judex non poterit illas taxare.

HODIE litis expensæ prius taxantur à judice, & postea juratur à parte, *ut in authent. post jusjurandum. C. de judic. & per Canonist. in cap. finem litibus, de dol. & contu.* Sed Cautela est, ut ille: qvi obtinuit in causa, & adversarium sibi condemnari in expensis, probet illas per testes: qvia tunc judex non poterit illas taxare & moderare, *secundum Baldum in l. sancimus, C. de jud.* & Paul. de Castr. in d. authentic. post jusjurandum. & ibi do. Jason, ubi dicunt, qvòd illa authent. procedit in expensis probandis per juramentum partis, & non per testes. not. in practica: qvia qvotidie evenit.

DE EXECUTIONE. Tit. XXXVI.

P. BREDERODIUS CAUT. XIIX.

§. Ut Judex Secularis non teneatur exeqvi sententiam judicis ecclesiastici.

HÆC est, ut inqvirat diligenter, an sit injusta vel nulla, nam si suspicatur eam esse talem, non tenetur exeqvi. *Vide supr. eodem in Tit. 12. de Except. Declinatoriis loc. 9. num. 2.*

I. DE ARNONO CAUT. LXXXIV.

§. Pro petente executionem instrumenti jurati.

ACtor petebat executionem instrumenti jurati, reus ne traheretur ad curiam secularem, obtinere volebat absolutionem à juramento ab episcopo, ut sic idem episcopus esset judex competens in causa principali, juxta ea, qvæ plenè diximus in Cautela 22. incip. volens tu dicere. Cautela est, ut ipse actor remittat juramentum, qvod facere potest, cum sit præstitum ad ejus utilitatem, *ut per Barto. in l. 1. §. & post operis. ff. de novi operis nuncia. & in l. Labeo.*

heo. ff. de jurejurand. Refert & seqvitur. do. Jas. in l. qvotiens. in 2. col. circa prin. C. de jud. ubi dicit Pau. de Castr. habuisse semel de facto in Brixia.

I. DE ARNONO CAUT. LXXI.

§. Pro nuncio, qvi vult facere personalem executionem, ut semper ostendat licentiam in scriptis, alias potest impunè ei resisti.

JUdex ore tenus, & ex non scripto dedit licentiam nuncio, sive bajulo, & familiæ suæ, ut Sempronium caperet de persona, & illum vinctum adduceret ad judicem. Sempronius non permisit se capi, sed fecit resistentiam, impetitur propterea procurator de hoc: Dico, qvòd jure qvodam optimo hanc resistentiam fecit: nam sufficit, si hujusmodi licentia probetur per testes. Ita dicit Baldus *in capit. cum parati. in 2. colum. C. de appellat. & in l. consentaneum. in 7. not. C. qvomodo & qvando jud. per tex. in l. missi opinatores. C. de exactor. tri. libro decimo, & in l. facultas. C. de jure fisci. eo. lib. Refert & seqvitur dom. Jason, in l. cùm proponas. in 1. colum. Cod. de pact.* Cautela est igitur, ut ostendatur licentia in scriptis, per suprà dicta, & not. in actu practico, qvia sæpè occurrit.

R. FICHARDI CAUT. XVI.

§. Pro condemnato in possessorio, ut judici resistere possit.

VUlgare est, qvòd à sententia super Judicio possessorio non licet appellare: ideoq, nec resistere Judici exeqvi volenti. *l. unic. Cod. si de mom. pos. fuer. ap. Glo. in l. fin. in verb. missas. C. de edict. divi Adr. toll. & suprà Caut. 3. & 4.* Hoc tamen (nimium de resistentia) limitatur primò, si sententia esset notoriè injusta, qvia ex qvo notoriè gravat, non dicitur esse Judex, ideoq; ipsi resistere licet. *Feli. c. si qvando. num. 2. vers. qvaro fallit. de offic. deleg. Deci. in l. unic. §. is videtur. nu. 28. ff. si qvis jus dicent.* Secundò, qvando infertur per Judicem damnum irreparabile. *ut idem Felin. in d. c. qvando. vers. tertio fallit. Jac. Menoch. ad princ. remed. recup. poss. nu. 281.* Idqve verum esse ait Cæs. Contard. *in suo comment. super l. unic. C. si de mom. poss. fuer. appell. qvæst. 9. nu. 5.* etiamsi dubium esset, an damnum sit irrecuperabile necne, *per Hipp. Rim. in d. l. ut*

vim.

vim. n.25. Et in illo casu dubitationis licet appellare ad judicem superiorem *secundum ea, qvæ tradit Bellem. inc. novit. n. 9. de appellat.* Tertiò limitatur, qvòd licèt gravamen non sit notoriè injustum, tamen si appellatum fuerit, resisti posse judici, ne exeqvatur suam sententiam. *Innoc. in d. c. si qvando. Dec. in d. l. ut vim. n. 27.* Hinc igitur sumitur illa *Cautela*, qvòd condemnatus in possessorio debeat appellare, ut nimirum ipsi tantò melius liceat judici resistere, & resistendo judici, impedietur executio, interim manebit condemnatus in possessione. Hanc Cautelam tradit Contard. *in d. q. 9. n. 9. allegans Aymon. in consuet. Alver. ti. 2. art. 3. ibidem adducentem Feli. in d. c. si qvando. 1.* post Bald. qvi dicit, qvòd coloni & inqvilini, qvi tantam habent detentionem, habent jus resistendi. Intelligit tamen idem Contard. *d. q. 9. n. 12.* hanc Cautelam de resistentia, valere in casu, qvo etiam ipsa appellatio valeret, ut constaret judicem super notoriè injusta sententia exeqvi, *secundum Alex. in l. sed eximendi. §. item si qvis. n. 3. ff. si qvis eum & Albert. Brun. cons. 87. n. 36. Claud. de Sis. in d. l. ut vim. num.* 33. qvicqvid in contrarium teneat Deci. *in di. ca. si qvando. n. 4. & in d. l. ut vim, num. 27.*

CAUTELA.

§. Pro Reo si Modus in executione excedatur, & ut appellet, *Vide supr. Tit.* 33. *de Appellat. loco.* 8.

FINIS

ENCHIRIDII CAUTELARUM CIVILIUM.

ENCHI-

ENCHIRIDION CAUTELARUM CRIMINALIUM.

AD ORDINEM JUDICII CRIMINALIS DIGESTARUM.

DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS, ET QVIBUS MODIS QVIS AB INFAM. LIBER. POTERIT, TIT. I.

B. PERUSINI CAUTELA XIV.

§. Qvæ cautela possit transigi, ut non videatur de crimine confiteri.

TERTIODECIMO qværitur, * qvalis cautela possit adhiberi, ut transigens, vel paciscens in delictis non videatur confiteri, cum hoc ipso confiteri videatur, *ut C. de his, qvi no. infam. l. qvoniam.* Et dic, qvòd pactio facta non infamat, *ut eodem titu. l. furti. §. pactus.* Item qvid si in transactione exprimetur, qvòd hoc fecit transigens, ut evitet impendia litis, non qvòd crimen, de qvo transigit, commiserit, *ut d. § pactus, & argumen. ff. de mi. l. in minoribus.* Item si facit transactio. jussu judicis, *ut dicta leg. furti. §. qvi jussu.* Item si facit hoc, ut modo dicatur, qvòd injuriatus, vel is, qvid damnum recipit, transigit, vel transactionem facit cum eo, cum qvo de crimine agitur, & per pactum sibi remittit omnem injuriam, & offensam, & omne damnum, qvòd constat, vel constare posset sibi vel ab alio illatum qvacunqve causa. Sed licèt cautela sufficiat per viam pacti, qvod constat gratis fieri posse, *ut dicto §. pactus,* tamen per viam transactionis locum habere non posset. Qvia in transactione aliqvid dari, vel fieri, *a* vel promitti sive remitti, aliàs nulla est, *ut C. de transact.* Sed prodest dicta cautela per viam pacis fiendæ, qvia talibus verbis potest fieri contractus pacis: qvia

qvia ex hoc paciſcens non confitetur maleficium, de qvo agitur, & ideo, ut dixi, fiat per dicta verba, ſcilicet, qvòd injuratus faciat pacem cum injurante, & ei remittatur injuria, qvam conſtat, vel conſtare poſſet illum ſibi intuliſſe, vel qvòd ambo ſibi invicem remittantur omnes injurias &c. qvia ex hoc nil videtur confiteri ille, qvi intulit injuriam.

ADDITIO.

a *Dari vel fieri.*) Adde Pet. de Anch. in c. ſuper eo. n. 1 extra de transact.

B. CÆPOLLA CAUT. CLXXXIIX.

§. Pro illo, qvi paciſcitur de crimine, qvòd evitet infamiam, idem, qvod ſuprà dicitur, ſed paulò dilucidius.

SUMMARIUM.

1. Tranſigens de crimine confiteri videtur.

1 QVi paciſcitur, * & tranſigit de crimine, crimen confiteri videtur, *l. qvoniam. ff. de his, qvi notant. inf.* & ideo periculoſum eſt, qvando aliqvis eſt accuſatus, vel eſt inqviſitum contra eum de crimine, qvòd veniat ad transactionem, vel compoſitionem cum adverſario, maximè, qvando tale crimen irrogat infamiam, qvia efficitur infamis propter illam tacitam confeſſionem, *ut d. l. qvoniam.* Sed ſi qvis velit evitare paciſcendo dictam infamiam, Cautela eſt multiplex. Prima eſt, qvòd dicta pactio, ſeu compoſitio fiat gratis, qvia tunc non infamat. *ut eſt caſus in l. furti. §. pactum. eo. tit.* Secunda eſt, qvòd in transactione exprimatur, qvòd hoc facit tranſigens, ut evitet impendia litis, non qvòd crimen, de qvo tranſigit, commiſerit, *ut d. §. pactum. arg. ff. de mino. l. minorib. 25. annis ſubveniri. facit ad hoc cap. dilectus filius. 1. & qvod ibi not. extra. di. ſimo. & c. cùm pridem. cùm ibi no. extra. de pac.* Tertia eſt, ſi fiat transactio juſſu judicis, *ut d. l. furti. §. qvi juſſu.* Qvarta eſt, ſi fiat hoc modo, qvòd injuriatus, vel is, qvi damnum paſſus eſt, tranſigit vel transactionem facit cum eo, qvi de crimine arguitur, & per pactum ſibi remittit omnem injuriam, & offenſam, & omne damnum, qvod conſtat, vel conſtare poſſet illatum qvacunqve de causa. hæc tamen Cautela licèt ſufficeret per viam pacti, qvòd conſtat gratis fieri poſſe, *arg. d. §. pactum.* tamen per viam transactionis videtur, qvòd non poſſit habere locum,

cum, qvia in transactione debet aliqvid dari, retineri vel remitti, aliàs est nulla, *ut l. transactio. C. de trans.* Sed prodest dicta Cautela per viam pacti, faciendo, qvia talibus verbis potest fieri contractus pacis. & ex hoc paciscens non confitetur maleficium, de qvo agitur, & ideo fiat per dicta verba, seu qvod injuriatus faciat pactum cum injuriante, & ei remittat injuriam, si qvam constat vel constare posset illum sibi intulisse, vel qvòd mutuo sibi invicem remittat omnes injurias, qvia ex hoc nihil videtur fateri ille, qvi intulit injuriam. *pro hoc facit glo. no. in l. si qvidem. C. de excep. & in l. si filium. C. de lib. cau. & in l. 2. §. qvòd observari. in ver. credit. circa medium. C. de jur. calum. & glo. no. in c. cùm venerabilis. in ver. fuisse confessum. extr. de except. & text. cum glo. in cap. ex tenore. de testi.* Ex qvibus potest colligi alia Cautela, videlicet, qvòd dicatur, qvòd non sit illata aliqva injuria per talem inculpatum, & in qvantum appareat, vel constare posset eum commisisse, injuriatum sibi remisisse.

B. CÆPOLLA CAUT. XII.

§. Ad evitandum infamiam in actione famosa, vel in crimine.

SUMMARIUM.

1. *Infamis qvispiam qvandoqve non efficitur ex solo crimine, sed demum secuta sententia.*

REgulariter ille, qvi convenitur, & condemnatur actione famosa, vel ex crimine, ex qvo seqvitur infamia, efficitur infamis, *ut in l. athletas. §. Calumniator. cum §. seqvent. ff. de his, qvi no. infam.*

§. Sed Cautela est, qvod non efficitur infamis, videlicet, qvod ipse litiget non per se, sed per procuratorem, *a* qvia tunc licèt ipse condemnetur, & ejus procurator procuratorio nomine, *b juxta l. 1. C. de senten. & interlo. omn. jud.* tamen hoc casu nec dominus, nec procurator efficitur infamis, *ut probatur in l. furti. §. si qvis alieno. per text. & gl. ff. de his, qvi not. infam. & ibi hoc not. Bar. & Doct. & no. in l. infamem. de publ. ju.* Alia cautela est, qvod reus solvat, anteqvam lis contestetur. ut no. Bar. ibi, qvi dicit, qvod sufficit solvere ante condemnationē. Alia cautela est

a
b

tutior, qvòd solvatur sine mandato ipsius rei, *ut not. Ang. de Are. in l. non poterit. ff. de fur. & l. rictu. de his qvi not. infa. ut est casus in ca. testimonium. extr. de testi.* * Ali qvando qvis non efficitur infamis ex solo crimine, sed demum secuta sententia, *ut est casus in d. §. calumniator.* & ideo ubi ex solo crimine non infertur infamia, nisi per condemnationem, sufficit, qvòd illud solvat ante litis contesta. vel ante sententiam. & ita servatur communiter in illis, qvi habent condemnari in agendo, qvia si solvant ante condemnationem, & anteqvam legatur sententia in arengo non efficiuntur infames. Sed si ex solo crimine, qvando de eo est confessus, & convictus, seqveretur infamia, *ut in d. c. testimonium.* non esset bona cautela, qvòd ipse reus solveret ante litem contest. vel ante sententiam, qvia per solutionem videtur reus confiteri crimen. *l. ad solutionem. C. de re jud. & l. qvoniam. ff. de his qvi not. inf.* & ideo hoc casu est necessaria caute, 3. qvòd aliqvis solvat pro eo sine suo mandato. qvod no.

ADDITIO.

a Per Procuratorem) *qvod licet, non solum cum civiliter agitur* l. non solum. 11. §. 1. ff. de injur. *Sed etiam qvando criminaliter aliqvando: præsertim cum non pœna corporis afflictiva, sed mitior venit imponenda* Bald. & Salyc. in l. fin. C. de injur. §. in summa. institut. eod. tit. Chilianus in practica cap. 38. Wesenbec. tit. de injur. nu. 16 & 18.

CENSURA.

b Procuratorio nomine) *hac Cautela parum tuta videtur, qvia lege expreßè cautum est, Sententiam ferri in principalem, non autem in procuratorem* in l. finali C. de injuriis. *Communiter tamen hac cautela traditur bona, & ob id in foro recepta est.* Cynus in l. si non convicii in fin. C de injur. Bart. & Dd. in l. furti. 6. §. 1. ff. de his qvi notant. infam. Glo. in l. nihil. 20. ubi Bal. num. 5. & 6. Cod. de procur. Socin. in fall. regul. 179. fal. 1.

A. BLANCUS CAUT. III.

§. Cautela liberandi condemnatum ab infamia, in actione famosa, vel crimine, idem dicit, qvod superior Cautela.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Infamis efficitur condemnatus actione famosa, vel crimine, ex qvo infamia seqvitur.*
2. *Sententia, qvo casu non infamet principalem, neqve procuratorem.*
3. *Reus ante litis contestationem, vel ante condemnationem solvens, non infamatur.*
4. *Ab infamia liberatur, qvi ante publicationem sententiæ in arengo solvit.*
5. *Reus solvens crimen fateri videtur.*
6. *Condemnatum ab infamia liberat, qvi ejus condemnationem sine mandato solvit.*

CONdemnatus * actione famosa, vel ex crimine, ex qvo seqvitur infamia, infamis efficitur. *l. athletas. §. calumniator. cum §. seq. ff. de iis qvi not. infam.* Pro liberando condemnato ab infamia multæ dantur Cautelæ per Cæpol. in Cautel. 12. * Prima est, qvòd litiget per procuratorem, nam licèt ipse condemnetur, & ejus procurator, procuratorio nomine, *prout dicit tex. in l. 1. C. de sentent. & interlo. omni jud.* attamen isto in casu nec principalis, nec procurator efficitur infamis. *l. furti. §. si qvis alieno. & ibi gl. & Doct. ff. de iis qvi not. infa.* * Alia etiam datur, videlicet qvòd reus, anteqvam lis contestetur, solvat, vel ante condemnationem, qvòd verum est, qvando sumus in casu, qvòd qvis non efficeretur infamis ex solo crimine, sed secuta condemnatione, qvo casu solvendo ante litem contestatam, vel ante condemnationem, ab infamia liberatur. & ità à qvàm pluribus, ut vidi in hac nostra civitate Paduæ, observatum fuit, * qvòd anteqvam sententia publicetur in arengo, solvunt, & sic non publicatur, & infamiam evitant, secus esset, si ex solo crimine, qvando de eo constat, oritur infamia. * qvo in casu si reus solveret ante litem contestatam, vel ante sententiam, videtur confiteri crimen, *l. ad solutionem. C. de re jud. cum aliis adductis ibi per Capoll.* * Item etiam ab infamia liberatur qvis, si alius sine mandato solveret condemnationem. *cap. testimonium. extra de testi. & Ang. in l. non potest. ff. de furt.*

(margin: 1 2 3 4 5 6)

M. WESENBECII CAUTELÆ.

§. Qvibus ab infamia qvis liberari potest, ex Tit. de his, qvi not. infam. num. 10.

PRimò, si reus per procuratorem in judicio famoso se defendat, *Harmenop. lib. 1. tit. 2. de abjurat. Bal. in l. nihil. 20. num. 6. C. de proc.* id qvod licet in judiciis civilibus, puta Mandati, Depositi, Tutelæ, Doli, Metus, &c. & in qvibusdam criminalibus privatis, ut in actione injuriarum, moribus nostris: qvanqvam alias in criminalib. procurator non admittatur. *l. fin. cum ibi nota. C. de injur. l. ult. C. de procur. Harmenop. lib. 1. tit. 2. c. de criminib. l. 1. ubi glo. an per procur. caus. appellat.* Hoc igitur casu, qvo procurator locum habet, Dd. volunt, nec reum principalem, neq; procuratorem fieri probrosum. Qvæ opinio ut communis, usu est recepta, *ut testatur Soc. reg. 179. fallen. 1. & Capoll. in trac. cancell. caute. 12. Panorm. in c. cùm te. de sentent. & re judic. text. in l. furti. 6. §. 1. h. t.* Secundus modus est: Si pœnam pecuniariam, qvæ per sententiam imponi potest, reus antè offerat, qvàm sententia condemnatoria feratur. *l. si reus paratus. 73. de procur.* ut, verbi gratia, si conventus actione Furti offerat duplum aut qvadruplum, in qvod per sententiam jure Civili erat damnandus; aut conventus actione injuriarum, ante sententiam paratus sit præstare æstimationem injuriæ, ab actore petitam, aut pœnam statuto vel consvetudine injuriis præstitutam; qvæ moribus Saxonum est 36. solidorum. *Vid. infra de injur.* Ejusmodi igitur pœnam realiter offerens, aut nolente adversario recipere, apud acta deponens, *jux. l. acceptam. C. de usur. l. obsignatione. C. de solutio.* maculam evitat. Nam hæc, ut antè dixi, per sententiam irrogatur: sed sententia ferri non potest, ubi reus paratus est solvere. *d. l. si reus paratus. 73. de procurat. §. fin. Inst. de perp. & temp. act.* Ergo nec infamia hoc casu locum habere potest. Verùm illud hîc qvæstionis est, qvando oblatio facienda sit? utrum ante litem contestatam, an verò etiam pòst offerre liceat, usqve ad sententiam? Bart. *in l. ictus. 22. hoc tit.* ait, offerri oportere ante litem contestatam. Nam (inqvit) si post offerret reus, videretur solvendo confiteri crimen. *l. qvoniam. 5. hoc tit.* Cum autem paria sint, aut confessum esse de crimine, aut damnatum: *l. post rem jud. de re jud. l. 1. C.*

de

de confess. perinde confessum seqveretur labes, atq; damnatum. Panormitanus autem, *in c. cum te. ext. de sent. & re jud.* arbitratur, posse offerri qvovis tempore, dummodo ante sententiam: sufficit enim, de crimine reum non esse damnatum; nec ex solutione vera confessio sumi potest, sed tantùm qvalis qvalis suspicio vel præsumtio, qvæ ratio parum firma est. Nam hanc præsumtam confessionem, qvæ ex pactione aut solutione sumitur, lex ad hoc sufficere statuit, ut inter ignominiosos habeatur, qvi hoc modo confessus est. *l. 5. hoc tit.* Qvare Soc. *in reg. 179. fallent.* 2. aliam distinctionem facit: ut si qvidem causa talis sit, qvæ ipso jure citra sententiam confessi existimationem minuat, tum necesse sit, ante litis contestationem offerri. Nam modò dictum est, qvi paciscitur aut solvit ante litem contestatam, eum non haberi pro confesso, qvia confessio extrajudicialis est. Qvicqvid enim fit ante litem contestatam, hoc videtur extra judicium fieri. *l. ædiles. §. item sciendum. de ædilit. edict.* Confessio autem extrajudicialis plenè non probat. *ut tradunt Dd. in l. certum. 4. §. pen. de confessis. Vide infra illo tit.* Qvare nec solutio, qvæ fit ante litis contestationem, ad deturpandum nomen efficax esse potest, cum pro confesso non habeatur, Qvi solvit: post litem autem contestatam vult solutionem in istiusmodi casibus non excusare ab infamia, qvia tum solvens pro judicialiter confesso habetur. *d. l. qvoniam. 5. hoc tit. l. ad solutionem. 5. C. de re jud.* In qvibus verò judicatos demum nota seqvitur, ut fit in plerisqve, ait licitam esse oblationem usq; ad sententiam. Qvæ distinctio Socini, etsi vero maximè videtur consentanea: tamen hodie pleræqve curiæ seqvuntur sententiam Panormitani, tanqvam æqviorem, nec idem in solutione, qvod in transactione, depectionéve statuendum judicant: eoqve arbitrantur, indistinctè offerentem ante sententiam periculo nominis liberari. Qvin amplius puto, solutionem à condemnatione factam, interdum prodesse, ut qvando sententia per Leuterationem aut appellationem suspensa est. *bonus tex. in l. qvi cum natus major. 14. §. pen. de bon. libert. Bald. in l. 3. num. 4. C. eod.* Nam ea pro sententia non habetur; *juxta l. furti. in prin. hoc tit.* idqve moribus etiam nostris obtinet. Aliud etiam consilium dat alibi Angelus *in d. l. non potuit. 65.*

de furtis. ut qvando dubitatur, utrum reus offerendo infamiam evitare possit, annon, curet offerri pœnam per tertiam personam, sine suo mandato. Nam tunc pro confesso haberi non poterit ex alieno facto, & tamen solutio recipienda erit: qvia à tertio etiam extraneo cujusqve debitum dissolvi potest, & ideo recipere creditor cogitur, *l. spondendo, 41. de negoc. gest. l. solutionem. de solution.* Et hanc tutissimam esse viam, nonnulli arbitrantur, *Bart. Cepolla, in caut. 12. per ea, qvæ traduntur à Dd. in c. testimonium. extr. de testib.* Ceterùm ex const. pro 42 parte 4. reus offerendo mulctam à pœna infamiæ injuriarum non liberatur. Tertius modus est, Si ante sententiam reus pacificatur aut transigat, autoritate judicis impetrata, *l. furti. 6. §. qvi jussu. hoc tit.* aut citra jussum judicis adhibita protestatione, se transigere, non qvòd delictum confiteri intendat, sed qvò à vexatione litis sese redimat. Et enim protestatio excusat, ut volunt Dd. *Jas. in l. transigere. 18. nu. 3. C. de transact.* Qvartus modus est, si judex recedat ab ordinaria pœna, qvod fieri ex causa posse, diximus, & aliqvem severiorem reo imponat, qvàm qvæ ex lege debeatur, *l. in servorum. 10. vers. personas pen. D. de pœnis.* Censetur enim cum existimatione dispensasse, qvi duriorem pœnam imposuit, *d. l. furti. l. qvid ergo. §. pen. hoc tit. l. 3. & 4. C. eod. l. ordine. 15. ad municipal.* Qvintus est, si judex expressim in sententia existimationem reo conservet, addita clausula: Se illud ex justa causa facere. Nam cum tacitè imposita duriore pœna, famæ consulere possit, ut suprà dictum est: cur expressè idem non possit ex justa causa, nulla ratio est. *Bart. in d. l. qvid ergo. §. pœna. 5. hoc tit. Bald. & communiter Dd. in l. 3. C. eo.* Sed hoc casu causam in sententia exprimere aut speciatim, aut in genere debet, etiamsi aliàs ad id non cogatur, *cap. sicuti. ubi Dd. de re jud.* Qvia citra justam causam, judex damnatum reum ab infamia, contra legis dispositionem, liberare regulariter non potest, *d. l. non potuit. de furt. d. l. ordine. 15. ad munic.* Sextus modus est, si condemnatus à sententia provocet, & pendente appellatione, leuteratione aut alio remedio sententiam suspendente, det operam interea, ne subseqvatur altera sententia, sed lis pereat per pactum, solutionem, aut alio

qvo-

qvovis modo. *Bald. in l. 3. num. 3. & 4. C. eod. l. qvi cum major. 14. de bon. qva lib.* Septimus & ultimus modus est, si probris affectus per principem existimationi pristinæ restituatur. *l. solet. 10. hoc tit. Bald. in d. l. 3. num. 3. & 4. C. eod. & in l. 1. ac ll. seqq. C. de sent. pass. & restit. Bart. in l. 1. §. fin. sup. de postul.*

A. Blancus Caut. XIV.

§. Ad evadendum infamiam, qvòd semel malus, semper præsumitur malus.

SUMMARIA.

1. *Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
2. *Qvalitas semel in esse posita, durare præsumitur.*
3. *Vitæ mutatio de malo in bonum, de facili non præsumitur.*

Stat communis regula, qvæ est, * qvod semel malus 1
semper præsumitur malus in eodem genere mali, regula, semel malus, de reg. jur. in 6. cum concordantibus, unde si qvis fuit aliàs malæ vitæ, talis etiam esse præsumitur,
* qvia qvalitas semel in esse posita, præsumitur durare, *ut* 2
in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. cum simil. Ad evadendum tamen talem infamiam, vel similem, si fuerit opposita, Cautela est, ut probet, qvod per triennium, vel à tribus annis citra, fuit bonæ conversationis, & bonæ
vitæ. qvo casu præsumitur purgatus & emendatus, * licèt 3
de facili non præsumatur mutatio vitæ de malo in bonum. *ita Ang. per illum text. in auth. de monach. §. hoc autem vobis. qvem refert & seqvitur Anton. Corset. in singularib. suis. in verb. præsumtio. el primo.*

DE INQVISITIONIBUS ET ACCUSATIONIBUS.

Tit. II.

B. Cæpolla Cautela XXV.

§. Ad impediendum inqvisitionem in criminali.

Summarium.

1. *Judex qvo casu potest de delicto inquirere, an debeat citare personam offensam ad sciendum, an accusare velit, & sibi terminum ad deliberandum statuere.*

TU ſcias, qvòd judex in cauſa criminali poteſt procedere
a per inqviſitionem, *a ut habetur in c. qualiter. & quando. de accu. & in l. 2. §. ſi publico. & ibi per Bart. ff. de adult. & pleniſſimè per Ang. in repet. l. ſi vacantia. C. de bo*
1 *va. lib. 11.* * Sed dubium eſt, nunqvid eo caſu, qvo judex poteſt de delicto inqvirere, debeat citare perſonam offenſam ad ſciendum, an velit accuſare, & ſibi ſtatuere terminum ad deliberandum. Et dicas, qvòd ſic, qvia judex nunqvam poteſt procedere ad inqviſitionem, niſi prius moneat perſonam offenſam, vel aliam, cujus intereſt ad ſciendum, an velit accuſare, ſtatuendo ſibi terminum ad deliberandum, *ut eſt glo. in c. presbyter ſi à plebe. 2. q. 5. de qua fecit feſtum Bal. in l. ſenatus. C. qui accu. non poſſ.* & eſt magna cautela ad impediendum inqviſitionem per judicem, opponendo ſibi, ut moneat perſonam offenſam, vel aliam, cujus intereſt ad deliberandum, ſtatuendo ſibi terminum, ſi velit accuſationem proſeqvi, ita infra ad tempus poterit aliqvid poni facere. *& ita etiam tenet Ludo. de Roſ. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit, de doctrina inqui.*

ADDITIO.

a Inqviſitionem.) *Inquiſitio non tollitur, ſi offenſus velit accuſare pænitendo, quia prius dixit nolle accuſare.* Bald. in l. accuſatorem. 2. colum. C. qvi accu. non poſ. & in l. ea qvidem. pen. col. de accuſ. & Alex. in l. ſi maritus. ff. de adult.

A. BLANCUS CAUTELA XIII.

§. Ad impediendum inqviſitionem, idem dicit.

SUMMARIA.

1. *Judex in criminalibus per inquiſitionem procedere poteſt.*

2. *Offenſo accuſante, ceſſat inquiſitio.*

1 JUdex * in cauſa criminali poteſt procedere per inqviſitionem. *c. qualiter & quando, el. 2. de accuſationi. l. 2. §.*
2 *ſi publico. & ibi Barto. ff. de adulter.* * Ad impediendum inqviſitionem Cautela eſt: nam ſemper judex, anteqvam deveniat ad inqviſitionem, debet præmonere offenſum, an velit accuſare, vel non, qvo caſu ſi vult accuſare, ceſſat inqviſitio, *ita Alexan. in apoſtil. ad Barto. in d. l. 2. §. ſi publi-*

publico, ideo medio amicorum fac, ut offensus te accuset.

B. CÆPOLLA CAUTELA XXX.

§. Qvòd qvis non possit accusari criminaliter.

SUMMARIUM.

1. *Pax qvando amicorum interventu inter rixantes facta fuerit, ne possint criminaliter accusari, libellus civilis produci debet.*

TU debes scire, qvòd ubi pro eodem facto potest criminaliter, & civiliter ad vindictam agi, si actum est in uno judicio, in alio nunqvam agi potest, secus si non sit actum ad vindictam civiliter, sed ad prosecutionem rei familiaris, qvia tunc ex actione facta ex una via, non tollitur alia, *ut probatur in l. qvod senatus. ff. de injur. conjuncta l. 2. §. 1. ff. vi bon. & not. Angel. in d. l. qvod senatus.* * 1
Et propter hoc tu sumas cautelam, qvando inter rixantes interventu amicorum facta est pax, nam ut non possit criminaliter accusari injuriam inferens ex magnitudine, & ex gravitate pœnæ, &, ut ita dixerim de solerti, remedium est, qvòd proponatur, seu producatur libellus civilis *a* ad 2
vindictam. Nam lata sententia super ea non potest accusari criminaliter, *ut no. Angel. in l. prætor. §. si dicatur. ff. de inju. qvod est valde not.* melius tamen faceret judex præveniendo in procedendo criminaliter ad vindictam publicam, vel inqvisitionem, *juxta not. in cap. qvaliter & qvando. 2. de accus.*

ADDITIO.

a Libel. civi.) *Libellus in actione injuriarum civiliter mota, formatur sic: Vellem potius perdidisse mille ducatos, qvam pati talem injuriam.* Cyn. & Docto. in l. si non convicii. C. de injur. & per Bar. & Bald. in l. injuriarum. ff. eod. tit. Lanfran. in tract. de arbit. in 4. part. 1. col. *& hoc tenet Card. in Clem.* 1. §. civitas de pœn. *ubi etiam dicit, qvòd judex postea taxabit.* 2. qvæst. 1. in primis. qvæst. 3. qvod fieri. Instit. de inju. §. datur. in Spec. eo. tit. ver. in hac. vide tamen Alex. cons. 211. 2. parte.

T. FERRATUS CAUT. XIIX.

§. Ad differendum formationem processus in causa criminali.

SUMMARIA.

1. *Affectata & procurata non prosunt, licèt aliàs prodesse de natura sua habeant.*
2. *Præventio affectata aliqvando nihil operatur.*
3. *Per Capituli negligentiam actus ad episcopum volvitur.*
4. *Ignorantia affectata non prodest.*
5. *Citatio ubi qvis procuret, ne ad eum perveniat, amplius citandus non est.*

JUdex maleficiorum intendit vel ad instantiam partis, vel officio procedere contra aliqvem vigore alicujus delicti. Modò iste, contra qvem debet procedi, libenter differret processum per aliqvod spatium temporis: qvia forsitan ille judex maleficiorum est homo nimis severus, & durus in casibus arbitrariis, vel qvia causa erat criminalis, in qva non poterat per procuratorem comparere, & sic volebat se personaliter præsentare, *juxta not. in l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. jud. & c. tua. cum sim. de procur.* propterea volebat expectare successorem: qvia fortasse erat suus amicus, vel ad aliqvem alium finem. unum est, qvòd libenter per aliqvos menses differret formationem processus, qvomodo faciet iste ad differendum hunc processum: qvia si citabitur, & in termino non comparebit, forsitan vigore statuti habebitur pro confesso. Dic qvòd Cautela est, qvòd iste talis, anteqvam citetur, vadat ad aliqvas partes longinqvas, adeò, qvòd verisimiliter de facili citatio non possit venire ad aures suas, & tunc tempore, qvo citabitur, compareat aliqvis coram judice dicens, citatum fore absentem adeò in longinqvis partibus, qvòd notitia citationis non potest ad eum pervenire, propterea contra ipsum non velit procedere: qvia tunc si ille excusator offerret se incontinenti probaturum, citatum esse in dictis partibus longinqvis, & judex non velit admittere talem probationem, processus erit nullus, si verò ille excusator non offerret se incontinenti probaturum, ut suprà, processus valebit. Sed salvum erit jus ipsi reo petendi restitutionem in integrum,
a ex causa justæ absentiæ. *ita notabiliter voluit Barto. in extravaganti, ad reprimendum. in verbo, neglexerit. allegans*

gans not. in l. ab eo. C. qvo. & qvando judex. & in l. fi. ff. de in integ. rest. qvod dictum multum exclamando seqvitur Marian. dicens esse menti tenendum, & non esse per Dd. tactum, & qvotidie venire in practica, in sua pulchra repetitione cap. veniens. de accu. in 59. colum. versic. item qværo, qvid si infra terminum citationis, subjungens istud procedere, & sibi locum vendicare, licèt ex forma statuti contumax habeatur pro confessio, & convicto. Et ex prædictis secundum eum, potest sumi optima Cautela, ut statim, qvòd qvis commiserit delictum, in qvo non possit intervenire procurator, ut mittas eum ad partes remotas, dicens tamen, qvòd non consuluit alicui, ut utatur fraude. Adverte tamen, licèt in specie non reperiam tactum, qvòd puto Cautelam Marian. sano modo esse intelligendam, videlicet, qvòd si delictum commissum ab isto, qvi vult absentare, erat delictum occultum, puta unum maleficium, vel unum homicidium de nocte perpetratum, qvòd forsitan per aliqvos menses ante, & de qvo non erat diffamatus: nunc autem præsentiens, qvòd judex vult contra eum procedere, se absentat, isto casu, Cautela Marian. potest habere locum, qvia possibile est, qvòd iste se absentaverit ad partes remotas in fraudem, possibile est etiam, qvòd ad eas iverit aliqva justa de causa, unde non est absurdum, qvòd ei debeat concedi restitutio ex clausula generali, propter justam absentiam. Si verò illud maleficium fuit ab isto publicè commissum, puta qvia de die in publico interfecit hominem. isto casu non teneo Cautelam, de qva suprà, esse veram, & hoc per illam regulam, qvæ est, * qvòd 1
qvotiescunqve aliqvid de natura sui habet prodesse, si illud tale fuit affectatum, vel procuratum, tunc non prodest, *ut l. spadonem. §. fin. ff. de except. tuto. & §. item tria onera. insti. eo. & l. qvi data ope. ff. ex qvi. cau. majo. & l. 2. §. simili modo. & ibi Bart. ff. si qvis cautioni.* Hinc est, qvòd dicunt Bald. Ang. Flo. & alii *in l. si servus plurium. §. si qvis ante. de lega. 1.* qvòd si delinqvens procuravit se accusari coram judice minoris Curiæ, coram qvo minor pœna imponitur, talis * præventio nihil operatur, nec eam libe- 2
rat ab alio foro, ubi major pœna imponitur. *& ita limitatur regula l. si qvis postea qvàm. ff. de judiciis. & c. proposuisti. de for. compe. similiter secundum Ang. & alios ibi*, si delin-

delinqvens procuravit se accusari, ne judex posset ex inqvisitione procedere, istud non prodest, nec tollit inqvisitionem. * Et similiter licet habeamus, qvòd per negligentiam capituli actus devolvatur ad episcopum, *ut c. irrefragabili. §. excessus. de off. ord.* tamen si episcopus hoc procuravit, non devolvitur ad eum, *secundum Innocent. in d.* §. *excessus*, & qvod in casu nostro ignorantia, qvæ aliàs prodesset, non prosit, qvando est affectata vel procurata, cùm dicatur pars scientiæ. *est gl. in Clem. 1. in Verbo, scienter. de consang. & affinita. & glo. in c. eos. in Verbo, affectata. de temp. ord. in 6.* & gl. in c. fi. §. *ut autem. de off. deleg. in 6.* per qvam dicit ibi Gemin. qvòd dispositio puniens actum scienter factum includit ignorantiam affectatam, vel procuratam, qvod multum facit ad casum nostrum, cùm

4 ista materia pœnalis, & sic odiosa, & per conseqvens multum restringenda, *ut in regula, in pœnis, de reg. jur. in 6. & in l. cùm qvidam. de lib. & posth.* & qvasi in terminis nostris videtur decisio Innocent. in c. ad petitionem. ad fi. de accus. * ubi vult, qvòd qvi malitiosè procurat, ne ad e-

5 um perveniat citatio, non est amplius citandus etiam ad diffinitivam. ita in proposito nostro: nam cum iste, qvi deliqvit in publico, deberet cogitare, qvòd judices illius territorii procedent contra eum, qvia interest Reip. ne delicta remaneant impunita, *ut l. ita Vulneratus. ff. ad l. aqvi. & c. ut fama. de sent. excom.* tunc absentando se ad longinqvas partes, non potest aliter dici, nisi qvod fecerit in fraudem, meritò, si citatio non perveniet ad aures suas, talis ignorantia non habebit sibi opitulari, tanqvam eam procuraverit, cogita.

ADDITIO.

a Ex causa justæ absentiæ.) *Qvòd absenti & ignoranti non currat terminus, nisi à die notificationis*, vide per Alex. de Imo. in consi. 34. circa fin. in 1. parte. *absens autem à civitate qvis dicatur*, vide per Lud. Ro. in consi. 454. *& absens contra qvem facta est missio in pos. an possit petere illam revocari, si missus sciebat absenti exceptionem competere.* per eundem d. Lud. in consi. de qvo sup.

A. BLANCUS CAUT. X.

§. Ad differendum judicium criminale, qvando qvis est ad carceres proclamatus.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Imputatus contra qvem criminaliter proceditur, carceratus ab alio judice ex aliqva causa potest per procuratorem respondere.*

2. *Imputato facto legato, vel ambassiatore judicium differtur.*

3. *Absentia homicidæ qvando ei prosit.*

VOlens aliqva sua occasione differre judicium criminale, licet ad carceres fuerit proclamatus, istis Cautelis uti potest, * Imputatus faciat se carcerari in alio castro, 1
qvia tunc admitteretur procurator ad allegandum causas absentiæ, & ad differendum judicium, nec vera ista Cautela, & modò prout ponit Hippo. *in pract. in §. seqvitur. nu.* 31. dum dicit, qvòd isto in casu admittitur procurator ad ejus defensionem, *per doctr. Ang. in l. eos. §. super iis. C. de appellatio.* qvia Ang. non dicit illud, ad qvod allegatur per Hippol. qvia dictum Ang. tunc procedit, qvando est carceratus in custodia illius judicis, qvi inqvirit super delicto, vel esset executurus sententiam, & ita loqvitur *d. l. eos. §. super iis,* & tunc daretur procurator. * Alia datur 2
per Imol. *in l. 1. ff. de publ. jud.* videlicet ut imputatus fiat legatus vel ambassiator. * Soz. *in c. veniens. de accusatio.* 3
dat aliam, qvòd statim se absentet, & eat in longinqvis partibus, puta in Galliam. Sed certè istud non videtur verum, qvia ista absentia fit culpa sua, & ideo non debet ei prodesse, *ut not. Bart. in l. 2. §. 1. ff. si qvis caut. non obt.* Sed salvando Cautel. Soz. distingve, ut per Thom. Ferrati. in Cautel. 18. Aut delictum, propter qvod se absentavit, erat delictum occultum, vel homicidium de nocte, & erant multi menses, nec de eo erat diffamatus, unde si decessit, possibile est, qvòd decessit justa de causa, & ita procedat dicta Cautela, & dictum Sozi. secus si fuit homicidium publicè commissum, qvia tunc non procedit dicta Cautela, rationibus, ut ibi per eum.

DE EXCEPTIONE DECLINATORIA ET CETERIS EXCEPTIONIBUS. Tit. III.

Vide suprà in Enchiridio Cautelarum Civilium. Tit. XII. loc. 6.

DE

DE TESTIBUS, EORUMQUE EXAMINATIONE DEPOSIT. &c. Tit. IV.

B. CÆPOLLA CAUTELA IV.

§. Impediendi testem, ne deponat in causa.

SUMMARIA.

1. Statuta terrarum pœnam talionis tollunt, sicuti statutum Paduæ imponens accusanti, & non probandi, pœnam 3. lib.

2. Malitia utens, contrahendo inimicitiam cum teste meo, ipsum percutiendo, an perdere causam debeat.

3. Prohibitiones testium cum juramento mihi subtrahens: an causam perdat.

SI vis impedire, qvòd unus testis non deponat contra te, facias accusari ipsum de aliqvo crimine *a* publico, qvia tunc amplius testificari contra te non potest, *ut l. testimonium. ff. de test.* Et si dicas, qvòd aliqvis accusat, & non
1 probat, punietur pœna talionis, *ut l. fin. C. de accusat.* * Respondeo, qvòd statuta terrarum tollunt istum timorem, maximè Paduæ, qvia est pœna tantùm trium librarum, qvem accusare, & non probare. *ita not. dixit Rayn. de For. in d. l. testimonium. Vide contra hoc Bal. in Authen. si testis. C. de testib.* Sed tu dic, contra istam malitiam est remedium, qvòd si potest constare per aliqvas conjecturas, qvòd testis fuit calumniosè accusatus, tunc bene posset deponere, & valeret ejus dictum, *ut probatur per text. optimum. in l. athletæ. §. amplius. ff. de excus. tut. & per §. item is, qvi status. in princip. facit ad prædicta qvod nota. per Bart. & Doct. in l. si post perfectam. C. de evictio. & qvod dixi in præcedenti, & qvod dicam in seqventi.* Si qvis non habet, nisi unum testem contra te, secundum aliqvos potes adhibere, vel fieri facere hanc malitiam, videlicet, qvòd tu des ei unam alapam, cùm ille testis producitur contra te, postea oppones, qvòd est tuus inimicus. Contra istam malitiam habes remedium: nam inimicitia interveniens facto ejus, contra qvem producitur testis, non repellit ipsum testem

stem omninò, sed hoc judici committitur. *ita vidisti text. in c. veniens. de testib. ita dicit Bart. in l.* 1. §. *cùm qvis. in fi. ff. de qvæst. facit ad hoc optimè l.* 2. *in fin. ff. si qvis caut. & in l. pen. in fin. ff. de postu. ad qvod vide, qvod dixi in præcedenti Cautela.* * Imò plus videtur, qvòd ille, 2
qvi usus est dicta malitia contrahendo inimicitiam cum teste meo, ipsum percutiendo, debet perdere causam, qvia subtrahit mihi jura mea, & probationes meas, *ut not. Cyn. in l. providendum. in fin. C. de testib. & not. Angel. in l. satis apertissimè. C. de fal.* & vide de hoc gl. in c. cùm causam, *in verse. compelles. extra de testib. & ibi per Ant. de But. in pen. col. in prin.* ubi dicit, * qvòd si qvis mihi subtrahit probationes testium cum juramento, vel ut hac de 3
causa inimicitias habendo, causam perdit. *de hoc ultimo vide text. in c. intimavit. & in c. constitutus. ubi nota. Dd. de testib. & qvod not. Bart. in l. falsam. in fin. C. si ex fal. instru. & in l. fraudem. §. qvoties. ff. de ju. fis. & in l.* 1. §. *sed & const. ff. de calum.*

Additio.

a Crimine.) *Criminosus an potest esse testis*, vide in c. testimonium. & ibi Abb. de test. *& an si pœnituit.* glo 32. q. 5. præceptum. 6. q. 1. illi. *Crimina si per viam exceptionis opponantur contra accusatorem vel testem*, vide in Spec. de cri. per viam excep. opp.

A. Blancus Cautela XI.

§. Pro examinandis testibus ad rei favorem sine ejus præsentatione ad carceres.

SUMMARIUM.

1. Judex testes recipit ad perqvirendam innocentiam rei, & veritate cognita, eum absolvit. & num. 2.

Testes ad ostendendum innocentiam rei, non admittuntur, nisi reus se carceribus præsentaret, *hac l. nostra. & dixi suprà in ejus declaratio.* * Qvòd testes admittantur, 1
Cautela est, & ita practicatur, & practicari potest, qvòd pars volens favere reo, det testes secretè judici examinandos super innocentia rei, & cognita veritate, judex poterit eum absolvere, & istam Cautelam dat Cæpo. in Cautel. sexagesima sexta. * Est & alia, ut qværatur pax ab interfe- 2
ctore, cum propinqvis occisi, & omnino fiat, si potest, & postea

postea ea facta, tu, qvi vis defendere absentem, fac, ut propinqvi occisi dicant, se velle accusare absentem interfectorem, & proponant accusationem, & postea fac, ut ipsi etiam producant eos testes, qvos vis examinari super innocentia, & illi testes recipientur à judice, & deponent super innocentia accusati, & judex postea cognita veritate, poterit absentem absolvere, & ita solet aliqvando practicari.

CAUTELA.

§. De dilationibus probatoriis in causa criminali artandis vel prorogandis. *Vide in Enchiridio Cautelarum civilium. Tit. XIIX. de dilationibus. loc.* II.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXXXI.

§. Qvomodo debeant deponere testes, qvando dicunt aliqvem commisisse delictum de nocte.

SUMMARIUM.

1. *Testis dictum valet, si deponat de maleficio de nocte commisso, ad lumen lunæ.*

SI aliqvis fuit accusatus, qvòd de nocte commisit aliqvod maleficium, & testes deponunt se vidisse, Cautela est, ut inspiciatur, si illa nocte luna lucebat, qvia si non erat lumen lunæ, poterit & debuit capitulari & probari, qvòd illa nocte, maximè illa hora, qva dicitur maleficium commissum, luna non lucebat, & propter hoc testes non potuerunt benè videre: qvia nox erat obscura, & si testes aliqvi de maleficio dixerint, reprobabuntur, ut probatur per gl. notabilem *in l. si cum exceptione. §. in hac super versi. ignorantiam. in fi. ibi*, dum dicit, cùm talia fiant de nocte,
1 * vel in multitudine hominum. *ff. qvod metus causa, secundum Baldum & Ang. ibi: & ita etiam tenet Bal. in l. Aretusa. ff. de statu homin. & in c. 1. §. porro. in tit. qvæ fuit prima causa beneficii amit. in usib. feud.*; ubi dicit Old. qvendam accusatum de maleficio commisso de nocte, defendisse, per d. glo. & ideo si lumen lunæ fuisset, valerent dicta testium, qvi deponerent de maleficio, *secundum Bartolum in suo tractatu de teste, per l. non minorem. de transac.*

I. DE ARNONO CAUT. XVI.

§. Pro teste, ne falsum dicat in causa criminali, ad intel-

lectum

lectum regiæ novellæ pragmaticæ,& pro accusatore etiam, ne eum producat.

Diximus multa suprà in 14. Cautela, & in singularibus nostris, singu. 78. & 100. in materia regiæ pragmaticæ, incip. testem falsum, sub Rubr. de falsis testibus non producendis, per qvam tu habes, qvòd falsus testis tenetur pœna falsi, & eum producens punitur falsi, & amittit causam. & certè illa pragmatica procedit, qvando sumus in causa civili, qvod svadet & innuit illud verbum, causæ perditionem, ibi positum, & aliud verbum in princ. ibi, in causa scienter produxerit. Sed qværo, qvid in causa criminali, nunqvid punientur testes, & eos producens, prout in d. pragmatica? dicas, qvòd non, sed ipse producens tanqvam calumniosus accusator debet puniri similitudine supplicii. *l. fin. C. de accusatorib.* & ipse testis non debet puniri de falso, sed debet subire illam pœnam, qvam de jure pateretur ille, contra qvem deposuit, si verum esset. *textus est singularis in l.1. post principium, in versic. qvive falsum testimonium. ff. ad legem Corneliam, de sicariis, qvem ad hoc reputat singularem Bald. in c. 1. §. injuria. in ultim. col. de pace jurament. firm. & ita per illum textum tenet Baldus in l. secunda. C. de rebus creditis. & in l. presbyteri. in secunda columna. C. de episcop. & clericis & in leg. datæ opera, in decima col. C. qvi accusat. non possunt. & in cap. 1. in princ. de pace tenen.* & ideo caveant sibi tam testes, qvàm eos producentes in causa criminali, qvia aliàs subirent aliam pœnam, qvàm proditam per dictam regiam pragmaticam.

R. Fichardi Caut. XLI.

§. Pro judice, ad expiscandum, uter ex duobus correis homicidii sit verus Reus.

Ea est omnium hominum, etiam infantium, natura, ut cùm omnes norint non peccandum, pœnam tamen peccati vel delicti nemo ferre, ideoqve non nisi convictus delictum fateri velit, sed omnes antiqvum illud observent: Si fecisti, nega, ea spe freti, qvod, qvia fortè nemo perpetrato delicto interfuerit, qvi contra illos testimonium ferre possit, per defectum probationis contra ipsos faciendæ, facile possint evadere. Cum verò Reipublicæ intersit, ne delicta maneant impunita, *l. locatio. §. qvod illicitè. ff. de publi-*

publican. l. ita vulneratus. §. quod si quis. ff. ad leg. Aquil. ne videlicet ad maleficia temere qvisq; prosiliat, *ut est textus in l. si operis C. de pœnis.* ideo licet judici pro veritate confessata, vel saltem præsumptiva, elicienda, contra Reos aliqvid simulare atq; tentare. *arg. C. afferte, extra, de probation.* exemplo nimirum sapientissimi Regis Salomonis, 3. Regum 3. ubi cum probationibus non certo constare posset, utra mulierem alteri infantem vivum surripuisset, suffocatumqvè supposuisset, jussit adferri gladium, & vivum infantem bipartiri, ut per hoc eliceret storgin maternam, per qvam præsumptiva saltem veritas emergeret, (ut etiam Consilium illud, vel simulatio optimè successit.) Hoc igitur exemplo, si duo de uno aliqvo homicidio simul accusentur, qvorum uterqve constantissimè negat, & tamen certò constat, solos illos duos interfuisse homicidio, ita, ut necesse sit, alterum illorum esse noxium, Cautela datur judici, ut simulatè utrumqve condemnet, si fortè conscientiæ, (qvæ mille testibus æqviparatur) stimulis atqve morsibus, convictus pro ea exoneranda, (siqvidem videat nullam spem vitæ superesse) fateatur delictum, memor salutis æternæ, & ne animam simul cum corpore perdat, ut qvidem nemo præsumitur immemor propriæ salutis, & hac ratione, nempe per spontaneam confessionem unius, liberabitur alter, qvi revocata illa simulata sententia, statim absolvendus, confessus verò solus executioni mandandus erit. Tali Cautela usum esse Imperatorem Carolum Magnum, refert And. de Isern. *in c. 1. §. public. latrones. in fi. de pace tenen. & ejus violat.* qvam Cautelam commendat etiam Paris de Put. de syndic. in verb. tortura. vers. seqvitur modò, ubi ponit simile exemplum de Rege qvodam Ladislao. *Eam qvoq; probat Andr. Barb. in l. cum acutissimi. col. 24. versi. nec obstat. C. de fideicommiss. Jas. in l. si is qui pro empt. col. 1. in fi. cum seqven. ff. de usucap. Hippol. de Mars. in l. de minore. colum. 3. num. 19. ff. de qvæst. Sylva nupt. fol. 54 col. 1. versi.* hinc sumpsit bonam Cautelam. Si tamen post talem simulatam sententiam uterqve reus persisteret in sua negatione, etiam usqve ad locum executionis, tunc omninò præstaret utrunqve dimittere, qvia satius est nocentem absolvere, qvàm innocentem condemnare, *ut ait l. C. in absentem. in princ. ff. de pœnis.* Possent

sent tamen tales Rei in casu homicidii relegari, vel simili aliqva pœna leviore puniri, ne delictum, qvod simul commiserunt, maneret impunitum, *secundum dict. l. ita vulneratum. §. qvod seqvu. ff. ad legem Aqvil. Vide de hac Cautela plura apud Nicol. Boer. deci. 166. num. 6. cum seqven. qvæst.*

DE ADVOCATIS, PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS, Tit. V.

R. FICHARDI CAUT. LXXXII.

§. Pro eo, qvi criminaliter accusatus se absentat, ut possit per alium judici offerre nominationem, & petere, ut examinentur.

AUDIVIMUS suprà in Cautel. 69. & 72. qvòd in causa criminali pro Reo absente non admittitur Procurator, sed nisi in persona se præsentet, & compareat, proceditur contra ipsum in contumaciam, & condemnatur. *l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. judic. & ibidem Doctores ordinarie tractant.* Qvia tamen Defensor aliqvis intervenire potest, isqve admittitur, *ut d. Cautel. 69. & 72. ostendimus*, Cautela est circa testes producendos super accusati innocentia, ut Defensor ejus porrigat capitula, ex qvibus accusati innocentia liqvere possit, & cum illis capitulis simul exhibeat nomina testium, & petat eos ex officio judicis ad ipsius judicis informationem examinari, & super tali exhibitione & petitione protestetur. Nam hoc modo tenebitur judex, etiam nemine petente, informationem ab illis testibus accipere, alias enim faceret se reum Syndicatus, *ut tradit* Joannes de Anan. in cap. veniens. col. 7. versic. nunqvid autem. ubi refert etiam Jo. de Imol. super eodem c. extra, de accusat. & per l. si non defendatur ff. de pœnis. Hippolyt. de Marsi. consi. 43. nu. 38. vol. 1.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCLV.

§. Qvòd in causa criminali licèt non admittatur procurator, tamen admitteretur defensor, & sunt etiam alia remedia.

SUMMARIA.

1. *Judex ex officio suo testes super innocentia rei examinare potest, & eum etiam absolvere.*
2. *Procurator licet in causa capitali non admittatur,*

 admit-

admittitur tamen ad instruendum & informandum judicem de innocentia rei.

3. Judex potest supplere pro reo, & si constet de evidenti calumnia actoris, vel accusatoris.

4. Statuti forma licet contumax pro confesso habeatur: si tamen judici liqveat, reum non esse culpabilem, ipsum absolvere poterit.

5. Executio corporalis fieri non debet, si post confessionem & condemnationem de rei innocentia liqveat.

SImilem Cautelam soleo adhibere, qvando qvis est accusatus, vel inqvisitus de crimine capitali, & citatus non vult comparere, fortè propter timorem torturæ, nec procurator potest pro eo admitti, *ut leg. servum qvoqve. §. publice. ff. de procura. & l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. jud. cum simi. ib.* ut tu ejus procurator, vel advocatus, des secretè judici maleficiorum nomina testium, qvi sciunt de sua
1 innocentia, & judex ex officio suo examinet eos, * qvod facere potest *per l. & si non defendatur. ff. de pœn. & l. 2. Cod. de abol. & hoc vult Bart. in l. 1. §. si qvis vult. ff. de q. & Bald. in l. 2. in fin. pen. col. cum seqven. Cod. de eden. & Salyc. in d. l. 2. de abolitio. & Paulus de Cast. in l. 4. §. si tibi. in fin. ff. de cond. ob turpem causam. & ita etiam vult Bartol. in l. 4. §. hoc autem judicium in 4. q. ff. de damn. infr. & in sua dispu. qvæ incipit, judex malef. & in l. penult. §.
2 ad crimen. in 4. col. ff. de pub. jud.* Item pro hoc facit, * qvia licet in causa capitali non admittatur procurator, ut dixi, tamen admittitur ad instruendum, & informandum judicem de innocentia, & judex debet eum audire, & de veritate inqvirere. *l. 2. ff. de libe. cau. & ibi hoc not. Benedictus de Plumb. in fin. qvi etiam ad hoc allegat. l. fin. ff. ad leg. Jul. de annona. & qvod ipse dixit in d. §. ad crimen. & vide ad hoc qvod not. Anto. Rosel. 2. q. 6. si qvando. §. cum*
3 *autem. in 7. col. in fin. & in 12.* * Item: qvia judex potest supplere pro reo, si constat de calumnia evidenti actoris, vel accusatoris, *ut eleganter notat. Innocen. in c. 1. de offic. vica.* qvem seqvitur Bald. *in l. 1. in 2. col. in fi. Cod. qvomodo & qvando judex.* qvi dicit hoc procedere non ex vi exceptionis, sed ex vi notarii, *ut not. Cyn. in l. reos. C. de accusat.*

cusat. & ideo si probationes non concludunt judici, reus est absolvendus, licèt ex forma statuti denegetur defensio, *ut singulariter no. Bal. in Rub. C. de manu. vind.* & idem vult Bald. *in cons. 228. qvod incipit, à Cyn. in ult. col. in princip.* qvi dicit singul. * qvod qvando liqvet judici evidenter absentem non esse culpabilem, & nullum delictum commisisse, licèt sit contumax, ut habeatur secundum formam statuti pro confesso, tamen judex non poterit eum condemnare, *per d. l. & si non defendatur. & per l. non tantùm. ff. de appel. & per l. addictos. C. de appel. & authen. qvi semel. ibi, perqvisita veritate. C. qvomod. & qvando judex. & l. ampliorem. in fin. princ. ibi, nihilominus judicem per suum vigorem, &c. C. de appel.* Imò plus dixit Inno. *in c. significantibus. in fi. de purg.* * qvòd si post confessionem, & condemnationem liqvet de innocentia rei, non debet fieri executio corporalis, *& hoc tenet etiam Bald. seqvendo Innoc. in l. unica. in ult. col. de confes.* non tamen poterit judex lata sententia ipsam revocare, sed debet principi scribere, *ut est casus notabil. in l. 1. §. fi. ff. de qvæst. & ibi per glo. & Doct.* qvod nota perpetuò, qvia habui de facto, & feci liberare unum post confessionem & sententiam latam. 4 5

R. FICHARDI CAUT. LXIX.

§. Pro reo criminali, ut ipsius defensor admittatur.

Licet in causa criminali ex forma statuti, ut etiam de jure communi nullus debeat audiri, super exceptionibus rei proponendis, nisi ipsi reus, vel inculpatus (ut loqvuntur) personaliter compareat. l. *penul. §. ad crimen. & ibi Docto. communiter. ff. de publ. jud.* Cautela tamen est, qvod non opponantur exceptiones, sed compareat aliqvis, & imploret officium judicis, qvòd ex officio recipiat informationes super innocentia inculpati, secundum qvòd in illa schedula, qvam exhibet, contineatur. *ita tenent plures Doct. qvos refert & seqvitur Jason. in l. ubi pactum, col. 4. cum seqven. Cod. de transact. & eam qvoqve tradit Pet. Gera. de Petra sancta. in sing. suo 63. num. 4.*

B. CÆPOLLA CAUTELA LXVI.

§. Qvòd licèt in criminalibus non admittatur procu-

 rator,

rator, admittitur tamen excuſator, & vide hic alios modos defendendi abſentem.

SUMMARIA.

1. *Procurator in cauſa criminali regulariter à relatione ſupra non admittitur.*

2. *Judex ex officio de innocentia rei poterit, & debet inquirere, & ſi ipſum innocentem reperiat, abſolvere.*

1 IN cauſa * criminali regulariter à relatione ſuprà non admittitur procurator, *ut l. ſervum qvoqve. §. publicè. ff. de procur. & l. pe. §. ad crimen. ff. de pu. judic.* in tantum, qvod etiam pater filio non poteſt intervenire, etiamſi dicat, qvòd veniat pro ſuo jure & intereſſe, *juxta l.* 1. 2. 3. & 4. *ff. de lib. cauſa.* qvia ſecundum veram opi. non poteſt, nec debet admitti filio abſente, licèt multi teneant contrarium in hoc, *ut not. in d. jurib.* Sed tu potes adhibere per indirectum cautelam, qvæ tantum operabitur, ac ſi admitteretur procurator vel defenſor: nam ſi habes judicem amicum, vel non contrarium, qvi judex velit procedere per inqviſitionem, *juxta not. in cap. qvaliter & qvan.* 2. *de accuſ.* debes ipſum adire, & nominare teſtes in ſecreto, qvi ſint depoſituri ſecundum veritatem pro abſente inculpato, & dare ſibi interrogatoria in ſecreto, ſuper qvibus debeant interrogari, qvia tunc judex poterit eos examinare, non dico ad inſtantiam partis, ſed ex ſuo officio, & ſi ex illis atteſtationibus apparuerit inculpatum, non eſſe culpabilem, judex poterit, & debet ipſum abſolvere, ut eſt ca-
2 ſus not. in l. ſi non defendantur. in fi. ff. de pæ. * ubi dicitur, qvod judex poterit, & debet etiam inqvirere de innocentia rei, & ſi reperiat innocentem, debet abſolvere. *& ibi hoc not. Bart. & idem ipſe not. in l.* 1. §. *fin. ff. de qvæſt. & in l. is, qvi reum. & ibi per Doctor. ff. de pu. judic.* Et ideo licet vulgo dici ſoleat: Contra contumaces omnia jura clamant, tamen ſi judici conſtat de innocentia, debet ipſum abſolvere. Et ſis cautus, qvòd non appareat ex proceſſu, qvòd judex fecit ad inſtantiam alicujus procuratoris, vel defenſoris, qvia non valeret, *per d. §. publicè. & per §. ad crimen. cum ibi not.* ſed judex debet ſcribi facere, qvòd illam examinationem fecit fieri ex officio. qvòd bene.

no-

Digitized by Google

no. in practica, qvia isto modo semel adjuvi amicum meum. Potest etiam alio modo adjuvari absens reus, qvi non potest defendi per procuratorem, qvando commisisset tale crimen, de qvo non posset inqviri vel procedi contra ipsum per viam accusationis, vel alio modo, qvia tunc cautela est, qvòd unus qvicunqve sit, compareat coram judice: & qvilibet de populo potest comparere, & dicat: Domine judex, non potestis inqvirere, vel procedere contra talem, qvia poterit impunè occidi, vel alia de causa: nam tunc debet judex ipsum admittere: *ut no. sing. & Bar. per l. ubi pactum. per gloss. ibi C. de transact. de qvo dic, ut ibi per Doctor. & in dict. §. publicè.* Potes etiam uti alia cautela, qvando crimen debet renunciari per syndicum vel officialem contratæ, vel villæ, & ille officialis est amicus tuus. nam potes procurare, qvòd ille officialis pronunciet reum, & det nomina testium, qvi penitùs nihil sciunt de d. maleficio, qvia tunc examinatis d. testibus, qvi deponunt se nihil scire, de necessitate debebit illum inculpatũ absolvere, ex qvo nihil probatum est contra eum, *per dict. leg. si non defendantur. ff. de pœn. cum si.* sed ista cautela non proficeret, ubi procederetur per accusationem, qvia tunc accusans volens probare, nominabit testes judici, qvi nihil sciant de crimine, qvod not. qvia vidi procuratores uti hac cautela, sed cave, ne ipsa utaris in perniciem animæ tuæ.

B. CÆPOLLA CAUT. CIX.

§. Qvomodo admittatur in criminalibus excusator pro absente.

SUMMARIUM.

1. *Accusatus vel inqvisitus de crimine se per procuratorem defendere non potest.*

DIxi * suprà unam Cautelam pro accusato vel inqvisito, qvando non potest se defendere per procuratorem, qvia causa est capitalis, *juxta l. servum. §. publicè. cum si. de procu.* Sed hic adde unam aliam similem, videlicet, qvòd aliqvis compareat coram judice, non tanqvam procurator aut defensor, sed tanqvam instructor, qvia talis, licèt non possit in se suscipere judicium, tamen admittendus est ad instruendum & ad informandum judicem de innocentia 1

 rei,

Digitized by Google

rei, & judex debet eum audire, & pro veritate inqvirere, *ut l. fin. ff. de lib. cau. & ibi hoc no. Benedict. de Plumb.*

R. FICHARDI CAUT. LXXI.

§. Pro Reo criminali, ut per procuratorem respondere possit.

QVamvis magis communis Doctor. opinio sit, Procuratorem Rei accusati nomine posse comparere in Judicio ad illum defendendum, qvando pro delicto imponenda esset pœna pecuniaria, *secundum doctr. Bart. in l. servum qvoqve. §. publice. ff. de procuratoribus. qvam communem, dicit Rubeus in repet. l. penult. § ad crimen. num. 183. ff. de publ. jud.* Tamen cum aliqvando judices justis de causis petant, ut Reus ipse ad respondendum, super certis articulis, compareat: Reus verò præ timore & diffidentia nolit comparere, Cautela est, secundum Menoch. *in lib. 2. de arbitrar. jud. qvæst. Cent. 3. casu 274. num. 3.* ut Reus nihilominus constituat procuratorem specialem ad sic super illo & isto puncto respondendum. & tale mandatum dicitur formalis ipsius Rei responsio, ideoq; admittendum, *secundum Bar. in l. non solùm. in princ. nu. 8. & ibid. Ang. ff. de procurat. Bal. consi. 110. lib. 1. & consi. 181. lib. 5. Roman. consi. 241. col. penult. Ant. Capic. decis. 67.* Qvo mandati genere, ut ex relatis locis patet, uti licet, ut Procurator possit obligare dominum etiam ad pœnam sangvinis.

R. FICHARDI CAUTELA LXXII.

§. Pro Reo criminali, ut faciat loco Procuratoris comparere advocatum suum.

PRocuratorem in causa criminali non posse intervenire, *patet ex unico §. ad crimen. l. penultim. ff. de publ. judic.* Contrà verò Cautela tali poterit uti Reus, ut faciat pro se comparere advocatum suum: nam qvod de Procuratore dicitur, fallit in advocato, qvia is pro Reo comparere, & ipsius causam defendere potest. *ita notabiliter limitat Menoch. lib. 1. de arbitr. judic. qvæst. 80. num. 73. secutus Socin. in tract. fall. reg. 322. fal. 10. & Blanc. in pract. crimin. in verb. verum qvia. num. 44.* Et hoc ita procederet, nisi jure Statuario, vel alio, etiam ipse advocatus prohiberetur intervenire, ut ibidem Menochius subjungit.

DE

zed by Google

DE CUSTODIA REORUM ET PRIVATIS CARCERIBUS. Tit. VI.

I. DE ARNONO CAUT. .LI

§. Pro officiali, qvi non detinuit, qvem debebat carceratum.

SÆPE solet impetiri officialis in syndicatu, qvia non detinuit aliqvem carceratum, qvem debebat, in carcere, assignando illi totum palatium, à qvo postea discessit. Sed Cautela est, ut assignet pro carcere domum, vel palatium, & det custodem, & perinde est, ac si illum in carcere detinuisset. *Istam Cautelam tradit tibi Ang. in l. si in carcerem. ff. qvod metus causa,* not. qvia deserviet tibi in actu practico.

B. CAEPOLLA CAUTELA III.

§. Relaxandi incarceratum.

SUMMARIUM.

1. *Judex ex seipso, debitore non existente solvendo, ipsum debitorem luere in corpus facere non potest.*

NOta cautelam pulchram, & utilem, si aliqvis est in carcere condemnatus in magna qvantitate, qvam solvere non potest, ad hoc, qvod ibi non moriatur, facias per judicem tibi gratum inferri aliqvam pœnam corporalem, *a* & si velis eidem conservare famam, fac, qvòd ei non imponatur aliqva pœna vituperosa, sed facias eum cum fune, vel aliter torqveri secretè in palatio, & secretè facias de hoc fieri publicum instrumentum, videlicet, qvòd tortura, sive pœna fuit sibi illata in istum finem, qvòd luat in corpus, ex qvo condemnationem pecuniariam solvere non potest, erit liberatus. *istam Cautelam & practicam ponit Angel. de Aret. Instit. de actio. §. pœnales. ver. oppono ex glo. pro qvo allegat. l. sed & si uni. §. conservus. ff. de jurejur. & l. qvaeritur. §. minor. & §. si servus. si ex noxa. caut. ag. & Dd. in l. qvicunqve. C. de serv. fug.* licet in contrarium sit gl. 14. q. 6. §. 3. * Et adverte dum dixi, scilicet faciens per judicem, &c. qvia judex ex seipso, debitore non existente solvendo, videtur, qvòd non possit castigare; sed ita demum, si creditor hoc petat, *videtur probari l. fi. ff. de in jus vo. ibi, ex qverela patroni. & ibi per Doct.* unde hæc Cautela non est 1

sufficiens, nisi fieret ad instantiam creditoris. In hoc tamen cogitabis. Item adverte, qvia dicta castigatio non debet fieri à judice civili, qvi condemnavit eum in pecunia; sed à judice habente cognitionem in criminalibus, *ut est text. in dicta l. fin. ibi, à praefecto urbis. ff. de in jus voc. secundum Angel. & Dd. ibi.* Item praedicta Cautela est vera, nisi appareat, qvod incarceratus hoc procurasset, vel qvòd in fraudem fieret, ut evitaret majorem pœnam, qvia tunc nihil sibi prodesset, *ut dicit Angel. in l. si servus plurium. §. si qvis autem ff. de leg.* 1. & hoc nisi castigatio fuisset imposita ad instantiam creditoris, qvia tunc cessaret omnis suspicio frivola seu fraudis, qvae omnia benè not. ut scias adjuvare amicum incarceratum, qvi non potest exire, qvia non habet, unde solvat, ne moriatur carceribus.

ADDITIO.

a Pœnam corpora.) *Pœna corporalis pro pecuniaria potest per judicem imponi causa cognita.* l. qvid ergo. §. pœna. & ibi Bart. ff. de infam.

B. CÆPOLLA CAUT. XCIIX.

§. Pro Officialibus & praetoribus adhibentibus fidejussores ad relaxandum incarceratum debitorem.

SUMMARIUM.

1. Fidejussio de judicio sisti, inclusivè usqve ad sententiam durat.

NOtent bonam practicam, & Cautelam Praetores & alii Officiales, ne relaxent debitorem positum in carceribus ex causa debiti, praestita tamen fidejussione de judicio sisti, * qvia illa durat usqve ad sententiam inclusivè, nam
1 lata sententia fidejussores liberantur, *ut leg. agere. §. post litem. ff. de fidejus. & leg. cùm apud Sempronium. ff. judic. sol.* sed debent recipere fidejussorem de judicato solvendo secundum Bald. qvi ita dicit, & bene *in cap. dilectis. in 5. column. de appellat.* qvi subdit, qvòd qvidam Potestas, qvi hoc ignoravit, pro incauta relaxatione cujusdam carcerati, fuit condemnatus in syndicatu, & in totum desolatus.

B. CÆPOLLA CAUTELA CXXVII.

§. Contra fidejussorem carcerati, ut etiam ad pœnam contumaciae teneatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Fidejussor in dubio an pro usuris intercedere videatur.*

QVidam fidejussit pro carcerato ex causa criminali, qvi postea condemnatus est, & qvia non solvit intra certum tempus, puta octo dierum: incurrit in pœnam qvarti *a* pluris ipsius condemnationis, sicuti incurrunt communiter condemnati in arengo in civitatibus subditis dominio Venetorum, an fidejussor erit obligatus in illo qvarto pluri. Dicas, qvòd non, si idem incurreret majorem pœnam propter suam negationem, qvia de illa majori pœna fidejussor non tenetur. Et est ratio, illa pœna qvarti pluris, sive augendi propter negationem, non est pœna delicti principalis, pro qvo fidejussit, sed pœna contumaciæ vel negationis, pro qva non intercessit fidejussor, *ut est casus in l. si. ff. de fidejuss. & in lege prima. ff. de in litem jur. & ibi hoc not. Bartol. & Doct.* & ideo sit cautus judex secundum eum, si vult, qvòd ad hoc etiam fidejussor teneatur, qvòd scribi faciat, qvod fidejussit non tantùm pro pœna delicti, sed pro pœna processus: qvia cum pœna negantis, vel contumaciæ, sit pœna processus, fidejussor tenebitur, *ut not. Bartol. in lege prima. ff. de lit. jur. & ibi per Doct. & per Ang. de Are. in suo tract. malef. in glo. in ver. de qvibus Ant. fidejussit. & de hac materia vide etiam Bartol. in l. qvaro. in princip. ff. loca. & plenius in l. 2. de pub. judic.* * Et an fidejussor in dubio videatur intercedere etiam pro usuris? *vide text. cum glo. & Doct. Bartol. in d. l. qvaro. in princ. & per glos. Cy. & Doct. in l. fidejussor. C. de fidejus. & c. constitutus. in ver. accessiones. ext. de fidejussor. & ibi per Doct.* b

a 1 b

ADDITIO.

a Pœna qvar.) *Fidejussor non tenetur ad qvartam plus, qvod crevit propter negationem, vel per juramentum in litem præstitum post sententiam.* Bartol post glo. in l. 3. ff. qvi satisdare cog. facit leg. si ab uno. ut in post. leg. & per Alex. in lege prima. ff. de in lit. juran.

b L. 2. ubi etiam vide per do. Alex. post ipsum Bart.

I. DE ARNONO CAUT. XXIX.

§. Pro privato detinente aliqvem de persona, seu ejus bona.

Con-

Contra privatos detinentes aliqvem de persona seu ejus bona, est prodita capitalis sententia *per capitu. regni contra effrenatos, sub Rubric. ne qvis authoritate propria capiat aliqvem, nec ejus bona.* Sed Cautela est, ut qvi impetitur de privato carcere, seu detentione bonorum alicujus, alleget se credidisse illum fuisse bannitum & forjudicatum, & sic ei licuisse. Nam qvi potest impunè offendi per constitutionem regni, pœnam horum de forbannit. & forjudic. potest impunè detineri in carcere, *secundum Baldum in l. prima, de priva. carcer.* & creditur juramento suo, qvòd crediderit illum fuisse bannitum, & forjudicatum, *ut est gloss. notabilis in versic. non occidendi animo, in lege prima. Cod. ad legem Corneliam, de sicar.* Et facit ad hoc ultimum, qvod dixi suprà prima Cautela, in fin. & in singularibus meis, singulari qvadragesimotertio, incipiente, vulnerasti Titium. & sic adjuvabis amicum tuum, ne capitali pœna plectatur, *juxta dict. capitu. regni contra effrenatos.* Sed caveat, ne perjurium committat, qvia DEUM haberet ultorem.

A. BLANCUS CAUTELA IX.

§. Ad liberandum privatum à pœna privati carceris.

SUMMARIA.

1. *Privati carceris crimen committens, afficiendus ultimo supplicio.*
2. *Detinens propria authoritate, qvem credebat esse bannitum, non punitur, qvo casu, statur ejus juramento, & num. 3.*

1 Privatus * aliqvem propria authoritate detinens punitur. *l. unica. C. de priva. carcer.* * Cautela est, ut si
2 qvis aliqvem detinuerit, & dicat, qvòd credebat eum esse bannitum, qvo casu si licebat ei eum interficere, poterat etiam eum licitè detinere, *secundum Bal. in dict. l. unica. C.*
3 *de privat. carceri.* * & statur juramento suo, qvod crediderit illum fuisse bannitum, *ut est glo. in l. 1. in vers. non occidendi animo. C. de sicar. & ita dicit Joan. de Arno. in Cautela 29.*

DE PRIVATIS DELICTIS, INJURIIS ET FAMOSIS LIBEL. Titulus VII.

B. CÆ-

B. CÆPOLLA CAUTELA XXXIII.

§. Pro injuriato, si vult agere actione injuriarum.

SUMMARIUM.

1. *Injuriatus casu qvo pro vindicta injuriarum actione agere non possit, potest tamen agere l. Aqvil. actione ad damnorum satisdationem.*

SCIANT omnes, qvia si alicui est facta injuria animo injuriandi, potest agere actione injuriarum injuriatus regulariter, *ut habetur in toto tit. de inju. ff. C. & Instit. & maximè in l. si non convicii. per Cy. & Doct. C. de injur.* Sed ista regula fallit, qvando ille, cui est illata injuria, malefactorem accusat, vel judicem instigat, & sollicitat, qvòd malefactor torqveatur, & damnetur ad vindictam publicam, qvia tunc si fuit punitus per judicem, non potest postea agere actione injuriarum, pro injuria sibi illata, qvia eo ipso, qvòd fuit tortus vel condemnatus per judicem, satisfactum est injuriæ suæ secundum voluntatem suam, unde videtur illam injuriam pro sui emendatione remisisse, *ut est tex. & ibi Bar. in l. sed si unius. in §. sed si ante judicem ff. de injur. facit text. in l. interdum. §. qvi furem. ff. de furtis.* Unde sis cautus tu injuriatus, qvòd aut tu non facias ista, aut si facias, protesteris, qvod per hoc tu non vis tibi præjudicari, qvin pro tuo interesse agere possit actione injuriarum. *l. si. ff. de inju. & ita tenet etiam Ang. de Are. in suo tractatu maleficiorum, in ver. nec non ad qverelam, in pen. col.* * Sed adverte, qvod licet injuriatus in casu prædicto non possit agere actione injuriarum pro vindicta, tamen potest agere actione l. Aqvi. ad satisfactionem damnorum. *l. servus meus. ff. de injuriis, secundum Angel. in d. l. sed si unius. §. sed si ante judicem. ff. de injuriis.* qvod bene nota, qvia de hoc fui sæpè interrogatus. 1

B. CÆPOLLA CAUTELA XXIIX.

§. Qvòd qvis non teneatur actione injuriarum.

SUMMARIUM.

1. *Familiaris non tenetur de eo, qvod ejus rectoris jussu fecerit.*

DUctus ad carcerem, vel ad alium locum vituperosum per

per militem, vel alium officialem alicujus potestatis seu rectoris, potest agere actione injuriarum contra ductores, *ut probatur in l. injuriarum. §. si qvis. ff. de injur.* & ideo sit cautus prætor vel rector, si est oblatus libellus in actione injuriarum contra aliqvem de sua familia, elapso tempore ad dandum libellum contra ipsum, *de qvo in l. 1. C. omnes cau. tam ci. qvàm cri.* faciat reum conventum articulare & probare, qvòd hoc fecit de mandato rectoris, & ipse etiam rector hoc confiteatur, qvòd fieri fecerit hoc pro
1 officio exercendo. * Nam tunc familiaris non tenebitur, qvia debuit jussu rectoris obedire, *per d. §. si qvis, qvod not. in l. non videtur. §. qvi jussu. de re judi.* nec etiam rector tenebitur, ex qvo est elapsum tempus syndicatus, licet aliàs teneretur, & sic uterq; erit securus, *& ita in effe. not. Angel. in dict. l. injuriarum. §. si qvis. ff. de injuriis.*

T. FERRATUS CAUTELA XXXIX.

§. Ut dicens alicui verba injuriosa, evitet actionem injuriarum.

SUMMARIUM.

1. Actione injuriarum agi potest contra illum, qvi alicui injuriatus est: qvia injuria tripliciter fit, scilicet verbo, re & libello.

1 SI qvis * dicit alicui verba injuriosa, certum est, qvòd contra ipsum potest agi actione injuriarum, qvia injuria fit tripliciter, verbo, re, & libello, *ut l. 1. §. injuriam. juncta l. lex Corne. §. si qvis librum. ff. de injur. & §. injuria. Instit. eod. & not. Azo in summa. eod. tit.* adeò, qvòd si alicui dixissem verba contumeliosa, & ille provocatus similiter dixisset mihi: tamen contra eum potero agere actione injuriarum, & similiter ipse contra me, qvia non admittitur compensatio, *ut not. do. Abb. in c. dilecti filij, qvasi circa fi. de excep. & in c. olim. in 2. col. vers. hinc dicit Speculat. de rescript. & in ca. intelleximus, in fi. de adulter. & in cap. 1. circa princip. de injur.* licet Specula tenuerit contrarium *in tit. de accus. versicul. qvid si vocavi te latronem. qvem refert & seqvitur Angel. de Aret. in suo tract. de malef. in verbo, verba contumeliosa & injuriosa. versicul. qvid si aliqvo dicto. & Joan. de Ana. in cap. significasti. el secundo. in ult. col. vers. qværit etiam ibi Ang.*

Ang. extra, de homi. sed intelligendum est dictum Specul. secundum ea, quæ tradit Fel. *in d. cap. dilecti filij, in 5. col. versi. provocatus delinquens non excusatur. extr. de exceptio.* Tu autem, qvi dixisti alicui verba injuriosa, si vis evitare actionem injuriarum, Cautela est, ut anteqvam recedas ab illo loco, ubi dixisti ea verba, dicas versus injuriatum, qvòd id, quod dixisti, erga ipsum falsum est, qvod te pœnitet dixisse, qvia revocatio verborum injuriosorum dictorum sive ex iracundia, sive ex proposito, facit cessare actionem injuriarum, *ita notabiliter dixit Angel. in l. si non convicii. C. de injuriis. qvem refert & seqvitur Fel. in dict. c. dilecti filij. in ult. colum. vers. dixit etiam notabiliter Ang. & Lanfr. de Oriano, appellans tale dictum singulare, in repe. c. qvoniam contra, de probatio. in verbo, confessiones, circa principium.*

A. BLANCUS CAUT. XII.

§. Ad evitandam injuriarum actionem, ex verbis injuriosis alicui dictis, idem dicit, qvod superior cautela.

SUMMARIUM.

1. *Verba injuriosa alicui dicens, ex verbis injuriosis tenetur, qvia injuria tripliciter fit, verbo, re, & libello.*

DIcens * alicui verba injuriosa, tenetur actione injuriarum, qvia injuria fit tripliciter: Verbo, re & libello. l. 1. *§. injuriarum. juncta l. lex Cornelia. §. si qvis librum. ff. de injur. & §. injuria. Institut. eod.* Pro evitanda ista actione Cautela est, ut anteqvam recedas à loco, ubi injuriosa verba dixisti, dicas ea verba non esse, & qvòd calore iracundiæ ita dixisti, qvo fit, ut per talem revocationem cesset ipsa actio injuriarum. *ita Tho. Ferra. Cautela trigesima nona.* 1

R. FICHARDI CAUT. XXXIIX.

§. Pro injuriante, ne per sententiam infametur.

INjuriarum actionem esse in numero earum, qvæ infamant. *constat ex §. qvibusdam. Instit. de pœ. teme. litig.* Ne igitur injuriarum accusatus, si metuat, qvòd condemne-

mnetur, per sententiam contra se latam non infametur, Cautela est, ut utatur procuratore, & per illum totam causam agat, ipse verò se absentet. Nam hoc casu fiet, ut in ipsum Procuratorem (tanqvam per litis contestationem dominus litis factum *l. procuratorib. constitutu. C. de procu.*) feratur sententia condemnatoria, & non in reum principalem, maximè eo absente, adeò ut si ferretur (in casu dictæ absentiæ) in reum principalem, sententia foret ipso jure nulla *per l. 1. C. de sen. & interio.* Hanc Cautelam docet Sichard. *in l. si ut proponu. la. 1. C. qvom. & qvan. jud. allegans Lud. Rom. singu. ars juo 20.*

B. CÆPOLLA CAUT. CX.

§. Qvomodo succurritur diffamato in judicio.

SUMMARIUM.

1. *Silentii perpetui ad sententiam unica tantùm monitione procedi non potest.*

QVando aliqvis infamat unum, qvi est debitor suus, & tamen non petit in judicio, diffamato succurritur, per l. diffamari. C. de inge. ma. & no. in l. unica, ut nemo invi. agere vel accus. cog. & tu infamatus sis cautus, ut primò facias moneri diffamantem bis, ut petat, si qvid vult pe-
1 tere, aliàs sibi imponetur perpetuum silentium. * Etsi esset monitus semel tantum, non posset procedi ad sententiam perpetui silentii, ut est glos. multum no. in auth. de hær. & Fal. in §. si qvis agens. in versic. monitus. & ita tenet etiam in terminis Angel. de Are. Inst. de exce. §. 1. ubi ponit materiam dict. l. diffamari. & idem ipse no. in suo tract. malef. in gloss. in vers. nec ad qverelam Titii. in 16. colum.

DE PUBLICIS JUDIC. ET CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS DIVINÆ. Tit. IIX.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLV.

§. Ad evitandum hæresin, seu suspicionem, & idem vide per eundem infrà in principio novarum Cautelarum.

Sum-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1. *Hæreticus non est, qvi credit ea, qvæ credit Ecclesia.*

BONUM & utile consilium est pro illis, qvi aliqvando inculpantur de hæresi, ut protestentur, maximè in extremis se fuisse & esse Catholicos & tenuisse, & tenere fidem Catholicam, qvam tenent Doctor. & prædicat sacrosanct. Ecclesia Rom. & cum eadem fide vixisse, & mori velle. & probatur, qvòd hæc protestatio sit utilis & valida. *extra, de summa Trinit. & fid. Catho. damnamus. prope fi. & no. in c. firmiter. eodem tit.* nam & B. Hieron. idem fecit culpatus ab inimicis, *ut est text. no. 24. qvæst. 1. hac est fides. & ita dicit Albe, de Rom. C. de hær. circa fi.* * Sed tu adde prædictæ protestationi, a qvòd qvicqvid credunt, ideo credunt, qvia credunt ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesiæ subjiciunt, qvia ille non dicitur hæreticus, nec peccat, dummodò errorem suum revocet, *ut sing. no. Inno. in dict. c. firmiter. in fin.* & intellige errorem defendere, qvando pertinaciter defendit, *ut dicit glo. no. 24. qvæst. 4. dixit apostolus. & vide glo. in d. c. hac est fides.* & ista Cautela est etiam utilis pro advocato, vel procuratore, qvi velit defendere inculpatum de hæresi, *ut dicit Alb. de Ros. in 3. par. q. 32.* & dicit se ita observasse in Curia Roman. dùm defenderet coram summo Pontifice qvosdam Mediolanenses inculpatos de hæresi.

1 2

ADDITIO.

a Protestat.) *Protestatio declarat animum protestantis.* l. Nesennius. & ibi Bart. 1. not. ff. de neg. ge. l. qvi in aliena. §. fin. ff. de acq. hæred. Bald. in l. pacta novissima. in 1. col. ma. in fin. C. de pac. l. at si qvis. §. fin. de rel. *& ibi Bart. dicit, eam non extendi ultra verba sua, qvod verum in his, qvæ dependent à propria voluntate, & potestate, & non in his, qvæ sunt certo modo dispositæ per legem,* secundum Bar. in d. l. Nesennius, in primo tota b.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLXXXV.

§. Utilis ad evadendum suspicionem hæresis, & repetita suprà, idem iisdem verbis dicit hæc cautela, ideoqve delendam putavi.

I. DE ARNONO CAUTELA XXXIII.

§. Pro blasphemantibus.

BLasphemi DEI, & beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum,

rum, & per constitutionem regni, blasphemantes, & alias modernas pragmaticas, mutilationis lingvæ maliloqvæ pœna plectuntur, licet de jure communi, & Canonico aliæ pœnæ imponantur, de qvibus ego dixi in singularibus meis, singulari qvarto, incipiente, non intendo per id, qvod dicam. Sed Cautela est, ut probata blasphemia contra aliqvem compareat ille, & alleget se nunqvam aliàs incurrisse in blasphemiam: qvia, nisi ex adverso probetur talem habere consvetudinem blasphemandi, non poterit puniri pœna mutilationis lingvæ, sed arbitrio judicis, puta, qvia ponendus esset ad catenam, *secundum Doctores, maximè Cynum, & Salicetum in l. secunda. C. de rebus cred. Ita Doctores, ut Petrus, Cynus, & Baldus, ac Salicetus ibi. Istud etiam est, qvod voluit Bal. in l. secunda, post glo. C. ad legem Juliam majest.* imò plus dico, qvod dicebat multum signanter Petrus & Cynus *in d. l. secunda.* qvòd binus, vel trinus actus hoc casu non induceret consvetudinem. *Et istud etiam placet Saliceto, ibi & Angel. de Aret. in §. item si qvis. & ibi Jas. de act. in decimaqvarta colum.* & sic evades amicum tuum à mutilatione lingvæ, qvam judices solent qvandoq; imponere, non favore Dei, neq; amore justitiæ, sed ut videantur justi, cùm non sint. Nec prædictæ conclusioni habebit obstare, qvòd per pragmaticas est sublatum arbitrium minorandi pœnam, qvia hoc intelligitur in solito blasphemare, & sic habes intellectum ad regni constitutionem, blasphemantes, & ad alias pragmaticas.

I. DE ARNONO CAUT. LVI.

§. Adhuc pro blasphemantibus, & est repetita suprà in 33. Cautela.

QVibus pœnis plectantur blasphemi Dei & beatæ virginis atqve sanctorum, plenè suprà in Cautela 33. incip. blasphemi Dei, & in singularibus nostris, sing. 4. Sed nunc volo tibi in medium adducere adhuc aliam Cautelam: nam si fortè, qvod adsit, prolapsus fueris in blasphemiam aliqvam Dei vel beatæ virginis, vel sanctorum, de qva fueris impetitus, vel ex officio, vel ad qverelam, Cautela est, ut obtineas absolutionem à summo Pontifice per viam alicujus Bullæ sancti spiritus, vel sancti Sebastiani, vel aliorum commissariorum sacri jubilei, qvi portant istas bullas per regnum, ut hodie fit. Qvoniam summus Pontifex potest face-

facere pacem de blasphemia Dei, licèt episcopus hoc non possit. ita Bald. *in l. jurujurandi. ff. de jurejurand.* ubi dicit, qvod si aliqvis sit accusatus de blasphemia Dei, episcopus non potest facere pacem. & idem Bald. etiam plenius hoc tenet *in l. accusationem. in penult. col. C. qvi accusar. non possunt. & in l. 1. in 2. notab. C. de rapt. virgin.* ubi limitat in Papam. *refert & seqvitur do. Ias. in d. l. jurujurandi. & in l. 2. §. jurari. in 4. colum. ff. eo.* Sed hoc non utaris ad malum.

T. FERRATUS CAUT. XXV.

§. Pro blasphemantibus Deum, & sanctos, ut evitent pœnam legis punientis blasphemias.

SUMMARIA.

1. *Blasphemantium Deum pœna est abscissio capitis.*

2. *Confessio Blasphemantis apud sacerdotem tollit pœnam Blasphemiæ.*

POena * blasphemantium Deum, de jure communi est abscissio capitis, *ut in authen. ut non luxu ho. contra naturam. per totum. & not. gloss. 22. q. 1. si qvis per capillum. & Angel. de Aret in tracta. malef. in verbo, verba contumeliosa & injuriosa, versic. qvaro, qva pœna erit contra istos sacrilegos?* & talis pœna habet locum, etiamsi taliter blasphemans blasphemaret de qvadam sua consvetudine, *ut volunt Cyn. Bald. & Salicet. in l. juriju. C. de re. cre. & Bald. in l. 2. C. ad l. Jul. ma.* licet hodie talis pœna sit communiter diminuta per statuta Italiæ, *ut etiam attestatur Bal. in dicta l. jurijuran.* qvia in aliqvibus locis imponitur pecuniaria, ut est in nostra civitate Brixiæ, & etiam hic Paduæ. in aliqvibus aliis imponitur pœna lingvæ, ut qvasi per totam Alemaniam, ut mihi alias relatum est, ubi etiam observatur, & præcipuè in mulieribus, qvòd ligantur ad funem, & projiciuntur in aliqvod flumen, & postea extrahuntur, & iterum projiciuntur. & ita pluries fit, adeò qvòd multoties moriuntur, & aliæ diversæ pœnæ imponuntur, prout statuentibus videtur. Modò qvidam blasphemavit Deum, vel suos sanctos, qvo casu vigore statutorum debet ei puta evelli lingva, vel aliqva alia magna pœna imponi, qvo remedio poterit uti, ut non possit puniri pœna illius statuti punientis blasphemias. Dic qvòd *Cautela* est, ut inspiciat, an sit in civitate, ut re- 1

peritur in multis locis, statutum disponens, qvòd pro criminib. de qvibus qvis habuerit pacem ab offenso, imponatur talis pœna, ex tunc videat, an illa pœna sit minor illa, qvæ imponitur blasphemantibus, & si sic, tunc vadat *a* ad
2 * confitendum peccata sua, qvia habita à sacerdote absolutione, & sic peccatorum remissione intelligitur fecisse pacem cum Deo, qvi per blasphemias principaliter offenditur, ut habetur in d. auth. ut non luxu, hom. contra naturam. & isto casu iste non poterit puniri pœna statuti punientis blasphemantes, sed gaudebit privilegio alterius statuti punientis delinqventes, qvi ab offenso pacem habuerint. *ita singulariter concludendo tradit Bartol. in suo cons. 167. incip. qvod minister fratrum. de pœnitentia, qvem referunt & seqvuntur Pet. de Anch. & Jo. de Ana. in 10. colum. in cap. fin. de maledi. & Felin. in cap. de his. in 2. col. versic. 3. fallit. de accus. Et solennis Doctor. & praeceptor meus in Canonibus Phi. Dec. in suo cons. 137. incip. & diligenter pro tenui facultate mea. in 2. col. versic. & cum in isto delicto principaliter Deus offendatur.* Et licet ista Cautela prima fronte videatur prava, & malum in se continere, videlicet instruere istos sacrilegos blasphematores ad evadendum pœnam blasphemiæ, propter qvas blasphemias veniunt fames, terræ motus, & pestilentiæ, *ut dicit Imperator in dict. auth. ut non luxu. contra naturam.* Tamen considerans, si ista Cautela debet practicari, opus est, qvòd committatur illa bona operatio, scilicet confessio peccatorum, in qva consistit salus animarum nostrarum; idcirco mihi visum fuit ipsum tradere.

ADDITIO.

a Tunc vadat.) *Qværitur, utrum blasphemus poßit absolvi à proprio sacerdote? dicitur secundum Panormit.* cap. statuimus, de maledicis. *qvòd non publicè blasphemans, sed ab episcopo.* facit gloss. in cap. 2 de pœni. & remiss. lib. 6. *secus si occultè, qvia secundum Host. tunc non pertinet ad episcopum. Ego verò intelligo, qvòd est casus episcopi, qvando blasphemia est peccatum non simpliciter, sed qvando propter publicitatem defertur ad episcopũ, unde dicit Goffr. & Host. qvòd qva dicuntur in d. c. statuimus. de pœna temporali, vel pecuniaria, intelliguntur sedente judice pro tribunali. in judicio autem anima presbyter discretus mollien-*

liendo

liendo rigorem, dispensare poterit rigorem ex causa circa pœnam spiritualem superiorem. 26. q. 7. pœnitentibus. & hoc secundum Hostiensem.

A. Blancus Caut. IIX.

§. Ad excusandum blasphemantem à pœna. Idem dicit, qvod binæ cautelæ superiores Joh. de Arnono.

SUMMARIA.

1. *Blasphemantis pœna, qvæ erat, & qva nunc est.*
2. *Absolutus de blasphemia à summo pontifice mitius est puniendus.*
3. *Reus habens pacem ab offenso, mitius punitur.*
4. *Probanti se nunqvam in blasphemiam incurrisse, pœna minorari debet.*
5. *Binus, vel trinus actus blasphemandi consvetudinem non inducit.*

Blasphemans Deum * de jure communi decapitabatur, 1
ut in authen. ut non luxu. contra natu. per tot. & dicit Ang. in practi. in Verb. Verba contumeliosa & injuriosa. hodie autem talis pœna per statuta civitatum diminuta est, & diversimodè imponitur. * Accusatus de blasphemia, ut 2
pœnam evitet, Cautela est, ut obtineat absolutionem à summo pontifice, ex eo, qvia summus pontifex potest facere pacem de blasphemia Dei, licèt episcopus hoc non possit. *ita Bald. in l. jusjurandi. ff. de jurejuran. & in l. accusationem. in penult. colum. C. qvi accus. non poss. & in l. 1. in 2. not. C. de rap. virgi.* * Pace igitur sic habita, dubium non 3
est, qvòd minori pœna punitur, ex qvo communiter per civitates statuta sunt, ut pro criminibus, de qvibus pacem reus ab offenso habuerit, mitius puniatur, *& hanc Cautel. dat* Jo. *de Arno. in Caut.* 56. * Alia etiam datur, ut probet, 4
se nunqvam incurrisse in blasphemiam, & ideo qvòd non est solitus blasphemare, qvo casu pœna minueretur arbitrio judicis. *ita Doct. in l. 2. C. de reb. credi.* * & dicunt ibi, qvòd 5
binus, vel trinus actus hoc casu non induceret consvetudinem, & hanc Cautel. dat idem Jo. de Arnono, in Caut. 33.

AD L. JULIAM, DE ADULTERIIS. Tit. IX.

Jo. De Arnono.

§. Pro deprehensis in adulterio.

Digitized by Google

SEMPRONIUS & Berta fuerunt deprehensi in adulterio, sive de illo fuerunt legitimè confessi, & convicti per judicem secularem, facta conclusione in causa. Cautela est, ut advocatus istorum alleget eos debere absolvi, qvia non fuit probatum matrimonium, nam non dicitur adulterium, nisi ubi est matrimonium, *secundum Bald. in l. ita demum. C. de procurat. ad finem. facit qvod not. Bart. in l. si cui. §. primo. de leg.* 1. qvod nota ad materiam constitutionis regni, legum asperitate, de adulter. & lenocin.

B. CÆPOLLA CAUT. XLII.

§. Pro conjunctis in actu carnali illicito, si volunt evitare judicis condemnationem.

SUMMARIUM.

1. Juramentum qvo casu delicti pœnam evitare possit.

ALiqvando contingit, qvòd duo, scilicet masculus & fœmina conjungantur in actu carnali, qvi non erant conjuges, sed esse possunt, & accusantur, vel judex procedit contra ipsos. Cautela est, si volunt evitare condemna-
1 tionem, * qvod jurent, qvòd ante coitum clàm contraxerunt, & propter hoc evitabunt condemnationem, *ut est glo. no. in l. pen. C. de fideju. & ibi per Doct. & per Bal. in l. unica. C. de confeß.*

AD L. JULIAM DE VI PUBL. ET PRIVAT. TIT. X.

I. DE ARNONO CAUT. II.

§. Pro judice ad constitutionem regni, intentionis nostræ, de illicita portatione armorum, & constitutionem, si qvis aliqvem, de percussione illicita cum armis.

SUMMARIA.

1. Vulnus qvid.

2. Tumefactio vulnus est.

3. Armorum appellatione qvæ veniant.

Titiu

Titius cum qvodam fuste, baculo, sive lapide percussit Sempronium, ex tali percussione facta est tumefactio, qvæ fecit scissuram ab intra, licet non ab extra, vel talis tumefactio dedit causam necessariæ scissuræ ab extra faciendæ per medicum. Judex punivit Titium amissione manus, per constitutionem, *si qvis aliqvem, de percussione illicita cum armis*. Impetitur in syndicatu. Qværitur, nunqvid bene fecerit? Videtur dicendum, qvòd non. Nam ut præsupponitur in themate, iste non percussit cũ armis prohibitis, de qvibꝰ in constitutione regni, *intentionis nostræ, de illicita portatione armorum*, videlicet cum armis molitis, & prohibitis, cultellis & ensibus, lanceis, panceris, scutis, vel loricis aut clavis ferreis, cum fuste, baculo, sive lapide. In contrarium est veritas: nam * omnis scissura, vel omnis sepa- 1
ratio in corpore appellatur vulnus. *l. si servus servum. vum. §. rupisse. ad legem Aq.* & per Bar. in l. prætor ait. §. *fi. ff. de injur.* ubi dicit, qvòd etiam tumefactio * est vul- 2
nus, qvando fecit scissuram ab infra, licet non ab extra, vel qvando etiam dedit causam necessariæ scissuræ ab extra faciemlæ per medicum, ut ibi per eum, & respondeo ad d. constitutionem, si qvis aliqvem dico, qvod etiam per eam sunt prohibiti * baculi, lapides & fustes, qvod probatur ibi, 3
dum enumeratis armis, de qvibus ibi dicit. & etiam alia omnia, qvæ nocendi magis causa, qvàm alterius cujuscunqve liciti operis gratia sunt parata. Et negari non potest, qvin fustes & lapides prohibeantur à jure. *l. armorum. ff. de verbor. signific.* Item non obstat constitutio, si qvis aliqvem, qvæ reqvirit vulnus, qvia ad eam satis patet responsio per suprà dicta. Manda memoriæ tu judex, qvando impeteris in syndicatu.

B. CÆPOLLA CAUT. C.

§. Ad evitandum incursum pœnarum interdicti unde vi, & l. si qvis in tantam.

SUMMARIA.

1. *Possessorium adipiscendæ vel retinendæ qvibus cautelis in judicio proponendum.*
2. *Rogerius, prout recitat Ubertus de Bob. qua Cautela Mutinæ usus fuerit.*

3. Cautela uti non debemus, qva scandalum oriri posset.

4. Judex ex officio partes prohibere debet, ne ad arma veniant.

5. Oblivio ex longo tempore seqvitur.

1 NOta * diligenter, tu advocate, unam Cautelam, per qvam poteris facere tuum clientulum obtinere, si enim vides utramq; partem æqvaliter probare, dic clientulo tuo, si potens est, qvòd possessionem etiam, de qva est controversia, manu armata ingrediatur, & qvòd denunciet adversario, ut veniat ad possessionem, si audet: qvi si non venerit, qvia suspicatus est se posse repelli, statim perdet possessionem, qvam dicit se habere, *ut ff. de acqvi. poss. l. si id qvod. §. fi.* unde clientulus erit potior. & si veniat ejectus ad judicem, dicens: Domine judex, talis me violenter de possessione ejecit, & eam propria auctoritate ingressus est, unde peto eum puniri, & privari, qvòd si intendebat habere, cum auctoritate propria ingredi non debuerat, *per l. si qvis in tantam. C. unde vi. 16. q. 6. placuit.* Clientulus tuus respondebit, Domine, imò sententia est pro me ferenda, æqvè enim probaveram, me possidere sicuti & ille, unde meam possessionem, non alienam sum ingressus, & sic meam possessionem retinui, & adversarius, si qvam habebat,
2 perdidit, *per d. l. si id qvod.* * Et ita fecit fieri Rog. Mutinæ, prout recitat Uber. de Bobio. & Rof. in Spec. in tit. de pet. & pos. §. 1. ubi notat diligenter Cautelam. & istam
2 Cautelam not. *a* perpetuò, qvia est qvotidiana, & valde
3 utilis. * Sed ea non utaris, ubi posset scandalum verisimiliter oriri *propter l. qvoniam multa facinora, C. unde vi.* sed ubi non esset scandalum, vel periculum futurum, verisimiliter non invenies meliorem Cautelam in hac materia. Item nota aliam Cautelam, si vis, ut amicus tuus comprehendat possessionem alicujus rei absqve vitio, qvam ad se asserit pertinere, eo ignorante fac possessorem spoliari, & confestim deserere possessionem coram testibus, & sic ea vacua remanente, nuncia amico tuo, ut vacuam possessionem apprehendat: nec per hoc videbitur habuisse ratam spoliationem, nec dicetur rem à dejectore recipere, secundum ea, qvæ habentur & notantur *in c. cum ad sedem.*

dem. de rest. spol. & de ordi. cog. c. cùm dilectus, imò usucapere posset, *ut no. in glo. sic patet. Versic. sed hoc non est.* unde habebit commodum retentionis, *ut 16 q. 3. §. pen. Ver. qvòd si mala fide & extr. de ordin. cog. cap. dilectus. circa princ. C. de præsc. 30. annor. l. si qvis emptiones.* Nec competit contra eum interdictum, unde vi. & in hoc fuerint decepti hospitaliarii in prædicto decr. cum ad sedem credentes interdictum, unde vi, habere locum in hoc casu, *ut not. Spec. in § 1. in tit. de pet. & pos. in Ver. antepen.* qvæ Cautela utilis est & vera, nisi appareat de fraude. Ubi duo contendunt de possessione, & qvilibet dicit se insolidum possidere, & unus turbat alium in possessione, nec vult unus de alio conqveri, nec vult unus alteri libellum dare, ne sicut actor, sed qvasi reus sustineat partes rei, & commodo possessionis fungatur, Cautela est, qvòd judex ex officio suo eos citare faciat, & cogere suam petitionem offerre, vel potest istud judicium possessorium sine libello determinare, recipiendo probationes utriusq; partis, ut sciat, qvis illorum debeat subire onera petitoris, & qvis utetur commodo possessionis. *arg. C. de lib. causa. l. liberis. §. si qvis ex servitute:* & qvia hoc vult judex, & sine libello, ut qvæstio finiatur, cujus jussus facit, ut actus teneat, si alias non teneret, *ut ff. qvod fal. tu. auctor. l. 1. C. de lit. contest. Authent. libellum qvæ est 3. qvæst. 3. §. si pactum.* * Ex 4
officio enim suo debet partes prohibere, ne veniant ad arma & rixas, *ut ff. de usufr. l. si cujus. §. sed si inter alias. l. æqvissimum.* & vim fieri vetabit ei, qvem in possessione invenerit potiorem. *ita dicit Spec. secundum Jac. Bal. in tit. de pet. & pos. §. 1. Vers. pen. & in tit. de libell. conception. §. nunc dicendum. Versic. 22. & not. in cap. cùm fecissent. extra, de insti. & idem notat Bald. & Paul. de Castr. in leg. ordinarii. C. de rei vend. & ad hoc etiam vide qvòd not. Innoc. in cap. in præsentia. de probatio. in 1. colum.* & ita vidi sæpius practicari, & bene. Nota etiam aliam Cautelam, & consilium sapientum circa interdictum, unde vi, & constitutionem, si qvis in tantam. si non possum probare, qvomodo possedi, consulunt, ut possim probare, qvomodo sim dejectus, qvòd interim fundum præsentibus testibus, & tabellione intro, & si is, qvi possedit, permittit, possessionem habeo. Si vero me intrare volentem non ad-

admittit, sed me incontinenti possessione expoliat, de qvo fieri faciam publicum instrumentum, possessionem amitto incontinenti. *ff. de acqvirend. possess. l. clam possid. §. fin. & l. sed si nolit.* & illam possessionem animo retinui, qvod semper de qvolibet præsumitur, scilicet qvòd animo retineat, nisi fortè videres illum possidere, ut ex tua patientia paretur tibi præjudicium rei. *C. de acqvirend. possess. l. minus.* & non longum tempus transivit, qvo fuit ille in possessione:
5 * nam ex longo tempore seqvitur oblivio, *ut ff. de usucap. l. fraus. & not. in l. 1. C. de serv. fugit. & no. Spec. secundum Rof. tit. de peti. & poss. §. 1. & no.* has qvatuor Cautelas, qvia sunt qvotidianæ, & de lacte & lana.

AD L. CORNELIAM DE SICARIIS.

Tit. XI.

I. De Arnono Caut. I.

§. Pro homicida voluntario, ut non puniatur de homicidio doloso, sed culposo.

PEr regni constitutionem *incipientem, terminum vitæ. sub Rub. de homicidiis puniendis*, habes, qvod homicida voluntarius damnatur ad mortem capitalem semper, licèt aliàs de jure digestorum interdum ad mortem, interdum ad deportationem, *ut dicit ibi glo. 1. in ver. terminum. alleg. l. 3. §. penult. ff. ad leg. Corn. de sic.* Sed ego volo tibi tradere unam Cautelam, ut non damneris ad mortem capitalem, juxta d. regni constitutionem, pro homicidio voluntario, sed ad deportationem, vel aliam pœnam, juxta dispositionem juris communis. Nam si impeteris de homicidio, qvod non poteris inficiari: qvia probatur tibi legitimè per testes, alleges te interfecisse illum: qvia putabas illum esse bannitum, & forjudicatum, & sic licitè, & legis autoritate, *per constitutionem regni, Pœnam horum, de forbannitis & forjudicatis.* Et si dicatur, debuisti diligenter perqvirere, an esset bannitus, & forjudicatus, replices te in hoc culpam admisisse, & sic punieris de homicidio culposo, & non doloso. *Ita not. Bart. in specie, in l. fin. ff. de adult. & in l. 2. §. hac actione. ff. vi honor. rap. & in l. lex Cornelia. ff. ad legem Corn. de sicar. Refert & seqvitur consulendo Franciscus de Capitibus lista de Paduall. Doctor. & comes in consi. suo, incip. in Christi nomine, item invitus*

Vitus Verba faciam, in fin. Et maximè: qvia de hoc, qvòd putaveris illum esse forbannitum, & forjudicatum, stabitur juramento tuo, *propter glo.no. in l. 1. in Versi. non occidendi animo. C. ad legem Corn. de sicar.* De qvo ultimo ego plenè dixi in singular. meis, *sing. 44. incip. Vulnerasti Titium*, ubi invenies illam glo. not. per me adductam ad alium ad hunc effectum non minus notabilem.

A. BLANCUS CAUT. II.

§. Ad liberandum homicidam à morte.

SUMMARIA.

1. *Hominem interficiens, pœna mortis punitur.*
2. *Filius à patre præsentatus, non punitur pœna mortis.*
3. *Interficiens aliqvem, decapitari non potest, si se furiosum fingat, dormientem, vel ebrium.*
4. *Interficiens, qvem putabat esse bannitum, de culpa tantùm tenetur.*
5. *Homicida, qvi fecit votum intrandi religionem ante homicidium commissum, à judice seculari puniri non debet.*
6. *Homicidium, qvod fuerit commissum post votum intrandi religionem, statur homicidæ juramento.*

HOminem * interficiens, punitur pœna mortis, *l. 1. ff. de sicar. cum simil.* * Si est filiusfamiliâs, qvi commisit delictum, propter qvod venit pœna mortis, tunc ab ea liberatur, si pater eum judici tradiderit, qvo casu non est ita puniendus, prout si captus fuisset. *textus est in l. milites argum. §. desertorem. ff. de re milit. ita Capol. Caut. 1. in princ. ubi multa pulchra.* * Aliud etiam remedium datur, qvòd statim commisso delicto, fingat se furiosum, dormientem, vel ebrium, qvo casu non tenetur, *ut dixi suprà.* * Dicat reus, qvòd eum interfecit, ex qvo putabat esse bannitum, & sic putabat eum licitè interficere potuisse, qvo casu solùm de culpa esset obligatus, *ut dixi suprà.* * Dicat, qvod fecit votum intrandi religionem, anteqvam commisit homicidium, qvo casu non potest puniri per judicem secularem.

(margin: 1 2 3 4 5)

6 rem. *ita Bald. in l. 1. C. an ser. ex suo fac.* * & hoc eo maximè, qvia statur juramento suo, an ante commissum delictum votum fecerit. *ita Jason post alios in l. cùm qvadam. num. 2. ff. de jur. omn. judi.* Dantur etiam plura alia remedia, de qvibus dixi suprà in prima parte defensionis per totum, qvas ibi discurrendo invenies.

I. DE ARNONO CAUT. XXV.

§. Ad c. pro humani, de homicidio, lib. 6.

VOs scitis pœnam proditam contra assasinos *per d. cap. pro humani, de homicidio, lib. 6.* Modò fuit qvidam inqvisitus de assasinio. Fuit probatum assasinum per probationes legitimas, vel probabilia argumenta. ubi dicitur, tamen non fuit probatum, qvòd offensus erat Christianus. Cautela est, ut alleget illum non fuisse Christianum, qvod statim probatur, si contrarium non probatur, cum nemo nascatur Christianus, imò qvilibet nascatur infidelis, & Christianus fit per Baptismum, ut per totum titulum de Baptismo, & ejus effectu. & textus ille reqvirit, qvòd of-
1 fensus fuerit Christianus, dum dicit, qvempiam Christianorum, & sic venit absolvendus. Et ita determinavi semel in facto cujusdam dom. Antonii Fontanelli de civitate Litii, impetiti de assasinio, cùm essem vicarius generalis apud Hydruntem, per id, qvod notare vult Joannes Andre. d. cap. pro humani. in Novella ubi refert se evasisse qvendam prælatum à pœna imposita de jure prælato facienti assasinare Christianum, ut ibi est textus, nam fuerat plenè probatum per testes, qvòd iste prælatus fecerat assasinare unum, tamen qvia non fuerat probata qvalitas, scilicet qvòd esset Christianus, fuit absolutus, qvia poterat esse unus Judæus, vel aliter infidelis. *Idem tenet Bald. in l. qvis non dicam rapere, in tertia columna. C. de episcop. & cleric. dom. Alexand. in consil. 365. incipiente, viso processu inqvisitionis formata contra peregrinum. & in consil. 366. incipiente, viso processu inqvisitionis formata contra Anton. in 9. colum. & in consil. 457. incipiente, viso processu causa vertentis inter univers. in 6. colum.* licet aliter videatur referre dom. Felin. *in cap. inqvisitionis, in 2. colum. in princip. de accusation. Refert & seqvitur etiam dom. Jas. in l. penult. §. docere. ff. ne qvis eum, qvi in jus. qvod not.*

I. DE

I. De Arnono Caut. LXXII.

§. Pro illo, qvi aliqvem interfecit, ut expectet, qvòd interfecti posthumus nascatur ad hoc, ut tutor possit facere pacem cum interfectoribus.

Titius fuit vulneratus, & tandem interfectus à Sempronio, relicto posthumo, modò anteqvam posthumus nasceretur, servatis aliis de jure servandis, fecit tutor pacem cum Sempronio. Qværitur modò, nunqvid valeat? Dicas, qvòd non: qvia donec posthumus est in utero, nondum est tutor. *l. si nemo. 2. §. fin. ff. de test. tut. & Bald. per illum text. refert ita fuisse determinatum. Et idem simpliciter seqvitur ibi Raph. Cum. Refert & seqvitur dom. Jason in l. pactum curatoru. in fin. C. de pact.* Cautela est igitur, ut interficiens expectet nativitatem posthumi, per suprà dicta.

I. De Arnono Caut. III.

§. Pro illo, qvi aliqvem vulneravit, vel interfecit, ut procuret habere ab illo exculpationem: qvia non poterit torqveri, etiam extantibus indiciis contra eum.

Interfecisti Sempronium, seu vulnerasti, extant contra te multa indicia, & talia, per qvæ poteris subjici qvæstionib. procures modis omnib. ut habeas ab eo, anteqvam moriatur, exculpationem, de qva habeas testes: qvia postea non poteris torqveri, qvantumcunqve habeantur contra te indicia. nam talis exculpatio habet indicium innocentiæ pro te. *Ita singulariter dicit Bald. in l. 1. ult. col. C. com. de legat. Aliter Pan. §. 1. ff. de bon. libert. Et hoc dictum seqvitur Jac. de Pra. in l. transigere. circa fi. C. de transact.*

I. De Arnono Caut. VII.

§. Pro illo, qvi aliqvem occidit, ut non teneatur de occiso, sed de vulnerato, qvòd alleget & probet amicitiam cum occiso.

Diximus suprà in Cautela 1. qvòd homicida semper tenetur ad pœnam capitalem, *per constitutionem, terminum vita, de homicidiis puniendis. Et per l. 3. ibi, qvod semper expectet. C. de episc. audiend.* sed ego volo tibi tradere Cautelam, ut non tenearis de occiso, sed de vulnerato, ut alleges & dicas, te non vulnerasse animo occidendi, sed vulnerandi tantùm. Ad probationem amicitiæ inter te & illum

illum tempore homicidii, qvia sic evades pœnam capitalem. ita vult glo. notab. *in l. 1. versicul. non occidendi animo. C. ad l. Corn. de sicar.* qvæ singulariter dicit, qvòd ad probandam suam negativam, qvòd qvis non fecerit animo occidendi, sufficit probatio per præsumtionem, probando amicitiam occidentis. *de qva glo. nota. ego alias dixi in singularibus meis, singulari 44. incipient. vulnerasti Titium.*

I. DE ARNONO CAUT. XXXI.

§. Pro inculpato de ope præstita homicidio, ut semper alleget ignorantiam.

Vidi hoc multotiens occurrere, qvòd Titius patraturus aliqvod homicidium accedit ad Sempronium, & petit ab eo arma, vel famulatum, qvia vult ire in aliqvem locum, Sempronius præstat arma, vel accedit secum. Titius postea committit homicidium, inculpatur Sempronius de ope præstita, vel cum armorum præstatione, vel cum famulatu. Cautela est, ut semper alleget ignorantiam, qvia nisi ex adverso probetur scientia, debet ipse Sempronius absolvi, etiam alio non probato, *l. qvicunqve, & ibi Bald. in penult. colum. C. de servis fugit. & vide Bar. in l. omnes. C. de agric. & censit. lib. 11. qvod no.*

B. CÆPOLLA CAUT. XXXIX.

§. Ad excusandum mandantem committi delictum, qvod mandatarius dicat se commisisse delictum exeqvendo mandatum.

SUMMARIUM.

1. Confessio matrimonii facta à delicto non excusat.

Vidimus qvam plures casus, in qvibus qvis potest liberari à morte, hic adde unum alium. nam si qvis mandavit *a* Titio, ut interficeret Cajum, & interfecit, si Titius
a dicat, qvòd hoc non fecit, exeqvendo mandatum, sed motu proprio, qvia erat suus principalis & capitalis inimicus: nam ei credendum in excusatione mandantis, & multi Doctores moverunt hanc qvæstionem, *ext. de homici. ad audientiam.* & clare non responderunt. Tu dic, qvòd est recurrendum ad conjecturas, & in dubio præsumitur contra mandatarium, *ut l. sæpè. ff. de verb. sign.* nec est bonum testimonium delinqventis. *ut l. fin. de accu.* Gl. tamen

men dicit in simili casu, qvòd si qvis deprehendatur cum aliqva, & confiteatur, qvòd priùs contraxerunt matrimonium ad invicem, & se excusant, pro veritate accipitur, *ut est glo. in l. pen. C. de fidejuss.* Sed in hoc credo, qvòd inspiciantur conjecturæ, * & qvia ficta matrimonium confessio non excusaret. *arg. ff. de do. l. donationes in concubinam. in prin. ita no. dicit Bald. in c. 1. §. in revert. in 5. col. tit. de pace jur. fir. in usi. feu.* Ex qvo sumas Cautelam, qvòd si aliqvis accusatur, qvòd mandaverat homicidium committi, si committens erat inimicus capitalis occisi, ita qvòd verisimiliter eum occidisset propter suam inimicitiam, qvòd ipse examinetur & deponat: si verum est, qvòd ipsum interfecit, non propter mandatum, sed propter inimicitiam propriam, & mandans liberabitur, qvòd benè nota. 1

ADDITIO.

a Manda. &c.) *Mandans delictum potest revocare mandatum; sed debet intimare revocationem mandati, & contra qvem mandavit, ut sibi caveat talis, aliàs tenetur,* secundum Bal. in l. mandatum. ad fi. C. mand. & Inn. in c. ad audientiam. de homicidio.

B. CÆPOLLA CAUT. CCLVII.

§. Pro mandante, consulente, vel persvadente committi homicidium, qvod revocabit mandatum, consilium vel exhortationem, ut non teneatur de homicidio subsecuto, commisso à mandatario.

SUMMARIA.

1. *Mandans aliqvem occidi, vel verberari, nedum occidens, vel verberans tenetur, sed etiam ille, qui mandavit.*
2. *Mandans, persvadens, vel consilium dans super aliqvo delicto, an teneatur, si ille, cui mandatum fuit, vel datum consilium, vel persvasum, diu postea deliqvit.*
3. *Mandatum si alicui fuerit ad maleficium committendum, aut datum consilium, vel persvasum, qvomodo ipse revocari poterit, & cui intimare debeat.*

4. *Consi-*

4. Consilium & persvasio de aliqvo malo perpetrando, qvæ sunt menti mandatarii impressa, cùm jam animo fixa sint, qvomodo revocari poterunt.

1 SI qvis * mandat aliqvem occidi, vel verberari, tenetur, nedum occidens, vel vulnerans, sed etiam ille, qvi mandavit. *l. non ideo minus. C. de accusat. & habetur per Bart. & alios in l. non solùm. §. si mandato. ff. de injuriis.* & non solùm mandans tenetur, sed etiam ille, qvi dedit consilium ad hoc, *ut habetur in l. furti. §. consilium. ff. de furtis. & in §. ope. Instit. de obl. qvæ ex qvasi delicto nascuntur. & per Bart. in l. sæpe. in fin. ff. de verbor. significat. ubi hoc declarat.* & tenetur etiam ille, qvi persvasit aliàs non facturo, l. 1. §. *persvadere. cum ibi not. ff. de servo corrupto.*
2 *& habetur per glos. in d. §. ope.* * Sed ponamus, qvòd ille, cui mandatum est, vel consultum, vel persvasum, diu pòst delinqvit, an dictus mandans, persvadens, & dans consilium teneatur? Istam qvæstionem ponit Innoc. *in c. ad audientiam, extra de homic.* qvi dicit, qvòd semper tenetur, nisi mandatum sit revocatum tacitè vel expresse, ut qvia fecit postea pacem cum inimico suo, vel parentelam. *argum. l. 4. de adimen. legat. & hoc seqvitur Bart. in d. §. si mandato. in 3. colum. in princip. versicu. qværo mandavit tibi. Idem tenet Paul. de Castr. in leg. sancimus. C. de testam. facit qvod notat Barto. in leg. qvi alienum. §. is putat. ff. de acqvir. hæred.* & Lud. de Rom. tenet ibi contrarium, *per glo. in d. §. ope.* qvi tamen loqvitur solummodò in persvadente, *de qvo vide per Doct. in d. cap. ad audientiam. extra, de homicid.* Cautela est ergo, ut omninò mandatum revocetur expresse, & notificetur illi, qvi debebat committere delictum, *secundum Innoc. & Doct. in*
3 *d. c. ad audientiam. de homicid.* * Sed dubitari potest circa prædicta, si mandatum est ad maleficium committendum, aut datum consilium, vel persvasum, qvomodo poterit revocari, & cui debet intimari. *a* dicit Innoc. *in d. c. ad audientiam, de homic.* qvod periculum est, si intimetur ei, de cujus morte tractatur, & ideo dicit, qvòd Cautela est, ut intimetur sibi, tamen persona est nominanda. *& hoc etiam tenet Bal. in l. mandatum. in pen. qvæst. in fi. C. manda.*

facit

facit ad hoc text. cum gl. in c. si sacerdos. & qvod ibi no. extra, de offic. ordin. & glo. singul. in Clem. 1. in verbo, detrahant. de privilegiis. *Sed de consilio & persvasione, qvæ 4
est menti mandatarii impressa, qvomodo poterit revocari, cum jam fixa sedeat in animo. Dic, satis est dissvadere, in qvantum dissvaderi potest, nec ulterius consulens, vel persvadens tenebitur, si postea delinqvatur, *ut notat eleganter Innoc. in d. c. ad audientiam. extra, de homic. & Bald. in d. l. mandatum. prope finem. C. mandat. & Canonista in d. c. ad audientiam. extra. de homicidio, &c.*

ADDITIO.

a Intimari.) *Mandans delictum potest revocare mandatum, sed debet intimare revocationem mandati ei, contra qvem mandavit, ut sibi caveat à tali, aliàs tenetur,* secundum Bald. in l. mandatum. ad finem. C. manda & *Innoc.* in cap. ad audientiam. de homicid. & vide omninò per Bald. in l. 1. C. de serv. fugit. 3. col. secundum Bald. in l. non ideo minus. C. de accus. & *Alex.* in l. non solùm. §. qvanqvam. de injur. *dicunt, qvòd ratione scandali non debet nominare eum, à qvo est offendendus, licèt tantum, qvod sibi caveat mandans, delictum in uno loco non tenetur, si delictum committitur in alio loco.* Bald. in l. fina. C. si à non comp. judi.

A. BLANCUS CAUT. VII.

§. Ad excusandum mandantem & mandatarium à delicto. idem dicit, qvod superior cautela.

SUMMARIA.

1. *Mandans tenetur de homicidio secuto.*
2. *Mandans de homicidio non tenetur, si mandatum revocavit, & mandatario notificavit.*
3. *Mandatarius dicens commisisse ex se delictum. Mandantem excusat.*
4. *Jussu domini hominem interficiens, damnatur in metallum, vel morti civili traditur.*
5. *Homicidium mandato tyranni committens, non punitur.*
6. *Interficiens hominem mandato domini, sibi mortem minantis, excusatur.*

MAndans * aliqvem occidi, vel vulnerari, nedum occi- 1
dens,

dens, ſed & ipſe mandans punitur, *l. non ideo minus. C. de accuſatu. Bart. & alii in l. non ſolùm.* §. *ſi mandato, ff. de injur.*
2 ✱ Mandans ut liberetur, Cautela eſt, qvod mandatum revocet expreſsè, & notificet illi, qvi debebat committere delictum. *ita Doctores in d. c. ad audientiam, de homi. & Capol. Cautel.* 258. *qvæ eſt ultima.*
3 ✱ Datur etiam alia, ut mandatarius dicat commiſiſſe delictum ex ſe, non exeqvendo mandatum, dummodò conſtet de cauſa, propter qvam ex ſe motus fuit, ut puta ex inimicitia, vel qvid aliud ſimile, præſumitur contra mandantem. *ita Capol. in Cautel.* 39.
4 ✱ Dantur etiam Cautelæ, ex qvibus mandatarius & ipſe excuſatur à pœna, ſaltem ordinaria, prout eſt, ſi probat, qvòd ex mandato domini hominem interfecit, qvo caſu damnatur in metallum, & morti civili traditur, *l. ſervus. C. ad l. Jul. de vi & facit l. Gracchus. C. de adulter.*
5 ✱ Item etiam, ſi mandato tyranni homicidium qvis commiſiſſet. *ita Bart. & Salic. in d. l. ſervus.*
6 ✱ Item etiam probet, qvòd minata fuit ſibi mors à domino ſuo, niſi talem interfecerit, qvo caſu in totum excuſatur, ex qvo fecit pro conſervatione vitæ ſuæ, prout dixi ſuprà in verſ. juris permiſſione.

B. CÆPOLLA CAUT. XL.

§. In favorem illius, qvi mandato alterius occidit alterum, qvòd mitigetur ejus pœna.

SUMMARIUM.

1. Damnatus in metallum mori civiliter dicitur.

NOta, qvòd licet mandatum in delictis non excuſat in totum, tamen mitigare fecit pœnam; qvia ſi qvis ex mandato domini aliqvem interfecit, damnatur in metallum,
1 ✱ & morti civili traditur, ubi ſine mandato morti naturaliter traderetur, *ut eſt caſus in l. ſervos. C. ad legem Juliam de vi facit. l. Gracchus. C. de adulte.* qvod nota propter eum, qvi mandato tyranni aliqvem occidit, nam licèt non excuſetur, pœna tamen mitigabitur, qvia morti naturali non tradetur, *ſecundum Bart. & Salyc. in d. l. ſervos.* qvod nota, ut ſcias adjuvare illos, qvi interficiunt homines de mandato dominorum ſuorum.

AD L. CORNEL. DE FALS.

Titulus XII.

I. DE ARNONO CAUT. XCII.

§. Pro

§. Pro advocato alicujus rustici committentis falsum, ut alleget illum esse rusticum.

TEstis examinatus commisit falsum, tamen erat rusticus, judex volebat illum punire pœna falsi. Cautela est, ut advocatus alleget esse rusticum: qvia sic evitabit pœnam falsi. Pro qvo adduco, qvod pulchrè not. Ang. *in §. & licet. in aut. de testib. in 3. col.* qvòd rusticus deponens falsum testimonium non debet puniri de falso, nisi appareat, qvòd ex malignitate falsum deposuisset: qvia præsumitur potius ex simplicitate dixisse. & hanc Cautelam not. ad regiam Novellam pragmaticam, inci. testem falsum sub Rubr. de fals. testib. non produ. *de qva multum dixi ad intellectum ejus, in singularib. meis, sing. 78. incip. intendo tibi commentare. & in sing. 300. incip. pro complemento istius tractatus, & sup. in Cautela 14. incip. ille qvi producitur. & in Cautela 16. incip. diximus multa.*

B. CÆPOLLA CAUTELA LIII.

§. Ad hoc, qvòd qvis non teneatur de falso, qvando falsis instrumentis vel testibus fuit usus.

SUMMARIA.

1. *Attestationibus publicatis partibus, qvibus interrogationes fieri soleant.*
2. *Responsum petitioni, seu responsioni conforme esse debet.*
3. *Paria sunt non respondere, vel clarè non respondere.*
4. *Dominus si ratum habere promittat, qvidqvid erit legitimè per procuratorem factum, ratihabitio non tenet.*

COmmuniter * in causis publicatis attestationibus solent fieri interrogationes partibus, si volunt uti literis, & attestationibus, & instrumentis bonis, veris, legalibus, & legitimis, ad hoc ut si dixerint, qvòd sic, & reperiatur falsitas, puniri possint de falso, & causam amittant, non qvia falsum fecerunt, sed qvia falso usi sunt: sed pone, qvòd qvis produxit instrumentum bona fide, qvòd credebat esse verum, postea pervenit ad ejus notitiam, qvòd est falsum, vel fecit examinari testes suos, qvos cognovit 1

 publi-

publicatis atteſtationibus falſum dixiſſe, qvæ cautela eſt, qvòd producens non teneatur de falſo pro uſu dictorum teſtium, *ſecundum Bald. not. in* l. *fin. C. ſi ex fal. inſtrum.* qvòd aut interrogatur pars producens, ſi vult uti atteſtationibus, & inſtrumento probationis pro bonis legalibus, aut non interrogatur, & non ponit, qvia illud non eſt uti, ſed uſum eſſe, qvando aderat bona fides, ſed ſi interrogatur, dixi, cautela eſt, qvòd reſpondeat, ita qvòd non poſſit comprehendi ex verbis, qvòd reputet inſtrumentum vel teſtes falſos, qvia eſſet diffamare ſe, & alium, & ponere ſe, & alium in periculum, nam in talibꝰ multum eſt periculoſa ſuſpicio judicis, *ut l. ſi adverſarius. C. de fide inſt. & l. jubemus. C. de prob.* debet ergo hoc modo cautus reſpondere, qvia non reputo mihi hos teſtes, vel de illo inſtrumento non curo, & uſui cedo, *ut dicit Bald. in d. l. fin.* Nam ſi interrogatus diceret ſimpliciter, ſe velle uti inſtrumentis, vel teſtibus, videtur fateri illud falſum, *ut not. Bald. in d. l. ſi adverſarius. C. de fide inſtru.* & conſulo, qvòd talia potius facias per procuratorem generalem, qvàm per teipſum, juxta not. in l. furti. §. ſi qvis alieno. ff. de his qvi not. infa. & de generali procuratore, cùm libera intelligas, aliàs procurator generalis non poſſit cedere teſtibus, & inſtrumentis, ſicut non poſſet cedere liti.

§. Aliàs poſſet adhiberi alia cautela circa prædicta, ſecundum qvoſdam, videlicet, qvòd in reſponſione dicatur, qvòd uti intendit teſtibus, atteſtationibus, & inſtrumentis pro bonis, veris, & legalibus, ſi & in qvantum de jure ſunt, & non aliter, & alio modo: vel ſic dicat, qvòd vult uti in illis paſſibus & punctis, qvi ſunt in ejus favorem, nec aliter declarare. ſed iſta cautela procederet, ſi opponeretur à parte. Sed tu dic, qvòd per alteram partem poſſet op-
2 poni, qvòd non ſit ſufficienter reſponſum, * qvia reſponſum debet eſſe conforme petitioni, ſeu interrogationi, *ut l. 1. §. cùm adjicitur. ff. de verbor. obligat.* ſed interrogatio fuit ſimplex, & reſponſio, ergo dicitur, qvòd iſta reſponſio non eſt clara, & non redditur adverſarius, vel ju-
3 dex certus: ergo reſponſio ſufficit, * qvia paria ſunt non reſpondere, vel clarè non reſpondere, *ut l. de ætate. §. nihil. ff. de interrogato. actio.* ſicut dicimus de procuratore,

* qvòd

Digitized by Google

* qvòd si dominus promittat ratum habere, qvidqvid erit factum legitimè per procuratorem, non valet. Item, qvia juramentum est individuum, *ut not. Bald. in cap. primo. §. cum Authent. de contr. invest. & not. in l. si avus. in princip. ff. de usufruct.* unde interrogatus super depositione testium, videtur interrogatus super juramento, qvod est principale, & à qvo dependent depositiones, & ideo non potest pro parte adaptari, & pro parte non, *juxta not. in l. Aurel. §. idem qvæsiit, si tutor. ff. de lib. leg. per Bart. & hoc casu, in effectu voluit Bal. in qvodam suo consilio, qvod incip. In Christi nomine, amen. decreto cavetur, qvòd post publicationem testium.* 4

T. FERRATUS CAUTELA XXVI.

§. Ad evadendum testem falsarium à pœna falsi.

SUMMARIA.

1. *Delicta impunita remanere non debent.*
2. *Probationes in criminibus luce meridiana clariores esse debent.*

Licet condecens, & honestum sit, * qvòd delicta non remaneant impunita, *ut vulgata l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqvi. & c. ut fama. cum aliis vulgaribus, de sent. exc.* & licet similiter conveniens sit, qvòd provincia purgetur malis hominibus, non distingvendo undecunqve sint, *ut l. 3. & l. congr. ff. de off. præs.* ad hoc, ut boni possint vivere inter malos, *ut dicit text. in cap. non frustra. 23. qvæst. 5. & gloss. in cap. ad reprimendum. de offic. ordin.* attamen considerans, qvòd multoties homines non dolosè, sed inadvertenter delinqvunt, & posito, qvòd scienter, dolosè aliqvando delinqvant, tamen conversi ad pœnitentiam, fiunt erga Deum justiores, exemplo Pet. ut l. diffidenti. animadvertensqve similiter, qvòd qvamvis proximus in nos peccet, non ad vindictam sumendam, sed ad veniam tribuendam proni esse debemus, *argum. c. non inferenda. 23. q. 3.* & exemplo Christi, qvi pro injuriantibus ei oravit, ut habetur in dominica passione, cujus Christi actio nostra dicitur instructio, *c. ut nostrum. ut ecclesiastica beneficia. & c. significasti. de elec. & c. qvaliter. & qvando, el secundo. de accus.* Propterea videamus, an si aliqvis testis à solo notario examinatus deponat falsum, & de falso accuse- 1

accusetur, & de falso suspicetur se posse reprobari, an sit dare Cautelam, qvod posito, qvod de falso convinceretur, qvòd nihilominus ipsam pœnam falsitatis evadat. Dico ergo, qvòd Cautela est, qvod qvando contra dictum testem de falsitate proceditur, talis testis dicat aliter se dixisse in sua depositione, qvàm qvòd notarius scripserit formando dictum suum taliter, qvòd non sinsit aliqva suspicio falsitatis, qvia hoc modo dato, qvòd postea sua depositio de falso convincatur, attamen stante responsione, de qva suprà, non poterit tanqvam falsarius puniri: qvia licet communis opinio sit, qvod teste dicente se aliter dixisse, qvàm qvòd notarius scripserit, potius stetur scripturæ, qvàm dicto ipsius testis, nisi notarius esset persona suspecta, *ut no. Specul. in tit. de test. §. 1. versic. sed pone ecce judex. & Inno. in cap. cum Joan. Eremita. in glòss. tabellioni. de fid. instru. do. Anto. & do. Abb. in ca. cùm dilecti. de accus. ubi etiam Joan. de Ana. in 3. col. vers. not. qvòd qvando aliqvis examinatur. & Bald. in cap. literas. de præsumti. & Flor. in leg. de ætate. ff. de probat.* ubi dixit, qvòd per istam qvæstionem poteris implere bursam, nihilominus istud est verum, & procedit qvantum ad probandum in causa pecuniaria, sed qvando producitur scriptura depositionis receptæ à solo notario, ad hoc, ut testis puniatur de falso, & ipse testis dicit se aliter dixisse, qvàm qvòd in actis contineatur, tunc talis scriptura depositionis non facit fidem, qvod testis dixerit id, qvod in ipsa continetur. istud fuit notabile dictum Specu. *in dict. §. 1. versic. sed pone ecce judex. & in titu. de instr. edi. §. restat. vers. sed qvid si unus.* ubi dixit, qvòd omnes Doctores Bononienses in sua privata examinatione concordarunt, qvòd non credatur tabellioni contra testem, qvando fuit accusatus,
2 ut suprà: * qvia in criminibus probationes debent esse clariores luce meridiana, *ut l. sciant cuncti. C. de proba. canonizata 2. q. 8. sciant cuncti. qvod dictum approbando seqvitur Ro. dicens esse dictum verum & singulare, in l. 1. §. fin. de verborum obligat. seqvitur do. Abb. in cap. ad audientiam. in 1. colum. vers. & facit iste textus ad q. de præscript. in cap. cùm causam, qva inter Archiepiscopum. in fi. de testi. ubi dicit istud dictum Spec. esse multum notandum. Ang. & Imol. in l. 1. §. si qvis neget. ff. qvemadmo.*

no. test a. aper. Imo. in Clemen. 1. de hare. & ibi do. Card. in §. fin. Sal. Post Cyn. in l. si qvis decurio. vers. pone qvòd testis. C. de fal. Alexand. cons. 70. incip. viso processu in-vit. in 1. colum. vers. 2. respondeo. in 1. volum. & in cons. 9. incip. visis processibus in causa inqvisitionis formata. vasi per totum. in secundo volumine.

AD S.C. TURPILLIANUM ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM.

Tit. XIII.

R. Fichardi Caut. XCV.

§. Pro petente veniam propter aliqvod sibi imputatum delictum, ne ipsi in confessionem, vel indicium, præjudicet.

VENIÆ petitio, an, & qvando faciat indicium de imputato delicto, distingvunt Doctor. maximè verò Joan. Andr. Host. But. Card. Abb. & Jo. de Ana. *in c. exhibita. de homicid.* qvòd aut qvis petit veniam solenniter, & in judicio. & tunc videtur confiteri delictum, & ita procedere text. in c. venerabiles. de elect. & l. decem. ff. de verborum oblig. Aut qvis petit veniam extra judicium. & tunc non fatetur eodem modo, si ex humilitate & benignitate petatur. *Concor. Ro. in l. 1. in princ. ff. de nov. oper. nunc. & Cap. consilio 21. column. 4. versi. sed plus dico. num.* 10. Ne verò de eo controversia sit, neqve ista distinctione opus sit, Cautelam tradit M. Anton. Blanc. *in l. fi. ff. de qvæst. sub titu. ex facto. sub finem. num.* 309. ut petens veniam dicat: Non puto me hoc fecisse, sed si in aliqvo læsi, peto veniam. & hanc Cautelam dicit approbare Alberic. & Joann. de Ana. in dicto cap. exhibita. ext. de homicid.

DE CONFESSIONIBUS ET QVÆSTIONIBUS.

Tit. XIV.

I. De Arnono Caut. XIX.

§. Pro illo, qvi extrajudicialiter confessus est, se aliqvod delictum commisisse, ut revocet talem confessionem.

LICET ex confessione extrajudicialiter facta de aliqvo crimine non possit aliqvis damnari regulariter, *ut ex-*

pressè sentit ibi glos. secunda. & ibi omnes Scribentes in capitu. de hoc, extra, de simo. sicut nec etiam in civilibus, *ut per glos. in capitu. si cautio. de fide instrumentorum.* tamen ex tali extrajudiciali confessione potest qvis poni ad torturam, *secundum Roma. de confess. Innocentius, Abbas in cap. si qvis. de gradu. de purga. Can. Angel. in l. prima, ultim. colum. de confess. & in l. prima. ff. de confess. Baldus in* l. *unica. C. de confess. in sexta columna, cum aliis, per do. Felinum in cap. olim, in tertia column. circa principium, de rescrip.* Sed Cautela est, ut revocet postea talem confessionem in judicio, & impedietur tortura, nec habet probare errorem. *Istam Cautelam docet Baldus in dicta l. unica, in penultima columna. C. de confes. refert & seqvitur idem Felin. in dicto loco. De qva etiam ego dixi in singularibus meis, singulari nonagesimo qvarto, in casu proposito.*

A. BLANCUS CAUT. V.

§. Ad liberandum confitentem delictum extrajudicialiter. idem dicit, qvod superior cautela.

SUMMARIA.

1. *Confessus delictum extrajudicialiter, habet contra se indicium ad torturam.*

2. *Confessio extrajudicialis, ante cœptum judicium revocare, ad torturam non nocet.*

1 CONfitens * delictum extrajudicialiter, habet contra se indicium ad torturam. *ita Barto. in l. cap. 5. ff. de adul-*
2 *ter. cum vulgaribus.* * Qvòd autem confitens torturam evitet, Cautela est, qvòd anteqvam ad torturam ponatur, revocet ipsam confessionem, qvia tunc propter talem confessionem non potest torqveri, etiam non de aliqvo terrore. *ita Bald. in l. unica, in ulti. colum. versi. Idem dicit Innoc. C. de confess.* & ultimo loco Jas. *in l. magistratibus, in 2. col. versi. secundo singulariter limita. ff. de jurisd. om. ju.* dicens qvòd istud dictum notandum est in practica; hoc modo poteris evadere amicum à tortura, *& hanc Cautelam dant Tho. Ferra. Cautel. 27. &* Jo. *de Arno. Cautel.* 19. *De veritate istius Cautelæ videas ea, qvæ dixi in l. fi. ff. de qvæstoni. in versi. confessio. num. 209.*

T. FER-

T. FERRATUS CAUTELA XXVII.

§. Ad evadendum à tortura, confessum extrajudicialiter se commisisse tale delictum: idem dicit, qvod superiores Cautelæ.

SUMMARIUM.

1. *Delictum si qvis extrajudicialiter se commisisse dicat, an talis confessio plenè præjudicet, vel indicium ad torturam faciat.*

NAm * si qvis extrajudicialiter confitetur se commisisse tale delictum, communis opi. est, qvòd talis confessio non plenè præjudicet ipsi confitenti, sed tantummodò contra eum faciat indicium ad torturam, *ut habetur per glo. & Barto. in* l. *c.* 5. *ff. de adul. per Bart. in l. qvoniam. ff. de his qvi not. infa. per Bald. in l. ictus fustium. ff. eo. de his qvi no. infam. per Angel. in* l. 1. *ff. de confess. per Do. de Ro. in sua decis.* 180. *incip. licet confessio extrajudicialis in novis. per dic. Abb. &* Jo. *de Ana. in* 2. *colum. in ca. de hoc: de simo. per Abb. in c. at si clerici. in* 4. *col. vers. sed qvia suprà facta est mentio. de jud. & per eundem in cap. qvàm sit grave. de excess. prælat. & in cap. si qvis de gradu. de purg. cano. & per Rom. in consi.* 7. *incip. visis necessariis in facto proposito,* qvibus locis concluditur, qvòd talis confessio extrajudicialis non facit plenam probationem contra confitentem, sed bene indicium ad torturam. Tu autem, qvi debes poni ad torturam, vigore confessionis extrajudicialiter factæ de aliqvo delicto à te perpetrato, ut sępissimè contingit his, qvibus summat caput & qvi summoperè gloriantur commemorare ea, qvæ fecerunt, & non fecerunt si vis evadere ipsa tormenta, Cautela est, qvòd anteqvam ponaris ad torturam, revoces ipsam confessionem, qvia talis revocatio, etiam non docto de aliqvo errore, impedit ipsam torturam, ita singulariter dixit Bald. in l. unica. *in ultima. colum. versi. item dicit Innocent. C. de confess.* dicens, qvòd advocatus ipsius rei debet esse cautus, ut faciat revocare ipsam confessionem, etiam aliter non docto de errore, qvia hoc modo impediet ipsam torturam, qvem refert & seqvitur do. Jas. dicens, nota perpetuò istud dictum in practica, qvia hoc modo poteris eripere amicum à tortura, *in l. magistratib. in*

 secun-

secunda column. Versic. 2. singulariter limita. ff. de juris. omn. jud. seqvitur Feli. in capitu. olim. in 2. colum. Versic. secundus, nisi revocet de rescrip. & in dict. cap. at si clerici. in 6. colum. Vers. 2. restringe nisi confessus, de jud. & in ca. de hoc. circa prin. de simo.

B. CÆPOLLA CAUT. CCXIV.

§. Ad recusandos officiales in syndicatu excedentes in torturis contra reos.

SUMMARIA.

1. *Officiales excusantur de his, qvæ sui superioris jussu fecerint.*
2. *Officialis an possit conveniri post syndicatus tempus.*

OFficiales prætorum, vel aliorum rectorum, sæpe ponunt aliqvem ad torturam, non præcedentibus indiciis, vel eis non legitimè probatis, vel si extant indicia sufficienter probata, excedunt modum in torqvendo: si agitur contra eos in syndicatu, duplex est Cautela, * una,
1 ut ipsi officiales non teneantur, si probant hoc fecisse de mandato prætoris, vel alterius rectoris sui, qvi excusantur ratione jussus superioris, *ut probatur in l. liber homo. 2. in princ. & ibi per glossam & Doctores. ff. ad legem Aqviliam. & per textum & gloss. in l. ad ea. ff. de regulis jur. in ultim. char. & in l. is qvi in puteum. §. qvi tutoris. cum glo. ff. qvod vi, aut clam. & in l. furti. §. qvi jussu. & in l. liberorum. §. fina. ff. de his qvi notantur infam. & in l. non videtur. §. jussu. ff. de re judica. & in l. injuriarum actio. §. si qvis qvod decreto. cum gloss. ff. de injur. & in capitu. qvod qvis mandato. & qvod ibi notatur per Dyn. de regulis juris, in sexto.* alia Cautela est, ut prætor, vel alius rector superior non teneatur, videlicet, ut oblato libello in syndicatu contra aliqvem de familia sua, elapso tempore ad dandum libellum contra prætorem, faciat officialem suum culpatum probare, qvòd fecit de mandato ipsius prætoris, & ipse prætor confiteatur, & tunc uterqvè erit securus, videlicet officialis: qvia facit de mandato superioris, & ipsius superioris est elapsum tempus sui syndicatus, *juxta l. unicam. C. ut omnes jud. tam civiles, qvàm criminales. & ita tenet Flor. in d. l. liber homo. in prin.* adde tamen, *
2 qvòd

qvòd licet non prætor, vel alius officialis non possit conveniri in loco officii post tempus syndicatus: tamen in patria propria poterit perpetuò conveniri, *ut est gloss. singularis in l. 1. ff. ad legem Juliam repet. secundum Ang. in l. jubemus. C. eodem titul.* qvam glo. ibi intelligit, nisi fuisset in syndicatu absolutus, qvia tunc obstaret exceptio rei judicatæ, & ideo sit cautus prætor, vel officialis, ut nemine comparente tempore syndicatus, faciat pronunciari, qvòd ipse bene gesserit, & qvòd nullus possit de cetero amplius convenire, *& adde, qvod not. Doctor. in l. mancip. C. de servis fugit.* & qvod dictum est de tortura, idem dicas de aliis, qvæ spectant ad officium prætoris eadem ratione.

R. FICHARDI CAUT. XLVI.

§. Pro judice non habente indicia sufficientia contra accusatum super delicto atroci.

ACcidit sæpius, ut aliqvis suspectus sit, atqve etiam accusetur de crimine aliqvo, cùm tamen non possint haberi sufficientia indicia contra ipsum, interim verò propter criminis atrocitatem judex non facilè ipsum absolvere & dimittere possit: si qvidem judicis est curare, ne delicta, maximè si atrocia sint, maneant impunita. *l. ita vulneratus. §. qvòd si qvis. ff. ad legem aqvil.* In ejusmodi casu igitur tradit Angel. *in tractatu suo de malefic. in verb. fama publica. versic. advertendum autem,* ut judex faciat inqvisitionem de conscientia Principis, vel regentis civitatem, qvi Principis loco habetur, & faciat hoc apparere in actis. talis enim inqvisitio non potest annullari, licet neqve fama, neqve sufficientia indicia, extent contra inqvisitum, *secundum Bald. in l. nullus. C. ad leg. Jul. Majest. gloss. in cap. 2. de accusat. in 6. Cap. in consi. 17. incip. visa. col. ult. Hanc Cautelam refert ex Angel. Hipp. de Mars. consi. 78. numero octavo. vol. 2.*

R. FICHARDI CAUT. LXXIV.

§. Pro Syndicatore, ne propter torturam faciendam ipsemet incidat in pœnam Syndicatus.

SUpra in Cautela 44. diximus, non licere judici aliqvem torqvere, nisi veritas alio modo non possit haberi, & ideo Cautelam esse, ut faciat apparere in actis, qvòd non potuerit alio modo rescire veritatem, per allegata ibidem.

Eam

Eam igitur Cautelam observando, atq; etiam allegando, pro ulteriori Cautela, & qvasi practicam illius Cautelæ, tradit, pro Syndicatore Joseph. Cumia, *in sua pract. syndicat. cap.* 21. *num.* 10. ut Syndicator priùs moneat Reum, vel Syndicandum, ad dicendum veritatem, & nisi eam dicturus sit, qvòd velit ipsum ponere ad torturam, qvia nisi libere confiteatur, veritas aliter haberi non possit, nisi per torturam, faciatq; hanc suam admonitionem actis inserere, & tutus erit postea.

R. FICHARDI CAUT. LXXV.

§. Similiter pro tali Syndicatore, Syndicandum torqvere volente.

IDem Joseph. Cumia tradit etiam aliam Cautelam pro Syndicatore torqvere volente, ne facilè ipsemet fiat obnoxius Syndicatui. Nimirum, si Syndicandum, vel Reum, eo modo, ut in proxima præcedente Cautela dictum est, de dicenda veritate admonuerit, & ipse tamen nihil spontè confiteri velit, sed recuset, ut tunc Syndicator per interlocutoriam, vel decretum, pronunciet ipsum Reum torqvendum. Hoc tamen decretum non esse pronunciandum ait, nisi dum ligati incipitur, & eo lecto, statim Reum torqvendum, ne ipsi detur tempus ad appellandum à tali decreto. Qvod qvidem mihi videtur satis durum & crudele, sed consentit in hoc cum ipso Cumia, Marant. *de ordin. jud. in parte secunda partis 6. act.* 14. *num.* 14. qvem ipse Cumia cum multis aliis (qvos ego non ita inspexi, ut illum Marantæ locum) allegat.

R. FICHARDI CAUT. LXXVI.

§. Pro Syndicatore, super qvibus Rebus in tortura interrogare debeat.

CEterùm cum non parum referat, qvæ, & qvalia ipse Reus confiteatur, vel diffiteatur, magna prudentia opus est in interrogationibus faciendis. ideoq; idem Cumia sua pract. Syndicat. dict. cap. 21. n. 14. & seq. pro Syndicatore tertiam porrò Cautelam tradit, interrogationibus ipsi observandam, nempe ut Syndicandus in primis interrogetur singulatim de omnibus in Processu apparentibus, & de qvibus sunt indicia. De his verò, super qvibus nulla extant indicia, conjecturæ, vel præsumtiones, in Processu, non nisi generaliter, & non nominando certam personam,

nam, interrogari, ut, an non commiserit alia, an solus, vel associatus, & cum qvibus, &c. *secundum Foler. in sua praxi in ver. Rei indurati. num. 1. per l. 1. §. qvæstionem. ff. de qvæstionib.* Et si in negatione perseveraverit, tunc per gradus torturæ interrogandus erit, qvorum qvinq; sunt, ut eos ibid. ordine recenset, & declarat Cumia in dict. cap. 21. num. 16.

I. DE ARNONO CAUT. LIX.

§. Pro delinqvente, contra qvem apparent indicia ad torturam, ut faciat probationem bonæ vitæ & famæ, qvia sic evitabit torturam.

DEdimus suprà in Cautela 3. inci. interfecisti Sempronium, unum consilium sive Cautelam pro delinqvente, ut procuret exculpationem ab occiso, seu vulnerato: qvia sic evitabit torturam, non obstantibus indiciis sufficientibus, modò affero in medium aliam adhuc Cautelam non minus utilem & facilem, videlicet, qvòd si contra delinqventem ea militent indicia, ut meritò possit torqveri, faciat probationem bonæ vitæ, & famæ: qvia sic non poterit torqveri. *ita singulariter Bar. in l. 1. §. penultim. per illum text. ff. de re milita. seqvitur Bal. in l. fin. C. de probatio. in fin. colum. & in* l. 1. *C. locat. & in l. ea qvidem. circa antepen. colu. C. de accusat. Ang. in l. milites. Cod. de qvæst. refert & seqvitur dom.* Jas. *in l. 1. in ultim. column. in fin. Cod. com. de legat. not.*

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXXXIX.

§. Qvòd ille, qvi timet poni ad torturam, appellet antè.

SUMMARIUM.

1. *Tortura terrorem si judex reo injecerit, appellare potest.*

SI qvis timet, ne contra jus ponatur ad torturam, puta, qvia fortè judex comminatus est ei, appellet. * potest enim appellare, qvando judex injecit terrorem, *ut l. si qvis provocatione. C. de appel. & no. Innoc. in c. cum cessante. extra, de app. & Bal. in Rubr. C. com. vel epist. & in d. l. si qvis provocatione.* qvo casu confessio secuta erit ipso jure nulla. *l. 1. ff. nil. nov. appell. pen.* Nec est in hoc articulo opus, ut superior inhibeat, qvia periculum est in mora. *ita eleganter dicit Baldus in d. Rubric. in fin. penul. column.* & 1

ideo

Digitized by Google

ideo si vis, qvòd confessio facta in tormentis, & post ratificata non valeat, Cautela est, ut priùs appellet, anteqvam ponatur ad torturam.

T. FERRATUS CAUTELA V.

§. Ad evadendum à tortura, & à morte, indicato legitimis indiciis, qvòd homicidium commiserit.

SUMMARIA.

1. *Confessio qvalificata mortem & pœnam corporalem evitare potest.*
2. *Confessio qvalificata in parte acceptari potest, & in parte sperni.*
3. *Præsumptio juris liqvidissima probatio dicitur.*
4. *Probare liqvidè dicitur, qvi per præsumptiones juris probat.*
5. *Præsumitur maleficium omne injustè factum esse.*
6. *Judex si de facto ad torturam poneret illum, contra qvem clarè delictum probatum esset, & in sua negatione perseveraret, omnes probationes, qvæ contra ipsum essent, per tormenta purgarentur.*
7. *Appellare non licet à Sententiis capitalibus.*
8. *Appellari regulariter licitum est ab omni sententia tam criminali, qvàm civili.*
9. *Appellatio est de minore ad majorem judicem provocatio.*
10. *Crimine eodem, qvis duplici pœna puniri non debet.*

ACcidit qvotidie, qvòd qvis inculpatus de homicidio, vigore indiciorum contra ipsum laborantium ponitur ad torturam, propter cujus afflictionem cogitur dicere veritatem, & sic confiteri se commisisse ipsum delictum, qva confessione stante, mediante postea sua perseveratione, seu ratificatione facta ad banchum officii, *juxta no. per Bart. in l. 1. §. divus Severus. ff. de q. & per Cyn. Sal. & alios in l. 2. C. de cust. reo.* condemnatur per judicem ad mortem. Revoco ergo in dubium, an si aliqvis commisit homicidium, de qvo non possit convinci per claras probationes,

tiones, ſed bene contra eum laborant indicia, propter qvæ ſi à judice ponetur ad torturam, dubitat, qvòd eam non poterit tolerare, ſed opus erit confiteri veritatem, nunqvid erit dare Cautelam, qvòd talis indiciatus indiciis ad torturam ſufficientibus, evitet & torturam, & mortem, dic qvòd ſic, ſcilicet qvòd iſte inculpatꝰ confiteatur verum eſſe, qvòd interfecit illum talem, de qvo qværitur, & poſtea ſubjungat, qvòd interfecit propter defenſionem ſuam neceſſariam, qvia per iſtam confeſſionem hoc modo qvalificatam, licèt ipſe reus de defenſione aliqvid non probaverit, evitabit, & torturam, & mortem, & omnem aliam pœnam corporalem. de tortura patet, qvia effectus torturæ eſt ad hoc, ut reus confiteatur id, de qvo qværitur, ut infrà dicetur, ſed iſte reus confitendo abſqve tortura, ceſſat effectus torturæ. * de morte verò, & alia pœna corporali, qvod evitetur per confeſſionem qvalificatam, prout ſup. dic, qvòd iſtud fuit ſtupendum dictum Abb. *in c. auditu. in pen. col. verſic. ſed contra prædicta. de praeſcr.* qvod dictum ibi refert & ſeqvitur Fel. dicens tale verbum non reperiri alibi. & apud Modernos practicos eſſe in ſummo cultu, qvod licet aliqvis confiteatur ſe interfeciſſe hominem, ſed feciſſe propter ſuam defenſionem neceſſariam, qvamvis de defenſione aliqvid non probaverit, tamen vigore iſtius confeſſionis qvalificatæ non poterit corporaliter puniri. *qvam opi. ſeqvendo Abb. tenet idem Fel. in cap. cùm venerabilis. in 4. col. verſicul. 2. not. de excep. & in cap. ſignificaſti. el ſecundo. in 5. col. verſic. & interim unum tene menti. de ho. ubi ſimiliter dicit, tale dictum non reperiri alibi. & in capit. afferte. in 5. columm. verſic. & reſponderi poteſt de eo, qvod ſcribit Abb. de præſumpt. Dicens ſimiliter iſtud dictum eſſe ſingulariſſimum. Seqvitur Alexand. in leg. non ſolùm. §. ſciendum. ff. de ope. no. nunci. ubi dicit, iſtud dictum eſſe ſingulariter notand. Soc. in rep. legis prima in 4. colum. de vulg. & pup. ubi extollit, & ipſe iſtud dictum. Abb. dicens eſſe multum notandum. Jaſ. in l. ut vim. in 4. colum. de juſtit. & jur. dicens iſtud dictum Abb. aliàs in practica ſibi feciſſe magnum honorem, ſeqvitur Bartol. in ſuo reper. in verbo, confeſſio habet vim ſententiæ. verſic. 22. qvi incipit, confeſſio, qvod fecit ad defenſionem. dicens hanc eſſe ſingularem limitationem ad dictum Bart. in leg.*

leg. Aurelius. §. idem qværit. de lib. leg. & idem Bartol. in verbo, inqvisitus. versic. 8. incipiente, inqvisitus respondit, qvòd occidit. ubi similiter dixit, qvòd illud dictum D. Abb. est perpetuò notandum. Non obstat modò decisio Bartoli communiter approbata *in dict. leg. Aurelius. §. idem qværit. de liber. leg.* volens, qvòd si aliqvis in judicio confiteatur se interfecisse hominem, sed fecisse ob suam defensionem necessariam, potest licitè per judicem condemnari vigore suæ confessionis, qvia in qvantum dicit se occidisse, statur suæ confessioni: in qvantum verò dicit ad suam defensionem, non creditur, nisi aliter probet, qvia qvotiescunqve confitens habet præsumtionem juris contra se, *ut est in casu nostro per legem primam & secun-*
2 *dam. ff. de sicar. & per c. 1. de præsumpt.* * tunc confessio qvalificata potest in parte acceptari, & in parte sperni, qvam sententiam similiter tenet Bald. *in l. unica. in 8. col. versic. denuò qværo: de q. qvotidiana. Cod. de confe. & in l. 2. Cod. de do. ante nupt. & Panormitan. in cap. bona. el secundo. in fin. de postu. præl. & Alexan. post alios in l. 1. §. si qvis simpliciter. versic ex prædictis infertur. de verborum obligatio.* qvia respondet Abb. qvòd fateatur, qvòd taliter confitens debeat puniri, sed tamen non capitaliter. primò, qvia probationes in criminalibus debent esse clariores luce meridiana, *ut l. sciant cuncti. C. de prob. cononz iata. 2. q. 8. sciant cuncti.* sed cùm in casu nostro non sit, nisi sola confessio qvalificata, *ut sup. seqvitur*, qvod probatio non est clarissima, prout reqviritur. secundo: qvia dato, qvòd contra taliter confitentem laboraret urgentissima præsumtio, tamen ex præsumtionibus, & indiciis qvantumcunqve urgentissimis, non debet qvis capitaliter puniri, prout dictum fuit singulare, licet vulgatum *Inno. in cap. qvia verisimile. de præsum. de qvo dicto fit mentio per Scrib. in variis locis, præcipuè per omnes in cap. afferte. extra. eod. de præsumpt. & Paul. de Cast. ubi pulchrè loqvitur in cons. mihi 187. incip. visa inqvisitione sup. scripta. in ultim. col. & per Cap. in cons. 6. incip. veritas primi dubii. in 4. col. & in cons. 39. incip. Bapt. Meoni. in 3. col. & per Gand. in suo tract. malef. in Rubr. de præsum. & indicii. ex qvi. condem. seqvi poss. ubi dicit, qvòd omnes Docto. qvi tempore suo erant Bononiæ, ita consuluerunt.* Non obstat, si dica-

dicatur: qvòd propter hoc iste taliter confitens non evitabit torturam, qvia judex *a* audiens istam suam confessionem qvalificatam, ut suprà, torqvebit eum ad hoc, qvòd debeat dicere veritatem, an interfecerit illum causa principaliter offendendi, an verò principaliter causa se defendendi; qvia dico, qvòd istud non potest facere judex, ex eo, qvòd illa jura, qvæ volunt, qvod ex indiciis, & præsumtionibus contra aliqvem laborantibus, & arbitrio judicis sufficientibus, ille talis debeat subjici tormentis causa veritatis eruendæ. *ut ff. & Cod. de q. & c. cùm in contemplatione. de reg. jur.* in antiqvis. & c. non solent. 2. q. 6. habent locum & procedunt in indiciis, & præsumtionibus facti, non autem in præsumptionibus juris, * nam præsumptio juris dicitur liqvidissima probatio, ut est gl. qvæ reputatur singularis *in* l. *si tutor. Cod. de peri. tut.* per qvam dicit ibi Bal. qvòd si lex, vel statutum reqvirit probationem liqvidam, ille dicitur * liqvidè probare, qvi probat per præsumptiones juris, *cui est consimilis gl. in* l. 2. *& ibi not. Ang. Cod. de peti. har. imo. in* l. *qvæsitum. ff. de re judic. Ang. Rom. & Alex. in lege prima per tex. ibi. Cod. de test. mi.* Modò habeo, qvòd delicta præsumuntur facta animo nocendi, & offendendi, *ut no. gl. in* l. *si non convicii. C. de inju. qvam notabilem dixit Cap. in consi. 29. incip. Viso processu causa super homicidio in 1. col. & Flor. in lege prima.* §. *cùm arietes. ff. si qvadr. pau. fe. dic.* & omne * maleficium præsumitur in dubio injustè factum, ex qvo est de genere prohibitorum, *ut* l. 1. *C. de sica. & c. 1. de præsump. & ut ponit Bal. in c. sicut nobis. in fi. de re ju. & Alex. in consi.* III. *incip. ponderatis verbis, in 1. col. in 1. vol.* Stante ergo hoc, qvòd præsumptio juris dicatur clara, & liqvida probatio, & qvòd delictum præsumatur factum causa principaliter nocendi, & offendendi, seqvitur, qvod cum iste confiteatur se interfecisse hominem, licèt addat, ad sui defensionem, qvòd clarè probatum sit propter præsumptionem legis, istum talem commisisse illud tale delictum, & per conseqvens iste reus non debet posse subjici tormentis, qvia qvotiescunqve maleficium est clarè probatum contra aliqvem, ille talis vigore illius maleficii non potest torqveri, qvia ad torturam solummodò devenitur in subsidium probationum, *ut notat. Paul. de Castr.*

Mmm in

Margin numbers: 2 (line 2), 3 (line 15), 4 (line 19), 5 (line 28).

in l. si qvis in hoc genus. C. de episco. & cler. Bal. & Alb. de Ros. in l. observare. C. qvorum app. non. reci. Bald. in l. milites. C. de q. Bart. Cæp. in consil. 32. incip. qvidam rustici Vicentini. *in 9. column. versicul. circa. 3. principale dubium,*
6 ubi etiam notabiliter tenuit, * qvòd si de facto judex poneret ad torturam illum, contra qvem clarè esset probatum delictum, & in sua negatione perseveraret, qvòd omnes probationes, qvæ essent contra eum, purgarentur per ipsa tormenta. & licet Bald. *in dict. l. observare. C. qvorum appell. non recip. & in lege prima. Cod. de juram. calum.* dicat, qvòd imò judex potest subjicere reum tormentis, licet crimen suum sit clarè probatum, & hoc ad Cautelam, ut ore proprio confiteatur, ad hoc, ut non valeat postea appellare, qvia convictus & confessus non appellat, *ut habetur in d. l. observare*: qvia ad hoc respondet Cæpol. in consil. præalleg. qvòd hodie talis causa non debet movere judicem, cùm per totam Italiam communiter sit provisum
7 per statuta terrarum, qvòd à sententiis * capitalibus non liceat appellare. Sed ultra tale responsum potest responderi triplici ratione dictum Baldi *in d. l. observare,* esse falsum. Prima ratio est causa fraudis evitandæ: nam præsupposita illa opinione, de qva suprà mentionem feci, pro vera, qvæ videtur magis communior, qvòd si non extantibus claris probationibus judex poneret delinqventem ad torturam, & in sua negatione perseveraret, qvòd dictæ probationes purgarentur, isto casu esset in potestate judicis liberare per indirectum accusatum, vel inqvisitum, dicendo ei: Tolera hanc torturam patienter, qvia liberatus eris, non obstante, qvòd de delicto tuo clarè constet. Secunda ratio est, qvia cùm appellatio sit remedium à jure concessum, prætendentibus se gravatos, *ut in c. suggestum. & c. cum speciali. §. porrò. de appel.* & edictum de appella-
8 tionibus sit permissorium, * qvia regulariter omnibus & ab omni sententia tam civili, qvàm criminali licitum est appellare, *ut l. & in majoribus. Cod. eodem. de appell. & gl. in l. qvi restituere. in gl. fin. ff. de rei ven. & Spec. in eodem tit. §. 2. in princ.* seqveretur, qvòd esset in potestate judicis per istas vias violentas, & indirectas auferre beneficia à jure concessa, qvod facere non potest, *juxta ea, qva habentur per Bar. & alios in l. 2. ff. de re jud. & per Abbat. &*
Phil.

Phil. Franc. in ca. cùm sit Rom. de appell. & per Doctor. in cap. qvod ad consultationem. de re jud. & hoc etiam in præjudicium jurisdictionis superioris, qvia cùm * appellatio 9
sit de minori judice ad majorem provocatio. *ut lege prima, ff. de appell. & cap. 2. de consve. l. 6.* seqveretur, qvòd judex hoc modo posset per viam torturæ in extorqvendo confessionem obviare per indirectum, qvòd appellatio non posset coram superiore interponi, qvod per judicem inferiorem fieri non potest: nam inferior non potest facere, qvòd à sententiis suis non appelletur ad superiorem, *prout not. Bart. in l. 1. §. interdum. ff. à qvib. appell. non lic. & in l. fin. ff. de aqva pluv. arc. & Bald. in l. qvi appellationem. Cod. de appell. & in l. fin. Cod. de senten. communiter Canonistæ in capit. venientes. ubi Bald. circa hoc dedit Cautelam, de jurejuran. cum aliis concord. de qvibus per Card. Alex. in capit. interposito. §. ille denicq; in 1. colum. de app.* * Ter- 10
tia ratio potest adduci: qvia de eodem crimine qvis non debet duplici pœna puniri. Nam, ut dicit Baldus *in auth. omnes peregrini, in ultim. notab. Cod. commu. de succes.* pœnæ qvalitas debet esse secundum qvalitatem culpæ. *& est textus in l. sancimus. Cod. de pœn. & in cap. qvæsivit. in fin. de his qvæ fiunt à major. parte cap. & in cap. felicis. §. illud autem. de pœn. in 6. & 24. q. 1. non afferamus stateras. pœna autem homicidii à jure taxata, est abscissio capitis, ut lege prima. in princ. ff. de sica. & §. item lex Cornel. Instit. de public. judic. & 2. dist. omnis.* Nam dicit lex, qvod homicida alii fecit, semper expectet, *ut l. nemo. C. de episc. aud.* Modò si d. Bald. esset verum, seqveretur, qvòd iste reus pro homicidio affligeretur, duplici pœna, scilicet pœna torturæ, & pœna capitis, qvòd non est dicendum, & hanc opi. per rationem secundam, de qva suprà, reperio tenere Tanc. do Cornel. *in suo Compendio. Rubr. de qvæst. circa materiam probationum. q. ult.* stabit ergo firma conclusio, qvòd si qvis confiteatur se occidisse hominem, licèt adjungat, ad sui defensionem, cùm lex præsumat occidisse causa principaliter offendendi, nisi aliud probetur, & præsumptio legis dicatur liqvidissima probatione, qvòd isto casu talis confitens non poterit ad torturam poni vigore illius homicidii, tanqvam clarè probati: qvia, ut superiùs dictum est, ad torturam non devenitur, nisi in subsidium probationum.

Et si dices, ergo seqvetur, qvòd tanqvam manifestus homicida punietur pœna capitali, & sic Cautela non erit bona: qvia respondeo, qvòd qvamvis lex præsumat, ut sæpius dictum est, qvòd homicidium fuerit perpetratum animo principaliter offendendi, & sic injustè, & velit, qvòd puniatur de ipso delicto tanqvam claro respectu suæ confessionis, tamen illo casu lex non vult, nec ita, ut aliàs facit, firmat pedem suum, qvòd propter illam suam præsumptionem iste qvalificatè confitens puniatur pœna capitali, sed bene alia vel pecuniaria, vel relegationis & exilii, arbitrio judicis. Et istud est, qvod vult dicere Abb. *in d.c. auditis*. Et licet pro & contrà nonnulla alia adduci possent, tamen illa non sunt oblivioni tradenda, qvia possent multum prodesse, præcipuè qvando habetur judex propitius.

ADDITIO.

a Judex audiens istam suam confessioné qvalificatam.) *Adde, an confessio qvalificata possit acceptari sine ulla qvalitate.* vide sing. per d. Alex. in consi. 87. per totum, in 1. vol. *& est qvotidianum, & utile consilium, loqvitur tamen in causa civili, non in criminali; qvòd acceptari debet cum eadem qvalitate, & non simpliciter, est tamen periculosa talis confessio in causa criminali qvantumcunqve qvalificata, nisi probetur defensio, nec est tutà in totum ac secura hujusmodi Cautela. Et propterea Baldus signanter consuluit confitentem delictum etiam cum qvalitate, puta qvòd accidit ad sui defensioné. nisi qvalitatem probaverit, qvòd punitur*, vide in consil. 245. qvod incipit, davanti da voi, in 2. volumin. *nam in delictis præsumitur dolus.* C. de sicar. C. de injur. l. si non convicii. *Item per confessionem factum est notorium, ergo puniri debet maleficium, ne delicta remaneant impunita. Cave igitur, ut dixi, ne in Styllam incidas, credens vitare Charybdim.* Bart. Laud.

A BLANCUS CAUTELA IV.

§. Ad evadendum reum à tortura, idem propè dicit, qvod superior cautela.

SUMMARIA.

1. *Reus torqvetur existentibus contra eum indiciis legitimis.*

2. *Confessio qualificata reum liberat à tortura.*

3. Ex-

3. *Exculpatio offensi tollit indicia imputati, etiam ad torturam.*

4. *Judex, cui de delicto & mortuo non constat, procedere non potest.*

INdiciis *legitimis contra reum existentib. tunc ipse torqveri potest. *toto titu ff. & C. de qvæstioni.* * Ut evadet torturam reus, Cautela est, nam consiteri debet hominem occidisse, subjungendo, qvod illud fecit ad necessariam defensionem, nam licet reus defensionem non probaverit, attamen torturandus non est. *ut post multa hinc inde adducta tenet Tho. Ferra. in Caute. 5. rationibus, ut ibi per eum,* & de veritate istius Cautelæ videas ea, qvæ dixi supra, in 3. part. defensionis. * Imputatus procuret habere exculpationem ab offenso, propter qvam exculpationem tolluntur indicia etiam ad torturam. *ita Jo. de Arno. in Caute. 3. & dixi sup. in prima parte defensionis, in fin. versi. mortui exculpatio.* Alia etiam ostendat habere locum in casu suo, *de qvibus dixi suprà in 1. parte defens.* * Dicat etiam imputatus, qvod non constat de corpore mortuo. Nam judici debet constare de delicto, & mortuo, anteqvam procedat, ut dixi in prin. practicæ. 1 2 3 4

T. FERRATUS CAUTELA LVII.

§. Ut à muto possit haberi confessio criminis.

SUMMARIA.

1. *Probatio per se sola, qvando non est vehemens, non sufficit ad probationem nec ad torturam.*

2. *Indignum nimis est, ut qvod qvisqve sua voce dilucidè protestatus fuerit, id amplius retractare possit.*

3. *Mutus, qvi loqvi non potest, scriptura propria se obligare valet.*

TAncredus de Corneto in sua compendiosa, *in ult. Rubric. qvæst. 4.* refert, qvòd qvidam patruus & tutor cujusdam pupilli nepotis sui considerans pupillum esse unum: qvia sine fratre & sorore, & qvòd ipse patruus erat sibi proximior in successione, svadente diabolo, duxit pupillum ad vineam, & ibi suffocavit eum, & occultavit sub terra, postea ipso redeunte, fuit ab eo qvæsitum, ubi erat pupillus, respondit, qvòd tali hora recesserat, &

Digitized by Google

& non redierat nisi tunc, & qvòd nesciebat ubi esset, & ostendit se dare operam ad qværendum ipsum, dicens eum perditum, & vocavit amicos, & fecit ploratum tanqvam de mortuo, & hoc modo retinuit totum patrimonium pupilli; qvia tamen secundum Evangelicam veritatem nihil occultum, qvòd non reveletur, facta fuit murmuratio in populo, qvòd ille patruus eum occiderat, qvi rumor pervenit ad aures curiæ, unde curia formata inqvisitione misit pro patruo, qvi respondens negavit, & facto processu, non
1 potuit haberi probatio, nisi de publica voce & fama: * qvæ per se sola, qvando non est vehemens, non sufficit, nec ad probationem, nec ad torturam, *ut not. Bartol. & ibi Alexand. in apostil. in l. de minore. §. tormenta, ff. de qvæstio. & Bartol. in l. fin. ff. eod. Angel. de Aret. in tracta. malefi. in verbo, fama publica præcedente, versic. & an fama sit sufficiens indicium ad torturam. & ibi satis latè per Aug. Arimin. in addition. per Canonistas, præcipuè per Felin. in capit. veniens. el primo, in 5. colum. versiculo limita tertiò, de testi.* Sed qvodam divino nutu venit in mentem judicis inqvirentis, ut mitteret fossores ad veniam, si ibi esset fortè sepultus, & sic fuit ibi inventus puer sepultus, qvo reperto, judex iterum interrogavit patruum, qvis hoc fecisset, qvi negavit se scire. judex ergo considerato enormi delicto, & considerato indicio loci, ubi fuerat sepultus, ac etiam probatione publicæ famæ, deliberavit procedere ad torturam contra ipsum, ille autem videns se constitutum in periculo mortis, qvia oportebat confiteri, abrepto gladiunculo de vagina, amputavit sibi lingvam, ne judex posset extorqvere confessionem ab eo. Modò qvæsitum fuit, qvod remedium posset adhiberi, ut confessio posset extorqveri, qvæ esset ad condemnationem sufficiens. dicit Tancr. qvòd remedium seu *Cautela* est, ut sumatur informatio, an sciat scribere, & si scit, tunc tam diu tormentetur, donec de sua propria manu scribat, se commisisse illud delictum, qvia tunc vigore talis confessionis per ipsam scripturam factæ, poterit condemnari, qvia qvemadmodum qvis ex sua confessione viva voce facta obligatur.
2 * nam nimis indignum est, ut qvod qvisqve sua voce dilucidè protestatus est, id amplius retractare possit, *ut dicit text. in l. generaliter. C. de non nume-*

numerata pecunia, & in cap. per tuas. de probatio. similiter qvis ex sua propria scriptura astringitur, qvòd contra eam venire non potest, *ut in §. studium. & §. si autem. in Authent. de trien. & semiss. & Auth. contra qvi propriam. C. de non numerata pecunia,* * nam & mutus, qvi loqvi non potest, propria scriptura obligari potest, *ut l. ex facto. de vulgar. & pupillar. & l. discretis. C. qvi testamentum facere possunt. §. item mutus. Institutio eod.* 3

I. DE ARNONO CAUT. LV.

§. Ut confitens, vel respondens super aliqvo delicto semper præmittat negativam, & dicat maleficium non commisisse.

CONfitens, vel respondens, se homicidium commisisse, sed ad sui defensionem incurrit in hoc labyrinthum, ut ejus confessio & responsio dividatur, *ut latè per Bart. in l. Aurelius. §. idem qværitur. ff. de liber. leg.* ubi secundum eundem Barto. potest pro parte acceptari, pro parte non, licet multi teneant contra eum, qvos allegat dom. Jas. *in §. item si qvis. in 5. col. versu. finem. Instit. de act.* Sed Cautela est singularis & optima, *secundum eundem Jas. in dict. §. in 6. column. in princip.* qvod emanet confessio sive responsio præmissa negativa, sive in civilibus, sive in criminalibus, qvia nunqvam potest reus ex tali confessione condemnari, ut confessus: exemplum, nego me vulnerasse, vel occidisse, & si apparebit contrarium, dico, qvod feci ad defensionem, vel nego me mutuum accepisse, si contrarium apparebit, dico me satisfecisse, isto modo nunqvam potero condemnari. *glo. est not. in l. si qvidem. C. de except. & ibi no. Bald. in l. terminus. no. qvia qvotidiè evenit.*

I. DE ARNONO CAUT. IIX.

§. Pro illo, qvi confessus est, se interfecisse Titium, ut alleget non constare de corpore.

SÆpe occurrit inqviri, vel accusari qvempiam de homicidio in personam Titii, comparet hic inqvisitus, vel accusatus, & vel spontè vel in tormentis perseverans confitetur, se Titium interfecisse, Cautela est, ut semper alleget, non constare de corpore ipsius Titii, qvia hoc casu, qvo-

 modo

Digitized by Google

modo de eo non constat, non poterit ad mortem condemnari, *ita vult notab. Angel. in l. unica. in 2. colum. de confess. & in l. certum, in princip. ff. eodem. Idem tenet Bald. ejus frater, in c. at si clerici. in 3. col. extra de judiciis.*

R. FICHARDI CAUT. LXIIX.

§. Pro Reo criminali, delictum aliqvod confesso per torturam.

OMnibus notum est, Confessos haberi pro judicatis, nec restare in eos alias judicis partes, nisi ut exeqvatur. l. 1. *ff. de confessis. & l. proinde. in fin. ff. ad legem Aqvil. l. si debitor. ff. de judiciis.* Contra hoc tamen Cautela est, ut advocatus, vel Defensor rei dicat, & faciat probari, ipsum esse indebitè tortum, nullis præcedentibus indiciis sufficientibus ad torturam: qvia qvousqve fuit detentus, idem metus tormentorum præsumitur durare, atqve ideo talis confessio & perseverantia non nocet Reo, sed est nulla. *secundum gl. singular. juncto textu, in l. penult. ff. de qvæstionibus. & in l. maritus. eod. tit. Cataldin. in tract. de syndicat. versic. 165. incip. adde qvod diximus. Angel. de Aret. in tracta. de malefic. in verb. fama publica. col. ultim.* & ibi August. de Arim. in sua addit. qvi ad hoc multa allegat, & dicit se liberasse, vel (ut ipse loqvitur) evasisse, per hoc, à pœna mortis, qvendam, qvi erat sui nominis & cognominis. *idem etiam tenet Paris. de Put. in tracta. synd. ver. datur regula. Alex. cons. 5. in princip. vol. 1. qvos refert & seqvitur Hippolyt. de Mars. in cons. 46. n. 12. & 13. & consi. 52. n. 6. & cons. 65. n. 50. & 51. volum. 1.*

R. FICHARDI CAUT. IX.

§. Pro advocato inqvisiti confessi, ne confessio noceat clientulo suo.

NOtum est illud, qvòd confessus habetur pro judicato, l. 1. *ff. de confess. & l. 1. C. eodem titul.* adeo ut qvod qvis semel confessus sit, postea etiam ne juramento qvidem infirmare possit. *cap. per tuas. extra, de probat. l. generaliter. C. de non nu. pec.* Ideoqve confessionibus, etiam falsis, aliqvando standum est, l. *confessionibus. ff. de inter. action.* Fallit tamen illud axioma in confesso per torturam, si inqvisitio formata sit, nullis præcedentibus indiciis, nam licèt talem confessionem etiam ratificarit, postea tamen non poterit ex illo processu damnari, qvia qvamdiu detentus

est

est in carceribus, idem metus tormentorum durare præsumitur, ideo talis ratificatio & perseverantia non nocet ipsi reo. *Ita notabiliter limitat Ang. Aret. super malef. in Verb. Qvod fama publica. Ver. advertas tamen. n. 36. allegans Bart. in l. pen. de qvæst.* Et licet August. in suis addi. ibi dicat Bald. *in l. 1. C. de confess.* tenere contrarium, tamen Bartoli opinionem tanqvam veriorem retinet, allegans multos Bartolo assentientes, & ait se etiam Romæ ita obtinuisse aliqvando, & liberasse qvendam, qvi vocabatur, ut ipse. Hinc pro Cautela notabili tradit Hippolyt. de Marsl. *in tribus suis diversis consiliis, nempe cons. 46. Vol. 1. n. 13. & cons. 52. n. 6. itemqve cons. 45. n. 5. Vol. 1.* ut nimirum advocatus inqvisiti confessi faciat probari, qvòd confessus fuerit tortus ante ratificationem, nullis legitimis vel sufficientibus præcedentibus indiciis, *& pro illa Cautela allegat in d. cons. 52. Catalin. Alexan. & Pari. de Put. similiter ita tenentes.* Qvæ qvidem Cautela bona esset, si illud ita probare semper esset in facultate advocatorum. Si enim confessus ratificasset id, qvod prius sine tortura sua sponte confessus, certè nocebit ipsi talis ratificatio, & frustra conabitur advocatus uti hac Cautela, *secundum Ang. in d. versic. advertas tamen. in fin. cum allegat. ibidem.*

R. FICHARDI CAUT. XLIV.

§. Pro judice, ne propter torturam factam teneatur in Syndicatu.

SImilem ferè Cautelam tradit Hippolyt. de Marsl. *cons. 46. n. 7. Vol. 1.* pro judice, qvi fecit aliqvem torqveri. Cùm enim tortura non debeat fieri, nisi adsint sufficientia indicia. l. 1. *ff. de qvæstionib. l. 1. & l. milites. C. eod. tit.* & nisi aliæ probationes contra reum haberi non possint, alioqvin enim facilè posset defensor rei confessionem nullam dicere, & facere causam syndicari. Ut igitur judex hoc casu tutus sit in Syndicatu, Cautelam tradit Hippoly. *dict. consi. & num.* ut judex faciat apparere in actis, qvòd non potuerit alio modo veritatem habere, neqve ullas alias probationes contra reum infamatum, nisi ipsam torturam, & allegat Catel. *in suo tract. de Syndicat. Vers. 102. 109. 110. 132. & 221. & seipsum in dict. l. 1. colum. 3. ff. de qvæst. Eandem Cautelam repetit cum plurib. allegationib. in cons. 51. num. 52. Volum. 1.*

T. FERRATUS CAUT. XIV.

§. Diversæ ad liberandum judicem à syndicatu.

SUMMARIA.

1. *Judex aliqvem ad torturam, nisi præcedentibus indiciis, ponere non potest.*
2. *Statutum si disponeret, qvòd potestas vel judex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat, aliqvem ad torturam, nisi præcedentibus indiciis, ponere non potest.*
3. *Judex an actione injuriarum teneatur, si aliqvem injustè carcerari fecerit.*
4. *Actionibus popularibus, & etiam in criminibus uno agente actio consumitur.*
5. *Reus qvotiescunqve cum accusatore conversari reperitur, prævaricatio probata dicitur.*
6. *Maritus leno præsumitur, quando ex uxoris adulterio non indignatur.*
7. *Judex non potest, nisi ex magna causa augere, seu minuere pœnas à statuto limitatas.*
8. *Judex qvilibet malè gerens officium suum in alterius damnum, facit litem suam.*
9. *Judex si condemnavit minori pœna, quàm debuerat, in pœnis publicis, non competit fisco auxilium restitutionis in integrum.*
10. *Judex deposito officio, debet stare in loco officii per 50. dies, ad hoc, ut de eo conqveri volentibus respondere valeat, qvo tempore elapso, amplius non tenetur.*

1 JUra * sunt vulgaria, qvòd a judex non potest aliqvem
a ad torturam ponere, nisi præcedant legitima indicia, *ut l. 1. in prin. & l. fin. ff. de qvæstio. & l. milites. §. oportet. C. eo. & l. sicut. C. de fals. & c. cùm in contemplatione, de regulis juris, in antiqvis, & cap. non solent, 2. qvæst. 6.* & ista regula est adeo vera, * qvòd etiam si extaret statutum, qvòd potestas, vel judex maleficiorum habeat liberum arbitrium procedendi in criminalibus, tamen propter hoc non

possit ponere aliqvem ad torturam absqve legitimis indiciis, *ut notabiliter voluit Gand. in sua tracta. malefic. in Rub. de qvæst. & tormen. circa finem, versic. qvid autem possit facere potestas, & Pau. de Elsazar. in cap. gravu. de depo. qvem seqvitur Alex. in consi. 66. incip. habita super contentis in superiori themate congrua consideratione. in 2. colum. versi. videtur ergo contra bonos mores. in primo vol.* & casu, qvo judex torqveret aliqvem sine ipsis legitimis indiciis, ne tenetur in syndicatu actione injuriarum, arbitrio judicis habentis judicare, *ut not. Bal. in Rub. C. de pœna jud. qvi male jud. & Salicetus in l. fin. in 7. qvæstione. C. eodem.* Pone modò, qvòd judex fecit aliqvem torqveri non præcedentibus legitimis indiciis, eritne dare ei aliqvod remedium seu Cautelam, qvòd in syndicatu nõ possit conveniri? dic qvòd sic. Cautela est, qvod in relaxatione torti inducat ipsum cum blanditiis, vel alio bono modo ad confitendum, qvòd legitimè fuit tortus, & faciat, qvòd aliqvis notarius sit de tali confessione rogatus, qvia hoc modo non tenebitur in syndicatu. ita signanter dicit Cataldi. de Viso, *in tract. syndicat. circa principium. alleg. hoc voluisse Ang. in l. injuriarum. §. si qvis qvòd decreto. ff. de injur.* dicens, qvòd ita vidit de facto practicari. *qvem refert & seqvitur solennis do. Fran. de S. Severino, in sua tract. de indic. & tortu. in materia torturæ, in qvinta qvæstione principali, in fine.* In præcedenti Cautela vidimus, qvaliter judex non possit syndicari, qvando aliqvem injustè torsit. Pone modò, qvòd aliqvem injustè similiter fecit incarcerari, * qvo casu tenetur actione injuriarum. 3
ut est text. in l. nec magistratib. ff. de inju. & no. gl. in l. 2. §. fin. ff. si qvis cautio. qvæ injuria æstimatur juramento ipsius injuriati cum taxatione judicis, jurando se potius voluisse, tantum perdidisse, qvàm fuisse passum illam injuriam injustæ carcerationis, *ut notat glo. & Bart. in* l. *injuriarum æstimatio. ff. de injur. & Soc. in consi. 146. incip. viso processu agitato. in ult. col.* Qva Cautela poterit uti iste judex, qvi fecit aliqvem injustè incarcerari, ad hoc, ne possit conveniri in syndicatu actione injuriarum: dic, qvod Cautela est, qvòd anteqvam relaxet ipsum incarceratum, faciat, qvòd præstet fidejussores de se præsentando toties, qvoties fuerit reqvisitus, qvia per talem præstationem fidejussionis vide-

videtur approbare capturam, & confiteri fuisse legitimè captum, ita docet solennis Doctor. Amad. de Castel. qvi tempore suo fuit magnus practicus in magistratibus, *in suo tracta. de synd. circa fin. versic. postremò dicendum est; allegat ita tenere Bart. & ita in effectu tenet in sua disputatione, in c. Lapus fuit captus.* Seqvitur Bap. de S. Severino, licet dicat istam decisionem sibi videri duram, *in suo tract. de debitor. suspec. & fug. in pen. q.* Et accipe aliam Cautelam secundum ipsum Amad. in loco superiùs alleg. ad liberandum officialem à syndicatu, qvando incidit in aliqvam pœnam, qvia forsitan fecit contra statutum, qvòd intra tempus qverelandi faciat porrigi petitionem per aliqvem amicum secretum, qvi præveniat alios volentes talem petitionem porrigere, super qva petitione audiendus erit, qvi prævenit, & ratione præventionis alii malevoli excludantur, *ut nota in l. si servus plurium. de leg. 1.* & si ille, qvi dedit qverelam, omittit eam probare, potestas, vel officialis absolvitur, *juxta l. qvi accusare. cum si. C. de eden. ita ad literam dicit ipse Amad. in loco superius allegat.* Et adde, licèt ipse non dicat, qvòd ratio istius conclusionis est,
4 * qvòd in criminibus & actionibus popularibus, uno agente actio consumitur, *ut not. glo. magistra. in verbo, judicatum, & ibi Pano. in cap. cùm dilecti, de electio. & Bar. in l. si cui. §. 1. ff. de accus. Canon. omnes in cap. de his. extra, eodem, de accusa.* nam qvis pluries de eodem delicto non debet inqviri. *ut dicit text. in* l. *licet. in fin. ff. nau. cau. stab. & no. Bart. in l. jurisperitos. §. 1. ff. de excu. tu.* Et in qvantū est dictum suprà, qvòd petitio porrigatur per amicum secretum, sunt verba dicta cum ministerio, propter vicium collusionis, qvia si constaret de collusione, licet ipse judex semel fuisset absolutus, tamen iterum ab alio posset accusari, *ut l. 3. ff. de prævari. & in l. eum qvi. §. in popularib. ff. de jureju.* Et no. perpetuò Docto. *Bart. in* l. 1. *§. prævaricatorem. ff. ad Turp.* ubi nota. dixit,
5 * qvòd qvotiescunq; reperitur, reus conversari cum accusatore, dicitur probata prævaricatio, qvia cum ex accusatione consveverint oriri inter accusatorem, & accusatum inimicitiæ, *ut l. inimicitia. ff. de his qvib. ut indign. & in l. 3. §. fin. ff. de adu. leg.* conservando ergo reus cum accusatore, & non indignetur, præsumitur
6 collusio. Sicut maritus præsumitur * leno, qvando ex adulterio

terio uxoris non indignatur, *ut l. mariti lenocinium. in princ. ff. de adult*, Sed tamen istud limitat Maria. *in d. c. de hu. de accu.* cum qvo ibi transit Feli. in 8. limit. nisi accusator esset persona integra, Et accipe aliam Cautelam secundum ipsum Amad. in loco superius alleg. ad liberandum judicem à syndicatu, in qva licet ipse se expediat tribus verbis, tu autem eam melius ord.* Tu habes, qvòd judex non 7
potest, nisi ex magna causa augere seu minuere pœnas à statutis limitatas, *ut notat Bald. in* l. *qvid ergo.* §. *pœna gravior. in repet. in 3. col. Versic. sed juxta hoc incidenter qværo. ff. de his, qvi notant. infam. & in* l. 1, *in 3. col. Versic. sed hic restat dubium. C. ex d.* l. *def. & in* l. 1. *C. si adver. del. & Bart. in l. hodie. ff. de pœn. & bene facit, qvod not. Bal. in l. præses. Versi. qvid de prioribus civitatum. C. de transact.* Et si judex aliter facit, augendo, seu diminuendo pœnas à statutis taxatas, potest conveniri in syndicatu, * nam qvili- 8
bet judex malè gerens officium suum in damnum alterius, facit litem suam, *prout dixit Bal. in* l. *qvi crimen. circa finem. C. qvi accus. non possunt.* adeò, qvòd isto casu judex non evaderet syndicatum, licèt in sententia apponeret clausulam, qvam condemnationem volumus habere locum, dummodò non sit contra & præter formam statutorum, aliàs ipsam reducimus ad formam ipsorum statutorum, nam talis clausula nihil operatur, qvo minus condemnatio specificè facta non remaneat firma, prout disputando tenuit *Jac. de Bel. in qvadam sua disputatione incip. in Christi nomine, lege municip. qvem refert, & seqvitur Bal. in d. l. qvid ergo §. pœna gravior, in repe. in 6. col. Vers. juxta hoc qværo primo. ff. de his qvi no. infam. tenet Bal. in Auth. interdicimus. C. de episc. & cleric. Bart. in* l. *moris est.* §. *ista ferè. ff. de pœn. & in* l. *judex posteaqvam ff. de re judicata.* distingvens tamen, ut ibi per eum, cujus distinctionem reprobat Bald. *in d. § pœna gravior. seqvitur etiam Abb. in cap. in literis. de offi. deleg.* Pone modò, qvòd judex juxta formam statutorum debebat condemnare in centum applicanda fisco, condemnavit tantummodò in 50. qvomodo faciet ad obviandum, qvòd in syndicatu non possit conveniri? dic, qvòd Cautela est, qvòd faciat, qvòd syndicus communis petat coram ipso judice restitutionē in integrum adversꝰ sententiā, qvæ omnia fieri possunt: nam syndicꝰ cõmunitatis, absq;
aliο

alio speciali mandato, potest in causa communitatis petere restitutionem in integrum, *ut volunt Cyn. Bar. & Bal. Paul. de Castr. in* l. *unica. C. etiam per procu. caus. restit. in integrum agi poss. & Inno. in c. suscitata de in integrum restitut. & Bal. in* l. *illud.* §. *1. ff. de minori. & Pau. de Castr. in* l. *jusjuran. & ad pecunias.* §. *defensor. ff. de jurejurand. & Alex. in l. prases in princ. C. de transact.* & similiter Judex, qvi tulit sententiam, potest contra eam concedere restitutionem in integrum, *ut est text. in* l. *in causa, la secunda.* §. *fina. & in* l. *prafecti pratorio. ff. de minori. & in c. cum Bert. de re jud. & not. Panormita. in cap. ex literis. in 3. col. versi. & ex hoc dicto. de in integrum restit. & Phil. Fran. in c. dilecti. in 9. q. de appe.* qva restitutione concessa, postea ipse Judex suppleat qvantitatem debitam. ita Amad. in loco superius allegato, referens ita tenere Bald. in suis conclusionibus, in verbo, pœna. & dicentem se ita audivisse à Bart. in voce. Sed adverte, licèt ipse non dicat, qvòd Bal. in addit. Spec. in tit. de accusa. versic. qvid si Judex, tenet contrarium, * qvòd si Judex condemnavit minori
9 pœna, qvàm debuerat, qvòd in publicis pœnis non competit fisco auxilium restitutionis in integrum, per text. in l. auxilium. in princ. ff. de mino. Tamen Cautelam prædictam approbat Ang. *in d.* §. *pœna gravior.* dicens, qvòd si judex condemnavit aliqvem minori pœna, qvòd syndicus poterit coram eodem judice petere in integrum restitutionem, adversus ipsam sententiam, qvòd isto casu judex excusabitur à syndicatu, dicens, ita aliàs consuluisse Barto. Et circa istam materiam syndicatus accipe aliam Cautelam.
10 Tu habes, * qvòd judex deposito officio, debet stare in loco officii, per 50. dies ad hoc, ut valeat respondere volentibus conqveri de eo. qvo tempore elapso, amplius non tenetur alicui respondere, *ut est casus in* l. 1. *C. ut omnes ju. tam civ. qvam mil. & in* §. *necessitatem, in Auth. ut ju. sine qvoqvo suffragio.* Sed istud est verum, qvòd post illud tempus aliqvis amplius non auditur, scilicet in loco, ubi exercuit officium, secus in propria patria, qvia ibi potest perpetuò conveniri, *ut not. glo. & Bart. in l. 2. ff. ad legem Jul. repetun. Bald. in l. observare.* § *proficisci. in 4. q. ff. de offic. procon. & Abb. in cap. adversus. in 3. col. de immuni eccle.* Qværo, qva Cautela poterit uti judex, ut post dictum

dictum tempus non possit conveniri, etiam in propria patria. Dic, qvòd Cautela est, ut faciat fieri proclamata, ut omnes, qvi intendunt petere intra tantum tempus, compareant, aliàs amplius non audientur, qvia isto casu, elapso dicto termino, non poterit conveniri, etiam in sua patria, *ita notabiliter Card. in cap. pen. de jud. dicens, se ita obtinuisse in facto, qvem ibi seqvitur Abb. in 4. col. versic. sunt tamen alii casus, & similiter Marta. & Feli. & alii Moder. ibi, & Paris de Put. in suo tract. synd. sub c de offic. synd. §. offic. finito officio.* & ita comuniter tenetur, qvidqvid tenuerit Pet. de Anchar. *in d. c. adverso. de immu. eccl.* Adverte tamen, qvòd Alex. *in d. l. 1. in apost. ff. ad l. Jul. repet.* refert, Fran. de Galla dicentem d. Bar. in d. l. 1. esse verũ, dumodò in loco officii non fuissent facta proclamata, &c. & sic approbat Cautelam, de qva sup. & postea subjungit, & qvòd per syndicatores post elapsum terminum edicti fuerit pronunciatum in contumaciam non comparentium, aliqvem de cetero non esse audiendum, & officialis fuerit absolutus, & sic videtur innuere, qvòd non sufficiat fieri, proclama, prout sup. nisi etiam seqvatur sententia absolutoria. Sed circa hoc dicas, qvòd aut in edicto seu proclamate fuit appositus tantummodò terminus absq; comminatione, qvòd de ceterò non audientur, & tunc non obstante elapso termino, posset in propria patria conveniri. * Nam ela- 11
pso termino hominis, ad hoc qvis potest agere, usq; qvo per judicem imponatur silentium illis, qvi non comparuerint, *ut singulariter dicit Innoc. in c. cùm in tua. qvi matr. accu. pos. de qvo exclamat Ang. in* l. 1. *C. ut ne invi. & idem tenet Bal. in* l. *diffamari. C. de inge. & manu.* Si verò fuerit appositus non solùm terminus, sed etiam fuerit comminatum, qvòd de ceterò non audientur, & isto casu non reqviritur alia sententia, *ut not. dixit Salicet. in* l. *si ea. in ult. col. C. qvi accus. non pos. de qvo dicto facit festum Ang. de Aret. in* §. *si minus. in 9. versic. qvaro judex statuit Titio terminum. Inst. de actio.*

ADDITIO.

a Judex non.) *Sed adde, nunqvid debeat tortura differri, etiamsi pracedunt indicia, si reus vult indicia reprobare,* vide per Pau. de Leaz. in c. gravis. extra, de depos. & per do. Alex. de Imo, in cons. 41. in 2. vol, *& est passim qvotidianum,*

Digitized by Google

nus, nam post torturam tardè fit reprobatio, cujus illi gravamen postea non sit reparabile. l. 2. de ap. recip. *de qvòd danda est copia indiciorum parti, ut super ipsis disputari posit, & an teneatur in syndicatu judex, si aliter facit, vide in praalle. pulchro, & qvotidiano consilio.*

DE POENIS ET SENTENTIIS CRIMINALIBUS.

Tit XV.

B. CÆPOLLA CAUTELA XXXV.

§. Pro assessoribus potestatis, qvòd non patiantur scribi apud acta, qvod de eorum consilio potestas criminosum condemnavit.

SUMMARIUM.

1. Potestas terrarum si ferant sententiam iniqvam de consilio judicum de curia, qva pœna tenetur ipsa potestas, & omnes alii judices tenentur.

QVANDO fit processus per dominum potestatem, vel alium superiorem, & fertur sententia, & dicitur sub examine judicis maleficiorum, sicut communiter fiunt inqvisitiones & sententiæ, qvæ hodie formantur per rectores terrarum, dicuntur ita fieri per judices, sicut per ipsos rectores, & ideo si injustitia facta fuerit, ita tenetur judex maleficiorum, sicut rector. *ita not. Angel. in Auth. de litig. §. tamen in fin. & pro hoc allegat tex. in §. qvoniam verò. in auth. ut nulli judi.* ubi Angel. dicit per illum text. *
1 qvòd si potestates terrarum ferunt sententiam iniqvam de consilio judicum de curia, & qvòd, qva pœna tenetur potestas, tenentur & omnes alii judices, & ideo sint cauti assessores judices maleficiorum & consiliarii, qvòd nunqvam in actis patiantur scribi, qvòd sententia eorum consilio vel deliberatione ita lata fuerit, aliàs possent conveniri tempore syndicatus, & eam pœnam sustinere, qvam rector & potestas, *ut dicit Ang. in d. §. qvoniam verò.* Et sis cautus, qvòd etiam protesteris, qvòd tu non consentis, ne tacendo videaris consentire, *juxta ea, qva habentur in c. nomine de præsumptio. & Bar. & Doct. in l. qva dotis. ff. solut. matrimon.*

ADDITIO.

a *Ista Cautela est notanda pro Assessoribus in Civitate Lugdunensi, qvòd non subscribant in sententiis criminalibus, sicut facere consueverunt.*

P. BRE

Digitized by Google

P. BREDERODIUS CAUTELA.

§. Pro judice, ut in actionibus famosis sententiam ferat salva fama condemnandi ex Wesembecii Paratit. Digestorum Tit. de injuriis & Famos. libel. n. 18.

INjuriarum criminaliter damnatos semper infamia seqvi solet. *l. 40. in fin. ff. de injur. l. 5. & 10. C. eod. tit. §. 2. Inst. de pœn. temer. litig.* nec obstat, qvod cum infamia videatur dispensatum eiqve gratiam factam esse. *ut videtur probari Jure Saxonico ex constitutione provinc. 42. par. 4.* cum Sententia & pœnam civilem restituendi honoris, nempe palinodiam, & præterea criminalem imponat. *argum. l. qvid ergo. §. pœna gravior. ff. de his, qvi not. infam. l. 3. ubi Bald. C. eod.* Ideoq; cautela est, ubi probabilis causa id svadet, hanc clausulam reservandæ existimationis sententiæ inseri, hoc aut simili modo, derwegen ist Beklagter / iedoch ohne Verletzung seiner Ehren den Klägern einen Wiederruff zu thun/&c. & hoc humanius, ne propter levissimas injurias iracundia fortè prolatas, multi societatibus, ordine, collegiisq; suis, ut infames ejiciantur, & alia graviora, qvod sæpe fit in conviviis, conseqvantur.

T. FERRATUS CAUT. XLIX.

§. Pro potestatibus terrarum, ut non teneantur pro delicto suæ familiæ.

SUMMARIA.

1. *Potestates terrarum in delictis pro familia tenentur.*
2. *Episcopus tenetur pro delicto sui vicarii, vel alterius Officialis delinqventis in officio sibi commisso: nisi statim qvod sciverit, ejus delictum purgaverit.*

POtestates * terrarum ducentes secum familiam, si aliqvis de familia delinqvat circa suum officium, ipsa potestas tenetur ad pœnam ipsius delicti, intellige de pœna pecuniaria, non autem corporali, tamen potestas liberatur, si exhibet ipsum delinqventem, *ut no. Bar. in l. 1. §. familia, & §. fin. ff. de pub. & in l. si post depositam. C. de assessor. in l. debet. ff. nau. caupo. & stab. & in l. 1. ff. ad legem Jul. repetun. & pulchrè per Bald. in suo cons. 336. incip. casus est talis, Joan. de Castellione. in qvarta pate.* Similiter * & episcopus tenetur pro delicto sui vicarii, vel alterius 2

Digitized by Google

officialis delinqventis in officio ſibi commiſſo, niſi ſtatim qvòd ſciverit, purgaverit ejus delictum, *prout voluit Do. de Ro. in ſua deciſione 278. incipiente, ſi vicarius in no.* Pone modò, qvòd forma ſtatutorum, vel electionis dicit, qvòd poteſtas teneatur in fine officii exhibere totam ſuam familiam, vel pro delinqventibus ſolvere pœnam, ut etiam eſt de jure communi, ut ſuperiùs dictum eſt, qvæ Cautela erit ad hoc, ut poteſtas non teneatur ad neutrum, videlicet nec ad ſolvendum, nec ad exhibendum, qvando aliqvis de ſua familia deliqvit, dic qvòd *Cautela* eſt, qvòd ponat ipſum in banno, qvià ſi poſtea in fine officii petetur, ut debeat præſentare ſuam familiam, ipſe reſpondebit, qvòd conditio, qvæ non poteſt impleri ex facto illius, cui debeat impleri, habetur pro impleta, *ut* l. *Jure Civili, ubi Bar. ff. de conditionib. & demonſtratio. & l. qva ſub conditione. §. qvoties ff. de cond. inſt.* ſed ille, qvi de ſua familia commiſit delictum in officio, eſt bannitus auctoritate ipſius Reipublicæ, & ſic cùm per ipſam Rempublicam ſtet, qvo minus valeat ipſum bannitum præſentare, ſeqvitur, qvòd ipſa poteſtas debet haberi pro excuſato. *ita notabiliter docet Bald. in* l. *obſervare. §. proficiſci. in 1. col. qvid ſi ſtatutum. ff. de offi. procon. & leg. & in addit. Spec. in tit. de accu. verſi. ſed nunqvid tenetur poteſtas. & in* l. *ſi vero. in fi. ff. qvi ſatisd. cog. ubi dixit, qvòd iſta eſt optima Cautela, pro Officialibus: ſeqvitur Par. de Put. in ſuo tract. ſyn. in verbo, familiaris. §. an ex eo, qvòd fuerunt familiares. ver. poteſtas, qvi* a *tenetur pro ſuis familiaribus. & Amad. de Caſt. ſimiliter in ſuo tractatu ſynd. in verbo, item in eo, qvòd dicti ſocii milites fuerunt negligentes, in inqvirendo pro armis, dicens hanc eſſe optimam Cautelam.* Adverte tamen, qvòd ſi iſta Cautela debet habere locum, opus eſt, qvòd habuerit bannum ex alia cauſa, ſecus ſi pro illa met, pro qva debeat exhiberi. *ita Bal. in dict. addit. Spec. in tit. de accu. ver. ſed nunqvid tenetur poteſtas, & Ang. in l. qvi exhibendi. ff. de cuſtod. reor. & Par. de Put. in dicto ſuo tracta. in verbo, carcer. §. an poteſtas, qvi aliqvem tenebat. ver. an ſi carceratus ſe occidit.*

ADDITIO.

a Qvi tenet.) *Sed an qvæ facit familia domini, cenſeatur de voluntate, & conſcientia domini feciſſe.* vide Bart. ff. de

de operis novi nunciat. in l. de pupillo. in §. si qvis ipsi prætori. & in l. 1. ff. qvòd vi aut clàm allegat c. constitutus. de test. allegat Roma. tex. in l. 4. in prin. ff. de min. vide per eundem dom. Lud. Rom. in consi. suo 152. qvod incipit, præsens accusatio ibi, circa finem consilii, prima qvia qvæ facit, &c.

B. PERUSINI CAUTELA XIIX.

§ Utrum principali delinqvente accusatus teneatur, si appareat assensisse.

DEcimoseptimo qværitur, accusator proponit plura in libello, ut puta accusat de pluribus delictis in casu præmisso, *prout dicitur & no. in* l. *qvod crimen*, & omnes accusatos proponit illud delictum commisisse, ut principales actores. Testes verò accusatoris dicunt aliqvos ex ecclesiasticis fuisse principales authores. Aliqvi dicunt accessores, puta auxiliantes seu factores. Qværitur nunqvid ex illo processu illi accessorii sint condemnandi, *Et primò videtur, qvòd sic. ff. ad l.* Jul. *de vi publ. l. Item mela.* §. *si plures*, ita qvòd pœna unius alterum non liberat, [illegible]*dixi suprà de qvæstio. circa senten. 3. q. 2.*

Econtra qvòd non: qvia qvalitas illorum delictorum non est probata secundum formam accu. qvia omnes sunt accusati ut principales, ergo non sufficit probare, qvod accessorii deliqverint: qvia qvoties duo principalia concurrunt, oportet utrunq; principaliter probari, ita qvòd nullum sit accessorium alterius. *ff. de solut. l. si duo rei. l. si res, & qvod dicitur & no. extra de qvæstionibus circa probationes. 3. q. 3. Et secundum hanc opi. multi fuerunt.* Erit ergo cautela, ut in accus. ponantur principalia principaliter, accessoria verò accessoriè per leges prædictas, qvod intellige, nisi plura ita ponantur, ut unum seqvatur aliud tacitè, vel consecutivè, qvia tunc pro uno reputantur. *ut ff. de nova. l. Stichum dari. §. fi. & l. seq. & extra. de constit. c. translato.*

B. CÆPOLLA CAUT. V.

§. Evadendi graviorem pœnam pro delicto.

SUMMARIA.

1. Præventio Pœnæ minoris procurata ut si procuraverit qvispiam, ut accusetur, non autem ut contra ipsum inqviratur, adhoc ut puniatur mitius, sibi non prodest.

 2. Vul-

2. Vulneratus ab aliqvo lethaliter, si ab alio occidatur, primus vulnerans de occiso non tenetur.

3. Vulnerans aliqvem primò, si ille vulneratus à secundo occidatur, de jure canonico, de occiso tenetur.

4. Advocatus instruens clientem, qvaliter debeat positionibus respondere, qva pœna puniatur.

QVando qvis delinqvit, qvòd in pluribus legibus diversis pœnis potest puniri, Cautela est, qvòd ipse habeat judicem amicabilem, qvi inqvirat minori lege, vel qvòd accusetur coram illa curia, vel judice, ubi imponitur mitior pœna *a* pro suo delicto, nam tunc nulla alia poterit puniri, *ut l. qvi de crimine. C. de accusa. ita not. dixit Ang. in d. l. qvi de crimine. in glo. in verbo, plurima. in lect. qvam fecit Perusii, & in dict. l. senatus. & idem tenet Salic. qvem omninò vide in dict.* l. *qvi de crimine. in 3. col. Ex prædictis capit reus consilium*: hæc tamen Cautela non poterit patrocinari delinqventi, si ipse delinqvens procurasset se accusari, vel inqviri contra eum in curia, in qva mitior pœna veniret pro delicto imponenda, ad hoc, ut majo-
1 rem pœnam evitaret, nam tunc talis præventio * minoris pœnæ nihil operatur. Idem, si qvis procuret accusari, ut non inqviratur. ita dixit dominus Ang. *in* l. *si servus plurium. in §. penult. si qvis ante, de leg.* 1. qvi dicit, qvòd hæc vidit fieri sæpenumerò. ad qvod adde, qvod dictum est in præ-
2 cedenti proxima Caut.* Qvidam tradunt mirabilem Cautelam, seu modum evadendi primum delinqventem, qvi aliqvem mortaliter vel lethaliter vulneravit. s. qvòd procuretur, qvòd occidatur lethaliter vulneratus ab alio, & sic excusabitur primus vulnerans etiam mortaliter, qvòd intellige, ut non teneatur de occiso, sed bene tenebitur de vuln. *& ad hoc allegatur text. in* l. *Mel. §. Celsus. &* l. *huic scriptura. §. fin. ff. ad* l. *Aq.* Sed dicit d. Fl. *in illo §. Celsus.* qvòd iste est modus perniciosus, & perniciosi exempli. & dicit, qvòd tale consilium non est attendendum, qvinimò nec locum habet, qvando certum est, primum vulnus esse mortale, tunc enim qvantumcunq; mors seqvitur, traheretur ad tempus vulneris, tanqvam habens ad illud necessariam conseqventiam. *ff. de dam. infe. l. damni §. Sabini. & videtur hoc probari per casum l. ita vulneratus. ff. ad* l. *Aq. & ita etiam*

d by Google

etiam te. d. Flo. in d. l. ita vulneratus. in prin. & idem gl. in d. §. Celsus. & d. Flo. in d. l. ita vulneratus. * Plus dicit, 3
qvòd in eo casu, qvo primus non tenetur de occiso, intelligitur de ju. civi. sed de jur. cano. secus, qvia primus semper tenetur ad hoc, ut pœnitentiam agat, *per gl. in c. signi. 2. qva incipit, eadem di. de ho.* Et adverte, qvia dixi *per l. ita vulneratus*, qvòd Cautela est, ut vulnerans aliqvem lethaliter, excusetur, qvòd faciat, qvòd amicus eum occidat maturius, qvia ipse excusabitur à pœna homicidii, *qvòd dicit Bald. in d. l. ita vulneratus per illum text.* qvòd Cautela non prodest, qvando primum vulnus esset mortale, secus si esset dubium, an esset mortale, vel non. & subdit Bald. qvòd pro tali consilio debet advocatus suspendi. * Facit ad 4
hoc, qvod dicit gl. de advocato instruente clientulum, qvaliter debeat positionibus respondere, *in c. 2. de conf. lib. 6.* Et tu adverte bene, qvia hæc distinctio non videtur esse bona, qvia videtur esse contra text. in d. §. Celsus. ibi, mortiferè vulneraverat. & contra text. l. huic scripturæ. §. fin ibi, vulnerans mortiferè. & l. sed si vulneratum mortiferè. Ex qvibus text. videtur plenè apparere, qvod licet primum vulnus esset mortale, si alius postea in totum examinet. qvòd primus non tenetur de occiso, sed de vulnerato, licet vulnus fuisset mortale & videtur contra Bald. & Flo. Sed tu distingvendo dicas: Aut primus vulneravit mortiferè, non tamen certum, an ex illo vulnere moriatur, vel non. sed est dubium, qvia apparet fortè ratione vulneris, vel qvalitatis instrumenti, vel alterius signi, qvòd de natura sua vulnus debebat esse mortale, & tamen hoc clarissimè non constabat: qvia omni modo debebat mori, qvia qvandoqve vulneratus etiam mortiferè in loco periculoso, propter bonam naturam, vel etiam custodiam, vel propter optimos medicos, liberatur, ut est casus de hoc in l. 1. §. fi. ff. ad Syl. ibi dum dicitur, erat mortiferè vulneratus, & tamen supervixit, qvia liberatus fuit. qvem tex. bene not. ad hoc. & isto modo loqvitur d. §. fi. ut primo vulneratus non teneatur de occiso, sed de vulnere, si ab alio fuit postea in totum examinatus. *& ita sentit glo. in d. §. fin. in l. huic scriptura.* Aut primus vulneravit ita lethiferè & mortiferè, qvòd manifestissimè constabat, vulneratum eum fuisse mortuum ex primo vulnere, ut qvia primi vulneris tempore vix spirabat, ita erat percussus. ita

Digitized by Google

etiam medici hoc affirmativè probant, qvòd nullo modo ex dicto vulnere cum tota peritia Galeni potuisset evadere, & tunc isto casu loqvitur d. l. ita vulneratus, videlicet qvòd primus vulnerans teneatur de occiso, qvod no. & menti tene.

ADDITIO.

a Mitior pœna.) *Pœna multiplicantur ex geminatione delictorum.* Bald. in l. qvicunqve. 4. col. de serv. fug. & in 7. col. *qvod est verum, si ministerio judicis est imponenda, secus si ipso jure.* Bald. in l. si qvis non dicam rapere. 5. col. de episcop. & cler. *Pœna iterata debet mitior imponi.* Alex. in l. senatus. de acc.

B. CÆPOLLA CAUT. I.

§. a Qvibus modis evadere qvis possit pœnam mortis propter commissum crimen.

SUMMARIUM.

1. In crimine læsæ majestatis omnis cautela liberandi aliqvem à morte propter delictum commissum, periculosa est.

NOta singulariter, qvòd si filius commisit aliqvod delictum sive crimen, puta, læsæ majestatis, & pater *b* ipsum offerat, sive exhibeat judici, filius non debet mori, nec est ita puniendus, sicut fuisset accusatus, & ductus per alium, *ut est text. no. in l. milites. agrum.* §. *desertorem. ff. de re militari. secundum Salic. in l. propter insidias. C. qvi accus. non poss.* & per illum textum Ray. de Forlivio ostendit aliàs esse consultum de facto in civitate Forlivii, & ita respondit. Ratio ibi erat talis. Filius interfecerat unum, ex qvo veniebat decapitandus, & pater propria auctoritate cepit filium, & duxit ipsum ad judicem, utrum sit decapitandus? Et concludit, qvòd non, *per illum text.* Adde tu similem tex. *in l. qvicunqve uno. §. qvi filium, eod. tit. de re mil.* Et in civitate Fruxinii Paul. de Castr. ita consuluit: Cùm qvidam mercator veniret de Alemania, interrogavit eum de qvibusdam dubiis, inter qvæ erat istud: Qvidam filius comitis Palatini commisit crimen læsæ majestatis, pater propria auctoritate ipsum præsentavit Imperatori: dubitatur, nunqvid esset decapitandus, & consuluit Pau. de Cast. qvòd non, & movebatur auctoritate Ray. & Salic.

Salic. & qvando ille mercator rediit, dixit, qvòd Imperator viso consilio voluit ipsemet videre text. qvo viso, eum liberavit à pœna mortis, relegando eum per decennium. *ita dicit Paul. de Castr. in d. l. propter insidias. C. qui accus. non poss.* qvod singulariter tene menti. Qvid si pater vidit filium commisisse delictum capitale, & sperat judicem velle seqvi illa jura, qvòd ipsemet pater offerat eum judici vel superiori? * Tamen ista Cautela est periculosa in cri- 1
mine læsæ majestatis, licet Imperator prædictus observaverit, est tamen utilis, si occurreret ei casus, sicut fuit in Pau. & Rayn. qvod nota bene, & tene menti.

ADDITIO.

a Cautela.) *Cautela congrua quæ dicatur,* vide Paul. de Castr. consil. 136. in fin. *Et cautela superflua non nocet.* l. testamentum. C. de test. ubi Bald. in 3. not. l. si pupilli. §. item si procuratori. per Bart. in 1. col. in versicu. & sic not. ff. de neg. gest.

b Pater.) Adde Spec. de tutor. in §. fina. versic. item excipitur. *Et pater est melior amicus, quàm habeat filius.* Bald. in cap. per tuas, de proba. *Et pater potest defendere filium in causa criminali, ut pater, non ut procurator.* Bal. in l. si cui. de accus.

T. FERRATUS CAUT. XXIII.

§. Ad liberandum aliqvem à morte.

SUMMARIUM.

1. *Votum, sicuti aliæ res, regulariter dependet à voluntate & conscientia nostra.*

BArtho. Cæp. prin. suarum Cautelarum, conatus fuit dare qvasdam Cautelas ad evadendum aliqvem à morte, qvas non expedit referre: qvia ibi possunt videri, & qvæ similiter non tango, an sint juridicæ, vel non, qvib. adde unam, qvòd si habes amicum incarceratum, qvi vel de jure communi, vel ex forma statutorum debet mori, si vis, qvòd iste tuus amicus non possit per judicem secularem puniri, non solùm ad mortem, sed nec etiam ad aliqvam aliam pœnam, sed qvod talis causa extrahatur de manu judicis secularis ad judicem ecclesiasticum, cui est interdictus gladius sangvinis, *ut c. cle. & c. sententiam sanguinis. ne cle. vel mo.*

a *mo. & cap. ex literis. de exc. prael.* Cautela est, ut facias, *a* qvòd incarceratus dicat, qvod anteqvam commisisset illud delictum, propter qvod fuit incarceratus, fecerat votum clericatus intrandi religionem, & qvòd nunc vult voto satisfacere, qvia hoc modo per judicem secularem, tanqvam persona ecclesiastica, non poterit puniri, tanqvam qvod votum trahatur retro. ita no. dicit Jas. *in* l. *cum qvadam puella. in* 12. *col. ff. de juris. om. jud. allegans illud fore singulare d. Bal. in* l. 1. *Cod. an ser. ex suo facto.* subjungens, qvòd tale dictum est multum notandum, qvia posses qvem in practica à morte liberare, & tanto magis secundum eum, qvia staretur dicto suo, an emisisset votum ante commissum

1 delictum, prout statur regulariter de aliis rebus, * qvæ dependent à voluntate, & conscientia nostra, *juxta gloss. vulgatam in* §. *alia Instit. de act. & gloss. in cap. significasti. el secundo. de homi. Bart. in* l. *interdictum.* §. *qvi furem. cum suis concor. ff. de fur.* Et in effectu Cautela si est vera, est singulariter notanda, qvæ suo loco & tempore posset tibi afferre, & honorem, & utilitatem: qvia ubi vertitur pœna sangvinis, eò confluunt pecuniæ, ut verbis utar Imo. *in* l. *pen.* §. *ad crimen. ff. de publ. jud.* tamen est verum, qvod Bal. *in dict.* l. 1. *C. an servus ex suo fac.* super qvo solo fundat se d. Jas. aliter loqvitur, qvàm ipse eum referat, propterea cogita, an istud suum dictum sit verum.

ADDITIO.

a Qvod in c.) *Qvid si laicus commiserit delictum, & formata in eum inqvisitione, vel secuta condemnatione, efficiatur clericus, vel religiosus, an per talem mutationem fori impediatur judex secularis eum punire? dic qvòd non.* per Bart. & alios in l. 1. ff. de pœ. & in l. cùm qvædam puella. hic allegata. *facta tamen prius degradatione à judice ecclesiastico, nisi fecisset votum nunqvam delictum committere, ut hic, sed non est Cautela tuta, nec hodie servarent hanc judices nostri temporis*, vide Jas. in dict. l. cum qvædam puella, ubi ultro. ff. de jurisd. om. jud.

B. CÆPOLLA CAUTELA II.

§. Liberandi aliqvem à morte justè damnatum, & qvaliter executio sententiæ alicujus ad mortem condemnati, differri possit.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Executio alicujus, qvi ad mortem ducitur, propter maximam & perfectam peritiam alicujus artis, vel respectu roboris, differri potest.*
2. *Executio alicujus, qvi ducitur ad mortem, differri potest, si de graviori crimine accusetur: ex qvo gravior pœna imponenda venit.*
3. *Executio alicujus ad mortem damnati differri potest, si judici protestatum fuerit, qvòd ipse reus alicujus apothecæ, vel mercantiæ rationem reddere tenetur.*
4. *Executio ad mortem damnati differri potest, si à sententia contra eum lata, appelletur.*
5. *Executio capitalis differri potest, qvandocunq; superior mandet reum severiori pœna puniri.*
6. *Prælati verè miseri in multis casibus literis Papæ obedire non debent.*
7. *Interficiens aliqvem decapitari non potest, si se furiosum vel amentem fingat: nisi de furoris fictione constiterit.*
8. *Maleficium committens, si pœnam evadere voluerit, clericus efficiatur.*
9. *Executio capitalis contra mulierem prægnantem fieri non debet.*
10. *Mulier malefica prægnans si pepererit, & non reperiatur, qvi puerum nutrire voluerit: an executio aliqva contra ipsam fieri debeat.*
11. *Decuriones civitatis ad mortem condemnari non possunt, nisi priùs præses, vel prætor principi vel superiori rescribat.*
12. *Statutum si dixerit, qvòd homicida decapitetur, & aliqvis per culpam sine dolo aliqvem interficiat, mitius puniri debet.*
13. *Statutum si dixerit, qvòd occidens occidatur, non*

 habet

habet locum nisi, qvis dolosè & ex proposito occiderit.

14. *Statutum si dixerit, qvòd si qvis condemnetur ac pœnam pecuniariam, & non solverit intra mensem decapitetur, locum non habet, ubi delictum non dolosè commiserit.*

15. *Statuto si pœna manus vel membri imponatur, quo casu judex dispensare possit.*

16. *Sententia condemnatoria contra inqvisitum vel accusatum si differri debeat, testes de falso accusari debent.*

17. *Judex si sub conditione condemnaverit, puta si non apparuerit, testes falsum dixisse, sententia condemnatoria impediri potest.*

QVando aliqvis ducitur ad justitiam, vel patibulum, procuretur, ut ducatur per viam, unde transitum faciat ailqvis Cardinalis: nam si obviam fiat aliqvis Cardinalis dicto ducto ad mortem, ipse reus condemnatus liberabitur, habent enim Cardinales de consvetudine vel privilegio, ut possint ad mortem condemnatos, eis obviando, liberare. ita vult. not. Bald. *in l. addictos Cod. de appellat. qvem seqvitur Pau. de Castr. ibi*, qvi dicit, qvòd istud fit ponendo capellum suum super caput ejus, qvi ducitur ad mortem. & dicit, qvòd ita de facto servatur, & ideo tu posses esse cautus, qvando aliqvis esset condemnatus ad mortem, ut procures, ut qvidam Cardinalis sibi obviam fiat, & super caput ejus capellum ejus imponat, qvia hic à morte liberatur. Sed dominus justitiæ, si hoc vult evitare, debet esse cautus, ne duci faciat condemnatum per loca, in qvibus obviari possit
1 aliqvis Cardinalis. * Propter maximam & perfectam peritiam unius artis, vel respectu roboris, differri potest executio alicujus, qvi ducitur ad mortem. *l. ad bestias. ff. de pœn.* unde formo tibi istam qvæstionem. Sententia est lata contra qvendam, vel contra aliqvem, qvi esset alicujus fortitudinis, vel roboris, & esset multum utilis civitati. Judex vult mandare sententiam executioni, scis etiam, qvòd ab executione sententiæ non possit appellari, nec de-

bet executio differri. *ff. de appell.* l. *ab executione.* & *l. ab exceptione. C. qvorum appell. non reci.* isto casu per ejus artem, vel fortitudinem egregiam poterit populus suspendere executionem. Nam unus de populo potest ire ad judicem, & dicere: Iste est sapientissimus & egregius in arte sua, de qvo tota civitas indiget, non interficias ipsum, tunc judex debet suspendere executionem, donec principem vel superiorem consulat. *est tex. in d. l. ad bestias.* & *ita tenuit Ludo. de Ros. in suo singul.* 471. *qvod incipit, Tu Senensis. pro hoc vide qvod not. Nicol. de Neap. in* l. *hoc accusare.* §. *penul. ff. de accus.* qvod verum intellige, cùm talis condemnatus esset aliqva persona in magna dignitate, *ut est casus not. in* l. *pen. ff. ad legem Corn. de sicar.* qvæ omnia vera intelligo, nisi fortè tumultus aliter sedari non posset: nisi condemnatus interficiatur, qvia tunc non obst. qvòd sit in dignitate, vel magni artificii, vel maximæ fortitudinis, tamen poterit inconsulto principe interfici, & *hoc per tex. in dicta* l. *pen. ff. de sicar. in fi.* Item intelligo prædicta vera, nisi condemnatus esset latro manifestus, vel seductor præruptus, qvia tunc poterit fieri executio mortis, & postea ad principem consuli. *per* l. *si qvis filio exhaeredato.* §. 3. & *in* §. *hi autem omnes. de injusto testam.* *Pro condemnatis Cautela est, ut eorum executio differatur, videlicet qvòd accusentur de graviori crimine sive delicto, ex qvo venit gravior pœna *a* imponenda, *ut est casus in* l. *prima.* §. *fi. ff. ni. no. appe. pend.* & *hoc tenuit Bal. per illum tex. in* l. *secunda.* §. *fi. ff. de cust. reo.* & *Lud. in notabilibus. in* 441. *in singulari, qvod incipit, suscipe unam cautelam.* *Si vis differre mortem alicujus ad mortem condemnati, cautela est, qvòd tu dicas, qvòd ipse tenetur tibi reddere rationem alicujus apothecæ, vel mercantiæ, vel alterius debiti, qvia hoc casu debet differri executio, donec reddiderit rationes, casus est ad literam in lege prima *C. de bon. proscrip.* & ibi hoc not. Ang. qvi dicit, qvòd illa lex decidit, qvòd volens differre executionem condemnati ad mortem, ut ejus gratiam conseqvatur à superiore, debet habere istam Cautelam, videlicet protestari præsidi vel pontifici, ut non exeqvatur, eò qvia condemnatus est sibi obligatus ad reddendam rationem, nisi primò reddiderit: & petat sibi super hoc terminum assignari. dicit tamen, qvòd hoc

2
a
3

hoc de consvetudine non servant judices, licèt de jure ita sit. *& pro hoc facit tex. in* l. *servo legato. §. pen. ff. de leg. primo. & ita etiam tenuit Lud. in* l. *Pomp. scribit. ff. fami. herciscund.* & credo, qvòd ibi non esset observatum contrarium, qvia hoc non fuisset petitum, qvod etiam de jure hodie debet observari, qvia regulariter non tollitur per desvetudinem, sed per contrarium usum, *ut habetur per Cy. & Dd. in l. fi. C. de jure do. & per glo. & Dd. in proœmio Instit. §. primo. & hoc etiam vide per dominum meum in* l.
4 *si cogniti. C. de neg. gest.* * Potes adhibere & aliam Caute-
b lam *b*, ut executio differatur, videlicet qvòd à sententia contra reum lata appelletur, qvod de jure regulariter fieri potest, *ut no. in* l. *& in majoribus. C. de appell. & in* l. *non tantum ff. eodem tit. & c. de appellationibus. ext. eod. tit.* nam si condemnatus ducitur ad locum justitiæ post appellationem interpositam: tunc solummodò duci non poterit, qvia officium ejus conqviescit, qvando appellatur à diffinitiva, & ejus manus sunt immediatè ligatæ, sed etiam poterit eximi de manibus familiæ per qvoscunq; appellantes sine pœna, & licitè. *ita singulariter dicit Ang. in* l. *ad doctos. C. de appellat. & Imo. in capit. si qvando. in vers. resistere. extra. de offi. deleg. & idem tenet Ang. de Aret. Instit. de actio. §. pœnales. in ver. adde, qvòd eximens captum,* qvòd intelligit verum, nisi condemnatus esset latro manifestus, vel seductor præruptus, *ut in* l. *si qvis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. de injusto testam.* nam iste tex. etiam loqvitur, qvando esset appellatum. *facit qvod no. Inn. & alii Dd. in cap. primo. de consti. & idem no. Bal. in* l. *addictus. C.*
5 *de episc. audientia.* * Notandus est alius casus, in qvo potest & debet licitè executio capitalis differri, qvando scilicet princeps vel superior mandet qvem puniri severiori pœna, qvàm sit ejus consvetudo: nam tunc non debet fieri incontinenti executio, sed debet differri per triginta dies, *ut est casus in* l. *si vindicari. C. de pœna.* per qvem text. dicit ibi Ang. qvòd non est parendum rescripto principis in ferendo sententiam, nec in executione pœnarum, cùm rescriptum duriorem pœnam contineat. Sit ergo cautus assessor, ut non faciat trucidari in curru ad decapitandum bulectrinum domini, vel civitatis regis: imò debet resistere omni modo honesto, & duritiam hanc differre per tempus prædictum tri-

triginta dierum, & si postea exeqvatur, non peccat, *& pro ista dilatione vide tex. in c. si qvando. de rescript. & vide glo. in Auth. de mandat. prin. §. deniq; versi. nunciandum colla. 3.* qvæ nota * contra miseros prælatos, qvi timent li- 6
teras Papæ, & non audent reclamare, qvod facere non debent, *& vide gl. in verbo, Noscatis. ad finem. de const.* l. *6. c. 1. & gl. 2. in capit. extra. de fil. presb. ad qvod not. Ang. in Auth. ut determin. sit num. cler. col. 1. & Flor. in* l. *qvarta. §. sed si qvis jud. ff. fi. regund.* * Est & alia Cautela, ne ille, 7
qvi interfecit hominem, vel aliud delictum commisit, decapitetur vel moriatur, qvod fingat se furiosum *c* vel amen- c
tem, qvia tunc non poterit puniri criminaliter, etiam de delicto commisso ante furorem; *ut no. Bal. & Jac. de Alva. in c. 1. an ille qvi interfec. frat. domini sui in usib. feud.* & propterea est, qvòd dicitur stultitiam loco pœnæ sumere, qvòd inde procedit, nisi appareat de fictione furoris, *ut est text. in* l. *observare. ff. de cura furio. & in* l. *divus. de offi. præsid. & vide qva dicam in seqven.* * Si qvis commisit aliqvando 8
maleficium, & vult evadere aliqvod judicium seculare, Cautela est, qvòd efficiatur clericus, qvia si aliqvis lite pendente, tempore executionis reperitur clericus, *d* Judex secula- d
ris non poterit facere executionem, cùm sit in effectu res sacra. *& ita dicebat* Jo. *de Deo in suis cavillationibus, 5. no.* Jo. *And. & Doct. in cap. primo. de ob. ad ratiocin.* sed Jo. And. ibi tenet contrarium, videlicet, qvòd si qvis laicus deliqverit, & postea est effectus clericus, poterit per judicem laicũ puniri, & ita fuit observatum Bononiæ in uno, qvi veniebat decapitandus propter sua delicta, qvi volebat se facere fratrem, & mortem evitare, & nihilominus fuit decapitat9. *ita dicit Zab. in c. perpendimus. extra. de senten. excommu. de qva qvæstione vide plenè per Bart. & Doct. in lege prima. ff. de pœn. & in lege prima. Cod. an servus ex suo fac. & in* l. *officialis. Cod. de episc. & cleric. & per Ang. in* l. *denunciasse. §. qværitur. in fin. ff. de adult. & Dyn. & Nico. de Neapo. in* l. *idem* U*lpian. ff. de execu. tuto. & per Cyn. in Authent. causa qva cum. Cod. de episcop. & cleri. & per* J*oan. Andr. & But. & omnes Docto. plenè in dicto capite primo de oblig. ad ratiocin. & per gloss. in dicto. cap. perpendimus. in repetitione sua.* * Non debet fieri exe- 9
cutio pœnæ capitalis contra mulierem prægnantem, nec etiam

etiam debet torqveri. *text. est in l. pragnantis. ff. de pœn. & in leg. imperator Adr. ff. de statu hom. & not. gloss. in leg. negat lex regi. ff. de mor. infer.* & idem habet locum in ancilla, *secundum gloss. & Docto. in l. Imperator.* qvia est eadem ratio, si partus pereat. Idem si deberet pati aqvillationem seu amputationem membri, *secundum Bartol. in dict. l. Imperator.* Idem si deberet deportari vel confinari, si partus ex hoc detrimentum pateretur, *secundum Gvil. de*
10 *Cu. & Bart. in dicta l. Imperator. in fin.* *Sed dubium est, qvid si pariat, & non reperiatur, qvi puerum velit nutrire. Dic, qvòd si non reperiatur propter defectum pecuniæ, qvia non est, qvi velit nutrici solvere, & nutrix non reperitur gratis, tunc debet nutrix solvi de publico, ne executio differatur. *argu. l. 1. C. qvib. ex caus. ser. pro pret. liber. reci. & l. lex Cornelia. ff. ad Syllan.* Et si non reperitur nutrix propter defectum personæ, tunc debet servari mater ad nutriendum, donec nutrix reperiatur, qvia eadem ratio est in conservando eum, qvi erat in ventre. *argumen. l. secundum hæc. §. sin autem. ff. de Carbo. edic. & ita tenet Oldra. & dicit, qvòd ita fuit observatum Padua secundum Bart.*
11 *qvi ita notat, in dicta l. pragnantis.* *Decuriones civitatis non possunt ad mortem condemnari, nisi prius præses vel prætor rescribat principi, vel superiori, *ut est text. in l. divi fratres. §. primo. ff. de pœn. ubi est text. & ita dicit Mar. Sylla in suis qvæstionibus, in qvæst. qva incipit, decuriones. Sed tu adde similem text. in l. 2. §. 1. §. de bon. eo. qvi sibi mort. consc. & in l. prima. §. simili modo. qvando appella. rescin. & in l. si qvis. filio exhæredato. §. ejus. ff. de injusto testam. & in l. qvi cadem. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* nisi aliter tumultus sedari non posset in populo, *ut dicitur in dicta l. qvi cadem. & nota. gloß. in dict. §. simili modo.* & hodie decuriones dicuntur consiliarii civitatis, *ut est gloß. in Rubr. de decurio. lib. 10. & gloss. in l. sed & ex. in versic. decurionum. ff. de dolo. & not. per Bar. in lege prima. ff. de assesso.* & illud, qvod dictum est de decurionibus seu consiliariis, etiam procedit in principalioribus civitatis, *ut est text. in l. divi fratres. §. fi.* ubi pulchra in hæc verba scribit textus, si qvis ex principalioribus alicujus civitatis latrocinium fecerit, aliudve facinus, & capitalem pœnam meruisse videatur, vinctos eos custodies, & mihi scribes

by Google

bes & adjicies, qvid qvisqve commiserit. & hanc Cautelam nota, per qvam poteris differre executionem alicujus damnati, qvi sit consiliarius: sive de principalibus alicujus civitatis, ad qvod adde, qvod dictum est suprà. *Si statutum 12 dicat, qvòd homicida decapitetur, & aliqvis per culpam sine dolo interfecit hominem, assessores ignorantes consveverunt dicere, qvòd non debemus distingvere, sed simpliciter stare statuto: & à verbis statuti non recedere, qvia non inspicitur animus, sed factum, *ut lege prima. §. divus. ff. ad legem Cornel. de sicar.* Bald. verò tenet contrarium *in l. data opera, qui accusare non pos.* aliàs seqveretur, qvòd de homicidio capitali, qvis deberet decapitari, qvod est contra communem æqvitatem, & ita pluries consului, & à morte aliqvos defendi; & tene menti. Nam qvidam mortis tempore potius ex lascivia, qvàm ex dolo projecit qvendam lapidem, & percussit, qvi mortuus est, consului, qvòd deberet minus & mitius puniri, scilicet pecuniariter, vel fortè data gratia banno, pro tempore. *Ista sunt notabilia verba Pauli de Cast. in lege prima. Cod. ubi sena. vel clari.* Et adde tu, qvod idem tenet gl. qvando delictum est comissum per lasciviam. *in l. & si severior. in §. certum. ff. de his, qui notan. infam. & ibi Bald. hoc etiam tenet.* Pone istud exemplum de illo, qvi currebat cum eqvo, & interfecit aliqvem, qvòd non debeat ad mortem condemnari. & vide, qvod dicam in seqventi. * Si statutum imponat pœ- 13 nam personalem pro homicidio, puta, qvòd occidens occidatur. Dic, qvòd nisi occidat dolosè, & ex proposito non habet locum pœna illius statuti, sed debeat alia mitius puniri. & pro hoc allego, qvod nota. Bart. in l. qvicunqve. *Cod. de serv. fugitiv.* ubi dicit, qvòd ubicunqve de pœna capitali vel corporali loqvitur, subintelligitur dolus. *ff. de in litem jurando. l. 1. & in l. in actionibus. & Instit. de suspe. tutor. §. suspectus.* secus in pecuniariis pœnis, *ut Cod. de noxa. act. l. si servi. & idem tenet Salice. in l. penultim. Cod. ad legem Corneliam de sicariis, & idem tenet Paulus de Castr. in l. 1. C. ubi sena. vel clariss. & dixi suprà in proxima cautela, & vide ad hoc, qvod not. Bald. in leg. non dubium in sexta columnn. in principio. in versiculo, eodem modo si statutum diceret. Cod. de legibus. & vide Salicet. in lege secunda. Cod. de noxa. Angel. de Aret. Institut.*

tut. de jure natur. gent. & civili. §. jus autem civile. in decima column. versic. prædicta inducentur ad multas qvæstio. & vide Paulum de Cast. *in lege prima. in fin. ff. de*
14 *legibus.* qvi dicit, * qvòd idem, si diceretur in statuto, qvòd si qvis condemnatur ad pœnam pecuniariam, qvam si non solverit intra mensem, decapitetur. si non occiderit dolosè, non debet decapitari, licèt non solverit, & signa hoc perpetuò menti, qvia ignorantes Judices maleficiorum servant statuta ad literam, prout jacent, sive commiserit dolosè, sive non: nam potest evadere multos per auctoritatem Baldi, qvi hoc dicit *in l. data opera. Cod. qvi accusare non pos.* qvia assessores & judices nisi viderint auctoritatem scriptam, nesciunt à verbis statuti recedere. & istud teneat, ut etiam dixi in præcedenti Caut. licet Anto. de Rosel. *in capitul. cognoscentes. de constitu.* ibi dicat contra casum ab aliis in contrarium allegatum, sed non dicit
15 verum, qvia ille textus non probat. * Si per statutum pœna manus vel membri imponitur, & Judex debet punire puerum vel senem, potest dispensare, non tamen cogitur, nec poterit appellare. *ita dicit Bald. in l. qvicunqve. Cod. de serv. fugit. argumen. l. qvi posthumos. in ratione illius litera. ff. ad Syllan.* qvod nota, ut scias liberare puerum, vel senem ab amputatione membri. *pro hoc vide textum in l. auxilium. §. in delictis.* ibi, nisi qvatenus interdum misefatio ad mediocrem pœnam Judicem perduxerit. *& ibi gloss. in verbo, miseratio. ff. de mino. vide gloss. ordina. in dict. leg. qvid ergo. in §. pæna gravior. in vers. onerasset. in princip. ibi,* sed in ipsa sententia potest minuere ratione forte senectutis vel juventutis. *ff. de his, qvi notan. in-*
16 *fam. & ibi hoc nota. per Bartol. & Doctor.* * Ad hoc ut differatur sententia condemnatoria contra inqvisitum vel accusatum, cautela est, qvòd accusentur testes, & producens eos de falso, qvia si testis convincitur de falso, planum est, qvòd inqvisitus vel accusatus non commisit illud delictum, *ut l. prima. Cod. qvi accusa. non poss.* Sed ut refert Salicet. *in l. si docueris. Cod. de falsis.* Plures Bononienses consuluerunt, qvòd etiam ex sola accusatione testium differri debet sententia condemnatoria, qvia si esset lata per falsos testes, retractaretur, *ut Cod. si ex fals. instrumen. l. tertia.* cautius tamen est, utrumqve accusare, scilicet testes

stes & producentem, & si verba statuti essent ita stricta, qvòd differri non posset sententia condemnatoria, consuluerunt dicti Doctor. Bononienses, * qvòd judex condemnet sub conditione, si non apparuerit testes falsum dixisse. *argumen. eorum, qvæ not. in l. cùm judex. Cod. de sentent. & interloc. omn. judic.* qvæ omnia not. ad impediendam sententiam condemnatoriam, vel ejus executionem, *secundum Bald. in lege prima. Cod. de qvæstio.* per gloss. ibi, limitat hoc verum esse, si accusarentur testes necessarii ad probationem, secus si sunt alii, qvi sunt ultra numerum illorum, qvi probaverunt, qvòd per accusationem illorum non retardaretur processus, neqve criminalis, neqve civilis. *& not. Angel. de Aret. in suo tractatu maleficiorum, in glo. in versiculo, comparent dicti inqvisiti in termino defensionis, in qvinta col. in vers. qvod si dicat testis. de hoc vide text. cum gloss. & ibi nota. in l. 1. in fine. ff. qvemadmodum testamen. apert.* & prædicta procedunt, nisi appareat de calumnia accusantis, videlicet qvòd faceret animo differendi sententiam vel ejus executionem, ut nota. in dictis juribus. 17

ADDITIO.

a Gravi pœn.) *Gravis vel gravior pœna, qvæ dicatur in statutis vel legibus.* gloss. in l. prima. C. ne li. si. sal. not. in l. 1. C. de eman.

b Adhibere aliam Caut.) *Cautela superflua facit præsumi dolum.* Bald. in l. testam. C. de testa. in 3. not. per l. si qvis sub conditione hæres. de conditio. instit.

c Furiosum.) *Furiosus non tenetur de delicto vel homicidio commisso etiam ante furorem, ut ex eo possit criminaliter puniri, nisi constaret de simulatione furoris.* l. observare. de cu. fu. l. divus. de offic. præsi. & Bart. in l. congruit. eo. tit. & Bal. in l. furiosum. C. qvi testa. fa. pos. *& est verum. etiamsi ante furorem. fuit condemnatus*, secundum Bart. in l. ex facto. 6. column. versic. qvintò reqviritur. de vulg. & pup. & per Alex. in l. Fulcinius. §. adeò. *sed ejus bona confiscantur.* secundum Bal. in d. l. furiosum. *Furiosus si culpa sua factus est, & delinqvit, non excusatur.* Card. in Cle. 1. 6. q. de homicid.

d Clericus.) *Clericus factus post delictum, non tamen condemnatus, non punitur per laicum, sed per episcopum,*

Digitized by Google

nisi in fraudem clericaverit, qvod præsumitur, si post accusationem factus est clericus, Oldra. consilio qvarto. & Cardin. in Clemen. 1. 9. q. de censi.

A. BLANCUS CAUT. I.

§. Cautela liberandi condemnatum à morte, aut ut executio differatur, idem penè dicit, qvod superior cautela.

SUMMARIA.

1. *Damnati ad supplicium non sunt vi eximendi.*
2. *Cardinales ad mortem condemnatos eis obviando liberare possunt.*
3. *Baptismus liberat Judæum à morte.*
4. *Baptismus liberat ab omni pœna corporali qvoad mundum.*
5. *In arte valde perito, vel forte civitati utili, parcendum est.*
6. *Damnati ad mortem executio differtur, si accusatur de majori crimine, ex qvo pœna major venit imponenda.*
7. *Executio differtur damnati ad mortem, donec ab eo reddatur ratio administrationis.*
8. *Executio damnati ad mortem differtur appellatione interposita.*
9. *Pœna imposita reo severior, qvàm sit consvetudo, judex usq; ad 30. dies differre debet.*
10. *Prægnantis mulieris damnatæ pœna differtur, donec pariat.*
11. *Executio sententiæ differtur, si testes & producens accusatur de falso, usqve qvo cognitum fuerit.*
12. *Testibus convictis de falso sententia retractatur.*

1 DAmnati * ad supplicium ducti non sunt per aliqvem vi eximendi, *l. addictos. C. de appellationibus.* * Dan-
2 tur Cautelæ, ex qvibus aut liberatur à morte, aut executio differtur, liberatur à morte, si dum ad supplicium ducitur, obviasset Cardinalem, qvi posuisset capellum suum
3 super ejus cap. *ita Capol. in Cautela 2. in princ.* * Item etiam

Digitized by Google

etiam liberatur, si esset Judæus, qvi dum ob delictum ad supplicium duceretur, petiit se fieri Christianum, & revera se Christianum fecit. *ita post multa Tho. Ferra. in Cautela 24. Versi. tu autem Judae.* * hac ratione, qvia bapti- 4
smus habet tantam efficaciam, & tantam virtutem, qvòd non solum liberat hominem ab omni pœna spirituali, qvoad Deum, verùm etiam ab omni corporali, qvoad mundum, *& allegat ad hoc gloss. in c. sine pœnitentia, de conse. distin. 4. cum aliis.* * Executio sententiæ differtur, si ad 5
supplicium ductus est valde peritus in aliqva arte, vel fortis, & esset multum utilis civitati, tunc judex ad reqvisitionem unius de populo, executionem suspendere debet, donec principem vel superiorem consulat, *l. ad bestias. ff. de pœn. ita Capol. in dicta Cautela. 2. in princ. qvod intellige & limita, ut ibi per eum.* * Item etiam differtur, si accu- 6
satur de majori crimine, ex qvo major pœna venit imponenda. *ita text. in* l. 1. *§. fi. ff. nil. no. app. interpo.* * Si qvis 7
dicat, qvòd condemnatus rationem sibi reddere debet alicujus apothecæ, vel mercantiæ, vel alterius debiti, tunc executio retardatur, usq; qvo computa fiant. *ita dicit tex. in* l. 1. *C. de bon. proscript.* * Differtur etiam executio, si ap- 8
pellatio fuerit interposita, qvæ qvidem appellatio à jure admittitur, & ipsa pendente, nil debet novari, *ut dixi suprà.* * Si pœna fuerit imposita reo severior, qvàm qvòd sit 9
consvetudo, tunc debet differri per 30. dies, *l. si vindicari. C. de pœn.* * Si esset mulier, & esset prægnans, sententiæ 10
executio differtur, usqveqvo pariat, *l. prægnantis. ff. de pœn. l. Imperator Hadrianus. ff. de stat. ho.* * Si testes & produ- 11
cens fuerint de falso accusati, tunc sententiæ executio differtur, usqveqvo cognitum fuerit. * qvia si testis convin- 12
citur de falso, clarum est, qvòd imputatus delictum non commisit, l. 1. *C. qvi accus. non pos.* & sententia ipsa retractaretur, l. 3. *C. si ex fals. instrum. & de iis omnibus videas per Capol. in dicta Cautela 2.*

R. FICHARDI CAUT. XVII.

§. Pro condemnato ad mortem, ut differatur executio.

SUMMARIUM.

1. *Executio differtur propter redditionem rationis à condemnato faciendam.*

PRo singulari Cautela ad differendam mortem alicujus amici ad mortem condemnati, tradit Petr. de Raven. *in singular.* 552. ut qvis compareat coram judice, & dicat:
1 ille condemnatus * gessit qvædam mea negotia, nec adhuc reddidit rationem, peto igitur, ut differatur executio ad octo dies, ut interim possit reddere rationem. Et qvòd judex non debeat hoc denegare, *probat ex l. prima. Cod. de bon. proscrip. & per Bartol. in l. interdum. ff. de public. Jud. cui tu adde Cyn. & Bald. in dict. l.* 1. Et per talem dilationem dicit, qvendam in Italia evasisse pœnam furcæ, qvia interea supervenerint literæ ad Principem illius loci, ut in gratiam alterius principis dimitteretur. Et licet Marc. Mantua. *in Apophthegmat.* 380. sentiat illam Cautelam, nec veram, nec utilem. Non veram, qvia judex non teneatur illi petenti credere, non utilem, qvia per eam pœna non auferatur, &c. Tamen pro confirmatione Cautelæ responderi potest, si petens offerret se ad probationem, atqve etiam probaret, tunc certè tenebitur judex credere petenti, & ita vera manet Cautela. utilis verò fieri potest per accidens, si non semper, tamen aliqvando, ut patet per dictum exemplum Petri Rave. qvis enim negaret, illi condemnato Cautelam hanc non fuisse utilem? Nec me movet, qvod addit ibid. Mant. Executionem velocius fieri debere, ut damnatus reddatur suæ pœnæ. videmus enim aliqvando etiam innocentes condemnari, maximè à Principibus iratis, & tempore bellorum.

DE APPELLATIONIB. ET RESTITUTIONIBUS. Titulus XVI.

R. FICHARDI. CAUT. LXX.

§. Pro reo criminali, ne privetur beneficio appellationis.

QVOTIES sententia fertur contra aliqvem, tanqvam notorium, non licet ab ea sententia appellare, etiam ne de jure Canonico qvidem. *cap. cùm sit Romana. §. fi. extr. de appel.* qvia pronunciatio in notoriis judiciis non est propriè sententia, sed qvædam juris executio, à qva non appellatur, *In... in c. ex parte 1. de verbor. signif. Roma. cons. 342. Decs. in c. cum speciali. §. porrò. in prin. de appel.* Ne igitur reus (qvem vulgò inculpatum vocant) illo beneficio appellationis privetur, Cautela est, ne permittat

u

ut contra se tanqvam notorium delinqventem, procedatur, alioqvin enim, si secundum Processum fortè similiter ut notorius condemnaretur, non liceret ipsi appellare. semper igitur contradicat allegatæ notorietati, & ita (nisi de ea convictus) non poterit tanqvam notorius condemnari, & salvum retinebit appellandi beneficium. Hanc Cautelam tradit Cæs. Contard. *in l. unic. C. si de moment. poss. fue. appel. limitat. 3. nu. 47. allegans Card. Alex. in dict. c. cum sit Romana. col. 3. & Hipp. in l. unic. num. 142. C. de rapt. virgin.*

A. BLANCUS CAUTELA VI.

§. Ad restituendum minorem in delictis.

SUMMARIA.

1. *Restitutio in delictis non conceditur.*
2. *Minor habet beneficium resti. adversus ejus negationem.*

IN* delictis non conceditur restitutio, *l. auxilium. §. in delictis. ff. de minori. & l. 1. C. si adversus delict.* Minor si negaverit, propter qvam negationem pœna crescat, vel amisisset beneficium confessionis, & condemnatus fuerit, nam licèt contra sententiam non possit petere se restitui, attamen adversus negationem se restitui postulet, beneficium confessionis habebit. *l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minorib. & ita dicit* Jo. *Duran. in Caut. 59.*

DE BONIS DAMNATORUM.
Titulus XVII.

R. FICHARDI CAUT. LXXXVI.

§. Pro Timente, ne fortè bona sua aliqvando Fisco applicentur.

SI qvidem confiscatio bonorum hodie (maximè in qvibusdam regionibus, sub specie hæreseos, vel rebellionis) in tam freqventem usum venit, ut etiam viri boni, propter falsas calumniatorum delationes, qvibus nunc reges & principes facillimè credunt, vix tuti esse possint, maximè verò ditiores, & qvi non curant gratiam Parasitorum aulicorum, nolui omittere optimam illam Cautelam Catel. Cottæ, in Memoralib. suis, sub verb. donatio causa mortis facta à marito. ubi dicit, qvod talis debeat facere donationem causa mortis uxori suæ. Talis enim dona-

Digitized by Google

donatio valet, & morte confirmatur, etiam civili, ut Banno, vel exilio. per tex. in l. sed si mors. ff. de don. inter virum & uxorem, qvi ad hoc est singularis, secundum Bal. in l. executorem. col. 9. versi. qværo, qvidam timens. C. de executio. rei jud. ejus autem donationis effectus est, ut seqvuto Banno, tanqvam morte civili, confirmetur donatio, & ita illa bona donata remanent uxori, neqve Fiscus ea sibi vendicare poterit. & tamen interim non admittitur donanti talem donationem revocare: nam & mors ejus expectanda est, ut fiat irrevocabilis, ut dicit textus in d. l. sed si mors. Et illam dicit esse decisionem Bal. valde singularem, secundum Jasonem in l. si stipulatus fuerim. §. 1. col. penultim. in prin. ff. de verborum obligat. cui concordat Paul. de Castr. in l. post contractum. ff. de donat. & est similis text. in l. res uxoris. C. de donation. inter virum & uxorem. qvi expressè dicit, Fiscum ad eas res nullam communionem habiturum, qvod pro hac Cautela singulariter notandum duco.

B. CÆPOLLA CAUTELA CLI.

§. Pro illo, qvi habet domum obligatam, qvia licet postea propter delictum venisset diruenda, non diruetur.

SUMMARIUM.

1. *Statutum si dictaverit, qvòd domus propter delictum diruenda veniet, non comprehenditur illa, qvæ alteri pignorata sit.*

NOta Cautelam pro creditore, cui jure pignoris, seu hypothecæ obligata est domus alicujus, qvi commisit delictum, propter qvod domus prædicta ex statuto civitatis
1 veniret diruenda, * qvia statutum non intelligitur de ea, qvæ sit alteri pignorata. *ita dicunt Bart. Bald. & Angel. in l. 1. ff. ad Sylla.* qvod intellige verum, nisi de fraude constet, *per no. in* l. *post contractum. ff. de don.* ut puta cùm jam intentionis esset delinqvendi, cùm rem pignori dedisset.

T. FERRATUS CAUT. XLIV.

§. Ut prælatus non perdat sua beneficia propter homicidium commissum.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Beneficia sua perdit prælatus, qvi homicidium committit.*
2. *Beneficiorum privatio an ipso jure fiat, vel sententia reqviratur.*
3. *Papa cum homicida voluntario an dispensare possit, cum de jure divino prohibitum sit.*
4. *Regularitas omnis de jure divino, non autem positivo introducta est.*
5. *Membri mutilatio ad irregularitatem contrahendam cum homicidio à pari procedunt.*

CAnonicis * constitutionibus cautum est, qvòd prælatus committens homicidium perdat sua beneficia, *ut c. 1. de homicid. & c. 1. & c. fin. de temp. ord. & c. si episco. & c. si qvis homicidium. 1. dist. juncto c. si qvis à modo. cum seqven. 81. distin.* & istud habet locum & procedit, etiamsi homicidium fuisset perpetratum in personam unius Judæi, vel alterius infidelis, *ut l. distinctione, clericum. cum seqvent. & ut etiam not. Geminian. post Archidiac. ead. distinctio. minor.* * Sed dubitatur, an talis privatio beneficiorum fiat ipso jure, an verò reqviratur sententia. & communis opinio est, qvòd veniat privandus per sententiam: qvia anteqvam privetur, justè tenet, & possidet sua beneficia, dicto homicidio non obstante, *prout originaliter tenuit Innoc. in cap. cum nostris. de concessio. prabend. ubi etiam hoc tenet Imo. in 17. columnn. versic. secundò etiam no. qvod propter homicidium tenent Abb.* Joann. *de Ana. & Felin. in cap. inqvisitionis. in princip. de accusat.* Joann. *de Ana. in capit. 2. in secunda columna, versic. facit etiam iste textus de cleric. pug. in duel. & in cap. fin. in 1. colum. de homicid. Abb. in capit. qverelam, in 2. columnn. de jurejur.* Bald. in l. cùm fratrem, *in 3. columnn. versic. circa instrumentum unum scias. C. de his, qvibus ut indign.* ubi expressè dicit, qvòd notorium non habet vires ad aliqvam deponendum, vel privandum, nisi seqvatur sententia depositionis, vel privationis, & ideo licet aliqvis prælatus sit notoriè criminosus, non tamen propter hoc est depositus ipso jure, etiamsi sit homicida. *allegat Inno. in d. c. cum nostris.* 1 2

striu.de concess.praben. & *ista in effectu est communis opin. qvam communem dixerunt* Jo. *de Ana.* & *Felin. in d. cap. inqvisitionis.in prin.de accus.* Tu ergo prælate, qvi commisisti homicidium, propter qvod si contra te procedetur, privaberis tuis beneficiis, qvomodo facies ad hoc, ut ea retinere valeas, & si non per directum, saltem per indirectum? Dic qvòd Cautela est, qvòd perpetrato illo delicto, invenias aliqvem tuum amicum fidelem, & ei renuncies dicta tua beneficia, hoc secum tacitè acto, qvòd ad omnem tuam reqvisitionem debeat similiter tibi ipsa beneficia resignare, qvo sic facto, videas postea, qvando tibi videbitur aliqva bona via impetrare dispensationem à summo Pontifice, ut non obstante homicidio, vel tali delicto, possis esse capax beneficiorum, qvam facile, si habebis ingenium, obtinebis, petendo eam non super beneficiis acqvisitis retinendis, sed tantummodò super acqvirendis, qva obtenta, postea facies, qvòd ille tuus amicus resignabit tibi illa tua beneficia, & hoc modo frueris eis, & ista Cautela, ut intelligo, multum freqventatur Romæ. & si dices, qværo
3 à te, * Papa potestne dispensare cum homicida, præsertim voluntario, cùm scit, qvòd dispensatio cum homicida voluntario sit de jure divino, *ut tenet gl. in c. sicut dignum. de homicid.* & *sentit expreßè gl. 21. distinctione in summa.* & *ut firmant Abba.* & Jo. *de Ana. in dict. cap. ad audientiam, eod. titul. de homicid. per illud dict. Domini, versus David: Non ædificabis mihi templum, qvia vir sangvinis es, ut habetur 1. qvæst. 7. si qvis omnem.* & *de consec. distinc. 1. cap. 1.* ergo Papa non poterit talem dispensationem facere, qvia ipse non dispensat contra legem divinam, *ut 25. q. 1. sunt qvidam*: nam inferior non potest tollere legem sui superioris, *ut ca. cùm inferior. de ma.* & *obed.* & *Clem. ne Romani: de elect.* qvia respondeo, qvòd prædictis non obstantibus Papa potest dispensare cum omni homicida, sive casuali, sive voluntario, *a* * qvia omnis irregularitas est in-
4 troducta de jure positivo, non autem de jure divino, *prout tenet Innoc. in cap. ad audientiam. de hom.* & *in cap. nisi cum pridem super verbo irregularitatis. de renunc.* & *ibi latè Imo. ubi respondet ad illud dictum, non ædificabis mihi templum,* & *c. tenet Abb. in cap. ego enim, in fin. de jurejurando. Card.* & Joan. *de Ana. in cap. petitio. de hom.*

cum

cum aliis concor. de quibus per Fel. in d. cap. ad audientiam: nam & Moyses ex proposito homicidium commisit, nam Ægyptium interfecit, & in arena eum obruit, *ut 22. q. 3. non inferenda, & de pœn. distinct. 2. cap. & cognoverunt. §. item opponitur.* & tamen ædificavit templum, *ut de consec. distinct. 1. in princip.* & fuit magnus sacerdos, *ut cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* similiter, & Paulus præbuit auxilium lapidantibus Stephanum, *ut habetur in Actibus Apostolorum. cap. 6.* & similiter Petrus mutilavit auriculam Pharisæo, ut habetur in Dominica passione, quæ mutilatio membri, * quoad contrahendam irregularitatem, à pari procedit cum homicidio, *ut not. glo. in Clement. unica, in verbo, mutilet. de homicid. & Joan. de Ana. in cap. 1. in 2. colum. de cler. pug. in duel.* tamen ipsi Petr. & Paul. fuerunt primi fundatores ecclesiæ, *ut cap. fundamenta. de electio. in 6.* & similiter inter Apostolos principatum obtinuerunt, *ut 2. q. 7. beati Petr. & Paulus.* sis ergo cautus tu prælate, quando commisisti homicidium vel aliud delictum, propter quòd venias privandus tuis beneficiis, si de tali privatione dubitas, ut utaris remedio, de quo suprà. 5

ADDITIO.

a Quia omnis.) *An potestas dispensandi super irregularitate concessa à Papa alicui duret post mortem Papæ? dic quòd sic.* vide Federic. de Senis in consi. suo 78. *quia semel gratia facta per Papam in persona aliqua non exspirat per mortem Papæ.* casus est in cap. super gratia. de officiis delegat. l. 6. *& quando canonicè est semel facta dispensatio, ex supervenienti facto non retractatur.* vide in c. ex tua. de fil. presbyter. & est ibi casus.

B. CÆPOLLA CAUT. CXVI.

§. Quomodo quis debeat à principe impetrare bona confiscata.

SUMMARIA.

1. *Clausula, motu proprio, quam efficaciam habet.*
2. *Motus proprius regulariter non præsumitur, nisi exprimatur.*

NOnnulli quandoque impetrant à principe vel domino sibi concedi, vel donari bona alicujus rebellis in fiscum

a fiscum delata: qvæ impetratio à jure non *a* valet, qvia præsumitur esse facta propter importunitatem petentis, *ut est casus multum notabilis. C. de pet. bon. subla.* l. 1. *lib.* 10. *facit c. cùm ex injuncto. §. ceterùm. extra. de pur. cano. & quod not. glo. in ver. noscatur. ad fin. in c. 1. de const.* l. 6. Sed Cau-
1 tela est, qvòd talis impetratio valeret, * videlicet, qvòd princeps vel dominus concedendo dicat, qvòd hoc faciat motu proprio, qvia tunc bene valeret, *ut est tex. in d. c. fin.*
2 * Nam motus proprius in dubio & regulariter non præsumitur, nisi exprimatur, *ut ibi not. Barto. & est text. in c. si motu proprio, de prabend. lib. 6.* Adverte bene, qvia ista Cautela non sufficeret, si princeps nollet dicere motu proprio, sed ad petitionem supplicantis, sed tunc est alia Cautela, videlicet, qvòd princeps concedat, vel donet dicta bona ad fiscum delata. Non obst. d. l. 1. C. de pet. bo. subl. & pro hoc vide, qvod in simili habetur. in l. evacuatis. C. *de decu. lib.* 10. ubi dicitur, qvòd non valet rescriptum vel privilegium concedens immunitatem, nisi dicatur non obstante. *d. l. evacuatis. ut ibi, per Bart. & etiam suprà dixi in una Cautela. Et adde circa hoc, qvod habetur in l. fin. C. si contra jus vel utilitatem public.* & ideo supplicans, vel qvi habes consulere, qvaliter debeat fieri talis donatio, sis cautus, ut hæc duo simul jungantur, videlicet, qvòd princeps vel dominus concedens dicat, qvòd hoc faciat motu proprio, & ex certa scientia, non obstante l. qvæ incipit, qvisqvis. C. de pet. bonorum sublat. lib. 10.

ADDITIO.

a Bene valeret.) Vide de hoc. Jo. de Plate. in d. l. 1. C. de pe. bo. subl. in 2. col. ver. 5. no. ubi notabiliter loqvitur.

I. DE ARNONO CAUT. XLI.

§. Pro patre, ut petat sibi applicari bona castrensia filii deportati, & non fisco.

Filius tuus commisit tale crimen, propter qvod fuit meritò proscriptus, & qvia habebat nonnulla bona castrensia, vel qvasi, fiscus volebat ad ea manum extendere, qværo, nunqvid possit? videtur qvòd sic: qvia in castrensibus vel qvasi, filiusfamil. censetur paterfamiliâs, *l. 2. ad Macedon.* tamen in contrarium est veritas. *text. est singularis. in l. si filius. C. de bonis proscript.* Habetur in l. si finita, §. si de vectigali. *ff. de damno infect.* ubi debet peculium castrense ero-

erogari patri, & non fisco, & ideo Cautela est, ut tu pater illud petas, qvia fiscus excludetur, *per dictam* l. *si filius.* & hoc nota, qvia qvotidie occurrit hoc. Idem dicas de peculio adventitio. l. 3. *§. sed utrum. ff. de minor. & vide Jasonem in l. si qvis iniqvum. § si filius meus, in primo notabili. ff. qvod qvisq; juris.*

DE INTERDICTIS ET RELEGATIS.
Tit. XIIX.

I. De Arnono Caut. XLIX.

§. Ad evitandum bannum, & forjudicationem in regno, ut compareat procurator, vel excusator ad excusandum.

PEr regni constitutionem grandis utilitas, de pœna contumaciæ in criminalibus causis, & pœnam horum, de forbannitis & forjudicatis, sunt proditæ multæ pœnæ contra bannitos & forjudicatos, sed Cautela est ad evitandum dictas pœnas, ut anteqvam fiat contumax aliqvis, compareat pro eo procurator vel excusator, & eum excuset, ne fiat contumax, qvia excusatione facta, non poterit procedi ad bannum, & sic nec ad forjudicationem. & isto casu admittitur & in criminalibus procurator vel excusator, *ut ff. de pub. ju.* l. *inter accusatorem. secundum unam lecturam. & eod. tit.* l. *penult. §. ad crimen. ibi. dum dicit, & si justam rationem habent, sententia differtur. ff. de procurat.* l. *servum qvoqve. §. pu. per qva jura ita tenuit consulendo Bart. in consil.* 100. *incip. ad Cyn. de Bononia. in fin.* & qvomodo & qvaliter debeat fieri, admitti, & probari dicta excusatio, recurre ad multa, qvæ cumulantur *in reper. And. de Iser. ad constitutiones regni, in versic. excusator.*

I. De Arnono Cautela LXXXIIX.

§. Pro bannito & forjudicato, ad constitutionem regni, pœnam horum, de forbannitis & forjudicatis.

ALiqvis commiserat plura delicta, fuit tantùm de uno inqvisitus & qverelatus, & qvia non comparuit, fuit bannitus, & tandem post annum forjudicatus, qvo casu habetur pro confesso: *juxta terminos constitutionis regni. Pœnam horum, circa princip. ibi, sed perinde habeatur, ac si confessus de crimine, de qvo accusatus fuerat, esset per diffinitivam sententiam condemnatus.* Ego qværo, num intelligatur confessus de omnibus delictis commissis,

ſis,an de eo tantùm, de qvo fuerat accuſatus, vel inqviſitus. Dic qvòd de eo tantùm, de qvo eſt accuſatus, vel inqviſitus, *& hoc expreſſè dicit in tex. dum dicit, de crimine, de qvo accuſatus fuerat.* & hæc eſt deciſio Bald. *in l. ſi adverſarius. C. de fid. inſtrum.* dicentis, qvod ſtatutum diſponens bannitum haberi pro confeſſo, intelligitur, qvoad maleficia deſcripta in libro banni, & non qvoad alia. Etiſta omnia ſunt propter regulam illam, qvòd limitata cauſa limitatum producit effectum. *de qva in l. age cum Gemimano, ubi hoc refert & ſeqvitur do. Jaſ. in ultim. column. in princip. C. de tranſact.* Cautela eſt igitur, ut advocatus banniti alleget eum non haberi pro confeſſo, niſi de crimine, de qvo accuſatus, vel inqviſitus fuerat, *per ſuprà dicta.*

I. DE ARNONO CAUT. LXXVII.

§. Pro bannito, ad cap. regni, qvod incipit, ſive qvis ſit forbannitus, ſub Rubric. de forjudicatione. & eſt qvotidiana.

STante prædicto regni capitulo, incipiente, ſive qvis ſit forbannitus, *ſub Rubr. de forjudicat.* qvòd bannitus non auditur, niſi ſtet in carcere, & cauſam in vinculis dicat. Cautela tamen eſt, qvòd compareat aliqvis & imploret officium judicis, ut ex officio recipiat informationes ſuper innocentia inculpati, ſecundum qvod in iſta ſchedula continetur. Qvia illud capitulum non excludit officium judicis. *Iſtam Cautelam & practicam ponit Ang. poſt Ricar. Malumb. in l. fin. ubi etiam not. Jac. de* [illegible]*. & Alb. de Roſ. ff. de petit. hæredit. Lud. Roma. in conſilio ducenteſimo decimoqvarto, incipiente, Venerabilis domine. Refert & ſeqvitur do. Jaſ. in l. ubi pactum, in 4. col. C. de tranſact. ubi loqvitur propriè in terminis d. cap. regni.*

I. DE ARNONO CAUT. V.

§. Pro illo, qvi poteſt impunè bannitum occidere, ut non occidat cum perſona prohibita.

QVamvis per conſtitutionem regni pœnam horum, de forbannitis, & forjudicatis, ſit permiſſa unicuiq; occiſio & offenſio in forjudicatum, tamen non eſt permiſſa neq; filio, neq; uxori, *per multa, qva copioſè refert. & ſeqvitur Barto. Ver. in conſ. ſuo 5. in ordin. incip. in Chriſti nomine, amen. caſus talis eſt. Proceſſum eſt per magiſtrum,*

strum, in 4.5. & 6. col. ubi concludit apertissimè, stante statuto, qvod bannitus possit interfici, non intelligitur esse permissum filio, vel uxori. & respondet ad omnia, qvæ videbantur in contrarium facere. Ita etiam non est permissa talis offensio extraneo unà cùm filio, vel uxore: qvia qvòd poterat extraneus, solus, vel cum aliis conjunctis occiso, non poterit cum uxore & filio. *& hoc per tex. in l. utrum. ff. ad legem Pomp. de parrici.* ubi dicitur, qvòd si filii interfecerunt parentes, qvòd ipsi & eorum consocii etiam extranei puniendi sunt eadem pœna de parricidiis. Et tamen non est dubium, qvòd si extraneus per se sine filio interficeret parentem, unus teneretur solummodò lege Corn. de sicar. & non de parricidiis. ad idem est textus in l. si sciente. *eod. tit. ff. ad legem Pomp. de parricidiis.* ubi loqvitur de mutuantibus pecuniam illis, qvi comparare volunt venenum causa necandi hominem, ubi est casus de ista q. si rectè consideretur. & est casus Institut. de pub. jud. §. alia deinde lex. ubi idem dicitur, scilicet qvod si consocius fuit filio ad interficiendum parentem etiam extraneus, non tanqvam extraneus occidens lege Corn. de sicariis, sed lege Pompeja de parricidiis punitur. & ibi gl. super ver. extraneus, colligit no. dicendo, no. extraneum puniri plus, qvam si ille occidisset. *& alleg. etiam dict. l. utrum. & dict. l. si sciente.* & ideo qvando vis occidere aliqvem bannitum & forjudicatum, non adhibeas tecum personas prohibitas: qvia sic poteris puniri tanqvam illicitus occisor. Manda memoriæ ad intellectum d. constitutionis, pœnam horum.

I. DE ARNONO CAUT. XCVII.

§. Ad constitutionem regni, pœnam horum, de forbannitis & forjudicatis.

SUMMARIUM.

1. *Officii sui ratione qvid facienti etiam diligentissimè non debetur necessariò præmium.*

PEr dictam regni constitutionem, pœnam horum, de forbann. & forju. capienti, vel detegenti forbannitum & forjudicatum promittuntur aliqva præmia: aliqvis ex familia prætoris cœpit vel detexit, qværo, nunqvid habebit dicta præmia? Dicas qvod non: qvia ad hoc tenebatur. Ex ista ergo ratione est not. qvòd facientibus

* ali-

Digitized by Google

1 * aliqvid laudabile ex officio suo, non est necessariò præmium imponendum. Ita Abb. *per illum text. in c. ecclesia. de censib.* ubi expresse dicit, qvòd si promittitur certum præmium capienti certum exbannitum, non debetur familiæ potestatis capienti exbannitum, qvia ad hoc tenebatur. *facit secundum eum, ibi, l. congruit. ff. de officio præs. & c. 1. de off. ord.* unde ex his judex capiet Cautelam ad d. constitutionem, pœnam horum, ut non impendat propterea præmium ejus familiæ capienti exbannitum. no. ad d. constitutionem.

DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS. Tit. XIX

B. CÆPOLLA CAUT. XCI.

§. Pro bannito, qvòd possit liberari à banno, non obstante statuto id prohibente.

SUMMARIUM.

1. Salvus conductus datus bannito per centum annos, qvid operetur.

Aliqvando est prohibitum, qvòd alicui condemnato non potest fieri remissio pœnæ, vel aliqvando qvis est bannitus vel rebellis, & non potest absolvi à banno, vel à rebellione: si contingat, qvòd est bannitus vel rebellis ex aliqva causa ingratitudinis, debeat rebanniri vel absolvi, sed non potest stante provisione vel statuto in contrarium.
1 Ego do tibi unam Cautelam, * videlicet detur sibi terminus ad solvendum usqve ad centum annos, vel fiat sibi
a salvus conductus a usqve ad centum annos, & hoc modo per indirectum poterit conseqvi intentionem suam. *istud probatur in l. cùm hæredes. in §. 1. ff. de sta. libe. & in effectu vult ibi do. Benedic. de Plum.* & ita vidi observari in civitate Venetiarum per consilium de decem, qvòd fecit salvum conductum rebelli usqve ad centum annos, qvia non poterat eum absolvere secundum leges suas.

ADDITIO.

a Salvus cond.) *Salvus conductus ad beneplacitum intelligitur perpetuus.* Bart, & Doct. in l centesimis. §. si ita

ita stipulatus fuero. in 3. col. vers. ult. formo hanc unam qvæstionem. ff. de verborum obligat. de qvo ibidem per do. Alexan. in pen. col. vers. extra plo. qværit hic Bart. cum concordan. ibi per eum datis, facit l. juris peritos. de excu. tuto.

B. CÆPOLLA CAUTELA CCXLIIX.

§. Notabilis ad statutum disponens, qvòd nullus possit aliqvid proponere, qvod spectat ad favorem banniti, & qvòd statutum hoc disponens non possit suspendi, qvomodo possit proponi aliqvid pro bannito, vel suspendi statutum.

SUMMARIUM.

1. *Intentio principalis semper attendi debet, non autem illud, qvod in conseqventiam.*

Si statuto cavetur, ut nullus possit aliqvid arrogare, vel proponere, qvod spectet ad favorem alicujus banniti sub aliqva pœna, an sit dare aliqvam Cautelam, ita qvòd possit proponi, vel arrogari pro bannito sine pœna? Dic, qvòd sic, una est, qvando fieret principaliter in favorem Reip. licet secundariò tenderet in favorem banniti, * qvia principalis intentio debet attendi, *ut probatur in l. si qvis nec causam, in prin. conjuncta glo. in l. fin. ff. si cert. pet. & in l. 1. §. unde qværitur Offilius. ff. de exercito. & in l. si is qvi. §. qvòd si servus. ff. de acqvir. rer. dom. & per id, qvod ibi not. Bart. & per text. cum glo. & ibi Bald. in l. 1. §. hujus studii. ff. de just. & jur. & per no. in l. qvi exceptionem. ff. de condi. indeb. & per Bald. in l. non solùm. ff. de in integrum restitutio. cum simílib.* & ita in specie hujus Cautelæ tenet Jac. de But. & Salyc. *in d. l. si qvis nec causam. in fin. prin.* & ponunt exemplum, de qvo suprà, & dicunt, qvòd si contingit, dum tractaretur de nominando unum bonum Capitaneum pro gverra, qvidam nominant aliqvem pro bono & sufficienti, qvi erat bannitus, propter qvod dicebatur nominans incurrisse pœnam statuti. Sed Jac. But. & Saly. ibi dicunt, qvòd non: qvia principale propositum fuit favore Reip. non autem pro bannito loqvi principaliter, sed consecutivè, qvòd principale propositum, & non consecutivum debet attendi, per præ-

prædicta, & ita fuit aliàs observatum Venetiis in qvo[illegible] nobili Veneto bannito, postea electo pro Capitaneo in bello navali. Tu verò potes ponere multa alia exempla hujusmodi, videlicet si esset prohibitum arrogare, vel loqvi in aliqvo Collegio, puta contra aliqvod statutum sub certa pœna, poterit loqvi contra illud statutum, si intentio loqventis est loqvi principaliter in favorem Collegii. & idem dicas in similibus, qvòd perpetuò tene menti, & adde, qvæ dicam in duabus Caut. seqvent.

FINIS

ENCHIRIDII CAUTELARUM CRIMINALIUM.

HERENNII MODESTINI I.C. FRAGMENTA EX LIBRO *singulari de* EVREMATICIS.

CAUTELA I.

pro PROCURATORE, qvi satisdatione relevari velit.

Ex tit. de Procuratorib. l. 65.

SI procuratorem absentem dominus satisdatione relevare velit, literas suas ad adversarium dirigere debebit, qvibus significet, qvem adversus eum procuratorem, & in qva causa fecerit, ratumq; se habiturum, qvod cum eo actum sit. hoc enim casu literis ejus adprobatis, velut præsentis procuratorem intervenire intelligendum est. Itaqve & si postea mutata voluntate, procuratorem esse noluerit, tamen judicium, qvo casu procurator expertus est, ratum esse debet.

CAUTELA II.

contra MULIEREM jubentem servo suo credi, vel pro eo intervenientem.

Ex Tit. ad S.C. Vellejanum. l. 25.

SI domina servo suo credi jusserit, actionehonoraria tenebitur. 1. §. Qvòd si pro eo fidejusserit, exceptione senatusconsulti Vellejani, judicio conventa, adversus creditorem tueri se poterit, nisi pro suo negotio hoc fecerit.

CAUTELA III.

pro MULIERE, ut Dos divortio amissa, redintegrato matrimonio, redintegretur.

Ex Tit. de Jure Dot. l. 63.

STipulatio de dote reddenda ab extraneo interposita, facto divortio, statim committitur, nec redintegrato matrimonio,

Digitized by Google

nio, actio stipulatori qvæsita intercedit. Denuo igitur consentiente stipulatore, dos constituenda est, ne seqventi matrimonio mulier indotata sit. Si modo ea dos non ab ipsa profecta sit, qvam alius permissu ejus stipulatus est; tunc enim consensus ejus non est necessarius.

CAUTELA IV.

pro MARITO, si Servus dotalis hæres institutus sit, ne periculum hæreditatis ad eum redeat.

Ex Tit. Solut. matrim. l. 58.

SErvus dotalis, hæres ab aliqvo institutus mariti jussu, vel adire, vel repudiare debet hæreditatem. Sed ne maritus aut facile repudiando, vel temere suscipiendo incognitam successionem, dotis judicio uxori suæ obligetur: *consulendum est*, mulierem coram testibus interrogari, utrum velit omittere, an adqvirere hæreditatem. Et, si repudiare se dixerit, facilè mariti jussu repudiavit. Qvòd si hæreditatem agnoscere maluerit, reddendus est à marito servus uxori ea conditione, ut cum jussu ejus adierit, rursum marito retradatur. Ita & mariti sollicitudini consuletur, & uxoris desiderio parebitur.

CAUTELA V.

Pro PUPILLO, si Tutor conjunctus, vel patronus suspectus est, ut eorum famæ parcatur.

Ex Tit. de Suspect. Tutorib. l. 9.

SI tutor aliqvo vinculo necessitudinis, vel adfinitatis, pupillo conjunctus sit, vel si patronus pupilli liberti tutelam gerit, & qvis eorum à tutela removendus videatur, *optimum factum est*, curatorem ei potius adjungi, qvàm eundem cum notata fide & existimatione removeri.

CAU-

Digitized by Google

CAUTELA VI.
pro PATRE, qvi filiis puberibus & impuberibus substituere velit.

Ex Tit. de vulgar. & pupill. substitutione. l. 4.

JAM hoc jure utimur ex Divi Marci & Veri constitutione, ut, cùm pater impuberi filio in alterum casum substituisset, in utrumqve casum substituisse intelligatur: sive filius hæres non extiterit, sive exstiterit, & impubes decesserit. 1. §. Qvod jus ad tertium qvoqve genus substitutionis tractum esse videtur. Nam si pater duos filios impuberes hæredes instituat, eosqve invicem substituat: in utrumqve casum reciprocam substitutionem factam videri Divus Pius constituit. II. §. Sed si alter pubes, alter impubes, hoc communi verbo, *eosq́ invicem substituo*, sibi fuerint substituti: in vulgarem tantummodo casum factam videri substitutionem Severus & Antoninus constituerunt. incongruens enim videbatur, ut in altero duplex esset substitutio, in altero sola vulgaris. Hoc itaqve casu singulis separatim pater substituere debebit: ut, si pubes hæres non extiterit, impubes ei substituatur: si autem impubes hæres exstiterit, & intra pubertatem decesserit, pubes frater in portionem cohæredis substituatur, qvo casu in utrumqve eventum substitutus videbitur: ne, si vulgari modo impuberi qvoq; substituat, voluntatis qvæstionem relinqvat, utrum de una vulgari tantummodo substitutione, in utriusq; persona sensisse intelligatur. Ita enim in altero utraqve substitutio intelligitur, si voluntas parentis non refragetur. Vel certè evitandæ qvæstionis gratia specialiter in utrumqve casum impuberi substituat fratrem: sive hæres non erit, sive erit, & intra pubertatis annos decesserit.

CAUTELA VII.
pro PUPILLO, qvando ex aditione hæreditatis servi sui non teneatur.

Ex Tit. de adqvir. vel omittend. hæred. l. 50.

SI per epistolam servo pupilli tutor hæreditatem adire jusserit: si post subscriptam epistolam tutor moriatur, anteqvam ex epistola servus adiret, nemo dicturus est, obligari postea pupillum hæreditati.

CAUTELA IIX.

pro TESTATORE, Proprietatem nudam uni, & alteri usumfructum legare volente.

Ex Tit. de usufructu legat. l. 19.

SI alii fundum, alii usumfructum ejusdem fundi testator legaverit: Si eo proposito fecit, ut alter nudam proprietatem haberet: errore labitur; Nam detracto usufructu proprietatem eum legare oportet eo modo: Titio fundum detracto usufructu lego: vel Sejo ejusdem fundi usumfructum hæres dato: qvod nisi fecerit, usus fructus inter eos communicabitur, qvod interdum plus valet scriptura, qvam peractum sit.

CAUTELA IX.

pro LIBERTATE, qvomodo conditionalis in puram à testatore converti possit.

Ex Tit. de Conditionib. & demonstrationib. l. 53.

SI qvis servum liberum esse jusserit, si hæredi rationes reddidisset, posteaqve eum rationes reddere vetuerit, qvasi puram facturus libertatem, competit ex testamento libertas.

CAUTELA X.

pro FIDEICOMMISSARIO, qvi integram hæreditatem restituere vult, ne actionibus hæreditariis teneatur.

Ex Tit. ad S. C. Trebellianum. l. 45.

QVI totam hæreditatem restituere rogatus, qvartam retinere non vult, fidumqve obseqvium defuncti precibus præbere desiderat, sua sponte adire debebit hæreditatem, qvasi ex Trebelliano eam restituturus. *Suaserim* tamen, suspectam potius dicat hæreditatem, coactusqve à prætore restituat. hoc enim casu ex ipso Trebelliano restituere videtur, expositoqve hæreditario metu, universas actiones in eum transferri, qvi recepit hæreditatem.

INDEX

INDEX TITULORUM CAUTELARUM MISCELLANEARUM, IN QVO PRIMUS NUMERUS ORDINEM CAUTELÆ, SECUNDUS PAGINAM DENOTAT.

A.

Abbate futuro 1. 3
Pro Acqvisitione facili 2. 4
Aleatoribus 3. 4
Alienatione rei 4. 4
Alienatione dotis 5. 6
Alienatione relicti testamento, cum prohibitione, ne alienetur 6. 6
Ut Alienatio liberis impediatur 7. 7
Alienatione rei minoris cum decreto faciendo 8. 8
Alienatione rei in judicio petita 9. 16
Ambasiatore 10. 17
Arbitris 11. 18

B.

Banchariis 12. 20

C.

Cambii literis 13. 21
Capella 14. 21
Casu fortuito 15. 22
Cautione sine causa facta 16. 22
Confessione 17. 23
Civitatibus 18. 26
Clericis 19. 27
Collatione beneficii 20. 28
pro Committente in arbitrum juris 21. 29
ne Communia à fratre alienentur 22. 29
Compensatione 23. 29
Compromissis 24. 30
Conductore 25. 41
Confessio 26. 42
Contractibus 27. 42
Creditore 28. 46
pro Creditore, qvi non potest probare, adversarium sibi debere nisi ex confessione adversarii 29. 47
Curator 30. 54

D.

Decreto interponendo, in alienatione rei minoris 31. 55
Deposito 32. 55
Detentator 33. 56
Donatio 34. 56
Dolo actio 35. 70
ut Dos alienari à muliere possit 36. 71

E.

Electione Abbatis futura 37. 74
Emptor 38. 80
ut Ematur sine numeratione pretii 39. 87
Emphyteuta 40. 98
Exceptionibus 41. 106
Excommunicatione 42. 106
Excussione 43. 107

F.

Feudis 44. 108
Fidejussor 45. 109
Filiusfamilias 46. 110
Fratres 47. 113
pro Fundante Capellam 48. 114

Digitized by Google

H.

Hospitale 49.114

I.

Incendium 50. 115

Instrumentum 51. 117

pro perdente Instrumentum, ut confessionem adversarii habeat 52. 121

Interdictum uti possidetis, 53. 122

Juramentum 54. 124

Judæus 55. 129

Judice delegato 56.134

L.

ut Legatum, ne alienetur, alienari possit, 57.134

Legato principis, 58.134

Legitimatio 59. 134

Literis Cambii 60. 144

Litigiosæ rei alienatione 61. 145

Locare 62. 145

Locator 63. 145

Ludus 64. 147

M.

Maritus 65. 148

Mater 66. 148

Matrimonium 67.149

Mercatoribus 68. 149

contra Mercatores, 69.149

Minor 70. 149

Molendinum 71. 150

Mulier 72. 151. 165

Mutuum 73. 153

N.

Notarius 74. 155

Nuptiæ 75. 161

Numularii 76. 166

O.

Officia 77.167

Operis novi nunciatione 78. 168.

Oratores 79. 172

P.

Pacta 80. 172

Pars Minor 81. 175

Patronatus 82. 176

Pignus 83.180

Petitorium & Possessorium 84 181

Pœna civilis 85. 181

Possessio 86. 184. 192

Privilegia 87. 194

Præscriptio 88. 199

Prodigus filius 89.207

Promissio 90. 208

Proprietarius 91. 211

Pupillus 92. 212

R.

Ratihabitio 93. 213

Reductio ad boniviri arbitrium 94. 213

Regnum 95.213

Renunciatio 96. 214

S.

de Scholari 97. 215

Scriptura 98. 215

Sententia 99. 216

Socius 100. 216

Solutiones 101. 217

de Statis 102. 218

Stipulatione 103. 237

pro Studioso literas Cambii offerente, 104. 238

T.

Tutela 105. 239

V.

Vasallus 106. 250

Venditio 107. 251

Vendere 108. 252

Ven-

Digitized by Google

Venditor 109. 264
Vidua 110. 265
Universitas 111. 267
Votum 112. 267
Usucapio 113. 268
Usuræ 114. 268
Usufructuarius 115. 269
Uxor 116. 269

INDEX DIGESTORUM, SEU PANDECTARUM.

Ubi numerus primus librum ff. secundus titulum, postremus paginam demonstrat.

De iis qvi testamenta facere possint, & qvemadmodum testamenta fiant, 28. 1. 274
De forma Testamentorum seu de Testamentis ordinandis, altera tituli parte, 28. 1. 274
De liberis & posthumis hæredibꝰ instituendis vel exhæredandis, 28. 2. 325
De injusto, rupto & irrito facto testamento 28. 3. 359
De his, qvæ in Testamento debentur, inducuntur vel inscribuntur 28. 4. 371
De hæredibus instituendis, 28. 5. 373
De vulgari & pupillari substitutione, 28. 6. 388
De conditionibus institutionum, 28. 7. 428
De jure deliberandi, 28. 8 430
De militari Testamento 28. 7. 439
De acqvirenda vel omittenda hæreditate 28. 10. 439
De legatis primo 30. 1. 506
De legatis secundo 30. 1. 511
De legatis tertio 30. 1. 541
De annuis legatis & fideicommissis 33. 1. 558
De usu, & usufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommissum datis 33. 2. 560
De servitute legata 33. 3. 576
De dote prælegata 33. 4. 576
De optione vel electione legata 33. 5. 578
De tritico, vino, & oleo legato 33. 6. 579
De instructo vel instrumento legato 33. 7. 580
De peculio legato 33. 8. 581
De penu legato 33. 9. 581
De suppellectile legata 33. 10. 581
De alimentis vel cibariis legatis 34. 1. 582
De auro, argento, mundo, ornamentis, ungventis, veste vel vestimentis & statuis legatis 34. 1. 585
De liberatione legata 34. 3. 585
De adimendis vel transferendis legatis vel fideicommissis 34. 4. 582
De rebus dubiis 34. 5. 593
De his, qvæ pœnæ causa relinqvuntur 34. 5. 596
De regula Catoniana 34. 7. 596
De his, qvæ pro non scriptis habentur, 34. 8. 596

De his, qvæ ut indignis auferuntur 34. 9. 597
De conditionibus, & demonstrationibus, & causis, & modis eorum, qvæ in testamento scribuntur 35. 1. 601
De lege Falcidia 35. 2. 630
De eo, si cui plus, qvàm per legem Falcidiam licuerit, Legatum esse dicatur
De Senatusconsulto Trebelliano 36. 1. 635
De eo, qvando dies legatorùm vel fideicommissorum cedat 36. 2. 651
De eo, ut legatorum seu fideicommissorum conservandorum causa caveatur 36. 3. 653
De eo, ut in possessione legatorum seu fideicommissorum servandorum causa esse liceat, 36. 4. 633
De bonorum possessionibus 37. 1. 655
De eo, si Tabulæ Testamenti extabunt, 37. 2. 655
De bonorum possessione, furioso, infanti, muto, surdo, cœco competente 36. 3. 655
De bonorum possessione contra tabulas 37. 4. 655
De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita 37. 5. 655
De collatione bonorum, 37. 6. 655
De collatione dotis, 37. 7. 656
De ventre in possessionem mittendo, & curatore ejus 37. 8. 656
De conjungendis cum emancipato liberis ejus 37. 9. 656
De Carboniano edicto 37. 10. 656
De bonorum possessionibus secundũ tabulas, 37. 11. 656
De eo, si à parente qvis manu missus sit 37. 12. 657
De bonorum possessione ex Testamento militis 37. 13. 657
De Jure Patronatus, 37. 14. 657
De obseqviis parentibus & patronis præstandis 37. 15. 657
De operis libertorũ, 38. 1. 657
De bonis libertorũ, 38. 2. 657
De libertis universitatis, 38. 3. 657
De assignandis libertis, 38. 4. 657
De eo, si qvid in fraudem Patroni factum sit, 38. 5. 657
De eo, si tabulæ testamenti nullæ extabunt, unde liberi, 38. 6. 657
De eo, unde liberi, 38. 7. 657
De eo, unde legitimi, 38. 8. 657
De eo, unde cognati. 38. 9. 657
De successorio edicto, 38. 10. 657
De gradibus & affinibus & nominibꝰ eorum, 38. 11. 657
De eo, unde Vir & uxor, 38. 12. 657
De veteranorum & militum successione, 38. 13. 659

De

De eo, qvibus non competat bonorũ possessio, 38.13.659
De eo, ut ex legatis senatusve consultis bonorum possessio detur. 38.11.659
De eo, qvis ordo in possessionibus servetur, 38.16.659
De suis & legitimis hæredibus. 38.17.659
De Senatusconsulto Tertylliano & Orficiano. 38.18.664

INDEX TITULORUM AD CAUTELAS JUDICII CIVILIS, IN QVO PRIOR NUMERUS ORDINEM TITULORUM, ALTER PAGINAM DENOTAT.

Citatione personali, 1.668
Intimatione, 2.674
Citatione reali, 3.675
Contumacia 4.685
Decreti contra contumacem interpositione, 5.690
Comparitione, 6.693
Advocatis, 7.694
Procuratoribus, 8.702
Exceptionibus contra personas agentium, & defendentium 9 704
Recusatione judicis, 10.709
Exceptione spolii, 11.711
Exceptionibus declinatoriis, & foro competente 12.713
Libello 13.733
Cautionibus judicio sisti 14.737
Litis contestatione 15.738
Juramento calumniæ 16.738
Compromisso 17.739
Dilationibus, 18.739
Probationibus & fide instrumentorum 19.749
Positionibus, articulis, responsionibus, 20 759
Confessione. 21.763
Testibus, & qvi testes esse possint, 22.765
Dilationibus probatoriis 23.769
Productione testium, 24.770
examinatione testium, 25.771
Reproductione testium, 26.784
Renunciatione productionis, 27.785
Qvam fidem dicta testium faciant, 28.786
Reprobatione testium, 29.769
Conclusione in causa, 30.791
Sententiis & judicibus qvi judicare possunt 31.792
Nullitate processuum 32.808
Appellationib9, attentatis & inhibitione. 33.815
Supplicatione, revisione, & restitutione in integrum, 34 841.
Taxatione expensarum litis, 35.844
Executione, 36.844

INDEX TITULORUM AD CAUTELAS JUDICII CRIMINALIS, IN QVO PRIOR NUMERUS ORDINEM, ALTER PAGINAM DENOTAT.

De Pactis & transactionibus, & qvib9 modis qvis ab infamiâ liber esse poterit. 1.847

Inqvisitionibus & accusationibus 2. 855
Exceptione declinatoria, & cœteris exceptionib9 3. 861
Testibus, eorumqve examinatione deposit. 4. 862
Advocatis, procuratoribus, defensor. 5. 867
Custodia reorum & privatis carceribus 6. 873
Privatis delictis, injuriis & famosis Libellis 7. 876
Public. judic. & crimine læsæ majestatis divinæ 8. 880
Ad l. Juliam de Adulteriis 9. 885
Ad l. Juliam de vi public. & privat. 10. 886
Ad l. Corneliam de Sicariis 11. 890
Ad l. Corneliam de fals. 12. 898
Ad S. C. Turpillianum, & de abolitionib9 criminum 13. 903
Confessione & qvæstionibus 14. 903
Pœnis & Sententiis Criminalibus 15. 928
Appellationibus &, Restitutionibus, 16. 948
Bonis damnatorum, 17. 949
Interdictis & Relegatis, 18. 955
Sententiam passis & Restitutis, 19. 958

INDEX SECUNDUS SECUNDUM ALPHABETI SERIEM CAUTELAS EXHIBENS, QVAQVE PAGINA QVÆLIBET REPERIATUR, INDICANS.

A.

Abbate futuro 3
Ad S. C. Turpillianum & de Abolitionibus criminum 903
inqvisitionibus & accusationibus 855
pro Acqvisitione facili 4
Advocatis 694
Advocatis, procuratoribus, defensoribus 867
ad l. Jul. de Adulteriis 885
Aleatoribus 4
Alienatione rei 4
Alienatione dotis 6
Alienatione relicti testamento, cum prohibitione, ne alienetur 6
ut Alienatio liberis impediatur 7
Alienatio rei minoris cum decreto faciendo 8
Alienatio rei in judicio petita 16
de Alimentis, vel cibariis legatis 582
Ambasiatore 17
Appellationibus & restitutionibus 948
de arbitris 18
Articulis, positionibus, responsionibus 759
Auro, argento, mundo, ornamentis, ungventis, veste, vel vestimentis & statuis legatis 585

Ban-

B.

Banchariis 207
Bonis damnatorum 949
Bonis libertorum 657
Bonorum collatione 656
Bonorum possessione, furioso, infanti, muto, surdo, cæco competente 655
Bonorum possessione contra tabulas 655
Bonorum possessionibus secundum tabulas 656
Bonorum possessione ex testamento militis 657
de eo, qvibus non competat bonorum possessio 659
de eo, ut ex legibus Senatusve Consultis bonorum possessio detur 659

C.

Cambii literis 21
Capella 21
Juramento Calumniæ 738
Carboniano edicto 656
Casu fortuito 22
regula Catoniana 596
Cautionibus judicio sisti 737
Cautione sine causa facta 22
Citatione personali 668
Citatione reali 675
Civitatibus 26
Clericis 27
de eo, unde Cognati 657
Collatione beneficii 28
Collatione bonorum 656
Collatione dotis 656
pro Committente in arbitrium juris 29
ne Communia à fratre alienentur 29
Comparitione 693
Compensatione 29
Compromisso 739
Compromissis 30
Conclusione in causa 790
Conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, qvæ in testamento scribuntur 601
Conditionib9 institutionum 428
Conductore 41
Confessione 763
Confessio 42
de Confessione & qvæstionibus 903
Contestatione litis 738
Contractibus 42
Contumacia 685
decreti contra contumacem interpositione 690
ad l. Corn. de Sicariis 890
ad l. Corn. de fals. 898
de Creditore 46
pro Creditore, qvod non potest probare adversarium sibi debere, nisi ex confessione adversarii 47
pœnis & sententiis Criminalibus 928
publicis judiciis & Crimine læsæ majestatis divinæ 880
Custodia reorum & privatis Carceribus 873
Curator 54

D.

De bonis Damnatorum 949
De his, qvæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur 371

Digitized by Google

Decreti contra contumacem interpositione 690
Decreto interponendo, in alienatione rei minoris 55
De jure deliberandi 430
De Conditionibus & demonstrationibus, & causis & modis eorum, qvæ in testamento scribuntur 601
Depositio 55
Detentator 56
Dilationibus 739
Dilationibus probatoriis 769
Donatio 56
Doloso animo 70
ut Dos alienari à muliere possit 71
De dote prælegata 576
De rebus dubiis 593

E.

De Carboniano Edicto 656
Electione Abbatis futura 74
optione vel Electione legata 578
Emtor 80
ut Ematur sine numeratione pretii 87
Emphyteuta 98
de testibus eorumqve Examinatione Deposit. 862
de Examinatione testium 771
Exceptionibus contra personas agentium & defendentium 704
Exceptione spolii 711
Exceptionibus declinatoriis & foro competente 713
Exceptione declinatoria & ceteris Exceptionibus 861
Exceptionibus 106
Excommunicatione 106
Excussione 107
Executione 844

F.

De lege Falcidia 630
Feudis 108
De annuis legatis & Fideicommissis, 558
De legatorum s. Fideicommissorum conservandorum causa caveatur 653
De eo, ut in possessione legatorum s. Fideicommissorum servandorum causa esse liceat 633
Fidejussor 109
Filiusfamilias 110
de exceptionibus declinatoriis & Forocompetente 713
Forma testamentorum s. de testamentis &c. 274
Fratres 113
pro Fundante capellam 114
de bonorum possessione, Furioso &c. competente 655

G.

De Gradibus & affinibus & nominibus eorum 657

H.

De usu &c. habitatione & operis per legatum l. fideicommissum datis, 560
De liberis & posthumis Hæredibus instituendis vel exhæredandis 325
De Hæredibus instituendis, 373
De acqvirenda vel omittenda

tenda hæreditate 439
De ſuis & legitimis hæredibus 659
Hoſpitale I. 114
Incendium 115
De his, qvæ ut indignis auferuntur 597
Injuſto, rupto & irrito facto teſtamento 359
Inqviſitionibus & accuſationibus 855
Intimatione 674
De privatis delictis & Injuriis & famoſis libellis 876
appellationibus attentatis & Inhibitione 815
conditionibus Inſtitutionum 428
Inſtrumentum 117
pro perdente Inſtrumentũ, ut confeſſionem adverſarii habeat 421
Inſtructis vel Inſtrumento legato 580
Interdictum ut poſſidetis 122
decreti contra contumacem Interpoſitione 690
Interdictis & relegatis 955
Sententiis & judicibus, qvi judicare poſſunt publicis jud. & crimine læſæ majeſtatis divinæ 880
ad l. Jul. de adulteriis 885
ad l. Jul. de vi publ. & privat. 886
Juramento calumniæ 738
Juramentum 124
Judæus 129
Judice delegato 134
L.
ut Legatum ne alienetur, alienari poſſit 134
Legato proprio 134
de Legatis primo 506
Legatis ſecundo 511
Legatis tertio 542
de annuis Legatis & fideicommiſſis 558
de ſervitute legata 576
de optione vel electione legata 578
de tritico, vino vel oleo legato 579
de inſtructo vel inſtrumenlego 580
de peculio legato 581
de ſuppelectile legato 581
de alimentis vel cibariis legatis 582
Liberatione legata 585
de adimendis vel transferendis Legatis vel fideicommiſſis 589
de eo, ſi cui plus, qvam per Legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur 635
de eo, qvando dies Legatorum vel fideicommiſſorum cedat 651
de eo, ut in poſſeſſione legatorum &c. eſſe liceat 633
de eo, ut Legatorum, ſeu fideicommiſſorum cauſa caveatur 653
de Legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita 655
de eo, ut ex Legatis Senatusve Conſultis bonorum poſſeſſio detur 659

de

Digitized by Google

de Lege Falcidia 630
Legitimatio 134
de eo, unde legitimi 657
de suis & legitimis hæredibus 659
de conjungendis cum emancipato liberis ejus 656
de eo, si tabulæ testamenti nullæ extabunt, unde liberi 657
de eo, unde liberi 657
Libello 733
privatis delictis & famosis libellis 876
Literis Cambii 144
Litigiosæ rei alienatione 145
Litis contestatione 738
taxatione expensarũ Litis 844
Locare 145
Locator 145
Ludus 147
de Liberis & posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis 325
de operis Libertorum 657
de bonis Libertorum 657
de Liberis universitatis 657
assignandis Libertis 657

M.

Maritus 148
Mater 148
Matrimonium 149
de Mercatoribus 149
contra Mercatores 149
de militari testamento 439
de bonorum possessione ex testamento Militis 657
de veteranorum & militum successione 659
Minor 149
Molendinum 150
Mulier 165
Mutuum 153
de auro, argento, mundo, &c. 586
de bonorum possessione &c. Muto &c. competente 655

N.

de gradibus & affinibus & Notionibus 657
Notarius 145
Numularii 166
Nuptiæ 161
Nullitate processuum 808

O.

de Obseqviis parentibus & patronis præstandis 657
Officia 167
de acqvirenda vel omittenda hæreditate 439
de Operis libertorum 657
Operis novi nunciatione 168
Oratores 172
de forma testamentorum, seu de testamẽtis ordinãdis 274
de auro &c. ornamẽtis &c. 585
de Senatus Cons. Tertull. & Orficiano 664
de eo, qvis ordo in possessionibus servetur 659

P.

Pacta 172
de Pactis & transactionibus, & qvib9 modis qvis ab infamia liber poterit 847
Pars minor 175
Patronatus 176
de jure Patronatus 657
de eo, si à parente qvis manumissus 657
de obseqviis parentibus & patronis præstandis 657
de eo, si qvid in fraudem patroni factum 657

Peti-

Digitized by Google

Petitorium & possessoriū 181
Pignus 180
de dilationib9 Probatoriis 769
de Peculio legato 681
de Penu legato 581
de dote prælegata 576
de his, qvæ pœnæ causa relinqvuntur 596
de Positionibus, articulis & responsionibus 759
Pœna civilis 181
de citatione Personali 688
de eo, qvis ordo in possessionibus servetur 659
Possessio 192
de eo, ut in possessione legatorum seu fideicomissorum servandorum causa esse liceat 633
de bonorū Possessionib9 655
de bonorum Possessione furioso, infanti, muto, surdo, cœco competente 655
de bonorum possessione contra tabulas 655
bonorū Possessiōe repetita 655
Possessionibus bonorum secundum tabulas 656
de bonorum Possessione ex testamento militis 657
de eo, qvibus non competat bonorum Possessio 659
de eo, ut ex Legatis, Senatusve Consultis bonorum Possessio detur 659
de Procuratoribus 702
Probationibus & fide instrumentorum 749
Processuum nullitate 808
Productione testium 770
Productionis renunciatione 785
de Privatis delictis, injuriis & famosis libellis 876
Publicis judic. & crimine læsæ majestat. 880.
ad Leg. Jul. de vi publ. & privat. 886
Privilegia 194
Præscriptio 199
Prodigus filius 207
Promissio 208
Proprietarius 211
Pupillus 212
Pœnis & sententiis criminalibus 928

R.

Ratihabitatio 213
de Recusatione judicis 709
Reductio ad boni viri arbitrium 213
Regnum 213
Regula Catoniana 596
Renunciatio 214
Reprobatione testium 769
Renunciatione product. 785
Reproductione testium 771
de interdictis & Relegatis 955
de sententiam passis & Restitutis 958
de appellationibus & Restitutionibus 948
de supplicatione, Revisione & Restitutione in integrum 841

S.

de Scholari 215
de scriptura 215
de sententia 216
Sententiis & judicibus, qvi judicare possunt 792
pœnis & sententiis criminalibus 928
Sentētiā passis & restitutis 958
de Senatus Consulto Trebelliano 635

Digitized by Google

de eo, ut ex Legatis Senatusve Consultis bonorum possessio detur 659
de his, qvæ pro non scriptis habentur 596
Socius 216
Solutiones 217
de servitute legata 576
exceptione spolii 711
de statis 228
de simulatione 237
pro Studioso literas Cambii offerente 238
de Veteranorum & militum successione 659
Successorio edicto 657
Supplicatione, revisione, & restitutione in integrũ 841
de vulgari & pupillari substitutione 388
de supellectile legata 581
de bonorum possessione 655

T.

de eo, si tabulæ testamenti nullæ extabunt 657
de eo, si tabulæ testamenti extabunt 655
de taxatione expensarum litis 844
de iis, qvi testamentum facere possunt & testamenta fiant 274
de forma testamentorũ & de testamẽtis ordinandis 274
de injusto, rupto & irrito facto testamento 359
de his, qvæ in testamento debentur, inducuntur vel inscribuntur 371
de militari testamento 439
de conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, qvæ in testamento scribuntur 601
de bonorum possessione ex testamento militis 657
de testibus & qvi testes esse possunt 765
de testibus eorumqve examinatione deposit. 862
Senatus C. Trebelliano 635
ad Senatus C. Turpill. & de abominationibus 903
de pactis & transactionibus & qvibus modis &c. 847
de Senatus C. Tertylliano & Orfic. 664
de tritico, vino & oleo legato 579
Tutela 239

V.

Vasallus 250
Venditio 251
Vendere 252
Venditor 264
de ventre in possessionem mittendo & curatore 656
Vidua 265
ad Leg. Jul. de vi publ. & privat. 886
Universitas 267
Votum 267
Usucapio 268
Usuræ 269
Usufructuarius 26[illegible]
de usu & usufructu & reditu & habitatione & operis per legatum vel fideicommissum datis 56[illegible]
Uxor 26[illegible]

F I N I S

INDEX RERUM ET VERBORUM, QVÆ HOC BREDERODII DE CAUTELIS LIBRO CONTINENTUR.

In qvo prior numerus paginam, posterior Summarium denotat.

A.

A sententia excommunicationis appellari non potest, qvia ipsa lata executionem trahit secum, 217. 2

Absenti & ignoranti non currit terminus, us. a die notificationis, 860

Absentia advocati non veri non præstat causam dilationis homicidæ, qvando ei prosit. 861. 1.

Absolutio, qvantumcunq; generalis, tutori vel alteri facta, non extenditur ad bona, qvæ apud absolutum de bonis absolventis essent. 248. 14

Absolutio à juramento debet ante omnia peti per mulierem læsam in renunciatione, 478. 4

Absolutio à juramento, à qvo peti debeat. 725. 726

Absolutus de blasphemia à summo Pontifice mitius est puniendus. 885

Accusatus vel inqvisitus de crimine se per procuratorem defendere non potest. 871. 4

Acqvisitiones feudorum & rerum emphyteoticarum à communiter accidentibus uno de qvatuor modis accipiuntur. 470. 1

Actio de dolo filio contra Patrem, servo contra dominum, dari non potest. 70. 1

Actio doli de facto infamat, non autem actio in factum. 71. 1

Actio ad testamentum dolose factum rescindendum datur iis, qvi ab intestato succedunt. 660. 2

Actio doli vel in factum subsidiaria, qvibus in casib. locum habeat. 589. 1

Actio hæredi competens aditione hæreditatis confunditur. 482. 1

Actione legis aqviliæ venit culpa levissima, qvando talis culpa committitur faciendo, non autem omittendo seu negligendo 116. 2

Actiones hæreditariæ à creditoribus contra hæredem sunt movendæ 569. 1.

Actio post hæreditatem aditam per hæredem scriptum

Digitized by Google

per contra tab. intentata non reducit negotium ad causam intestati, sed ante hæreditatem aditam intentata id facere potest. 345. 1

Actio qværitur legatariis testatoris pacto. 544. 2

Actio utilis qværitur legatario ex legato nominis vel actionis. 546. 2

Actione injuriarum agi potest contra illum, qvi alicui injuriatus est, & qvare. 878. 1

Actionibus popularibus & etiam in criminibus uno agente actio consumitur. 922. 4

Actor, qvomodo de calumnia jurare debeat, qvando ab emtore persona supposita fuerit. 82. 3

Actor seqvitur forum rei. 186. 3

Actore non probante reus absolvitur. 448. 2

Actor qvomodo petitionem libelli in casu intentati remedii ex l. tit. C. de ed. d. Adr. loc. formare debeat. 734. 1

Actoris conditio litis contestatione potior est. 738. 1

Actores qvando & qvomodo diutius circumducere liceat. 740. 1

Actum qvotiescunqve qvis libere facere non potest, nisi certa qvalitate interveniente, suæ simplici assertioni non statur, qvod illa qvalitas intervenerit. 11. 5

Actus, qvi in scriptis celebrantur, ante omnia dictari debent, deinde scribi. & tandem legi, neqve postea notario aliqvid mutare licet. 215. 1

Actus si non valet ut agitur, valebit ut valere potest. 23. 2

Actus binus vel trinus blasphemandi consvetudinem non inducit. 885. 5

Actus contra unum per judicem si in judicio fiat, contradictio non sufficit, nisi appellet. 801. 2

Actum qvotiescunqve qvis libere facere non potest, nisi in certo casu speciali, de tali casu simplici assertioni suæ non statur. 796. 2

Acta regulariter per testes non possunt probari 812. 5

Acta ubi non loqvuntur, nec nos loqvi debemus 812. -

in Actorum corpore qvod non continetur, factum non reputatur. 812. 4

Actibus judicialib. in qvib. appellari potest, simpliciter contradicere non sufficit, nisi appelletur. 799. 3

Actui jurato non solum princeps, verum etiam summus pontifex nunqvam per aliqvem actum suum derogare intelligitur. 745. 6

Coram actuario appellari potest, si judex absens est. 827. 2

Ad testamentum codicillo suo probandum duone an septem testes reqvirantur. 631. 1

Ad-

Additiones factæ in margine instrumenti non probant. 372. 2

Adjectivum, positum post plura substantiva, refertur tantum ad ea, ad qvæ referri potest salva recti sermonis ratione. 585. 1

Aditio fit, si filius testatoris bibit de vino ejus & edit de frumento. 441. 1

Aditio hæreditatis, causa, ob qvam qvis hæres esse possit, ignorata non valet. 468. 2

Aditio hæreditatis è testamento secundo viribus caret, licet è testamento primo hæreditatis adire potuisset. 453. 1

Aditio hæreditatis est animi. 446. 1

Aditio hæreditatis ex qvatuor actib9 demõstratur. 467. 1

Aditio hæreditatis ex testamento nõ necessaria est, ubi est clausula codicillaris. 496. 2

Aditione hæreditatis confunditur actio hæredi competens 482. 1

Adoptari potest nepos ex uno filio, ut nepos ex altero filio 358. 2

Adsessor qvomodo à Judicio removeri debeat. 710. 2

Adversarii Confessio etiam post cond. in causa prodest. 791. 4

Advocare est alienum desiderium in Judicio pandere, 707. 5.

est in Judicio aliqvid dicere. 709. 1

Adultus curatorem habens testari potest. 244. 3

Advocat9 caute verba proferre debet, 2. 2

Advocatus incredulus optimus est in discendo, 700. 4

instruens clientem qvaliter debeat positionibus respondere, qva pœna puniatur, 933. 14

Judicis personam inducere debet ante causæ patrocinium. 701. 5

qvo pacto examinare clientem ad se adventantem debet. 701. 3

Advocati ut propter vulgi ope unionem splendidius vestiti incedant. 698. 1

Æs alienum regulariter incumbit hæredi. 569. 1

Æstimatio legati per emphy. non debetur legatario. 542. 4

Ætatem allegans eam probare tenetur. 706. 2

Affectata & procurata non prosunt. 858. 1

Agendo vel excipiendo in multis casibus qvispiam repellitur, neq; præscriptioni renunciare potest. 206. 1

Aliena re legata legatari9 habet actionem, si Dominus rei consenserit. 544. 1

Aliena si legentur, qvando & qvibus debeantur. 542. 1

Alienandi potestatem dare potest, testator hæredi rogato hæreditatem restituere. 640. 2

Alienare prohibitus alienare poteſt pro vita redimenda. 609. 7

Alienari non poſſunt bona ſubjecta reſtitutioni. 78

Alienari prohibita extra familiam, alienari poſſunt illis de familia reqviſitis, & emere nolentibus. 609. 5

Alienata in fraudem legitimæ, qvo remedio revocentur 338. 7

Alienatio facta per hæredem ignorantem fideicommiſſum valet. 608. 1

Alienatio illicita licita fit ob cauſam neceſſariam. 611. 7

Alienatione prohibita non intelligitur prohibita ſucceſſio hæredis extranei. 610. 3

Alienatione prohibita per ſtatutum non intelligitur prohibita hæredis inſtitutio. 513. 4

Alienationis appellatione continetur etiam diſpoſitio per teſtamentum. 640. 2

Alienationis prohibitio facta filiis per teſtatorem non extenditur ad nepotes; facta verò familiæ non egreditur qvartum gradum. 612. 1

Alienationis verbum qvid comprehendat. 116. 3

Alienatio rei immobilis minoris, ſi decretum judicis non intervenerit, cauſæqve cognitio non præceſſerit, nulla eſt. 9. 1

Alimenta debentur etiam filiis ſpuriis. 521. 13

Alimenta filiis à Parentibus præſtanda ſunt. 338. 7

Alimenta habent privilegium tacitæ hypothecæ, 340. 7

Alimenta Monacho ſic relinqvi poſſunt, ut illa ipſe, & non Abbas percipiat. 539. 3

Alimentorum legatum non eſt Multiplicabile 282. 1

Aliqvis adhuc vivens hæredem habere neqvit. 384. 3

Allicere licet alium blanditiis ad teſtandum 661. 4

Alternativa poſita inter perſonas facit ſervari ordinem ſucceſſionis ab inteſtato 384. 2

Ambulatoria eſt voluntas teſtatoris usqve ad exitum vitæ ſupremum. 590. 1

Amici veritatis eſſe debemus. 452. 9

Amicitia magna facit videri inſertam teſtamento clauſulam codicillarem in gratiam amici. 508. 7

Amicitia magna juri ſangvinis exæqvatur 542. 1

Amicos magis expedit habere, qvam pecuniam augere. 326. 1

Amicus melior, qvem habet filius, eſt ipſe pater. 606. 2

Amita qvomodo ſuccedere poſſit filio fratris. 663. 1

Amittens rem ſibi comodatam ad æſtimationem tantum teneri debet. 80. 1

Amiſſio Inſtrumenti Regula-

gulariter per juramentum probatur. 120. 1

An pater intelligatur legitimare filios omnes, si unum è naturalibus filiis filium appellaverit. 141. 2

An, si Princeps alicui immunitatem & exemtionem pro se, & defendentibus suis, tam masculis, qvam fœminis concesserit, talis immunitas etiam ad filias maritatas extendatur. 195. 1

Anima qvomodo à peccato malè ablatorum purgari possit. 628. 3

Animalia continentur in legato mobilium. 549. 3

Animalia supernascentia post testamentum legato non cadunt. 130. 1

Annum relinqvi potest fratribus mendicantibus ad tempus certum. 559. 2

Appellans bis super eodem puncto, qvam appellationem proseqvi debeat, primam an secundam. 828. 2. mentem dubiam statim declarare potest. 834. 2

Pro appellante ratione qvalis qvalis præjudicii. 819. 1

Appellare à sententia, vel à gravamine intra 10. dies bis sic per eodem puncto unusqvisq; potest, à sententiis capitalibus non licet. 828. 7

Appellare licet ab exceptionis rejectione, procedatur ad ulteriora, 834. 1

Non licet, si in possessorio judicatum sit. 834. 1

Post 10. dies qvomodo possit, qvi dixit, sententiam nullam. 815. 1

Pro Appellare volente, si per judicem stat, qvo minus appelletur. 815. 1

Appellari ab exceptione possessionis rejecta potest. 712. 2. intra decendium debet 827

Multis casibus non concessum. 842

Potest coram actuario, si judex absens est, 827. 2

Regulariter licitum est, ab omni sententia, tam criminali qvam civili. 914. 8

Appellari ad Papam de jure civili non potest omisso medio 138. 7

Appellari neqvit ab arbitri sententia. 19. 1

Appellari potest ad Papam de jure canonico omisso medio 138. 7

Appellatio à sententia nulla fieri potest. 831

Appellatio qvando deserta censeatur. 833

Est de minore ad majorem judicem provocatio. 915. 9

Appellatio familiæ ad spurios non porrigitur 644. 1

Appellatio filiorum continet nepotes, qvoties de horum commodo agitur, & non contra qvoties de eorundem incommodo. 400. 1

Digitized by Google

Appellatio hæredis complectitur duntaxat illum, qvi testamento legi poteſt 536.1
Appellatio liberorum continet etiam ſexum fœmininum 415.4
Appellatio maſculorum excludit fœminas & maſculos ex fœminis. 414.3
Appellatio matrimonii qvatenus ſignificatione ſua ſe extendat 531.2
Appellatio rei jura nec non actiones continet 392.3
Appellatione hæredis qvãdo hæres hæredis veniat. 537.2
Appellationis cauſa delegari poteſt 840.1
Appellationes plures ſuper nullitate fieri poſſunt. 850.2
Appellaverit qvod qvis infra 10. dies, præſumtio eſt. 827.1
Arbiter usq; ad ultimam diem ſententiam facere poteſt. 19.1
in Arbitrum partes compromittere poſſunt, & per hoc appellationi renunciare. 817.2
Arbitri in dubio juris conſtituti qvam viam ſeqvi teneantur. 402.3
Arbitrium boni viri qvbus verbis demonſtretur per teſtatorem. 275.2
Argumentum à contractu ad voluntatem ultimam valet. 024.2
Argumentum à contrario ſenſu locum habet etiam in reſcriptis principum 4 7.4
Armorum appellatione qvæ veniant. 886
in Arte valdè perito, vel forti, utili civitati parcendum. 946.3
Articulis ſine procuratoris vel advocati præſentia reſpondendum. 760.1
Attentatorum nomine an revocari poſſint, qvæ intra decendium fierint, qvod datur ad appellandum. 835.1
Attentatorum revocatio qvando petenda 836.1
Atteſtationibus publicatis partibus, qvibus interrogationes fieri ſoleant. 899.1
Auctor contractus vel ſtatuti ante pœnam commiſſam, totius diſtractus auctor eſſe poterit. 236.1
Auctoritas judicis Simoniam ceſſare facit. 247.10
Auctoritas Bartoli in jure civili magna eſt, 531.1
Auctoritas Doctoris in jure canonico præferenda eſt auctoritati theologi in his, qvæ ad philoſophiam moralem pertinent. 627.2
Auctoritatem ad utilitatem propriam nemo accommodare poteſt. 287.4
Auctoritatem ſupplet judex pro eo, qvi non eſt habilis ad præſtandam auctoritatem. 287.4
Audiviſſe aliqvem qvomodo caute probetur. 695.3

Aviſa-

Avisationis & comminationis clausula in citatione qvando necessaria. 670. 3

Avthenica sacramenta puberum, C. si advers. vend. minoribus damnosa potius est, qvam proficua. 615.1

B.

Baldus qvalis, & qvæ ejus auctoritas. 683. 8

Banniti nostri temporis comparatur deportatis, & sunt intestabiles. 282. 2

Barones viventes de jure communi in pariter succedendo, per qvæ verba caveant, qvando velint unum ex iis tantum jurisdictioni præesse. 357.5

Bartolus egregiè laudatus. 530. 1

Baptismus liberat Judæum à morte, liberat ab omni pœna corporali qvoad mundum. 946. 4

Bastardi sunt iidem qvi spurii. 137. 2

Benedictio paterna non habetur pro institutione. 334. 3

Benefacere nemo compellitur. 527. 2

Beneficio intra tempus patroni per Episcopum collato, si patronus intra tempus juris non præsentet aliqvem & alius postea beneficium illud à Papa impetret cum clausula, si non fuerit alteri jus qvæsitum, uter potior habendus. 179.2

Beneficium esse venale non abhorrent jura. 346. 2

Beneficium principis utile esse debet. 344.2

Benignitas morum ad fidem comparandam multum operatur. 327. 1

Bestiarum appellatione qvid veniat. 753. 3

Blanditiis alium allicere licet ad testandum. 661. 4

Blasphemans qvomodo effugiat pœnam mutilationis lingvæ. 882. 1

Blasphemantis pœna qvæ erat, & qvæ nunc est. 885. 1

Blasphemantium Deum pœna est abscissio capitis 883. 1

in Blasphemiam se nunqvam probanti incurrisse, pœna minorari debet. 885. 4

Blasphemus an possit absolvi à proprio sacerdote. 884.

Bona timentis ne forte fisco applicentur. 949. 1

Bona dari possunt aliter qvam in testamento. 504. 4

Bona dantur deducto ære alieno. 570. 4

Bona incerta qvaliter accipiantur. 627. 3

Bona obligari possunt per eum, qvi ea alienare prohibitus est. 116. 4

Bona restitutioni subjecta alienari non possunt. 355.2

Bona seqvestrantur, si usufructuarius idonee cavere

vere non possit. 574.5

Bona sunt tacitè obligata pro alimentis 340.7

Bona testatoris qvomodo in familia remaneant perpetuò 613. 2

Bona alicujus rebellis si qvispiam à Principe impetraverit, impetratio & concessio non valet. 197.2

Bono viro non licet aliqvem decipere, licet in foro civili,& canonico concessum sit. 96. 2

Bonorum possessio agnoscitur coram judice,intrà dies centum, vel intra annum, si fit à liberis. 457. 1

Bonorum possessio etiam hodiè necessaria est in casibus qvam plurimis. 458. 2

Bonorum possessio non agnita non transmittitur ad hæredes. 457. 1

Bonorum possessio Unde Liberi etiam non agnita transmittitur ad hæredes. 458. 2

Bonorum possessionem elapso termino ad petendum præstituto qvomodo qvis agnoscere possit. 462.1

C.

PerCapituli negligentiam actus ad episcopum volvitur 858.7

de Captura debitoris 836.3

Cæci testamentum reqvirit solennitatem juris,etiamsi statutum inducat generaliter aliam formam testandi 2[…]

Cæcus potest donare c[…] mortis. 28[…]

Caput testamenti to[…] institutio hæredis est 3[…]

Cardinalis vel Episco[…] propter dignitatem advo[…] officium exercere non [...] sunt, sed gratis pro am[…] consulere 7[…]

Cardinales ad mor[…] condemnatos eis obvian[…] liberare possunt. 94[…]

Cardinalibus sine lice[…] Papæ de bonis Patrimoni[…] bus licet facere testament[…] 27[…]

Casta vivere dicitur eti[…] illa, qvæ in matrimonio 568[…]

Casus mixtus non co[…] prehenditur sub probati[…] simplici. 51[…]

Casus omissus, juris co[…] munis dispositioni relict[…] est. 41[…]

Causa dubia qvomodo t[…] minanda sit 40[…]

Causa exhæredationis n[…] solum testamento exprim[…] sed etiam probari debet,ut[…] legitima 327[…]

Causa expressa non hab[…] vim dispositionis. 61[…]

Causa filiorum favorab[…] lior est causa Ecclesiæ 39[…]

Causa necessaria facit li[…] tam alienationem, qvæ ali[…] licita non esset 61[…]

Causa religionis est fav[…] rabili[…]

Digitized by Google

rabilior nuptiis. 527. 1

Causa successionis prima filiorum est 336. 9

Causæ necessariæ qvæ dicantur. 614. 5

Causæ cognitionem temporis brevitate intervenisse non præsumitur, si eodem actu datus fuisset curator, facta venditio & decretum interpositum 128. 12

Causæ Judæorum an secundum jus commune decidendæ sint, an vero secundum jus ipsorum Mosaicum. 129. 1

Causam justam foventi qvando adversarium decipere liceat, & per indirectum ipsum vincere. 831. 3

Causæ ex legum provisione delegabiles non sunt, ex causa necessariæ absentiæ delegari possunt. 796. 1

Cautela cautelarum. 696. 1

Cautela superflua facit præsumi dolum. 945. 6

Cautela uti non debemus, qva scandalum oriri posset. 888. 3

Cautelæ diligenter servandæ sunt. 345. 4

Cautelæ qvædam juris, qvædam facti. 1. 1

Cautelis malis abstinendum, 696. 2

Malis utentium pœna 696 3

Cautio juratoria utrum admittatur, si usufructuarius satis dare non possit 574. 5

Cautio præstanda per hæredem vel usufructuarium an remitti possit à testatore 574. 2

Cessio id operatur in nominibus debitorum, qvi operatur traditio in rebus corporalibus. 546. 3

Cessio juris à fisco ad id impetranda est, ut indignus hæreditate ab ea removeatur 499. 2

Chirographo seu scriptura privata, manu notarii nõ confecta, reqviritur, qvod trium testium subscriptio interveniat, alioqvin non valeret. 25. 1

Chirographum non probat, si moriatur unus de testibus in eo subscriptis 149. 1

Circumventus qvando aliqvis dicatur 371. 2

Citatio generalis ad totam causam qvando utilis. 670. 2

In Citatione qvando clausula accusationis & comminationis necessaria. 671. 3

Citatus ad audiendum jurare testes, si non compareat & examinetur testes, processus omnino nullus 812. 3

Per se vel procuratorem, comparare potest, 675. 4

Qvispiam si fuerit tanqvã reus probaturi & habilis fit, qvam primum per se, vel per

 alium

alium ad judicium veniat. 668. 1

Si citatur qvispiam coram judice aliàs suo, qvi ope exceptionis declinari poterat: an si contumax fuerit, declinatorias etiam ante litem contestatam opponere poterit 672. 3

Clausula codicillaris confirmat legata, etiamsi nec substitutus vel institutus adeat hæreditatem 427. 3

Confirmat voluntatem testatoris, qvi filium instituit sub conditione non potestativa. 332. 3

Clausula omni meliori modo, faciunt ut relicta in testamento, in qvo nullus hæres institutus est, valeat. 374. 2

Facit videri successores ab intestato rogatos esse restituere hæreditatem scriptis hæredibus, 335. 4

Non operatur contra præteritionem posthumi, etiam qvod legata. 363. 4

Non operatur in testamento cæci ad supplendum solennitatem 280. 4

Sufficiat in secundo testamento cum verbis illis, omni meliori modo, ad revocationem prioris testamenti. 368. 3

Clausula sustinet testamentum fratris etiam turpi persona hærede instituta, 358. 4

Testamento inserta videtur esse in gratiam amici ob amicitiam, qva illum testator prosecutus est, 510. 7

Neminé discrepante, & ex certa scientia, qvid importet, 11. 4

Rato manente pacto, qvid operetur, 181. 1

Salvo jure solidi, qvid significet, ignorant multi, 224. 2

Si sua putaverit interesse, qvam vim habeat, 186. 4

Visis & inspectis verbis testamenti, qvam vim habeat, 6. 1

Avisationis & comminationis in citatione qvando necessaria, 670. 3

Non consentiente, imò contradicente, qvid importet, 809. 1

Salvo jure addendi nihil operatur in libellis post litis contestationem, 736. 2

Salvo mihi arbitrio addendi & minuendi in libello est bona, 337. 3

Ubiqve locorum: qvid operari debeat, 714. 1

Unus sine altero procedat, qvid importet deficientibus liberis prolata sine præfinitione temporis tempus

pus omne complectitur, 413. 2

Derogativa ad seqvens testamentum qvomodo revocetur secundo testamento. 367. 2

In omnibus suis bonis mobilibus &c. si est superflua in institutione, valet in substitutione, 391. 1

Novissima derogat prioribus, 320. 6

Omni meliori modo &c. facit ut relicta simpliciter intelligantur relicta jure institutinis, 510. 5.

Omni meliori modo operatur, ut actus valeat eo modo, qvo valere potest, 453. 2

Qvod valeat omni meliori modo, habet vim codicillorum, & operatur ac si dicatur, jure institutionis, 335. 6

Salvo jure domini, qvam vim habeat. 544. 2

Vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, qvid operetur. 406. 2

Clericus de fructibus beneficii & rebus ecclesiæ non potest testari 277. 1

Debet erogare qvid superest in pauperes, 277. 2

Dicitur habere qvasi castrense peculium in adventitiis, 288. 5

Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus, licet sit sub patria potestate, potest testari, 288. 5

Etiam in testamento potest relinqvere in remunerationem servitiorum, 278. 5

Habens primam tonsuram in pàtria potestate existens testari potest, 283. 2

Habet fructus sui peculii, & non pater, 288.6

Potest inter vivos moderate donare, 277. 3

Potest testari de rebus ecclesiæ permittente summo Pontifice, 278.4

à magistratu politico vexari non debet, 716.3

Clericus & laicus si ambo rei fuerint, tam laicus, qvam clericus in foró ecclesiastico conveniri debet, 723. 3

Clericis privilegium fori de jure divino concessum, 716. 1

Clientem ad se adventantem, qvo pacto advocatus examinare debeat, 701. 3

Codicilli possunt fieri irrevocabiles, 319. 5

Codicilli primo testamen-

to

to facti non tolluntur per codicillos alios, qvi fierent postea, neqve per testamentum aliud seqvens, nisi expresse dicatur, 501. 2

Codicilli qvot testes reqvirant, 630. 1

Cohæres fidejussor repetere non potest ab hæredibus usufructuarii, qvod pro usufructuario solvit, 574. 3

Collatio beneficii per ordinarium intra mensem datum facta valet, si expectans ipse non acceptaverit, 179. 4

Collectivum nomen simpliciter prolatum distribuit in partes viriles 383. 4

Collegia non improbata legatorum capacia sunt, 511. 2

Comites sacri palatii habentes generalem potestatem legitimandi, in præjudicium legitimorum & naturalium legitimare non possunt, 137. 4

Communicantes cum excommunicato excommunicatione majore incurrunt excommunicationem minorem 217. 1

Commoda, qvæ dotem prælegatam seqvantur, 576. 1

Communia verba in substitutione qvæ sint, 405. 6

Communia verba relata ad res certas non trahuntur ad universum, 423. 3

Comparens in ultima citatione in expensis condemnandus est, 693. 1

Comparere in judicio non tenetur, nisi citatus, 670. 1

Compensatio de qvantitate ad speciem non fit, 586. 3

Compensatio legati ad creditum fit, si constet è voluntate testatoris ita fieri debere, 586. 2

Compromisso lato à laudo appellari non potest, sed ad boni viri arbitrium reductio peti, 36. 1

Compromissum, vel transactio de re clara fieri non potest, 35. 1

Compromissum fieri inter cohæredes ad sedandas discordias potest præcipere testator, 618. 1

Habet instar judicii, 436. 1

Non extenditur in compromittentis hæredes, 681. 2

Concessio ejus prohibetur, cujus petitio prohibetur, 237. 4

Concessiones imperatoriæ per importunitatem factæ esse præsumuntur, 197. 1

Conclusio in causa, qvid, 791. 1

Concubina, si in testamento suo, vel instrumento publico filium suum naturalem nuncupaverit, sine ista adjectione, Naturalem, an eum legitimasse intelligatur, 142. 4

Conditio implenda est ab eo,

eo, qvi legati conditionalis commodum conseqvi velit, 623. 2
Conditio implenda per legatarium habetur pro impleta, si stat per hæredem, qvo minus impleatur, 605. 1
Impleri non potest in persona hæredis, 492. 4
In testamento data, & in codicillis ademta in alios transferendo, qvando intelligatur repetita. 604. 4
Possidentis melior est in re dubia possessa, 448. 2
Qvando fit per dictionem SI, vel hac conditione, qvando modum, qvando item conditionem significet, 653. 3
Qvomodo intelligatur repetita, 604. 1
Conditio, si impleta non fuerit in vita legatarii, legatum non transmittitur, 652. 1
Si uxor unà cum filiis morata fuerit, dicitur impleta, si facta divisione inter filios ipsa mater cum uno ex eis habitet, 584. 3
Conditionalia non transmittuntur etiam ad descendentes testatori, 421. 2
Conditionalis oratio non disponit, 429. 1
Conditione revocata dispositio permanet, ita, ut non sit amplius conditionalis, 504. 4
Condemnatum, qvid ab infamia liberare possit, 854. 6
Conductor simplex regulariter, qvo tempore pensionem solvere non teneatur, 122. 1
Confessio adversarii, de aliqvo tibi debito qvomodo extorqveatur, 20. 2
Pro Confessatis habentur, si actus vel reus positionibus respondere nolit, 761. 1
Confessio adversarii etiam post conclusionem in causa prodest, 792. 4
Confessio alicujus per notarium scripta, revocari neqvit, 765. 1
Blasphemantis apud sacerdotem tollit pœnam blasphemiæ, 884. 2
Doli ab adversario extorta, revocari potest. 763. 1
Extrajudicialis, ante cœptum judicium revocare, ad torturam non nocet, 904. 2
Matrimonii facta â delicto non excusat, 894. 1
Per errorem facta regulariter revocari potest, 764. 1
Qvalificata an possit acceptari sine ulla qvalitate, 910. 2
Et an liberet reum â tortura, 917. 2

Qvali-

Confessio qvalificata mortem & pœnam evitare potest, 910. 1

Confessio in parte acceptari potest & in parte sperni 910. 2

Confessio victoris de injustitia sententiæ illi præjudicat, 822. 1

Confessio emanata inter personas prohibitas actum facere suspecta est, 524. 3

Confessio facta per patrem, qvod habuerit pecuniam â filiis suis, qvo casu valeat, 525. 6

Confessio mariti, qvod emerit fundum pro pecunia uxoris, qvo casu valeat, 525. 5

Confessio patris in testamento suo confuentis, se certum habuisse & recepisse â filio suo spurio, qvo casu valeat. 525. 4.

Confessio patris non nocet filio, qvantum ad legitimam, 339, 5

Confessio testatoris an intelligatur acceptata, si legatorius præsens sit & taceat, 625. 2

Confessio habet vim legati tantum, 625. 1

Confessio juramento firmata, fit irrevocabilis, 626. 3

Confessio male ablatorum revocari minime potest, 626. 4

Confessus delictum extrajudicialiter habet contra se indicium ad torturam, 904. 1

pro Confesso in responsione ad articulos, qvando qvis habeatur, 690. 1

pro Confesso regulariter habetur positionibus non respondens, licet sententia reqviratur, 762. 1

Conjectura voluntatis defuncti seqvenda est in distributione partium, 594. 3

Conjecturæ in fideicommissis habentur pro voluntate testatoris expressa, 430. 3

Conjecturis non est locus in certis, 588. 2

Conscientia, 696. 1

Conscientia idem est qvod vir bonus, 197. 3

Consensum ad utilitatem propriam sicut auctoritatem accommodare non possumus, 287. 4

Consensus alicujus ubi reqviritur, sufficit eum intervenire post factum, 551. 2

Consensus alteri præstitus revocabilis est per eum, cujus consensus ad actum reqviritur, 287. 4

Consilium & persvasio de aliqvo malo perpetrando, qvæ sunt menti mandatarii impressa, cum jam animo fixa sint, qvomodo rovocari poterunt.

Consilium dedisse non videtur, qvi super omnibus qvæ-

qvæstionibus simul propositis non consuluit.

Constitutum precarii â constituto simplici in qvonam differat, 91. 3

Consvetudo an probetur per dictum Doctoris, de consvetudine sic servari scribentis. 643. 3

Consvetudo minuere potest solennitatem inventarii, & formam ejus mutare, 433. 3

Consvetudo testatoris præfertur consvetudini regionis, 595. 2

Contractus mutui instrumentum qvomodo fieri debeat. 714. 2

Contractus celebratus inter patrem & filium titulo oneroso an valeat, 524. 2

Contractus fieri potest etiam testamento, 590. 2

Contractus an censeatur usurarius & simulatus, si qvis emat aliqvam rem, & parvitas pretii concurrat cum pacto de retrovendendo, 257. 1

Contractus fide bona factus, qvando præsumatur, 246. 5

Contractus judicis auctoritate celebratus valet, 42. 1

Contractus qvando circa legem fit, sicut non valet contractus, qvi principalis est, ita etiam non valet promissio de evictione vel pœna, qvæ accessorium ejus est. 84. 2

Contractus qvando in scriptis celebrari dicatur. 43. 1

Contrahentes communi consensu recedere possunt â pacto, etiam firmato mediante juramento, 620. 5

Contrahentibus naturaliter licitum est se intervicem circumvenire & se invicem decipere, & qvod plus valet, pretio minori emere, & qvod minus valet, pretio majori vendere. 95. 1

Contrahentibus de jure canonico citra dimidiam justi pretii inter se decipere licitum est. 667. 4

Controversiæ informatio in scriptis â partibus petenda, 702. 2

Contumacia est aliqvid non facere, 685. 1

Contumacia est delictum. 679. 3

Contumacia procuratoris, an & qvando domino noceat. 686. 3

Contumaciæ expensæ cui imputentur 688. 6

Contumaciæ pœna non habet locum in fictis contumacibus. 681. 6

Contu-

Digitized by Google

Contumaciam, dominus mittens procuratorem, qvibus in casibus non incurrat, 685.2

Contumax qvis, 691.1

ad condemnationem de interpositione decreti qvis, 690 1

fictus, non verus qvi sit, 681.5

Contumax jurisdictionem non sui judicis nunqvam prorogat. 673.2

Conventus fratrum mendicantium capax est relictorum. 559.3

ex Correis duobus homicidii, qvo verum reum expiscari judex possit, 23.1

Creditor in instrumento debiti pactum apponere non potest, 174.1

Creditor licet alteri actionem cedat, cedens tamen cessione illa non obstante in tribus casibus contra debitorem suum agere poterit, 24.1

Creditor particularem debiti solutionem accipere non cogitur, 223.1

Creditor pupilli tutor illius esse neqvit. 491.3

Creditoris unius immissio qvando alteri prosit.

Creditores debent agere contra hæredem, 337.1

Creditores mariti matrimonio constante an bona mariti possint pro jure creditorum occupare, dotem tamen uxori offerre volentes, 51.3

pro Criminalibus domo qvis extrahi potest, 675.2

Criminaliter condemnat9 ad hoc, ut condemnationi satisfaciat, invitus de domo extrahi non potest, 679.2

qvis dicatur condemnari, 675.3

Crimini eod. qvis duplici pœna puniri non debet, 915.10

inCrimine læsæ majestatis omnis cautela liberandi aliqvem â morte, * periculosa est, 934.1

Criminosus an possit esse testis, 863.1

Curator dari potest hæreditati jacenti, qvi satisfaciat creditoribus, & actiones hæreditarias exerceat, 456.4

D.

Damnatus in metallum mori civiliter dicitur, 898.1

Damnati ad mortem executio qvibus modis differatur, 947.6

ad supplicium non sunt vi eximendi, 946.1

Debita solvenda sunt ab hærede, â legatariis solvenda non veniunt, 570.2

Debito civili privato, qvis de domo invitus extrahi non potest, & qvid hic de domus appellatione veniat, 678 1

Debitor extra domum captus,

ptus, si postea aufugit in domum, an invitus extrahi possit, 675. 677. 678

Debitor qvando recomendari possit ob debitum, 680.4

Debitor si saltem per interpellationem extrajudicialem in moram constitutus non fuerit, ad aliqvas expensas non tenetur, si recepto libello, se solvere dixerit, & liti cedere, 733. 1

Debitor pupilli non potest esse tutor ejusdem. 491. 3

Debitor qvantitatis expressæ respectu speciei alicujus, non liberatur etiam morte ipsius speciei, 542. 2

Debitor tuus, si in magna qvantitate fuerit, & judex non possit cognoscere, nisi usq; ad vigesimum qvintum annum, omnia singulariter petere poteris, 444.3

Debitor invito creditore nomen debitoris sui cedere non potest, 23. 1

Debitor qvando constituit se tenere & possidere nomine creditoris omnia bona sua, si ipse debitor aliqvam rem suam alienaverit, creditor contra possessores agere potest, nulla excussione ex condictione facta, 108.1

Debitor, qvi vult plenissime liberari, qvid facere debeat in instrumento, 248. 17

Debitor qvispiam, si primo obligaverit creditori omnia bona sua generaliter, & ego ipsi fundum meum vendiderim, & habuerim fidem de pretio, ac mihi omnia bona obligaverit in dicta re ipsi per me vendita, qvis potior erit? 50. 2

Debitor si juraverit se non probaturum nisi per instrumentum, tale juramentum servandum est, 119. 2

Debitorem suum suspectum dicens probare debet, 684

Debitorum nomina non continentur appellatione mobilium & immobilium, 549. 1. & 392. 2

Deceptio citra dimidiam pretii justi partem contrahentibus de jure canonico permissa est, 667. 4

Declaratio voluntatis fit etiam ex actu testandi, 591. 2

Decretum judicis interpositum in contractu minoris non valet, tanqvam interpositum sine causæ cognitione, qvando videlicet ad interponendum vocatus statim interposuit, 10. 2

Decretum judicis operatur, ut qvis allegare neqveat se ultra vel citra justi pretii dimidium deceptum fuisse, 247. 11

in Decreti primi interpositione qvomodo sententia formanda, 692. 2
Decuriones civitatis ad mortem condemnari non possunt, nisi prius præses, vel prætor principi vel superiori rescribat, 942. 11
Defensor pro reo criminali, qvando admitti possit, 869
Deleta in instrumento probari debent ex instrumenti corpore voluntate testatoris ita deleta fuisse, 373. 3
Delictum in committendo gravius est, qvam in omittendo, 791. 3
Delictum negotiorũ mandato generali non continetur, 688. 5
Delictum si qvis extrajudicialiter se commisisse dicat, an talis confessio plenè præjudicet, vel indicium ad torturam faciat, 905. 1
Delicta non debent remanere impunita, 901. 1
Delinqvendi occasio danda non est, 517. 1
Delinqvere qvis velle in dubio non præsumitur, 533. 5
Deportati sepeliri non possunt in loco eo, â qvo deportati sunt, 553. 1
Depositio pecuniæ exercetur, ut dilationes calumniosæ impediantur, 745. 1
Descendentes per lineam masculinam dicuntur etiam nepotes è masculo, 645. 3
Detinens propria authoritate qvem credebat esse bannitum, non punitur, qvo casu statur ejus juramento, 876. 2. & 3
Detractio legitimæ in hæreditatis restitutione ex fidei comissaria substitutione qvo remedio cesset, 650. 6
Detractio qvartæ Trebellianicæ prohiberi potest. 649. 3
Dictio eo casu faciat, ut dispositio restringatur ad expressa tantum, 425. 3
Dictio hæredib. qvomodo exponatur, 471. 2
Dictio ipsemet qvam vim habeat in adeunda hæreditate, 420. 2
Dictio non aliter, nec alio modo, qvam vim habeat, 425. 6
Dictio omnino habet naturam præcisam, 619. 4
Dictio statim aut purè qvid importet, 577. 1
Dictio tantum est dictio taxativa, & non impedit extensionem, 425. 5
Dictio tunc est dictio demonstrativa, non autem taxativa, 425. 4
Dictio tunc facit dispositionem restringi ad expressa, 425. 3
Dictio tunc qvam vim habeat in substitutione, 397. 4
Dictio Alia, Alius, Aliud, de natura sua includit diversa â specificatis, 160. 3

Dictio pro resto, qvam vim habeat, 222.1
Dictum morientis qvantæ fidei sit in judicio, 628.4
Dies incertus conditionem facit, 651.2
Differentia inter appellationem judicialem & extrajudicialem qvænam sit, 171.5
Difficile est filium legitima sua privare, 325.2
Dignum magis trahit ad se minus dignum. 723.2.
Dilatio ad producendum suos testes absentes, per judicem concedi debet, 746.1
Dilatio probandi de jure communi qvalis? 747
Dilatio etiam favorabilis de legitima rejicitur, 607.1
Dilatio in dubio opposita in prohibitione alienationis legitimæ, in favorem filiæ apposita censetur, non autem ad gravamen, 607.1
Dilationem si qvispiam prorogaverit, non est nova dilatio, sed eadem esse dicitur, 769,1
Disponendi potestas qvalis sit, 640.2
Dispositio facta in gratiam eorum, qvi adhuc in rerum natura non sunt, vires habere dicitur, 511.2
Dispositio revocata conditione permanet, ita, ut non sit amplius conditionalis, 506
Dispositio testatoris ad ea non adaptatur, ad qvæ verba legis non adaptantur, 532.4
Divisio bonorum ad certum tempus â testatore prohiberi potest, 609.3
Divisio comprehenditur appellatione alienationis, 613.3
Divisio facta per patrem inter liberos est revocabilis, 328.1
Divisio fieri potest de comuni consensu per cohæredes, etiam â testatore prohibitos ætate majores, 620.5
Divisio non potest â testatore prohiberi, nec valet ejus præceptum, qvod hæredes semper in communione manere debeant, 619.1
Doctor contra consilium suum aliqvid intentare non audeat, 798.1
Doctori asserenti de consvetudine aliqvid servari qvando credendum, 643.3
Doctoris authoritas in jure canonico præferenda est authoritati theologi in his, qvæ ad philosophiam moralem pertinent, 627.2
Dolus â tutore abesse præsumitur consilii conjunctorum ratione, 246.7
Dolus culpave â tutore conjunctorum abesse præsumitur, 239.1
Dolus futurus nullo modo remitti potest, 241.2

Digitized by Google

Dolus intervenisse non præsumitur ob amicorum, consangvineorum & similium præsentiam, 246.6

Dolus præteritus remitti potest, 618. 3

Doli confessio ab adversario extorta revocari potest, 763.1

Dolus omnis præteritus remitti potest, & super eo transigi potest etiam, 618. 3

Dolus futurus remitti non potest, 492. 2

Dolo alterius si qvis fecerit testamentum, datur actio & exceptio ad rescindendum testamentum his, qvi ab intestato succedunt, 661. 2

Dominii exceptio repellitur replicatione possessionis, 712. 1

Dominii probatio adeo difficilis est, ut qvodammodo judicetur impossibilis. 449. 3

Dominium rei legatæ transfertur in legatorium sine traditione seu recta via, 630. 1

Dominus mittens procuratorem, qvibus casibus contumaciam non incurrat.

Dominus si ratum habere promittat, qvicqvid erit legitimè per procuratorem factum, ratihabitatio non tenet. 685. 2

Dominus fructus è prædiis propriis perceptos, vendendo, negotiari, non dicitur, 580. 3

Domus appellatione qvæ veniant, 678. 1

Domo nemo invitus extrahi potest, 675. 1

Domo pro criminalibus qvis extrahi potest, 675. 1

Donare causa mortis qvomodo possit filius familias, qvi non potest testari etiam consensu patris. 287. 4

Donatarius ille potior est, qvi prior possessionem nactus est, 319. 3

Donatio causa mortis facta â cæco, valet, communi forma servata, 280. 5

Donatio facta coram duobus testibus & presbytero parochiali, vel testibus aliis qvatuor sine presbytero, valet, 504. 4

Donatio potest fieri ab eo, qvi lege municipali non potest testari. 295. 7

Donatio potest fieri ab eo, qvi prohibetur relinqvere secundum statutum, 298. 2

Donatio non reqvirit hæreditatis aditionem, 497. 4

Donatio revocari potest pœnitentia donatoris, 504. 4

Donatio valet, qvamvis hæreditas non adeatur, 509. 4

Donatio causa mortis an vitietur pacto de non revocando, 540. 4

Donatio causa mortis, qvandocunq; per donantem ex pœnitentia revocari potest, 65. 1

Dona-

Digitized by Google

Donatio excedens summam qvingentorum aureorum, si non insinuatur, ipso jure nulla est, 58. 1.

Donatio inter virum & uxorem per temporum etiam intervallo facta nulla est, 62. 2

Donatio regulariter prohibita est. 62. 1

Donatio mutua conditionalis inter virum & uxorem qvo casu valeat, 63. 3

Donatio propter nuptias regulariter æqvalis cum dote esse debet, 172. 1

Donatio simplex regulariter non valet, 57. 1

Donatio ecclesiæ cum aliqva conditione melius fit coram episcopo, 603. 3

Donatio facta absenti nemine pro eo acceptante, non valet, 287. 4

Donatio facta in pœnam mutationis testamenti non valet, etiamsi jurata sit, 318. 1

Donatio inter vivos revocatur nativitate liberorum, 363. 4

Donatio inter vivos valet, sed non donatio causa mortis facta ab usurario manifesto, 299. 2

Donatio non insinuata confirmatur juramento, 503. 3

Donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, utrum valeat, qvoad præsentia, 318. 2

Dos an in ingrediente monasterium verificetur, 533. 6

Dos certa qvantitate expressa ut prælegetur, interest uxoris, 576. 2

Dos danda filiæ spuriæ moderata esse debet, 521. 13

Dos filiæ in patris bonis non est, 656. 1

Dos parva dicitur, qvæ ad alimoniam mulieris non sufficit, 658. 1

Dos prælegata qvæ commoda conseqvatur, 576. 1

Dos si soluta sit â patre vivo, nihilominus filia petere poterit legatam sibi qvantitatem, 578. 1

Dos alienari neqvit per consensum qvoqve mulieris ipsius, 6. 1

Dos matrimonio constante restitui non debet, 71. 1

Dotem â patre oblatam, si filia recusaverit, qvis effectus proveniat, 662. 1

Dotis legatum est conditionale, 577. 1

Dotis verbum an in ingrediente monasterium verificetur, 533. 6

Dubia causa debet terminari æqvitatis moderamine, 402. 3

E.

Ecclesia curatorem habere potest. 694. 1

Ecclesia, constructa post testamentum, an admittantur ad

ad legatum annuum factum ecclesiis, 511.1
Ecclesiæ factum legatum, quas conditiones rejiciat, & quomodo consensu episcopi confirmetur. 602.1
Ecclesiam novam religiosi mendicantes construere nequeunt sine auctoritate pontificis. 538.1
Effectus recusationis dotis per patrem filiæ oblatæ quis sit? 662.1
Electio cujus sit, hæredis an legatarij. 578.1
Electio debitoris est in alternativis. 578.1
Electio unius solius quonam pacto valere possit? 76.1
Electio sepulturæ fit irrevocabilis juramento. 556.2
Electa una via non est regressus ad alteram. 440.2
Electio sepulturæ potest revocari. 556.1
Electioni alias legitimæ non nocet, si non habentes vocem cum aliis fuerint admissi. 74.1
Eligere se regulariter non potest illa, cui eligendi potestas data est. 75.1
Emancipatio fieri potest autoritate judicis cujuslibet. 286.2
Emancipatio filiorum præcedens facit valere divisionem paternam. 328.3
Emancipatum aliquem esse in dubio non præsumitur. 707.3
Emphyteota propter canonem non solutum, quomodo jure suo privari possit? 103.1
Emphyteota legans prædium sine consensu Domini, cadit à jure suo. 546.1
Emphyteota utrum possit donare jus emphyteoticum etiam domino non requisito. 547.1
Emphyteotica retineri possunt à filio patris hæreditate repudiata, 473.1
Emtor quando possit agere ad pœnam dupli pro evictione contra venditorem. 94.1
Emtor rei alienæ quomodo de calumnia juret, sciens se malam fidem habere. 82.2.
Episcopus tenetur pro delicto sui vicarij, vel alterius officialis delinquentis in officio sibi commisso, nisi statim quod sciverit, ejus delictum purgaverit, 929.2
Episcopi relicta in testamentis ad causas pias adimplere debent, etiamsi per testatorem hoc interdictum fuerit, 489.3
Error modicus non nocet.
Error non nocet in hæreditatis aditione virtute clausulæ omni meliori modo, 453.2
Errorem allegare volens non auditur, ubi sibi ad deliberandum terminus datus fuerit. 764.2
Evictio non debetur possessionis evictæ ratione. 162.2

Exami-

Examinare clientem ad se adventantem, quo pacto advocatus examinare debeat. 701. 3
Exceptio super executione opposita audiri debet. 820.1
Exceptio dominij repellitur replicatione possessionis. 712. 1
Exceptio quæ potest incontinenti probari, admittitur, quæ alias non admitteretur. 831. in addit.
Exceptio aliqua falsitatis vel nullitatis hæredi, se in possessionem hæreditatis mitti petenti opponi nequit. 449.5
Exceptio datur ab intestato suo cessuris ad rescindendum testamentum dolosè factum. 661. 2
Exceptio contra petentem rem alienam sine domini mandato an opponi possit. 82.1
Exceptio doli infamat infamia facti. 70. 2.
Exceptio generalis & dubia nihil relevat, nisi à parte opponatur, 143. 1
Exceptio rei alicujus quid operetur. 83. 1
Exceptionis errore concesso, consensus in judicio non datur. 713. 2
ab Exceptionis rejectione appellare licet, vel si sine rejectione procedatur ad ulteriora. 835. 1
Exceptionem non competere, & non posse ipsam opponere, paria sunt. 185. 2
ab Exceptione possessionis rejecta appellari potest. 713.2
Excommunicatus activè & passivè habet factionem testamenti. 282. 1
Excommunicatus carere debet sepultura ecclesiastica. 557. 1
Excommunicatio in ecclesia sepulturam non habet. 557. 1
Excommunicatus potest à quolibet absolvi ab excommunicatione, quando impeditur accedere ad eum, ad quem absolvere pertinet. 282, 2
Exculpatio offensi tollit judicia imputati etiam ad torturam. 917. 1
Excussio principalis singulariter fieri debet. 110. 1
Executio differtur propter redditionem rationis à condemnato faciendam. 948. 1
Executio alicujus, qui ad mortem ducitur, quibus modis differri possit. 938. 1
Executio capitalis differri potest, si à sententia contra eum lata appelletur. 940. 5
Executio contra mulierem prægnantem fieri non debet. 941. 9
Executio corporalis fieri non debet, si post confessionem, & condemnationem de rei innocentia liqueat. 869. 5
Executio sententiæ differtur, si testis & producens accusatur de falso, usque quo cognitum fuerit. 947. 11

Executionem instrumenti jurati petens, qua cautione uti debeat. 844. 1

Exequutor à testatore constitui potest ad restituendum ablata. 627. 1

Exequutor ad pias causas, si intra annum legata non exequatur, potestas exequendi regulariter ad episcopum devolvitur. 489. 1

Exequutor alienare bona non potest, 487. 1

Exequutor datus in testamento, an excuset haredem, legata non solventem, 500. 2

Exequutor debet haredem prius requirere, si velit alienare bona propter facultatem sibi concessam. 487. 2

Exequutor eligere poterit se ipsum, si indigeat ille, cui data est facultas aliquid distribuendi pauperibus, 488. 4

Exequutor potest à testatore habere potestatem accipiendi & alienandi bona auctoritate propria. 487. 3

Exequutor quando possit agere, & procuratorem constituere. 486. 2

Exequutor qui non potest esse, nõ prohibetur exequenti consulere. 485. 2

Exequutor si sibi ipsi substitutus fuerit, scilicet quod exequutor esse desierit, quid juris habeat. 490. 5

Exequutor substitutus potest à testatore dari primo exequutori in causa negligentia. 484. 3

Exequutor testamentarius per annum negligens, exequendi potestate privatur. 483. 1

Exequutor testamentarius regulariter agere non potest contra debitores testamentarios, neque contra haredem. 486. 1

Exequutor unus sine alio exequi non poterit, nisi mortuus alter ille sit. 486. 1

Exequutor unus sine alio exequi poterit, quando sunt in solidum constituti. 486. 2

Exharedandi potestas tollitur per pœnitentiã filii. 339. 2

Exharedationis causa non solum testamento exprimi, sed etiam probari debet, ut sit legitima. 327. 1

Exharedationis effectus tollitur, si filius reconcilietur patri. 339. 2

Exharedatus habetur pro mortuo, 337. 2

Exharedati pro mortuis habentur. 112. 3 & 337. 2

Exigere est ab invito extorquere. 599. 2

Expensa contumacia vel victoria cui imputentur. 688. 6

Expensa etiam immodica repeti possunt per eum, qui eas impendit ex ordinatione testatoris. 555. 2

Expensa facta in dote recuperanda non repetuntur ab haredibus viri pralegantis dotem in certa quantitate. 576.

Expen-

Expensa immoderata, facto in funere sine ordinatione testatoris, repeti nō possunt. 555.1

Expressa nocent. 275.2

Expressio masculorum num faciat filios haredum intelligi vocatos ex fideicommisso in illa conditione, si decesserit absqve filiis masculis, 429,2

Extensio fit ex conjectura voluntatis, non autem contra voluntatem testatoris, 425.6

Externus praedium testatoris è testamento conseqvi possit, statuto immobilia in alienigenas alienari prohibente, 513.1

Extraneus rem suam effectam jam per restitutionem, non prohibetur donare filio spurio testatoris. 519.9

F.

Facientes funus de eo protestari debent, 555.3

Fallit duobus casibus. 802.2

Facultas testandi non adimitur per contractum, factum in testamento, 590.2

Falsarius testis si pœna falsi tenetur, 790.1

Falsum committitur etiam omittendo verum. 790.2

Fames pecuniæ & auri ad illicita impellit, 398.2

Familiæ appellatio continet etiam feminas. 645.1

Familiæ appellatio non porrigitur ad spurios. 644.1

Familiaris non tenetur ab eo, qvod ejus rectoris jussu fecerit. 878.1.

Feudorum & rerum emphyteoticarum, acqvisitiones à communiter accidentibus uno de qvatuor modis accipiuntur, 471.1

Fideicommissa debentur etiam hæreditate non adita per ab intestato successuros, si sic à testatore dispositum fuerit, 497.5

Fideicommissa etiam nutu relinqvi possunt. 313.4

Fideicomissa omnia repetita videntur ab his, qvi sunt ab intestato successuri, licet è testamento non adeatur hæreditas, si testatoris juramento confirmatum sit. 497.3

Fideicommissa qvando debeantur hæreditate non adita 497.2

Fideic. utrū subjaceant restitutioni ex fideicomisso, 638.1

Fideicomissaria substitutio evanescit, si hæres scriptus moriatur, hæreditate non adita, 496.1

Fideicomissarii & legatarii autoritate propria possessionem rerum relictarum in testamento accipere possunt, etiamsi testamentum illud minus solenniter factum sit, siqvidem testator id illis ita permiserit, 633.3

Fideicommissario consulitur contra hæredes hæredis minoris, qvi decesserit hæreditate non adita, 497.6

Fideicommissarius ad hoc, ut jus in hæreditate non ha-

Digitized by Google

beat, reqviritur, ut hæreditatis restitutio prius fiat 635. 1

Fideicommissarius ante restitutam hæreditatem jus in re non habet 641. 1

Fidei etiam universalis possessionem per se ipsum nancisci non potest, 641. 2

Fideicommissarius fideicommissario qvartam non detrahit, 639. 2

Fideicomissarius qvando non patiatur detractionem qvartæ, 648. 2

Fideicomissarius qvomodo petere possit, mitti se in possessionem bonorum hæreditatis. 449. 5

Fideicommissum ab hæredibus ab intestato repetitum censetur virtute clausulæ codicillaris. 497. 2

Fidei conditionale non transmittitur ad hæredes, 388. 3

Fidei, cujus dies non cessit, etiam non agnitum, qvando transmittatur ad hæredes, 350. 3

Fidei etiam non agnitum transmittitur ad hæredes, 422. 5

Fidei filiis injunctum non comprehendit nepotes, 401.2

Fides non potest ab eo relinqvi, qvi nullum commodum habiturus est è testamento. 548.2

Fides per procuratorem peti potest, non tamen per procuratorem in rem suam. 637. 1

Fideicommissum purum non agnitum transmittitur ad hæredes. 465. 5

Fidejussio de judicio sisti, inclusive usqve ad sententiam durat. 874. 1

Fidejussore cohæres, qvod solvit pro usufructuario, non repetit. 574. 3

Fidejussor in dubio, an pro usuris incedere videatur. 875. 1

Fidejussor semper in instrumento exprimat, ad qvid tantum teneri velit. 109. 1

Fidejussor, qvi se obligavit, ut principalem & principaliter, non judicatur amplius fidejussor, 588. 2

Fides mala defuncti qvaliter noceat hæredi. 201. 3

Filia exclusa per substitutum multo magis excluduntur ejus filii, etiam mares, 415. 5

Filia femina continetur appellatione filiorum, 414. 1

Filia instituta in legitima cum hoc, ut compenset, qvicqvid habere debet, utrum prohibeatur exigere bona materna, 352. 4

Filia maritata, ut hæreditatem paternam maternamq; repudiet â fratribus adducta, nihil agit, 475. 2

Filia non potest petere qvantitatem legatam ultra dotem

dotem habitam, 578. 1
Filia per statutum exclusa, & jussa esse dote sua cõtenta, supplementum legitimæ petere non potest. 330.4
Filia petere potest legatam sibi qvantitatem, licet ipsi dos â patre vivo soluta sit, 578. 1
Filia præterita propter masculũ qvando possit rumpere testamentum paternum, 348.1
Filia spuria dote mediocri elocanda est, 521. 15
Filiæ minus relinqvi potest, si monasterium ingressa fuerit, qvam si nupserit, 527.2
Filiæ feminæ secundum jus commune succedunt cum masculis. 130.30
Filii fratris an succedant una cum patruo & substitutionibus, 409.1
Filii hæredum institutorum fideicommisso gravari non possunt, si non substituantur, 391. 2
Filii naturales excludunt, substitutum, 417. 4
Filii positi in conditione censentur ex fideicommisso vocati, 429. 1
Filii possunt adire hæreditatem paternam vel maternam, non obstante lapsu triginta annorum ex casu unde legitimi. 460. 2
Filii, qvi sunt in aliqvo hæredes instituti, legitimæ supplementum petere possunt, 661. 1
Filii testatoris repudiantes hæreditatem, repudiationis instrumentum statim facere debent. 441. 2
Filiifamilias majores se suos hæredes esse, ignorare non debent. 447. 3
Filii concubinæ legitimantur matrimonio subseqvente 134. 1
Filii divites alimentorum causa ad patris debita tenentur 112. 1
Filii qvando legitimentur per subseqvens matrimonium, 135. 2
Filii per patrem in testamento filii appellati legitimantur 141. 3
Filiis alimenta sunt â parentibus præstanda 340. 7
Filiis datur anni spatium in adeunda hæreditate, ad deliberandum, ceteris vero tempus centum dierum 455.2
Filiorum appellatio continet nepotes, ubi agitur de commodo eorum, alias non, 400. 1
Filiorum appellatio non continet spurios, neq; naturales in substitutione facta sub conditione, si hæres decesserit sine filiis, 416. 1
Filiorum causa favorabilior est qvam causa ecclesiæ, 395.4
Filius â patre præsentatus, non punitur pœna mortis, 891. 2
Filius qvod aliqvis sit naturalis,

Digitized by Google

turalis, in dubio non præsumitur, nec qvod qvispiam emancipatus sit. 707. 3

Filius, convictus de ingratitudine, non potest impugnare testamentum, nec petere legitimam. 327. 3

Filius emphyteotica retinere potest hæreditate patris repudiata, 473. 1

Filius est à patre instituendus, ut vires habeat testamentum, 353. 1

Filius ex delicto patris aliqvando successione privatur, non tamen agnatus. 659. 1

Filius ex primo genito an præferatur secundo genito in successione regni, 355. 1.

Filius ingratus exhæredari potest. 338. 1

Filius institutus in re certa, est loco legatarii. 337. 2

Filius nisi fuerit hæres, non admittitur ad stipulationem, factam filiis & hæredibus. 473. 2

Filiusfamilias de jure communi nisi de castrensi vel qvasi testari non potest. 127. 1

Filius familias de consensu patris potest donare causa mortis. 286. 3

Filius familias, etiam patre consentiente, regulariter testari non potest, 283. 1

Filius familias non potest facere testamentum. 286. 1

Filius familias in dubio qvis esse præsumitur. 706. 1

Filius non perdit legitimam per non confectionem inventarii, 433. 4

Filius non tenetur solvere debita patris. 112. 1. & 337. 1

Filius pœnitens in vita patris, adimit ei facultatem exhæredandi. 339. 2

Filius qvando possit alienationem patris, factam in fraudem legitimæ, revocare. 340. 6

Filius, qvi studere cœperat in vita patris, an teneatur de proprio complere studium post patris obitum. 560. 2

Filius secundo genitus qvo pacto possit præferri nepoti ex primogenito etiam minori in regno, 356. 4

Filius semel hæres institutus, non potest desinere esse hæres. 331. 1.

Filius sine immixtionis periculo bona paterna, sibi pro restitutione dotis maternæ obligata, retinere potest. 470. 3

Filius sit cautus, ne videatur hæreditati sese immiscuisse, si in domo paterna habitare perseveraverit. 468. 1

Filius supplementum legitimæ qvatenus petere possit, 351. 1 & 661. 1

Filius testatoris ex conjectura intelligitur etiam pupillari-

pillariter substitutus, & matrem excludit, 408. 2
Fingere non licet. 307. 5
Fiscus libros scholarum conventiculas facientium contra doctores, auferre potest. 211. 4
Fœmina de jure divino non succedit pariter cum masculis, 348. 1
Fœmina qvæ causa masculorum cessit hæreditati, qvando regressum habeat masculis deficientibus. 478. 1.
Fœminæ in codicillis testes esse possunt 308. 7
Fœminæ non possunt esse testes in testamento, 308. 7
Fœminæ non sunt de stipite seu cippo domus. 645. 2
Fœminæ pariter & æqvaliter cum masculis succedunt de jure communi. 481. 1
Fœminæ solæ sine ullo masculo etiam in codicillis testes esse non possunt. 309. 8
Fœmininum comprehenditur sub masculino. 414. 1
Fœnatores Bononienses qvo casu pacto legis commissoriæ abutantur. 174. 2
Forum canonicum contentiosum â conscientiæ foro non differt. 667. 3
Frater & ejus liberi hæredes instituti qvando intelligantur ordine successivo, 384. 4
Frater dives tenetur alimenta præstare fratri inopi, etiam malè merito, 340. 8
Frater ordinis minorum sancti Francisci, testamentarius exeqvutor esse non potest, etiam de licentia sui superioris. 485. 1
Frater, qvando qverelare possit testamentum fratris, 358. 3
Frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, qvantumcunqve patris respectu malè merentem, 341. 1
Frater utrinqve conjunctus qvando præferatur aliis in substitutionibus, 411. 1
Fratres mendicantes sunt incapaces hæreditatum. 558. 1
Fratres plures, hæredes instituti sine partium adjectione per nomen collectivum, qvando succedant pro virili, & qvando in stirpes, 382. 1
Fratris filio non competit qverela inofficiosi testamenti contra patrui testamentum, 358. 1
Fratrum mendicantium conventus capax est relictorum. 559. 2
Fratribus mendicantibus annuum relinqvi potest ad certum tempus. 558. 2
Fraus cessat in rustico, qvi contractum fecit usurarium, 260, 8
Fraus

Digitized by Google

Fraus qvibus conjecturis probetur. 517. 3

Fructus cujusdam tacitæ compensationis jure qvo modo in sortem computentur. 4. 1

Fructus nondum â solo separati continentur in legato mobilium 549. 3

Fructus qvomodo dividantur inter hæredes cleri defuncti & successorem ejus in beneficio. 278. 6

Fructus suos vendere potest simpliciter prohibitus alienare bona. 611. 6

Fundus si in gaudimentum legatus fuerit, an ipsa proprietas legata intelligatur. 563. 2

Funus facientes protestari debent 555. 3

Furiosi testamentum valet, si in eo omnia fuerint rectè disposita. 289. 4

Furiosus non potest facere testamentum. 289. 1

Furiosus qvando teneatur de delicto vel homicidio commisso, 945. 17

Futura qvando legato cedant. 550. 1

G.

Generalis eaqve dubia exceptio qvando relevet. 43. 1

Generi per speciem derogatur. 557. 1

Gener ne, cui socer matrimonio, cum filia contracto qvidem, sed non consummato, aliqvid in testamento legaverit, legatum illud jure conseqvi possit, si sponsa ejus religionem professa sit. 534. 9

Genus masculinum concipit femininum, in materia non differenti. 414. 1

Genus mortis qvodvis potius subeundum est, qvam mortaliter peccandum. 161. 4

Glossa sunt naves, in qvibus navigamus per vastum juris civilis pelagus. 258. 3

à Gravamine intra 10. dies bis super eodem puncto unusqvisqve appellare potest. 828. 1

Gravare non possumus, qvos honoramus. 390. 1

Gravis vel gravior pœna qva dicatur. 945. *in addit.*

H.

Habens rem aliqvam communem cum aliqvo portionem suam pro indiviso, ignorante & invito socio alienare neqvit. 5. 1

Habere ratihabitionem expedit emtori. 81. 1

Haredem qvis vivum habere non potest. 384. 3

Haredes si clerici & laici fuerint, & ab eis alimenta petantur, coram ecclesiastico judice peti debent. 723. 4

Haredes, gravati in legatis â nominatione nominis proprij vel appellativi, an pro hareditariis portionibus teneantur. 593. 1

Hare-

Hæredes hæredum non comprehenduntur in prohibitione, facta hæredibus nominatim, de non alienando. 613. 3

Hæredes instituti pleno jure, concurrent in usufructu cum uxore, relicta usufructuaria omnium bonorum. 572. 4

Hæredes non possunt venire contra factum defuncti, pro qua pactione successerint. 354. 1

Hæredes palam institui debent. 315. 1

Hæredes simpliciter instituti, quando partes viriles habeant, 382. 2

Hæredi cunctanti adire hæreditatem debet præfigi terminus. 455. 2

Hæredi, petenti se mitti in possessionem hæreditatis, non potest opponi exceptio aliqua falsitatis vel nullitatis. 449. 5

Hæredi quomodo consulatur, qui semel oblatam à legatario pecuniam causa conditionis implendæ, recusarit accipere. 605. 3

Hæredibus infantis vel minoris competit restitutio adversus hæreditatem non aditam per minorem. 464. 2

Hæredis appellatio an referatur etiam ad hæredes extraneos, 419. 3

Hæredis appellatio solum complectitur illum, qui testamento legi potest. 536. 1

Hæredis institutio in testamentis olim præcedebat, nunc autem sequi debet. 279. 1

Hæredis res legata an transferatur sine consensu ipsius, 630. 1

Hæreditas accrescit filiæ, institutæ in re certa, 349. 2.

Hæreditas ad diem dari nequit. 388. 3

Hæreditas adiri potest spatio triginta annorum. 460. 1

Hæreditas alicui relicta ut transmittatur ad alium post hæredis mortem, rogari debet per fideicommissum, 387. 2

Hæreditas ascendentium, quamvis adita non sit, transmittitur tamen, 464. 1

Hæreditas codicillis neque dari neq; adimi potest. 502. 1 & 505. 1

Hæreditas dicitur delata, quam quis adeundo consequi potest. 447. 2

Hæreditas ex quibus videatur adita. 467. 1

Hæreditas ex testamento, facto coram judice, potest adiri de jure civili, etiam in casibus, in quibus regulariter necessaria est bonorum possessio. 459. 3

Hæreditas intelligitur adita per habitationem domus defuncti. 468. 1

Hæreditas licet codicillis pactisve dari vel adimi non possit,

Digitized by Google

poßit, institutio tamen vel substitutio dubia declarari potest. 505.3

Hæreditas non adita non transmittitur ad hæredes, nisi sit adscendentium, 464.1

Hæreditas pacto dari nequit. 503.2

Hæreditas patris filiis quasi debita est. 363.4

Hæreditas semel adita repudiari non potest. 481.1

Hæreditate adita, transeunt in hæredem omnia jura, præter possessionem. 448.1

Hæreditate non adita, nihil valet ex his, quæ in testamento scripta sunt 508.1

Hæreditatem adeundi tempus ignoranti etiam currere potest. 462.1

Hæreditatem paternam vel maternam si filia adiverit, & postea cum maritatur ad instantiam fratris dicat, repudio hæreditatem paternam vel maternam, repudiatio nihil valet. 475.2

Hæreditatem qui adivit, ipsam repudiando amittere non potest. 474.1

Hæreditatem qui vendidit, non videtur in quota vendere res singulas, sed hæreditatis jus. 443.2.

Hæreditatis aditio animi est. 446

Hæreditatis aditio ex secundo testamento viribus caret, licet hæreditas adiri potuisset ex priore testamento. 453.1

Hæreditatis aditio non valet ignorata causa, ex qua quis hæres esse poßit. 468.2

Hæreditatis facta restitutione, ratione fideicommißi universalis, quæ obligationes transeant. 636.1

Hæreditatis petitio regulariter non datur contra titulo poßidentem, etiam universali. 443.1

Hæres absens, qui primum adeundi gradum tenet, quomodo excludatur 456.3

Hæres ad impediendam potestatem exequutoris, poterit offerre se paratum vendere, & de pretio satisfacere. 487.3

Hæres agere volens, utrum ex testamento vel è codicillis id facere velit, deliberare debet cum peritis. 440.2

Hæres an poßit alienare bona hæreditaria in præjudicium usufructuarii. 571.7

Hæres auctoritate propria poßeßionem nancisci potest 448.2

Hæres beneficio inventarii non tenetur ultra vires hæreditarias, 431.1

Hæres bis monitus si legata non solverit, hæreditate privatur. 499.1

Hæres cogitur cedere actionem legatario, contra dominum rei, legata à testatore. 544.3

Hæres

Hæres compellitur ratum habere factum defuncti, 434. 5
Hæres contentus esse jussus certis rebus, residuum intelligitur rogatus restituere per fideicommissum. 541. 5
Hæres dubitans de viribus testamenti, qvomodo caveat sibi de sumtibus funeris, ne hæreditatem adivisse videatur. 551. 4
Hæres dum inventarium fit, alicui non tenetur, 430. 1
Hæres est eadem persona cum defuncto, 579. 2
Hæres ex tempore institui non potest, & vitio testatoris sublato manet institutio. 387. 1
Hæres gravatus â testatore, ut intra certum tempus non adeat hæreditatem, utrum impediatur adire, 388. 6
Hæres gravatus lucratur qvartam in restitutione, 388. 3
Hæres hæredis qvando appellatione hæredis veniat. 537. 2
Hæres hæredis qvando comprehendatur in substitutionibus, 418. 1
Hæres idem est qvod dominus. 567. 2
Hæres in codicillis institui non potest. 501. 1
Hæres institui poterit, cui donatio fieri non potest. 507. 2
Hæres institutus etiam in re certa, possessionem rei auctoritate propria nancisci potest. 654. 2
Hæres institutus in vita tantum, an fideicommissarius dicatur, 388. 4
Hæres institutus non voluntate testatoris, sed minis suis, hæreditate carebit. 661. 3
Hæres inventarii beneficio, non tenetur ratum habere venditionem defuncti, nisi qvatenus ex hæreditate lucrum sentiat. 434. 5
Hæres inventarium non faciens perdit Trebellianicam. 646. 1
Hæres jussus solvere debitum ex causa fidejussionis, solutum á principali debitore non potest repetere. 588. 1
Hæres licet nominari debet â testatore, tamen si nominetur ab interrogante, valet institutio. 312. 1
Hæres institutus, & de restituendo hæreditatem alteri gravatus, si spontè adiverit, & postea fideicommissarius ante restitutionem moriatur, vel recuset hæreditatem sibi restitui, qvid juris. 825. 3
Hæres missus in possessionem, non tamen ritè, qvomodo tueri se possit contra agentem de nullitate. 451. 8

Hæres non adstringitur æri alieno ultra vires hæreditarias, facto inventario. 436. 1

Hæres non habens notitiam fideicommissi, potest alienare rem subjectam restitutioni. 608. 1

Hæres non tenetur legatario restituere fructus, bona fide perceptos. 580. 1

Hæres potest petere sibi dari possessionem interdicto Qvorum bonorum. 450. 6

Hæres prohibitus inferre molestiam, molestiam facti inferre prohibitus est, molestiam vero juris inferre potest. 622. 1

Hæres qvando infra tempora conficiendi inventarium conveniri possit. 211. 3

Hæres qvando possit detrahere Falcidiam de legatis. 570. 3

Hæres qvibus remediis adipisci possit possessionem. 449. 5

Hæres qvomodo debeat protestari, ne illigatur adire per aliqvem actum futurum. 467. 2

* Hæres pendente conditione, sub qva institutus est, bona hæreditaria administrare non potest contra testatoris prohibitionem, 388. 5

Hæres ratificare cogitur rem à testamenti executore venditam. 388. 5

Hæres rogatus alteri hæreditatem restituere, inventarium facere tenetur, ut Trebellianicam ne amittat. 646. 1

Hæres rogatus per fidei commissum restituere hæreditatem post mortem suam, qvando possit alienare aliqva bona hæreditatis 640. 1

Hæres rogatus restituere post mortem suam, qvicqvid ex hæreditate supersit, qvartam fideicommissario reservare cogitur. 640. 1

Hæres rogatus sub conditione hæreditatem restituere, utrum impediatur petere cautionem à legatariis. 643. 1

Hæres semel factus nunqvam desinit hæres esse, etiam aliqva hominis dispositione, 387. 1

Hæres seqvens in gradu, hæreditatem adire non potest, qvamdiu primus adire non potest. 455. 1

Hæres si non fecerit inventarium, tenetur legatariis etiam ultra vires hæreditarias. 647. 3

Hæres suus, jure suitatis transmittit hæreditatem ad qvoscunqve, 408. 1

Hæres si simpliciter vendiderit, an tunc emtor conveniri possit. 86. 1

Hæres tenetur ad debita hæreditaria, etiam ultra vires

res hæreditarias, 431.1
Hæres tenetur ad solutionem integri legati, percipiendi ex aliqvo fundo, licet minus ex fundo ipso percipiatur, 621.1
Hæres ubicunqve aliqvid facit, qvod facere non posset, si hæres non esset, hæreditatem adire videtur 442.1
Hæres usurarii transigere potest cum episcopo. 301.5
Hæreticus non est, qvi credit ea, qvæ credit ecclesia. 881.1
Hi, qvibus alimenta relicta sunt, an & qvando cum hærede habitare teneantur. 584.1
Homicida voluntarius, ut non puniatur de homicidio doloso, sed culposo. 890.1
Homicida, qvi fecit votum intrandi religionem ante homicidium commissum, â judice seculari puniri non debet. 891.5
Homicidium mandato tyranni committens, non punitur. 898.5
Homicidium qvod fuerit commissum post votum intrandi religionem statur homicidæ juramento. 892.6
Hominem interficiens pœna mortis punitur, 891.1
Hominis status indivisibilis est. 284.3
Homo mortuus, homo non est. 596.1
Hospitale constitui potest cum episcopi auctoritate & sine eadem. 114.1
Hospitale si sine episcopi auctoritate factum fuerit, nullam in eo jurisdictionem episcopus habet. 114.2
Hostes decipere licet. 695.1
Hypotheca vim qvantam habeat. 92.4

I.

Ignorantia affectata non prodest 860.4
Ignoranti non currit utile tempus. 461.4
Ignorantia in rustico qvadrato locum non habet. 260.10
Ignorantia juris in rustico toleratur 259.5
Ignorantia testamenti qvãdo præsumatur in hærede suo. 468.2
Ingressurus religionem qvomodo valeat disponere de bonis suis inter vivos, 370.2
Illéne qvi de antiqviori possessione probat, interdicto, uti possidetis, obtineat. 123.2
Immemor salutis æternæ non præsumitur esse qvisqvam. 628.4
Immissio unius creditoris qvando alteri non prosit, 692.1
Imperator de speciali gratia spontè se offert ad scholarium

larium defensionem. 138. 8
Imperator legitimans spurios stantib9 legitimis & naturalibus, est unum pecus. 137. 3
Imperator Romæ coronam recipiens, qvid facere teneatur. 111. 1
Imperatorne legitimare possit in terris ecclesiæ. 136. 1
Impersonalis locutio qvid operetur. 639. 3
Impetratio ecclesiæ apud Papam obtenta qvando nulla sit. 177. 2
Impositio pœnæ, qvando præcedit factum impossibile de jure vel de facto, non valet.
Impuberes non possunt eligere sepulturam. 554. 1
Imputatus contra qvem criminaliter proceditur carceratus ab alio judice, ex aliqva causa potest per procuratorem respondere. 861. 1
Imputato facto legato, vel ambasiatore judicium differtur. 861. 2
Incapaci potest dari substitutus. 521. 14
Incapacitas patris non transit in filios ejus. 520. 12
Incapax capere non potest ab executore testamenti. 519. 9
Incapax capere potest è socii capacis persona 519. 6
Incapax capere potest, qvia datur ei gratia conditionis implendæ. 518. 5
Incapax capere potest ut alii restituat. 520. 10
Incapax dicitur deferens se habere partẽ rei legatæ. 519. 7
Incapax potest institui in tempus, qvo capere poterit 282. 3. & 522. 15
In cessione qvando non apparet de reali solutione, sed cedens solum confitetur solutum, simulata præsumuntur omnia. 325. 1
Incendium si in domo oriri contingat, & ignoretur, unde ortum habuerit, an de damno dato per incendium ipsum dominus domus teneatur. 115. 1. & 116. 3
In concessione generali qvæ veniant. 137. 5
In conditione qvicqvid est, non est in obligatione. 596. 3
In conveniente uno dato multa seqvuntur. 695. 2
Indefensus dicitur is, pro qvo generaliter vocatis amicis & conjunctis nemo comparuit. 687. 4
In donatione ex causa mortis sufficiunt qvinq; testes 504. 4
Indigno qvod aufertur, pertinet ad fiscum. 505. 2
Indignus hæreditate non potest exceptione repelli à possessore 499. 1
Indignus ut removeatur ab hæreditate, debet cessio juris

ris à fisco impetrari 499. 2

Infamis qvispiam qvandoq; non efficitur ex solo crimine secuta sententia 849. 1

Infans transmittit hæreditatem patris non agnitam ad hæredes. 465. 3

Infirmus mortis cogitatione semper immemor esse præsumitur. 775. 1

Informatio controversiæ in scriptis à partibus petenda 700. 2

Ingratitudo filii remissa censebitur, si pater recipit eum ad mensam & victum communem. 339. 3

Ingratitudo filiorum probanda est, nec super hoc statur verbis testatoris. 327. 3

Inhibitio ut legitime fiat, qvæ reqvirantur. 839. 1

Injuria tripliciter fit. 879. 1 & 878, 1

Injuria non fit scienti & consentienti. 479. 4

Injuria non fit volenti. 601. 3

Injuria qvæ fit filiis primi viri, si mater convolet ad nuptias secundas, tollitur ipsorum consensu. 601. 3

Injuriam remittens qvando intelligatur remittere odium & omnem actionem. 629. 1

Injuriarum accusatus ne per sententiam infametur. 879. 1

Injuriatus casu qvo pro vindicta injuriarum actione agere non possit, potest tamen agere vel Aqvilia actione ad damnorum satisdationem. 870. 1

Insolita sunt suspecta 310. 2

Insinuatio donationis potest fieri auctoritate cujuslibet, ac etiam notarii. 319. 4

Instantia causæ principalis, de jure Canonico nunqvam perit, secus tamen de jure Civili. 748. 1

Institutio convertitur in fideicommissum virtute clausulæ codicillaris, 350. 3

Institutio, facta cum clausula codicillari; convertitur in fideicommissum transmissibile ad hæredes etiam non agnitum. 466. 6

Institutio facta de eo, qvi non potest emere in territorio valet 514. 4

Institutio facta de filia in dote ei data, valet, 349. 2

Institutio, facta de filio & nepotibus, qvantum ad nepotes, habet vim substitutionis vulgaris tantum, 384. 4

Institutio hæredis caput est totius testamenti, 374. 1

Institutio hæredis manet vitio testatoris sublato. 387. 1

Institutio hæredis necessaria est,

est, ut relicta in testamento valeant. 374. 1

Institutio hæredis prohibita non intelligitur, alienatione rei per statutum prohibita. 514. 4

Institutio in re certa non evanescit, si hæres universalis hæreditatem non adierit. 509. 2

Institutio non valet, si non ritè legitimatus instituatur ut filius. 522. 16

Institutio parentum est necessaria in testamento filiorum. 336. 8

Institutio qvando dicatur pro non scripta seu caduca, 426. 1

Institutio resolvitur in fideicommissum virtute clausulæ codicillaris per verba futuri temporis, 363. 3

Institutio sub conditione potestativa valet etiam in suis hæredibus 332. 3

Institutio vel exhæredatio liberorum est necessaria ad vires testamenti. 333. 1

Institutionis titulo relinqvendum est, qvod relinqvitur. 333. 1

Institutus hæres in certis rebus, qvandoqve totam hæreditatem conseqvitur contra testatoris voluntatem etiam in foro poli. 540. 4

Institutus in rebus certis non tenetur ad solutionem æris alieni. 569. 1

Instrumentum, qvo casu vi juramenti executionem paratam habere possit. 205. 1

Instrumentum contractus mutui qvomodo fieri debeat. 714. 2

Instrumentum contractus ne solutio differatur postea à judice qvomodo concipiendum. 742. 2

Instrumentum immixtionis filiifamilias qvomodo fiat. 446. 2

Instrumentum testamenti ubi habet executionem paratam, facit rem notariam. 451. 8

Instrumentum usurarium, vel simulatum coram episcopo dici debet, & etiam ab eo absolutionem á juramento petere. 726. 3

Intentio principalis semper attendi debet, non autem illud, qvod in conseqventiam 959. 1

Interdicti bonis non possunt facere testamentum 290. 2

Interdictum Salvianum pro qvibus competat. 53. 1

Inter ementem & vendentem, ut peccatum non interveniat, difficile est, 97. 4

Interesse probatu difficile. 255. 4

Interesse non potest à testatore taxari, potest tamen testator

testator facere, ut interesse declaretur juramento legatarii moram passi. 624.1

Interesse si iniqve fuerit declaratum á legatario, per judicem ad modum honestum redigi potest. 624. 3

Interest nostra litibus & sumtibus non vexari. 617. 6

Interficiens qvem putabat esse bannitum, de culpa tantum tenetur 891. 4

Interficiens aliqvem, decapitari non potest, si se furiosum, vel amentem fingat, nisi de furoris fictione constiterit. 941. 7

Interficiens aliqvem decapitari non potest, si se furiosum singat, dormientem vel ebrium 891. 3

Interficiens hominem jussu domini, qva pœna afficiatur. 898. 4

Interficiens qvando excusetur. 898. 6

Interlocutoriam suam judex revocare non potest, qvando res integra non est. 829.1

Interlocutoriis, gravaminibus causæ insertæ esse debent 800, 4

Interpretatio voluntatis testatoris è qvibus fiat. 595. 3

Interrogationes testium qvomodo fiant. 775. in addit.

In testamento cœci institutio præcedere debet. 280. 2

In testamento publico & clauso non inerit suspicio falsitatis committendæ, 316. 3

In testamentis alia solennitas reqviritur, & alia in codicillis, alia deniqve in ultima voluntate. 495.1

Invalidum ab initio tractu temporis non firmatur. 552. 3

Inventarii faciendi necessitatem testator remittere potest. 647. 2

Inventarium facit ut actio non confundatur aditione hæreditatis. 482. 1

Inventarium hæres si non faciat, perdit Trebellianicam. 646. 1

Inventarium non relevat hæredem, revocare volentem ea, qvæ defunctus alienaverat, 354. 1

Inventarium prodest hæredi, etiamsi non fuerit factum aditionis tempore. 470. 4

Inventarium qvod tutor facit pro administratione cautelæ conseqvendæ, an ipsi pupillo prosit, ut inventarii utriusq; beneficio uti possit, 437. 2

Inventarium qvotuplex esse dicatur, 437. 1

Inventarium ut sit solenne,

Digitized by Google

qvæ teqvirat, 452.2

Invitus domo nemo extrahi poteſt 675. 1

Inutiles actus multiplicare voluiſſe nemo præſumitur. 548. 2

Ipſemet dictio qvid valeat in hæreditatis aditione. 420. 2

Judæi an teneantur teſtari ſecundum ſolennitatem juris Civilis. 131 4

Judæus ſi teſtamentum faciat, & relinqvat uxorem ſuam dominam, maſſariam & uſufructuariam, cum non ſit á lege Moſaica deciſum, qvid talia verba importent, interpretationi Judæorum ſtabitur. 131. 3

Judex ad qvid teſtes recipiat. 863. 1

Judex aliqvem ad torturam nisi præcedentibus indiciis ponere non poteſt. 922. 1

Judex an actione injuriarum teneatur, ſi aliqvem injuſtè carcerari fecerit. 923. 3

Judex an poſſit conveniri, ſi ejus negligentia debitor pupilli aufugit, 805. in addit.

Judex bonorum poſſeſſionem pupillo abſenti & ignoranti debet decernere, 453. 1

Judex ex cauſa poteſt venire contra teſtatoris diſpoſitionem, 439.4

Judex conſilium ſapientis iniqvum ſeqvens de ſyndicatu tenetur, 802.1

Judex fallit duobus caſib9. 802. 2

Judex contaminari poteſt parti dilationem calumnioſam petenti. 747. 3

Judex, cui de delicto & mortuo conſtat, procedere non poteſt. 917. 4

Judex depoſito officio, debet ſtare in loco officii per 50. dies, ad hoc ut de eo conqveri volentibus reſpondere valeat, qvod tempore elapſo amplius non tenetur. 926.10

Judex eccleſiaſticus judici laico inhibens: an partem citare debeat. 719. 5

Judex ex officio ſuo teſtes examinare poteſt. 119. 3

Judex ex officio de innocentia rei poterit & debet inqvirere, & ſi ipſum innocentem reperiat, abſolvere. 870.2

Judex ex officio partes prohibere debet, ne ad arma veniant, 889.4

Judex ex officio ſuo teſtes ſuper innocentia rei examinare poteſt, & eum etiam abſolvere. 868. 1

Judex ex ſeipſo, debitore non exiſtente ſolvendo, ipſum debitorem luere in corpus facere non poteſt. 873. 1

Judex

Digitized by Google

Judex in dubio in negligentia esse non præsumitur, nisi pars potestata fuerit. 807. 2

Judex in judicando secundum communem opinionem judicare debet. 803. 1

Judex judicans secundum opinionem magistri sui, licet mala sit, non facit litem suam, nisi magister sit una vacheta. 803. 2

Judex non potest nisi ex magna causa augere, seu minuere pœnas á statuto limitatas. 925. 7

Judex in possessionem, tanqvam vacantem, aliqvem immittere potest. 189. 1

Judex interesse iniqve declaratum redigere potest ad modum honestum, 624. 3

Judex non potest á voluntate testatoris recedere, nisi ex causa. 494. 1

Judex supplet consensum eorum, qvi non possunt, aut sine justa causa recusant, consentire. 287. 4 & 294. 3

Judex potest supplere de reo, & si constet de evidenti calumnia actoris, vel accusatoris. 868. 3

Judex præparantis causæ, debet esse judex præparatæ. 724. 1. & 726. 2

Judex qvilibet malè gerens officium suum in alteriꝰ damnum, facit litem suam. 925. 8

Judex recipiendo exceptionem, qvam rejicere non debet, modum excedit. 821. 2

Judex qvi lite contestata super meritis causa cœpit cognoscere, super toto, non autem super attentato, pronunciare debet. 169. 2

Judex sæpissime ad judicandum movetur per rationem: qvæ minus facit, & aliqvando nihil facit, & non movetur per rationem urgentem, qvæ in caput suum non intrat. 699. 1

Judex secularis in possessorio etiam contra clericum cognoscit. 720. 3

Judex secularis jurisd. non habet in clerum. 719. 1

Judex secularis sententiam judicis ecclesiastici exeqvi non tenetur, qvando videt eam nullam seu iniqvam. 730. 2

Judex secularis ut non teneatur exeqvi sententiam judicis ecclesiastici. 844. 1. b.

Judex si condemnavit minori pœna qvam debuerat, in pœnis publicis non competit fisco auxilium restitutionis in integrum. 926. 9

Judex si de facto ad torturam poneret illum, contra qvem clare delictum probatum esset, & in sua ne-

Digitized by Google

negatione perseveraret, omnes probationes, quæ contra ipsum essent, per tormenta purgarentur. 914. 6

Judex si dicatur suspectus, an debeat interrogari de causa suspicionis coram arbitro. 710. in addit.

Judex si in judicando negligens fuerit, vel judicare differat, alteri parti læsa tenetur. 807. 1

Judex si sub conditione condemnaverit, puta si non apparuerit testes falsum dixisse, sententia condemnatoria impediri potest. 945. 17

Judex super exceptionibus vel alia re dubitare potest, & petere dilationem, ut consilium habere possit. 733. 1

Judex testes ex officio recipere potest post renunciationem productionis. 786. 2

Judex laicus in causis laicorum regulariter est judex competens, non autem judex ecclesiasticus. 722. 1

Judices in dubio juris versantes quam viam tenere debeant, 402. 3

Judicis præsentia quando credatur. 793. abin.

Judicis simplex admonitio vim peremtorij habet, & jussum in vera contumacia constituit, adeo quod postea si comparuerit, appellare non poterit. 833. 1

Judici quando liceat spoliatori remissorias petenti recusare. 732. 1

Judicis verbis quo casu stetur, cum aliquam causam delegaverit. 12. 7

pro Judice contra quem agitur quod malo judicavit, ut minuatur pœna. 806. 1

pro Judice qui acta testificatorum facere velit. 784. 1

Judiciis universalibus ut est judicium famil. her. per solam citationem res litigiosæ efficiuntur. 5. 1

Judices delegati cur semper judices appellentur. 710. 1

in Judicio comparere quis teneatur. 570. 1

Judicium si coram seculari judice pendeat, & alicujus quæstionis spiritualis cognitio incidat, talis cognitio ad ecclesiasticum spectat. 729. 1

Juramentum calumniæ tacite omitti potest. 83. 4

Juramentum cum ad ecclesiam spectet, principes seculares remittere non possunt. 104. 4

Juramentum de jure Canonico fortissimum vinculum est. 249. 18.

Juramentum factum, si mihi mutuasti, tibi restitui, quid operetur. 226. 1

Juramentum matris non afficit hæredem. 152. 1

Juramentum an confirmet remis-

Digitized by Google

remissionem eorum, quæ delata sunt ex testamento, testamenti verbis ignoratis. 481.3

Juramentum confirmans pactum de non dividendo in perpetuum, divisionem ipsam fieri non impedit, si consensus communis accedat. 619.2

Juramentum confirmat divisionem, factam per patrem inter liberos. 328.3

Juramentum confirmat renunciationem successionis etiam in legitima, sive in ipso actu testandi, sive contractu. 351.2

Juramentum de non revocando testamentum, non tollit libertatem faciendi testamentum secundum. 321.7

Juramentum an possit remitti per partes, ut evitetur perjurium. 728. in addit.

Juramentum calumniæ tacitè remitti potest, sed si petitum non præstetur, processus est nullus. 82.4. & 811.

Juramentum de calumnia in tantum necessarium est, & rationabile, ut non valeret statutum seu consuetudo in contrarium, quod tale juramentum præstari non debeat 812.2.

Juramentum de calumnia post litem contestatam præstandum. 939. certissimi.

Juramentum facit confessionem testatoris irrevocabilem, & jus acquiri absenti. 626.3

Juramentum facit valere actum omni meliori modo, quo valere potest. 369.5

Juramentum facit ut dispositio sequens non tollat præcedentem etiam juratam. 368.4

Juramentum non firmat pactum de succedendo. 503.2

Juramentum non confirmat factum, ubi læsio enormissima est. 479.4

Juramentum non relevat alienantem, prohibitum per testatorem alienare. 616.4

Juramentum obligat etiam impuberem, doli capacē. 296.2

Juramentum posterius non tollit vim juramenti prioris. 480.6

Juramentum supplet defectum insinuationis. 480.5 & 503.3

Juramentum indivisibile quod sit. 126.2

Juramentum in forma specifica adimpleri debet, & de perjurio. 682.7

Juramentum in supplementum probationis deferri potest. 769.1

Juramentum licet principaliter Deo obligat, ille tamē, in cujus favorem præstitum, ipsum remittere potest. 727.4

Juramentum quo casu delicti pœnam evitare possit. 886.1

Digitized by Google

Juramentum si non apponatur solutioni, sed veritati, an si perjurium detectum fuerit, ipsum allegare poterit. 756.5

Juramentum remitti non potest, quando altera pars jã perjurium incurrisset.. 728.5

Juramento legatarij standum esse super causis recessus potest jubere testator, 584.2

Juramento legatarij starim potest super interesse, ob moram haeredis mandante testatore. 624.2

Juramentum minori simpliciter praestitum quid operetur. 248.16

Juramentum quod sine interitu salutis aeternae servari potest, servandum est. 67.2 & 34.1

Jurare tenetur qui positiones facit, antequam illis respondendum est. 760,1

Jurare cogimur an in fraudem quid fecerimus. 518.4

Jura sanguinis nullo civili jure dirimi possunt. 195.2

Jura vigilantibus scripta. 692.2

Jurisdictionis contentiosa natura adversarium requirit. 757.2

Jurisdictionem non sui judicis contumax nunquam prorogat. 672.2

contra juris probationem, licet in contrarium probatio non admittatur, si tamen admissa fuerit, valet. 756,3

Jus accrescendi est inter legatarios conjunctos. 540.1

Jus accrescendi in haereditate simpliciter prohiberi non potest, sed substituti datione. 490.4

Jus accrescendi in legatis prohiberi potest per testatorem, secus inter haeredes. 540.3

Jus canonicum contrahentibus permittit, ut se citra dimidium justi pretij decipere & circumvenire possint. 667.2

Jus canonicum principaliter tendit ad interpretationem juris divini, in dubiis pertinentibus ad Philosophiam moralem. 627.2

Jus conditionale non transmittitur ad haeredes, 421.1

Jus deliberandi transmittitur hodie ad haeredes, 420.1 & 466.7

Jus funerandi est de jure parochiali, sicut samentorum exhibitio. 554.2

Jus omne perimitur spatio triginta annorum. 460.1

Jus patronatus legari non potest sine consensu episcopi. 550.1

Jus patronatus, vel aliqua conditio in donatione vel fundatione alicujus ecclesiae quomodo relinquatur. 603.2

Jus primogeniturae per patrem tolli nequit. 356.2

Jus successionis pacto reservari potest. 478.2

Jus

Jus suitatis tollitur per dationem substitui vulgaris, 408. 1
Jus usumfructus alienari neqvit. 583. 1
Juvenis religionem, dolo ad id perductus & commotus, si fuerit ingressus, an aliqvo remedio proximiores ab intestato heredes obtinere possint bona ejus, & ut eu monasterium non potiatur. 371. 1

L.

Læsio enormis qva dicatur. 36. 2
Læsio enormissima facit, ut pactum[illegible]r juramentum non firmet[illegible] 479. 4
Laicus est incapax juris spiritualis. 551. 3
Laicus spoliatus à clerico qvomodo restituatur. 719. 2
Laus Bartoli. 529. 1
Legari potest etiam iis, qvi nondum sunt in rerum natura. 511. 2
Legata ab instituto qvando repetita censeantur substituto. 498. 2
Legata continent utilitatem meram, & ideo legatarij non possunt à creditoribus conveniri. 337. 2
Legata debentur etiam hæreditate non adita, ex testamento, si sic à testatore dicatur. 510. 6
Legat hærede non instituto non valent. 374. 1
Legata omnia repetita videntur ab his, qvi sunt ab intestato successuri, licet ex testamento non adeatur hæreditas, si testatoris juramento testamentum confirmetur. 497. 3
Legata per testatorem tam in alium transferri qvam adimi possunt. 590. 1
Legata pura an patiantur deductionem aliqvam de consvetudine, si fidei commissum sit conditionale. 643. 2
Legata qvando debeantur, si testamentum posthumi nativitate rumpatur. 263. 5
Legata re communi testator intelligitur legasse partem tantum suam. 544. 1
Legata repetita videntur ab his, qvi ab intestato succedunt virtute clausulæ codicillaris. 509. 3
Legata res debetur legatario ubi legata est sumtibus hæredis. 633. 1
Legata resurgunt per aditionem substituti, 426.
Legata seu prælegata debentur, dummodo legitimam non excedant. 329. 3
Legata solvenda per hæredes pro hæreditariis portionibus testator declarare debet. 593. 2
Legata testamento facta, qvomodo tacitè adimi qveant. 592. 1
Legata valent etiam ad causas

Digitized by Google

causas non pias, qvando locus pius institutus est hæres, licet id juris solennitate non adhibita factum sit. 633. 4

Legata valent etiam hæreditate non adita ex testamento, si testator id voluerit, 568. 3

Legata utrum subjaceant substitutioni ex fideicomisso, 638. 1

Legata viribus carent, si hæreditas non adeatur, 508. 1

Legatarii declaratio, & non legati substantia, potest in voluntate alterius committi per testatorem. 275. 4

Legatarii & fideicommissarii auctoritate propria possessionem rerum relictarum accipere possunt è testamento qvoqve non solenni, si testator id illis ita permiserit. 632. 3

Legatarii non tenentur contrahere ad debita cum hærede, nisi jusserit testator. 570. 2

Legatarii in testamento testes esse non prohibentur. 304 1

Legatario non debetur æstimatio legati per emphy, &c. 542. 1

Legatario qværitur utilis actio ex legato nominis vel actionis, 546. 2

Legatarius contra qvem agat, qvando testator legavit rem alienam consentiente domino. 544. 1

Legatarius, cui alimenta legata sunt, non cogitur cohabitare cum hærede. 584. 1

Legatarius, cui solvendum erat, cum ad ætatem legitimam pervenisset, præmoriens qvomodo transmittat legatum. 651. 1

Legatarius fundi & legatarius ususfructus ejusdem fundi, ambo concurrunt in fructu. 572. 5

Legatarius gravatus non lucratur qvartam in restitutione, 388. 3

Legatarius habet hypothecam in bonis defuncti. 587. 1

Legatarius incapax prædii, potest pretium illius conseqvi. 538. 2

Legatarius non potest acqvirere possessionem rei emphyteoticæ sine domini consensu. 547. 3

Legatarius non potest agere contra debitorem testatoris, nisi prius actione cessa, 546. 1

Legatarius non potest esse testis ad probandum legatum sibi factum, 304. 1

Legatarius non potest usuras ab hærede moroso conseqvi, etiam ordinatione testatoris. 624. 1

Lega-

Digitized by Google

Legatarius non succedit legatario jure accrescendi in qvantitate separatim legata, etiamsi nomina eorum conjungantur. 540. 2
Legatarius occupans rem legatam auctoritate propria qvando cadat á jure suo. 654. 1
Legatarius, prius nominatus á testatore, præfertur aliis legatariis in eligendo. 579. 3
Legatarius prohibitus plus petere, tenetur indistinctè suum creditum cum legato compensare. 586. 3
Legatarius qvando lucretur fructus. 580. 1
Legatarius qvando rei legatæ dominus fieri non possit sine traditione hæredis. 630. 1
Legatarius qvando teneatur adimplere conditionem injunctam sibi habita relegata, vel non habita. 605. 2
Legatarius qvando teneatur compensare legatum cum credito suo. 586.
Legatarius, qvi comodum capit inæstimabile, puta libertatem, fideicommisso gravari non potest. 623. 1
Legatarius qvodammodo hæres in re legata censetur. 544. 2
Legatarius qvomodo consequatur legatum rei alienæ ab hærede, qvi testatori conjunctior sit. 543. 3
Legatarius qvomodo petere possit rem legatam non obstante præscriptione. 634. 1
Legandi verbum, etiam universitati adjectum, non habet vim institutionis. 506. 1
Legato cedunt, qvæ alias non comprehenderentur, si alia nulla sint, qvæ legato cedere possint. 580. 2
Legato fundo ad alimenta vel ad usum, intelligitur legata proprietas 583. 2
Legato generali non conveniunt venalia 582. 1
Legato prædio debetur via 587. 1
Legatum ad diem sic dari potest, ut post diem jure ipso redeat ad hæredes, 388. 3
Legatum ad usum, vel ad alimenta qvam vim habeat. 583. 2
Legatum ademtum remanet in dubio penes hæredem testatoris. 591. 1. 6.
Legatum alicui relictum ut transmittatur ad alium post legatarii mortem, per fideicommissum id rogandum est. 387. 2
Legatum alimentorum durat, post mortem filiorum cum qvibus mater erat habitatura. 584. 3
Legatum alimentorum multiplicabile non est. 583. 1
Legatum alimentorum natura taxatum est. 540. 3
Legatum annulorum fa-

ctum

ctum uxori, ejus causa paratorum, qvomodo intelligatur. 585. 1

Legatum annuum finitur spatio centum annorum. 575. 1

Legatum annuum, rectori ecclesiæ factum, sub nomine dignitatis transit ad ejus successorem 537. 3

Legatum declaratur è mente testatoris. 634. 1

Legatum deficiens mista consideratione legantis & legatarii nunqvam convalescit. 551. 3

Legatum dicitur ademtum, si legatarius post testamentum injuria gravi affecerit testatorem. 591. 1

Legatum dicitur ademtum, si rem legatam testator sine causa necessaria alienaverit. 591. 1.b

Legatum dotis est conditionale. 577. 1

Legatum dotis factum in codicillis in majori qvantitate, qvam fuerit in testamento, an sit idem. 578. 2

Legatum dotis qvamvis conditionale sit, purum tamen fit testatoris voluntate. 577. 1

Legatum factum ecclesiæ cum conditione, ut descendentes sui habeant jus patronatus, vel ut in ecclesia celebrentur tot missæ, vel, ut beneficium conferatur his tantum, qvi sunt de consangvinitate sua, qvas vires habeat. 601. 1

Legatum qvas conditiones rejiciat, & qvomodo consensu episcopi confirmetur. ibid.

Legatum est donatio qvædam. 546. 1

Legatum factum capellæ seu sacello utrum ei vel ecclesiæ debeatur. 512. 1

Legatum factum in causa nuptiarum, an in religionis ingressu verificetur. 534. 8

Legatum filiæ factum in minore qvantitate, si monasterium ingrediatur, utrum valeat. 527. 1

Legatum juris patronatus valet sub conditione hac, si episcopus consenserit 552. 4

Legatum liberationis ab administratione tutelæ qvid operetur. 492. 3

Legatum licet ex hoc sit inutile, tamen testator non intelligitur legasse, nisi jus, qvod habebat in re, qvamvis morte finiendum sit. 548. 1

Legatum locis religiosis mendicantibus, cum onere ædificandi ibi ecclesiam, relictum an valeat. 538. 1

Legatum non capit vires, nisi post testatoris mortem. 596. 2

Legatum non comprehendit venalia, qvæ non sunt in domo. 579. 1

Legatum non restringitur, si

si testator relinqvat matri suæ fundum seu aliqva alia bona, & postea adjiciat, ut possit vivere, & de eis uti & frui & de illis sustentare qvo usqve vivat. 565. 3

Legatum non transmittitur, si conditio impleta non fuerit in vita legatarii. 652. 1

Legatum partis hæreditatis onera habet annexa. 570. 4

Legatum partis hæreditatis qvando non contineat onera ex mente testatoris. 570. 5

Legatum prædium pro alimentis differt â legatis alimentis è prædio. 583. 2

Legatum qvando cum debito compensandum. 586. 1

Legatum, qvod alterius voluntati comittitur, inutile est. 275. 1

Legatum reconvalescit reconciliatione. 591. 2

Legatum relicto filio, qvi est in potestate, vel rebellis, non debetur, nisi cum juris sui factus fuerit. 542. 1

Legatum rei alienæ, scienter â testatore factum, valet saltem in æstimatione. 543. 2

Legatum simpliciter relictum si sit iterabile, & respiciat pietatem vel publicam causam, censetur annuũ. 537. 3

Legem, qvam velit, qvilibet rei suæ potest imponere. 575. 1

Legitima consideratur non secundum præsentem æstimationem, sed secundum eam, qvæ erat tempore mortis testatoris. 609. 3

Legitima debetur filiis in rebus paternæ substantiæ, & hæres non potest solvere supplementum legitimæ in pecunia legata. 329. 1

Legitima debetur legitimatis, sicut legitimis. 331. 6

Legitima debetur saltem matri per substitutionem pupillarem exclusæ, 402. 2

Legitima non perditur omissione inventarii. 647. 2

Legitima non subjacet fideicommisso &c. 638. 1

Legitima patitur temporis dilationem, qvando dilatio ista mente mala non est adjecta, 389. 2

Legitima qvando subjaceat prohibitioni de non alienando. 614. 4

Legitimæ detractio in hæreditatis restitutione ex fideicommissaria substitutione qvo remedio cesset. 650. 6

Legitimæ non potest pater aliqvod onꝰ imponere, 350. 4

Legitimæ præjudicat venditio omnium bonorum â patre facta. 339. 4

Legitimæ supplementum dari debet in una pluribusve rebus judicis arbitrio. 329. 2

Legitimæ supplementum filius, institutus in re certa, petere potest, etiã prohibitꝰ,

aut etiam si legatum agnoverit, 351. 1

Legitimæ supplementum petere possunt filii, qvi sunt in aliqvo hæredes instituti. 661.1

Legitimam pater invita filia dare non tenetur. 133. 5

Legitimatio est status totius redintegratio. 144. 1

Legitimatio filiorum modis multis fieri potest. 140. 1

Legitimatio naturalium filiorum fit per matrimonium subseqvens. 517. 2

Legitimatio semel facta supervenientibus postea legitimis non revocatur. 331. 6

Legitimatio superveniens non reddit testamentum validum, 345. 3

Legitimatus à ceteris legitimis in nihilo differt, 242. 1

Legitimatus, anteqvam dies fideicommissi cessit, excludit substitutum, 417. 4

Legitimatus de consensu testatoris excludit substitutum sub conditione, si hæres discesserit sine filiis, 417. 4

Legitimatus dicaturne verè legitimis. 663. 2

Legitimatus filius qvomodo possit præferri succedentibus ab intestato, 344. 2

Legitimatus non dicitur legitimè natus, & qvando excludat substitutum, 417. 5

Legitimatus non potest plus ex testamento conseqvi, qvam filius legitimus. 330. 5

Legitimatus non ritè si instituatur ut filius, institutio non valet. 522. 16

Legitimatus præteritus rumpit testamentum paternum, 242. 1

Legitimatus sine præjudicio venientium ab intestato, non excludit legitimos á successione ab intestato, 343. 1

Lex licet fingat sententiam justam, ex eo qvod in rem judicatam transierit, si tamen partes eam injustam confiteantur, coram confessioni statur, & tollitur præsumtio juris & de jure. 823. 2

Lex multum de suo ministro confidit. 12. 6

Lex municipalis, vel consvetudo potest addere formá testandi ultra solennitatem traditam á jure civili. 316. 1

Lex posita, qvotiescunq; absqve justa causa naturali æqvitati contradicit, in foro conscientiæ non ligat. 666. 2

Lex qvantumcunqve dura servanda est. 122. 1

Libellus mutari non potest nisi usqve ad litem contestatam. 44. 2

Libellus obscurus post litis contestationem emandari potest. 736. 2

Libellus post litem contestatam emandari non potest. 736. 1

Libellũ ineptum in genere acceptare non sufficit. 735. 1

Liberè qvid significet. 641. 2

Liber

Liberi collectivum nomen est, 384. 4
Liberorum appellatio continet etiam feminas, 415. 4
Licentia rei apprehendendæ autoritate propria potest â testatore dari fideicommissario. 654. 4
Linea masculina neptesne è masculo comprehendat. 645.3
Linea masculina qvos comprehendat. 645. 4
Literæ remissoriæ dantur arbitrio judicis. 732. 1
Lites in curia ecclesiastica sunt immortales, qvoniam ipsis aliqva instantia præfixa non est. 725. 1
Litibus & sumtibus interest nostra non vexari. 617. 6
Litigare nolle & litigare non posse non sunt eadem. 717. 4
Litigium non obest nisi litigantibus. 87. 1
Litis contestatione actoris conditio potior est. 738. 1
Litis omnis facultas, emendandi, vel corrigendi libellum, tollitur. 735. 1
Litis pendentia morosus allegare non potest. 731. 3
Locator obligatus est ad mercedis exonerationem, si res locata fructus conductos percipere non potest. 254 1
Loci contemplatione relictum intelligitur, qvando legatur personis cum commemoratione loci. 512. 3
Locus, è cujus fructibus legata solvenda sunt, utrum demonstrationis gratia, an vero taxationis intelligatur adjectus. 621. 1
Locus fit religiosus per illationem cadaveris. 551. 2
Locus non est conjecturis in certis. 588. 2
Locutio impersonalis qvid operetur 639. 3
Locutio numeri pluralis in pluribus vera esse debet. 389. 1
Loqvendi communis usus in omni materia, sive favorabili, sive odiosa, sive pœnali profertur, 752. 1

M.

Macula & incapacitas patris non transit in filios ejus. 520. 12
Majori conjunctus gaudet privilegio majorum. 723. in additione &c.
Mala omnia perpetienda potius, qvam illis consentiendum. 125. 1
Maleficium committens, si pœnam evadere voluerit, clericus efficiatur 941. 8
Maleficium omne injustum factum esse præsumitur. 913 5
Malitiis hominum non est indulgendum. 385. 3
Malitia utens, contrahendo inimicitiam cum teste meo, ipsum percutiendo, an perdere causam debeat. 863. 2
Mandans aliqvem occidi vel ver-

verberari, nedum occidens vel verberans tenetur, ſed etiam ille qvi mandavit. 896.1

Mandans delictum, illud revocare poteſt. 897.4

Mandans perſvadens vel conſilium dans ſuper aliqvo delicto, an teneatur, ſi ille, cui mandatum, vel datum conſilium, vel perſvaſum, diu poſtea deliqvit. 896.2

Mandans tenetur de homicidio ſecuto 897. 1

Mandans qvando non teneatur. 898. 2

Mandatarius dicens commiſiſſe ex ſe delictum, mandantem excuſat, 898. 3

Mandato generali negotiorum delictum non continetur. 688. 5

Mandatum generale cum clauſula liberæ adminiſtrationis qvatenus æqviparetur ſpeciali. 702. 1

Mandatum ſi alicui fuerit ad maleficium committendum, aut datum conſilium vel perſvaſum, qvomodo ipſe revocari poterit, & cui intimare debeat, 896. 3

Manus regia, qva olim omnia expediebantur, etiam hodie habet vigorem. 660. 2

Maritus de jure communi poteſt relinqvere omnia ſua bona uxori. 298. 3

Maritus leno præſumitur, qvando ex uxoris adulterio non indignatur. 924. 6

Maritus prohibitus à ſtatuto, ultra certam ſummam relinqvere uxori, poteſt illi donare, cauſa mortis qvantum velit. 298. 1

Maritus ſtante dicto ſtatuto, ultra certam ſummam uxori relinqvere prohibente, poteſt legare qvantum velit de conſenſu hæredis. 298. 2

Maritus ubinam ſepelire debeat uxorem. 553. 2

Maſculi agnati qvomodo ſubſtituantur ad excludendas feminas 645. 2

Maſculina linea utrum comprehendat neptes è maſculo. 645. 3

Maſculinum concipit femininum, 414. 1

Maſculinum in materia differenti nunqvam concipit femininum, 414. 2

Maſculorum appellatio excludit feminas & maſculos è feminis, 415. 3

Maſculorum expreſſio an faciat, filios hæredum intelligi vocatos ex fideicomiſſo, in illa conditione, ſi deceſſerit absq; filiis maſculis, 429. 2

Maſſaritiarum nomine qvæ contineantur. 549. 4

Mater ab omnibus filii ſui pupilli bonis, etiam qvoad legitimam, per expreſſam pupillarem excluditur. 665. 1

Mater ad legitimam filii admittitur, licet per ſubſtitutionem pupillarem excluſa ſit, 403. 4.

Mater

Digitized by Google

Mater filio impuberi pupillariter substituere non potest, 388. 1
Mater filios in potestate non habet, 388. 2
Mater in tutela filiorum praefertur agnatis omnibus. 490. 1
Mater moriens quomodo possit providere, ne tutor testamentarius vel legitimus administret bona, quae ipsa relinquit pupillo. 493. 2
Mater potest filiis, è secundo matrimonio natis, plus relinquere, quam natis è priore. 507. 1
Mater praefertur in tutela fratribus, cum quibus pariter succedit. 490. 1
Mater quando possit filio pupillariter substituere, 389. 3
in Materia statutaria quomodo probatio fienda. 753. 4
Matrimonij appellatione an matrimonium carnale & spirituale veniant. 531. 2
Matrimonium contrahi potest ab eo, qui constitutus est in extremis vita. 517. 2
Matrimonium praesumtum quod esse dicatur, ita quod ab eo discedere non licet. 759. 1
Matrimonium quid sit. 163. 1
Memoria hominis labilis est. 156. 3
Membri mutilatio. 953. 5
Meretrix de quaesto suo testari potest, & ad libitum disponere, neque haereditas ejus per fiscum haeredibus suis auferri potest. 291. 2
Meretrix licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter facit accipiendo, cum sit meretrix. 291. 1
Meretrix quaestum suum in foro conscientia restituere non tenetur. 291. 3
Meretrix testamentum facere potest etiam de acquisitis ex meretricio quaestu. 290. 1
Metus omnis & reverentia minoris agnatorum & cognatorum praesentia cessare praesumitur. 246. 4 & 247. 9
Metus probatio per unum testem instrumento praevalet. 769. 1
Minor habet beneficium restit. adversus negationē. 949. 2
Minor laesus restitutionem in integrum petere potest. 39. 3
Minor procuratorem ad lites constituens quando restituatur. 704. 1
Minor quando non. 704. 1
Minus relinqui poterit filia, si monasterium ingressa fuerit, quam si nupserit. 527. 2
Mixtus casus non comprehenditur sub simplici probatione. 513. 2
Modi impossibiles de jure adjecti legato facto ecclesia. 602. 1
Modus solvendi legata quando taxationis gratia censeatur adjectus. 621. 2
Modus, ut ab arbitris arbitramēto laudove ad viri boni arbitri-

bitrium reductio peti non possit, dari vix potest. 38. 1

Molestia, qvam hæres inferre prohibitus est, intelligitur facti non juris molestia 622. 1

Molendinum fixum in terra & sub aqva, si fluminis impetu destructum fuerit, nisi reædificetur, ejus possessio amittitur. 150. 1

Monacho si legatum factum fuerit sub conditione, qvod, si Abbas eum molestaverit, à legato cadat, an, si ipse Abbas ipsi monacho molestiam inferat, qvod proprium habere non possit, à legato decidat. 560. 1

Monachus factus jure ipso fit intestabilis, 369. 1

Monachus ipse capax est legati alimentorum. 539. 1

Monachus non potest facere testamentum 292. 1

Monasterium excludit institutum sub conditione, si hæres decessit sine liberis, 394. 1

Monasterium excluditur ex conjectura voluntatis testatoris, 395. 3

Mora modici temporis magnum damnum afferre non solet. 742. 1

Mori melius est qvam indigere. 617. 7

Morientis dictum qvantam fidem faciat in judicio. 628. 4

Morosus litis pendentiam allegare non potest. 731. 3

Mors est solatium sordentibus egestate, 617. 7

Mors qvomodo probetur. 456. 3

Morum benignitas ad fidem comparandam multum operatur. 327. 1

Mulier alienationi dotis consentire non potest. 6. 1

Mulier innupta de agnitione & patris sui familia dicitur. 195. 2

Mulier malefica prægnans si peperit, & non reperiatur qvi puerum nutrire voluerit, an executio aliqva contra ipsam fieri debeat. 942. 10.

Mulier mortuo viro nubit in domino. 660. 3

Mulier qvando possit impunè secundò nubere. 600. 2

Mulier renuncians successioni, si prius clam fuerit protestata se non sponte renunciaturam, frustra renunciat. 478. 3

Mundus imperitia notariorum destruitur. 567. 1

Munera ordinaria & extraordinaria qvæ sint. 198. 2

Mutatio voluntatis non præsumitur, qvando alienatio facta fuerit titulo oneroso. 591. 3

Mutus scriptura propria se obligare valet. 919. 3

N.

Naturalius nihil est qvam eo vinculo unumqvodqve dissolvi, qvo ligatum est, 476. 4.

Necessitas inventarii faciendi per testatorem 647.2

Necessitas rationis reddendæ, à testatore emissa, qvid operetur. 492.2

Negativa non semper onus probandi in adversarium transfundit 838.2

Negotiari non dicitur dominus vendendo fructus, qvos percipit è propriis prædiis 580.3

Negotiorum delictũ mandato generali non continetur 688.5

Nemo auctoritatem suam ad utilitatem propriam accommodare potest 287.4

Nemo compellitur benefacere. 527.2

Nemo conqveri potest de dolo, cui consangvinei & amici adfuerunt. 246.6

Nemo liberatus videtur absolutione generali ab eo, qvod per dolum vel culpam latam factum erit. 247.13

Nemo potest certiorem reddere aliqvem de eo, qvod ignorat ipse. 156.2

Nemo præsumitur actus inutiles multiplicare voluisse 548.2

Nemo præsumitur immemor salutis æternæ 628.4

Nemo præsumitur in dubio velle delinqvere 533.5

Nepotes comprehenduntur appellatione liberorum, etiam ubi de onere ipsorum tractatur, 401.3

Nepotes, hæredes instituti simpliciter aut per nomen collectivum, qvando viriliter intelligantur, instituti fuisse, 383.4

Nepotes qvomodo possint habere bona avita & alienata per patrem sive avita sive materna vendicare possint, 355.2

Nepotes sub appellatione filiorum veniunt, qvoties de commodo ipsorum agitur, & non contra, 401.2

Nepotes appellatione an filius filii secundum communem usum loqvendi intelligatur, 753.2

Neptesne è masculo sub linea masculina comprehendentur 645.3

Neptis qvoqve ex filio ad hæreditatem ex substitutione descendentium per lineam masculinam vocanda venit 645.3

Nihil est tam naturale, qvam eo vinculo unumqvodqve dissolvi, qvo ligatum est 476.4

Nomen collectivum simpliciter prolatum distribuit in partes viriles 383.4

Nomina appellatione mobilium legatorum non continentur 581.1

Nomina debitorum appellatione mobilium & immobilium

bilium non continentur 392. 2

Non expressa non nocent 275. 2

Non, in qvem verba, sed in qvem disponentis intentio dirigatur, qværi oportet 535. 1, 2

Notarius factus de facto communi ab utraq; parte instrumentum conficere potest, etiamsi sit magis domesticus uni9 partis, qvam alteri9, & majori affectione conjunctus 767. 5

Notario non creditur, nisi de his, qvæ ipsi à partibus injuncta sunt, non autem de facto suo 127. 2. & 158. 3

Notarius si in alienationis rei ecclesiasticæ instrumento asserat necessitatem vel utilitatem subesse, eam probare tenetur, si credi sibi velit 11. 3

Notario non creditur in his, circa qvæ versatur ejus laus vel opprobrium 289. 3

Notariorum imperitiâ mundus destruitur 567. 1

Notari9 à testatore rogari potest, ne testium recognitio fiat, 399. 3

Notarius adscribens sibi legatum, incidit in crimen falsi 597. 1

Notarius æqviparatur testi, 372. 3

Notarius caveat hæredem scribere nutu testatoris, qvi debet respondere. 313. 2

Notarius caveat apponere verba, qvæ dubie possint intelligi 311. 4

Notarius caveat scribere testamentum illius, qvi balbutiendo loqvitur 313. 1

Notarius, cui data fuit potestas extendendi testamentum ad sensum sapientis potest adjicere verbum, jure institutionis etiam inter liberos 335. 8

Notarius debet scribere testamentum in conspectu testatoris infirmitate gravati, non autem seorsim ab eo 113. 3

Notarius delebit in novissimo loco testamenti, qvæ sunt mutata de voluntate testatoris, 373. 3

Notarius est judex ordinarius, & exercet jurisdictionem voluntariam. 285. 1

Notarius habita facultate à testatore extendendi testamenti, ad consilium sapientis potest apponere clausulas, qvæ tenduntur ad declarationem & confirmationem, non dicat se ita facere ex consilio sapientis 310. 3

Notarius in calce testamenti mentionem facere debet particulariter de omnib9 & singulis mutationibus vel additionibus, 373. 4

Notari9 non potest aliqvid addere testamento, uti nec corrigere qvicqvam in eodem,

Digitized by Google

dem, postqvam tradidit copiam illius, 372. 3
Notarius potest alteri stipulari etiam absenti. 282. 5
Notarius potest sibi aut filio, aut patri adscribere legatum in testamento nuncupatio 597. 3
Notarius qva cautela uti debeat, qvando adhibetur ad scribendum testamentum furiosi habentis dilucida intervalla, 289. 2
Notarius, qvi testatoris jussu testamentum cancellatur, ita cancellari debet, ut adhuc legi possit, 572. 2
Notarius rogari potest de testamento clauso, licet tenorem ejus ignoret, 316. 3
Notarius si fuerit rogatus de testamento in scriptis vel nuncupativo, instrumentum testamenti fidem facit. 302. 3
Notarius sit cautus, qvando aliqvid in testamento delet, mutat vel addit, ut scribat se delevisse, mutasse vel addidisse mandato testatoris ipsius, 373. 1
Notorium à declinandi onere non relevat. 673. 4
Novatio utrum judicetur per compromissum, 436. 2
Nullus appellatione omnium excluditur. 419. 3
Nullitas solæ propositæ si evidens non sit, sententiæ executionem non impedit, 825. 1
Numerus singularis prolatus in institutionibus extenditur ad pluralitatem, 362. 2
Numerus singularis ne an pluralis accipiendus sit, ubi dictio incisæ est, 390. 2
Nuncius, qvi vult facere personalem executionem, semper ostendat licentiam in scriptis, alias potest impunè ei resisti 845. 1
Nunciatio operis novi appellationibus extrajudicialibus æqviparari potest. 171. 6
Nunciatus in opere procedens omne id, qvod ædificavit sumtibus propriis, demoliri copitur. 168. 1
Nuptiæ secundæ qvomodo impune contrahantur, 600. 1

O.

Obligare bona potest etiam prohibitus alienare 616. 4
Obligatio omnis solutione ejus, qvod debetur, solvitur 47. 1
Obligatio qvando inter partes non contrahitur, nec etiam fidejussoria subsistit, 84. 1
Obligationes, qvæ transeant per restitutionem hæreditatis factam ratione fideicommissi universalis. 536. 2

Obliqua verba qua sint in substitutione, 405. 5
Oblivio ex longo tempore sequitur. 890. 5
Occasio delinquendi danda non est. 517. 1
Offenso accusante cessat inquisitio. 856. 2
Officium calculatorum quale esse debeat. 244. 2
Officialis an possit conveniri post syndicatus tempus. 907. 2
Officialis delinquentis in officio sibi commisso; nisi statim quod sciverit ejus delictum purgaverit. 930. 2
Officiales an de rectoru injustitia teneantur, & contra ipsos repræsalia dari possint. 794. 2
Officiales excusantur de his, qua sui superioris jussu fecerint. 906. 1
Officij sui ratione quid facienti etiam diligentissimè non debetur necessario præmium. 958. 1
Omissa forma in testamento cæci non sustineretur per clausulam codicillorum. 281. 3
Omissa habentur promissis, 424. 1
Omissus casus remanet in dispositione juris communis, 412. 1
Omnia jura præter possessionem transeunt in hæredem hæreditate jam adita. 448. 1
Omnia permiscentur deductione quarta. 639. 2
Omnino dictio naturam habet præcisam. 620. 4
Omnium appellatione nullus excluditur, 419. 3
Onus honori injunctum commensurabile esse oportet. 623. 1
Opinio communis dicitur, quam plures gravioresque amplectuntur. 803. 2
Opinio glossæ opinio communis est, 258. 2
Opinionum duarum contrariarum illa sequenda est, quæ in animæ favorem tendit. 258. 4
Oppositionum fiendarum contra testium personas duplex genus in jure reperitur. 771. 1
Oratio conditionalis non disponit, 429. 1
Ordo successionis ab intestato quando inspiciatur in successione ex testamento, 384. 1
Originalis copia quando probet. 758. 1
Ossa hominis mortui non sunt homo mortuus. 553. 2

P.

Pacta inæqualia matrimonio constante prohibita sunt. 173. 2
Pactum an valeat quod debitum, nisi per instrumentum, probari non possit. 119. 1

Pactum

Digitized by Google

Pactum pignoris & legis commissoria à parte debitoris factum, à jure reprobatum est. 173.1
Pacto hæreditas dari nequit. 503.2
Pacto potest jus successionis reservari. 478.2
Pacto testatoris quæritur actio legatariis. 544.2
Pactum de futura successione valet. 503.2
Pactum prælati locantis ad annos novem cum pacto, quod tempore finito locatio renovari debeat, non valet. 634.2
Papa faciens constitutionem cum clausula non obstante, non intendit velle derogare actum juratum. 743.5
Papa jus divinum tollere non potest. 716.2
Papa nisi ex magna causa super juramento dispensare nequit. 744.8
Papa potest dare clerico & monacho facultatem testandi de rebus ecclesiæ. 278.4 & 292.2
Papa an legitimandi potestatem habeat in terris imperij, 136.1
Papa dispensare potest, ut perjurus feudum non perdat. 105.5
Papa faciens institutionem cum clausula: Non obstante, non intelligitur derogare seu tollere actum seu constitutionem juratam. 104.2 & 743.5
Papa si casset consuetudines & omnia statuta, nunquam intelligitur cessare consuetudines & statuta jurata. 104.3
Parentes quæ verba concipere debeant, quando volunt filios alienare. 7.1
Paria sunt, non respondere. 900.3
Paria sunt, non fuisse institutum & institutum non adire. 509.2
Pars integralis legata differt à legato totius, respectu illius partis. 557.1
Partem potest, qui totum potest. 643.2
Partes in arbitrum compromittere possunt, & per hos appellationi renunciare. 817.2
Partes judicij aliæ non sunt, nisi nocentem condemnare. 121.1
Patavinum statutum de præsentatione pretij à propinquis in venditionibus, & alienationibus bonorum intra certum tempus facienda. 669.2
Pater cum filio illegitimo contrahere non prohibetur. 517.3
Pater est maximus & optimus filij amicus. 607.2

Pater

Pater & filij ejus simul hæredes instituti simul & non successivè dicuntur instituti, 384.1

Pater etiam, ubi non habet usumfructum in bonis filij, habet saltem commoditatem, nisi fuerit prohibitus à testatore. 515.3

Pater in restitutione male ablatorum quomodo filiis consulere possit & animæ suæ. 628.3

Pater legitimæ nullum onus imponere potest. 350.4

Pater magis amat filios quàm seipsum, 395.4

Pater non potest diminuere jus quæsitum filio, & jam ex stipulatione sua, 356.2

Pater non potest uni è filiis prælegare rem, quam acceptat in emphyteosin pro se & filiis, 356.3

Pater potest facere testamentum inter filios coram duobus testibus etiam feminis. 309.9

Pater potest filiis spuriis aliquid relinquere. 520.12

Pater, qui prius fecit testamentum, non potest filio impuberi directam substitutionem pupillarem in codicillis facere. 638.1

Pater qui prius fecit testamentum, potest filio impuberi directam substitutionem pupillarem facere in testamento. ibid.

Pater quomodo providere possit, ne bona filij pubertatem egressi dilapidentur. 494.4

Pater rerum filiofamilias donatarum.

Pater fructus non acquirit contra testatoris voluntatem. 515.2

Pater semper præsumitur sobolem suam alienæ præferre, 363.4

Pater solet mente capto relinquere, quantum sufficiat ad alimenta, 393.1

Patronus clericus licet in præsentando accumulare non possit, tamen præsentatio secunda ab eo facta de factore convalescit, eò etiam invito, si primus ab eo præsentatus cessuerit. 179.6

Pax quando amicorum interventu inter rixantes facta fuerit, ne possint criminaliter accusari libellus civilis, produci debet. 857.1

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatũ. 627.1

Peculium clerico est quasi castrense, quod aliis est adventitium. 288.5

Peculium habentes castrense, vel quasi castrense, testari de eis possunt. 285.1

Pecunia appellatione nobilium legatorum non continetur. 581.1

Pecunia est de his, quæ servando servari no n possunt & quandoque inter immobilia computatur. 617.5

Pecunia

Pecunia jussu testatoris erogandaper ministrum, electum à testatore cujus sit, si minister ea non erogata morietur. 576. 5

Pecunia legata ad aliquod opus pium, an converti possit in alium usum. 484. 4

Pecunia numerata non continetur legato auri vel argenti. 581. 1

Pecunia & auri sacra fames impellit ad illicita, 398. 2

Pecunia in dubio præsumitur mariti esse. 151. 1

Pecunia soluta semper solventis fuisse præsumitur. 113. 1

Pecunia depositio cur exerceatur. 745. 1

Periculum magnum in minimis non est de Perjurio. 268. 2

Perjurium ut evitetur an juramentum per partes remitti possit. 728. 1

Per pupillarem expressam mater ab omnibus bonis filij sui pupilli, etiam quoad legitimam, excluditur. 665. 1

Per restitutionem hæreditatis factam ratione fideicommissi universalis qua obligationes transeant. 636. 2

Peregrini possunt facere testamentum non servata solennitate juris civilis. 316. 3

Peregrini quam solennitatem observare debeant in testamentis faciendis. 316. 3

Perpetuum de quanto tempore intelligatur. 576. 4

Perseverans in excommunicatione per annũ si litiget, amittit causam, item beneficium si quod habet, item habetur pro heredico. 219. 3

Persona honesta quæ dicantur. 816. 1

Perusini doctores habentes pacta cum civitate, ne advocari possint, non prohibentur aliquid gratis à judice impetrare. 709. 6

Pestis tempore remittitur solennitas necessaria in testamento. 305. 2

Petere intelligitur etiam is, qui ea, qua solvuntur, sponte recipit. 599. 1

Petitio hæreditatis pro quibus rebus detur. 449. 4

Petitio hæreditatis regulariter non datur contra titulo possidentem etiam universali. 443. 1

Pia relicta non dicuntur facta à divitibus amore Deî 307. 5 & 633. 4

Pleno jure verbum in dispositione positum quid importet. 159. 2

Pluralis numeri locutio in pluribus debet esse vera. 389. 1

Pœna remotionis ab officio quantumcunque imponatur officio durante, de crimine cognosci potest. 168. 1

Pœna contumaciæ non habet locum in fictis contumaci-

tumacibus. 681. 6

Pœnæ de jure canonico peti possunt 202. 4

Pœnam difficultas excusat 209. 2

Pœna imposita viduæ secundo nubenti militat etiam in viro. 601,5

Pœna legis evanescit per pœnam à testatore impositam 500. 3

Pœna privationis hæreditatis potest hæredi per testatorem imponi 331. 1

Pœna, qva gravandi sint cohæredes, si hæreditatem communem dividant, adjici potest à testatore 620. 6

Pœna cautelis malis utentium corporalis pro pecuniaria potest imponi 697.3

Pœna imposita reo severior, qvam sit consvetudo, judex usqve ad 30. dies differre debet 947. 9

Pœnæ multiplicantur ex geminatione delictorum 934. in addit.

Pœnitentia regulariter admittitur in contractibus innominatis respectivis 68. 4

Pontifex Romanus literis suis nullo pacto præjudicare intendit juribꝰ laicorum patronatus 177. 1

Portio Canonica debetur parochiali Positiones & articuli & probationes de dominio in causa Interdicti, uti possidetis, admittuntur 123. 1

Positionibus non respondens regulariter habetur pro confesso. 761. 1

Positionibꝰ qvomodo puniatur 761. in addit.

Positionibus respondetur per verbum credit vel non credit, 760. 1

Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, 200. 1

Possessio bonorum agnoscitur coram judice intra dies centum, vel intra annum, si sit ex liberis 457. 1

Possessio bonorum & tempus ejus, datur etiam post lapsum qvadraginta annorum 461. 5

Possessio etiam hodie necessaria est in casibus qvamplurimis 457

Possessio bonorum non agnita ad hæredes non transmittitur 457. 1

Possessio unde liberi etiam non agnita transmittitur ad hæredes 458. 2

Possessio dat alicui commodum non leve 448. 2

Possessio non transit in hæredem antè, qvam corpore sit apprehensa 448. 1

Possessio potest accipi auctoritate propria per legatarios de licentia testatoris 654.4

Possessio transfertur in legatarium, si testator constituat se possidere nomine legatarii 654.3

Possessionem fideicommissarius

Digitized by Google

sari9 etiã universalis per seipsum nancisci nõ potest. 641. 2
Possessionis utilitas qvanta sit 450. 7. & 454. 1
Possessorium adipiscendæ vel retinendæ qvib9 cautelis in judicio proponendũ. 888. 1
Possessorium temporale nõ autem spirituale est 721. 4
in Possessorio condemnatus ut judici resistere possit, 845. 1. b
Si judicatum sit, appellare non licet, 834. 1
Si Possideant duo, & neuter possident ab alio vi, clàm vel precariò, qvid juris 825. 2
Possidentis conditio est melior in re dubia 448. 2
Possidere sed adversarium ad petitoris onera compellere, qvàm ab alio possidente petere commodius est, 181. 1
Postulare est in judicio aliqvid dicere. 708. 1
Posthumus præterit9 rumpit testamentum, etiamsi statim expiraverit ante baptismum, 362. 1
Potestas arbitri circa cautelas qvanta sit, 242. 1
Potestates super eorum excessibus, qva pœna teneantur, judices mulctentur 793. 1
Potestates terrarũ in delictis profamilia tenentur 929. 1
Potestates si ferant sententiam iniqvam de consilio judicum decuria, qva pœna tenetur ipsa potestas, & omnes alii judices tenentur 928. 1
Potestas disponendi qvalis sit, 640. 2
Potestas exhæredandi filii aufertur patri per filii pœnitentiam, 339. 2
Præceptum expirat prima sui observatione. 612. 9
Præceptum testatoris nudum non relevat, 610. 1
Præceptum qvando dicatur esse nudum, 610. 1
Præceptum volentis ut hæredes semper maneant in cōmunione, non valet, 619. 1
Prædia ne dividantur per legitimæ detractionem pater providere potest, 329. 3
Prædium legatum pro alimentis, ab alimentis è prædio legatis differt, 583. 2
Prægnantis mulieris damnatæ pœna differtur qvousq; pariat. 947. 10
Prælati verè miseri in multis casibus literis papæ obedire non debent 941. 6
Prælati dispensantes super sacramentis, perjurii auctores esse possunt 127. 1
Prælegata seu fideicommissa subjaceantne restitutioni ex fideicommisso, 638. 1
Præscriptio annorum qvadraginta an excludat omnem hæreditatis aditionem, 461. 3
Præscriptio inducta est bono publico.
Præscriptio pacto tolli potest, 635. 3
Præscriptio nulla de jure canonico currit 200, 1
Præ-

Digitized by Google

Præscriptio per tantū tempus, cujus initii memoria in contrarium non existat, sine mala fide vim tituli habere dicitur 204. 1

Præscriptioni inductæ mero negligentis odio renunciari non potest 206. 1

Præsentia amicorum operatur idem qvod consangvineorum 246. 8

Præsumtio una tollit aliam 14. 11

Præsumtio in qvib9 plene probet, 699.

Præsumtio juris liqvidissima probatio dicitur 913. 3

Præsumtio habet locum etiam in fideicommissaria substitutione 311. 5

Præsumtio juris & de jure non recipit probationem in contrarium, nisi per confessionem partis, 434. 1

Præsumtio juris & de jure tollitur confessione partis adversæ, 433. 3

Præteritio etiam matris vel avi materni testamentum vitiat, 353. 2

Præteritione filiæ sicut filii rumpitur patris testamentū, 346. 1

Præteritionis vitium tollitur per codicillarem clausulam, 353. 2

Præteritum imperfectum subjunctivi modi significat etiam tempus futurum. 589. 3

Præteritum perfectum subjunctivi modi significat rem perfectam. 610. 4

Præventio affecta aliqvando nihil operatur 859. 1

Præventio pœnæ minoris procurata, ut si procuraverit qvispiam, ut accusetur, non autem ut contra ipsum inqviratur adhoc, ut puniatur mitius, sibi non prodest 931. 1

Primogenituræ jus non potest per patrem tolli, 356. 3

Princeps omnibus, qvi jure civili testamenti factione carent, potest concedere facultatem testandi 297. 3

Principis verba ita sunt interpretanda, ut ejus beneficium non sit inutile, 344. 2

Princeps legitimare non potest spurios de potestate ordinaria, stantibus legitimis & naturalibus 137. 2

Principes seculares per statuta sua juramenti vires enervare non possunt 644. 7

Principali delinqvente utrum accusatus teneatur si appareat consensisse, 931

Principes seculares super juramento dispensare non possunt 228. 1

Principum non potest res capere ab eo momento, qvo debet desinere 567. 1

Privati carceris crimen committens afficiendus ultimo supplicio 876. 1

Privilegium immunitatis generale in muneribus & honoribus,

Digitized by Google

noribus, de personalibus tantum intelligitur. 198. 1

Privilegium principis statutis additum qvam efficaciam habeat. 199. 1

Privilegiatus qvi non est, habens rem communem cum privilegiato, privilegiis privilegiati gaudet. 722. 2

Privilegium fori clericis concessum de jure divino esse dicitur. 716. 1

Probatio nulla melior est, qvam illa, qvæ per aspectum fit. 124. 1

Probandum est totum, de qvo est qvæstio, & partem probare non sufficit, 359. 2

Probatio codicillorum qvot testes reqvirat, 631. 1

Probatio dominii tam difficilis est, ut qvodamodo videatur impossibilis esse, 449. 3

Probare liqvide dicitur, qvi per præsumtiones juris probat, 913. 4

Probatio per evidentiam etiam post conclusum in causa admittitur. 792. 3

Probatio per se sola qvando non est vehemens, non sufficit ad probationem, nec ad torturam. 918. 1

Probationes in criminibus luce meridiana clariores esse debent, 902. 2

Processus extraordinarius cum aliqvo fundari debet. 757. 1

Procurare est in judicio aliqvid dicere, 708. 1

Procurator admittitur in civili causa etiamsi qvis citetur realiter, secus in criminalibus. 677. 1

Procurator in causa criminali regulariter à relatione supra non admittitur. 870. 1

Procurator, alia persona licet in criminali causa non admittatur, admittitur tamen ad instruendum & informandum judicende innocentia rei. 756. 4 & 868. 2

Pro confesso in responsione ad articulos qvando qvis habeatur. 691. 2

Pro confesso regulariter habetur positionibus non respondens, licet sententia reqviratur. 762. 1

Pro confessatis habentur, si actor vel reus positionibus respondere nolit. 761. 1

Probatio partis non probat totum, 359. 2

Probatio testamenti qvot testes reqvirat, 631. 1

Prohibere, molestiam juris vel facti inferri, qvid relevet. 622. 3

Prohibita alienari alienari possunt, si in qvi de familia sunt, reqvisiti emere ea noluerit, 611. 5

Prohibitio alienationis facta familiæ non egreditur gradum qvartum, 612. 1

Prohibitio alienationis facta filiis per testatorem non

extenditur ad nepotes, 7. 1
Prohibitio duplex efficaci9 operatur, qvam ſimplex. 608. 2
Probibit9 alienare, alienare poteſt vitæ redimendæ cauſa, 611. 7
Prohibitus alienare bona, ea obligare poteſt, 616. 4
Prohibitiones teſtium cum juramento mihi ſubtrahens, an cauſam perdat. 863. 3
Promiſſio facta(uni)rectori, utrum trahatur ad ſucceſſionem, 737.
Promiſſio de hæreditate viventis regulariter non valet: qvoniam votum captandæ mortis inducit, 826. 4
Promiſſio centum annorum ubi intervenit, præſcriptio non currit, 186. 5
Promitto alium non accipere in virum niſi te: ſicut ruſticæ Patavinæ comuniter faciunt, an ſint verba de futuro 269. 1
Promiſſio hæredis facit ultimam voluntatem habere vim contractus. 632. 2
Promittere num qviſpiam poſſit, ſi aliqvid ad certum terminum ſoluturum, &, ſi non ſolvat, an excommunicandus ſit. 324. 4
Propoſitum operatur in propoſito. 475. 2. & 3
Proprietas fundi legata intelligitur, fundo ipſo vel ad alimenta, vel ad uſum legato, 583. 2
Proprietas ſeparatur & diſtingvitur ab uſufructu. 572. 3
Propter iniqvitatem ſtatuti ad eccleſiæ ſubſidium recurri poteſt 122. 2
Proteſtatio qvid? 771.
Proteſtatio declarat animum proteſtantis, 881
Proteſtationis effectus ſuper exceptionibus fiendis qvalis ſit? 771. 1
Proteſtationis verba hæredis debent concipi in tempus futurum. 467. 3
Proteſtatio contraria facto proteſtantem non relevat, 100. 2
Proteſtatio prima in judicialibus nihil juvat. 99. 1
Proteſtatio clam facta qvando juvet proteſtantem. 478. 3
Proteſtatio jus conſervat 295. 6
Proviſio teſtatoris expresſa, tollit tacitam legis proviſionem, 395. 3
Proximiores gradu præferuntur gradu remotioribus, 409. 1
Proximitasne teſtatoris an hæredis in ſubſtitutione inſpiciatur, 411. 3
Pupilla ubi & in qvo loco ſit educanda, 494. 1
Pupillo habenti tutorem ex patris teſtamento non poteſt alius dari tutor, etiam ex matris proviſione, nolentis

tis eum bona illius guberna re, 493. 1
Pupillarem per expressam mater ab omnibus bonis filii sui pupilli excluditur 665. 1
Pupillus doli capax obligatur juramento 296. 2
Pupillus doli capax potest facere testamentum ex dispositione papæ, 296. 3
Pupillus qvomodo tutus sit ab insidiis substituti, 398. 1

Q.

Qvæ alias legato non comprehenderentur, ea legato cedunt, si alia nulla sint, qvæ legato cedere possint, 580. 2
Qvæ ex pœnitentia revocabilia sunt, si juramentum interveniat, irrevocabilia fiunt 67. 3
Qvæ in matrimonio est, etiam castè vivere dicitur, 568. 4
Qvænam cessare faciant evictionis periculum, 262. 1
Qvæ obligationes transeant per restitutionem hæreditatis factam ratione fideicomissi universalis, 536. 2
Qvæcunq; scripta sunt in testamento, non valent hæreditate non adita, 508. 1
Qværi non oportet in qvem verba, sed in qvem disponentis intentio dirigatur, 532. 12
Qvæstio generalis est, qvæ omnia capitula complectitur 762. 3
Qvæstio pulcherrima disputata per Gvid. de Saza contra Oldradum. 31. 1
Qvalitas adjecta verbo refertur ad tempus verbi, 412. 1
Qvalitas uni legato adjecta in aliis repetita censetur. 604. 2
Qvalitas semel in esse posita, durare præsumitur, 855. 2
Qvando credatur notarii assertioni, se minorem vel mulierem certiorasse dicentis, 157. 1
Qvando dicatur contractus in scriptis celebrari 43. 1
Qvandocunq; tenet doctor aliqvis opinionem glossæ, illa opinio comunis censetur 258. 2
Qvando appellatione hæredis veniat hæres hæredis, 537. 2
Qvando censeatur modus solvendi legata taxationis gratia adjectus, 621. 2
Qvando debeantur fideicommissa hæreditate non adita, 497. 2
Qvando dicatur nudum testatoris præceptum, 610. 1
Qvando intelligetur conditio in testamento data, ea in codicillis ademta in alios transferendo, repetita, 604. 4
Qvando legatarius rei legatæ dominus fieri non possit sine traditione hæredis, 630. 2

Qvando possit hæres rogatus per fideicommissum hæreditatem restituere post mortem suam, bona hæreditatis aliqva alienare, 640.1

Qvando possit mulier impune secundo nubere, 600.2

Qvando remittens injuriã, odium & omnem actionem remittere intelligatur, 629. 1

Qvando repetitio legatorum ab instituto facta censeatur à substituto vel conjuncto, 498.1

Qvando subjaceat legitimæ prohibitioni de non alienando, 614. 4

Qvarta canonica ex legatis ad pias causas prohiberi non potest 651.7

Qvarta Trebellianica potest ab hærede rogata hæreditatẽ restituere, detrahi, 648. 1

Qvarta deductione permiscentur omnia. 639. 2

Qvartæ detractionem qvãdo fideicommissarius non patiatur 648.2

Qvartæ duæ detrahuntur, qvando restitutio hæreditatis fit ex intervallo, non autem qvando fit in continenti. 335. 5

Qvartæ duæ qvando detrahi possint 648. 1

Qvartæ Trebellianicæ detractio prohiberi potest. 649.3

Qvartam fideicommissari9 fideicommissario non detrahit 639. 2

Qvartam partem uxori debitam an testator prohibere possit 658. 2

Qvartam saltem fideicommissario reservare compellitur hæres, rogatus restituere post mortem sqvicqvid ex hæreditate supererit, 640. 1

Qverela in officiosi testamenti filio fratris non competit, 358. 1

Qverelam inofficiosi testamenti vel bonorum contra tabulas possessionis non habentes officium judicis implorare possunt, ut aliqvod vitæ subsidium è bonis defuncti conseqvantur. 660. 2

Qvi creditorem se esse probaverit qvidem, probare vero non possit in qvantum, an juramento sibi fidem conciliare possit 154.1

Qvi ea, qvæ solvuntur, sponte recipit, is etiam petere intelligitur, 599.1

Qvi eligitur ad officium aliqvod utrum possit salarium petere officii illius, si electio ejus aliqvo modo irritetur 79. 3

Qvi fidejussorem non recipit, regulariter à tutela excusatur, 239.1

Qvi fuit judex in causa principali, in appellationis causa esse neqvit judex 40. 4

Qvi prior est tempore, potior est jure 49. 1

Qvi hæreditatem paternã

adivit

adivit, ipſam repudiando amittere non poteſt, 474.1

Qvi hæres primum adeundi gradum tenet, qvando excluditur, 456.3

Qvi exeqvutor eſſe neqvit, exeqventi conſulere non prohibetur, 485.2

Qvi hæres inſtitutus eſt inſtigatione & minis ſuis, non voluntati teſtatoris, hæreditate carebit, 661.3

Qvi principaliter & ut principalem ſeſe obligat pro alio, qvomodo teneatur, 588.2

Qvi promiſerit vel condemnatus ſit ſolvere aliqvid alicui, qvod debet ad certum tempus ſub certa pœna, ſi debitum non fuerit liqvidũ, ne in pœnam incidat, qvid agere debeat, 220,1

Qvi qverelam inofficioſi teſtamenti vel bonorum contra tabulas poſſeſſionis non habent, officium judicis implorare poſſunt, ut ſubſidium aliqvod vitæ è bonis defuncti conſeqvantur, 660,2

Qvi rei qvalitates ignorat, ſcire is non dicitur, 469.2

Qvi ſcriptus eſt hæres gratia fideicommiſſaria qvartam Trebellianicam non deducit, 494.3

Qvi ſemel elegit an iterum eligere poſſit electione priore effectum non ſortita 77,1

Qvi ſemel in utiliter legit cogive poſſit, ut iterum eligat 79.4

Qvi ſub linea maſculina comprehendantur, 645.2

Qvi totum poteſt, partem poteſt, 643.2

Qvi vendidit hæreditatem, non videtur in qvota vendere res ſingulas, ſed jus hæreditatis tantum, 443.2

Qvid legatum intelligatur ſtudenti ſi ipſi expenſæ ſtudii prælegentur, 559.1

Qvid ſit exigere? 599.2

Qvidqvid eſt in conditione, non eſt in obligatione, 596.3

Qvi libet rei ſuæ legem, qvam volet, imponere poteſt, 575.1

Qvisq; ſepeliendus eſt vel in eccleſia parochiali, vel in ſepulchro majorum, 554.2

Qvittationem generalem ſi frater fratri fecerit de omni eo & toto, qvod in hæreditate paterna petere poſſet, an propter hoc prohiberi poſſit, petere partem ſuam feudorum, & rerum emphyteoticarum 472.3

Qvo caſu ſententia contra debitorem lata etiam creditori nocere debent, 55.1

Qvo caſu valeat donatio mutua conditionalis inter virum & uxorem, 63.3

Qvo caſu confeſſio patris in teſtamento ſuo ſe

 centum

centum habuisse recepisseqve à filio suo spurio confitentis valeat? 525. 4
Qvod in foro conscientiæ licitum non est, non etiam licitum est bono, 971. 2
Qvod aufertur indigno, pertinet ad fiscum, 505. 2
Qvod cohæres fidejussor solvit pro usufructuario, repetere non potest, 574. 3
Qvod cum loci commemoratione relinqvitur, loci contemplatione relictum intelligitur, 512. 3
Qvod propositum operatur in proposito, id oppositum operatur in opposito, 475. 2. & 3
Qvod transmissibile non est, transmissibile fit testatoris voluntate, 466. 8
Qvomodo probetur pecuniam in ecclesiæ utilitatem conversam esse, 154. 1
Qvomodo consulatur hæredi, qvi pecuniam à legatario conditionis implendæ causa oblatam accipere non voluit, 605. 3
Qvomodo excludatur hæres, qvi primum adeundi gradum tenet, 456. 3
Qvomodo legatarius rem legatam petere possit præscriptione non obstante, 634. 1
Qvomodo mater jam moritura providere possit, ne tutor testamentarius vel legitimus administret bona, qvæ ipsa pupillo relinqvat, 493. 2
Qvomodo mors alicujus probetur, 456. 3
Qvomodo nuptiæ secundæ sine pœna contrahi possint, 600. 2
Qvomodo parentes minoribus consulere possint, ne bona ipsorum dilapidentur, 499. 4. & 238
Qvomodo pater providere qveat, ut post filii pubertatem bona ejus ne dilapidetur, 494. 4
Qvomodo pupillus sit tutus ab insidiis substituti, 398. 1
Qvomodo qvis bonorum possessionē agnoscere qveat, termino ad petendum illam præstituto jam elapso, 462. 1
Qvomodo renunciet soror fratri bona paterna, 48[illegible]. 1
Qvomodo testator id etiā, qvod ex causa post testamentum oritura debebitur, legaturus, verba concipere debeat, 589. 3
Qvomodo ususfructus monacho caute relinqvi possit, 539. 1
Qvos non honoramus, eos gravare non possumus, 390. 1
Qvot testes scripti sunt, tot testibus æqvivalet instrumentum 303. 4

R.

Ratihabitionem emtori habere expetit 81. 1
Ratihabitio domini gestorū procuratoris superveniēs, qvo casu nihil operetur 213. 1

Ratio habenda est sermonis recti, 585. 1
Ratio universalis reqvirit veritatem particularium omnium, 397. 2
Rationis identitas qvando operetur extensionem 307.4
Rationis reddendæ necessitas à testatore emissa qvid operetur 492. 2
Recognitio testium impeditur, si testator ne fiat, notarium rogaverit, 399. 3
Reconciliatio tollit effectum injuriæ, 591. 2
Rector scholarum, si duæ partes congregari noluerint contumaces privare potest 176. 1
Refutatio qvod verbum sit 248. 15
Regressus non est ad viam alteram, postqvam via una jam electa est, 440. 2
Regnum ad qvem gradum usq; successionis transmittatur, 213. 2
Regula, de liqvido ad non liqvidū non fit compensatio, qvomodo intelligatur, 29. 1
Regula, qvi prior est tempore, potior est jure, qvibus in casibus non procedat. 49. 1
Regula ei, qvi dicit, probare incumbit, qvando locum habeat 707. 4
Regula, non in qvem verba, sed in qvem disponentis intentio dirigatur, qværi oportet. 535. 12
Regularitas omnis de jure divino, non autem positivo introducta est, 952. 4
Rei appellatio continet jura & actiones, 392. 3
Relatio calculatorum qvæ 244. 2
Relatio facit intelligi inesse in termino referente, qvicqvid est in termino, ad qvem est facta relatio, 315. 1
Relatio nominum & pronominum facienda est ad testatorem potius qvam ad hæredem, 310. 3
Relicta in testamento valida non sunt hærede non instituto, 374. 2
Relicta solennibus carentia non debentur, 632. 1
Religionis ingressu rumpitur testamentum, sicut agnatione posthumi, 369. 1
Religiosi mendicantes sine Pontificis auctoritate ecclesiam novam construere non possunt, 538. 1
Religiosus ordinis minorum, licet exeqvutor esse non possit, potest tamen habere facultatem nominandi & eligendi ex testamento 485. 3
Rem cōmunem cum aliqvo si qvispiam habuerit. 5. 1
Remissionem petenti terminus statui potest à judice, ut producat probanda coram alio judice, 732. 2
Remissoriæ literæ dantur arbitrio judicis, 732. 1
Remittens injuriam qvando

Digitized by Google

do remittere intelligatur odium & omnem actionem, 629. 1

Remittere est donare 480. 5

Renunciatio qvando valeat 156. 1. & 175. 1

Renunciare licet juri pro se introducto 786. 1

Renunciatio productionis jurata impedit reproductionem testium 786. 1

Renuncians hæreditati & bonis paternis, intelligitur etiam cadere bonis emphyteoticis, 474. 3

Renuncians regressum sibi reservare potest. 478. 2

Renunciare favori suo qvilibet potest 298. 2

Renunciatio eorum, qvæ ex testamento deferuntur, verbis testamenti ignoratis, non valet 481. 2

Renunciatio legitimæ præcedens patris testamentum, debet transire in vim pacti, ut valeat, alias juri futuro renunciari minime potest, 554. 3

Renunciatio sororis fratri circa bona paterna qvî fiat, 481. 1

Repetitio conditionis qvãdo facta intelligatur. 604. 2

Repetitio legatorum ab instituto qvando censeatur facta â substituto vel conjuncto, 498. 1

Reqvisita ad id, ut inventarium solenne sit, novem, 432. 2

Rescriptum an dicatur surreptitium, cum ligatus duplici vinculo non exprimit, nisi unum, 674

Rescriptum impetratum à Principe, ad hoc, ut aliqvis audiri possit, ipso jure nullum existit, 842. 1

Rescriptum secundum impetrans ad lites: non faciens mentionem de primo: an & qvo casu obtineat, ita ut ejus impetratio valeat 671. 1

Responsum petitioni seu responsioni conforme esse debet, 900. 2

Res capere non potest principium ab eo momento, qvo debet desinere, 567. 1

Res hæredis legata transferatur ne sine consensu ipsius, 630. 1

Res legata ad vitam legatarii, mortuo legatario redit ad hæredem testatoris, 5 6. 1

Res litigiosa regulariter nec vendi nec alienari potest, 87. 1

Res litigiosæ efficiuntur judiciis universalibus, per solam citationem, 5. 2

Res mobilis regulariter triennio capitur, 267. 1

Respublica nulla vocatur nisi Romanorum, 18. 1

Restitutio in delictis non conceditur 949. 1

Restitutio adversus hæreditatem non aditam per minorem competit hæredibus infantis

itized by Google

infantis vel minoris, 464. 2
Restitutio in integrum datur etiam extraneis, qvibus ignorantib9 lapsum est tempus adeundi hæreditatē. 461. 3
Restitutio in integrum ex clausula generali datur hæredibus majoris, qvi decessit ignorans hæreditatem sibi fuisse delatum 465 4
Restitutionis in integrum tempus est utile, & non currit nisi à die scientiæ, 461. 4
Retractatio attentatorum judicis officio mercenario expeditur, 170. 4
Retractare id, qvod qvis sua voce dilucide protestatus fuerit, est indignum, 918. 2
Reus ante litis contestationem, vel ante condemnationem solvens, non infamatur, 851. 3
Reus conventus qvando admittatur cum cautione de rato, 703.
Reus criminalis ne privetur beneficio appellationis, 948
Reus qvomodo per procuratorē respondere possit, 872
Reus habens pacem ab offenso mitius punitur, 885. 3
Reus qvotiescunq; cum accusatore conversari reperitur, prævaricatio probata dicitur, 924. 5
Reus solvens, crimen fateri videtur, 851. 5
Reus torqvetur existentibus contra eum indiciis legitimis, 917. 1
Rogatus palam restituere incapaci fidem tacitam accōmodasse non dicitur, 519 8
Rogerius prout recitat Ubertus de Bob. qvibus cautelis in judicio proponendum, 885. 2
Rusticus jura ignorare præsumitur 259. 5.
Rusticus personaliter citatus si non compareat judice pro tribunali sedente, verus contumax non dicitur, 259. 6
Si contractum fecerit usurarium, fraus in ipso cessat, 260. 8
Si fundum emerit cum pacto de retrovendendo, contractus usurarius non censebitur, 260. 9
Si testimonium deposuerit, & fuerit sibi contrarius, de falso puniri non potest 260. 7
Rusticitas dat privilegium in responsionibus ad positiones faciendas, 760. 2

S.

Salomon in successione regni prælatus fuit Adoniæ fratri suo primogenito, 356. 2
Salus æterna cuilibet curæ esse præsumitur, 628. 4
Salvus conductus alicui concessus qvod non possit molestari, neqve in rebus, nec in persona, ad debitum juramentum non extenditur, 743. 3

Salvus conductus datus bannito per centum annos qvid operetur. 958. 1
Sapientis consilio qvomodo causa committenda, 761. 2
Scholares facientes conventiculas contra Doctores, qvomodo puniantur. 211. 4
Scholares in publicis studiis studentes ad papam appellare possunt omni jure. 138. 7
Scholares omnes in studiis publicis studentes sub imperiali protectione Imperatoris existunt, 138. 6
Scire non dicitur, qvi rei qvalitates ignorat, 469. 2
Scriptura presbyteri, qvi non sit notarius, fidem non facit, 359. 1
Secularis an possit cognoscere de qvæstione causæ spiritualis, qvando in facto vertitur, 731.
Secus est de jure canonico, 770. 2
Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, 855. 1
Sententia contra debitorem lata, qvo casu etiam creditori nocere debeat, 55. 1
Sententia qvando sit nulla. 12. 9
Sententia lata in causa momentaneæ possessionis appellari neqvit. 53. 2
Sententia condemnatoria contra inqvisitum vel accusatum si differri debeat, testes de falso accusari debent. 944. 16
Sententia in contumacem lata valet. 690. 1
Sententia in decreti primi interpositione qvomodo formanda, 692. 1
Sententia in infirmum indefensum à sciente judice lata ipso jure nulla est, 690. 1
Sententia ista an valeat, condemno vel absolvo, prout qvisqve exactis est condemnandus vel absolvendus, 805. 1
Sententia per unum ex pluribus judicibus lata ut valeat. 798
Sententia qvo casu non infamet principalem, neqve procuratorem, 851. 2
Sententia qvo casu jus inter partes faciat, 706. 1
Sententia qvomodo vitietur, 801. 1
Sententia excommunicationis sub conditione contra unum, qvando lata fuerit, illa conditione pendente etiam post decem dies à tempore sententiæ condemnatus appellare potest, 324. 5
Sententia lata si qvispiam gravatur, infra decem dies appellandum est, sive fuerit diffinitiva seu interlocutoria, 837. 1
Sententiæ nullitas opposita qvid operetur. 737. 1
Sententiæ verba qvalia debeant esse, 801. 2

Senten-

Sententiam iniqvam victor, pro qvo lata sit, dicere neqvit, 823.
à Sententia lata in possessorio qvando non liceat appellare, 704.1
Sententiis vel interlocutoriis, ubi appellationi locus non est, nullus videtur consentire, nisi per 10. dies taceat, ut per alium actum consensum exprimat, 799.2
Sepulturæ electio fit irrevocabilis juramento. 556.2
Sepeliendus qvisqve est vel in ecclesia parochiali, vel in sepulchro majorum, 554.2
Sepelientes non debent ornamenta cum corporibus condere. 556.5
Sepeliri non possunt deportati in loco, è qvo deportati sunt. 553.1
Sepulchra non sunt in hominum commercio. 552.1
Sepulturæ mutationem etiam episcopus concedere potest. 554.3
Seqvestrantur bona, si usufructuarius idoneè cavere non possit, 574.5
Seqvestratio possessionis necessaria est, ne partes ad arma veniant. 454.2
Sermo omnis, qvi vulgi auribus non consonat, penitus extraneus dicitur. 754.5
Sermonis recti ratio habenda est. 585.1
Servitus via debetur prædio legato. 587 b.
Si appellatione pendente litem contestatus fuerim, & à principio non petierim innovata retractari; attamen qvandocunqve velim, petere possum, & revocari debent. 170.3
Signa testium qvanta in chartis existant, tanta instrumenta esse dicuntur. 758.1
Si judici suggestum fuerit, ut decretum suum interponere vellet, ex eo, qvia justæ venditionis causa suberat, si statim nulla alia inqvisitione facta ipsum interposuerit, tale decretum valet & tenet, 14, 13.
Si judicis decretum in actu aliqvo interpositum reperiatur, solennitates omnes intervenisse præsumuntur, 14.12
Silentii perpetui ad sententiam unica tantum monitione procedi non potest. 880.1
Si mater infra annum luctus, aut etiam pater ad secunda vota transeant, qvas pœnas à jure civili injunctas patiantur, 164.1
Si mercator literas cambii recipiat, & lectas illas sine contradictione in filza ponat, videtur se obligasse ad illud, qvod in literis cõtinetur. 20.1
Simulationis species tres esse dicuntur. 45.1
Simplicitas dat privilegium in responsionibus ad positiones faciendas. 760.2
Si pater emancipet filium volun-

Digitized by Google

voluntarie, usum fructus dimidiam retinere potest, 72.3

Si pater filium emancipare nollet, sed illum de domo expellere, an ad emancipandum cogi posset, 72.2

Si pater filium pupillum instituat, & ei pupillariter substituat extraneum, pupillus filiusq; si in pupillari ætate moritur, à successione excluditur legitimus, & substitutus admittitur. 321.1

Si pater in testamento confiteatur, se habuisse & recepisse centum à filio suo spurio, quo casu talis confessio valeat, 525.4

Si quid uno datum fuerit è turpi causa, ex parte utrimq; tam dantis scilicet, quam recipientis, repeti nõ potest, 210.1

Si quis debitores plures habeat in solidũ, & ab uno partem receperit, non propter hoc alios liberasse videtur, 224.1

Si quis dolo fecerit testamentum, actio & exceptio ad rescindendum tale testamentum datur iis, qui ab intestato succedunt, 661.2

Si quis filiis suis tutorem bonisve suis administratorem relinquat, & ei leget liberationem à reddenda administrationis ratione per liberationis legatum, scrupulosa inquisitio remisit intelligitur. 240.1

Si quis rem furtivam vel vi raptam à latrunculis emerit, pretium à domino recuperare potest. 85.1

Si quis vẽdat rem aliquam uni, & postea vendat eandem alteri huicque alteri tradat prius, emptor secundus rei traditæ vigore præfertur emptori priori. 90.1

Si quispiam donaverit omnia sua bona etiam actionis spem donare videtur. 24.2

Simonia judicis auctoritate cessat. 247.10

Simonia an sit, si pater dixerit supplico vobis, ut filiam meam in monialem accipere velitis, & volo, ut pro alimentis ejus de bonis meis mille habeatis, eique supplicationi monastici solum dederint. 534.10

Simonia sit, si testator scripserit in testamento, si tales moniales filiam meam in sororem accipiat, relinquo eis pro alimentis centum, eam que conditionem moniales acceptarint. 535.1

Significatio legandi hodie non refertur ad institutionem hæredis, 507.2

Significatum non habere nihil aliud est quam negligere. 35.2

Simpliciter prohibitus bona alienare, fructus suos vendere potest, 616.4

Socius, si rem communem pro parte sua reficere noluerit, partis illius sua dominium perdit, 216.1

Societas ad vitam jure non improbatur, 620. 4
Societatis jure spurius hæreditatis semissem consequetur, 519. 6
Solennitas alia in testamentis, alia in codicillis requiritur, 495. 1
Solennitas loci, ubi fit testamentum servanda est. 316. 2
Solennitas necessaria in testamento remittur pestis tempore, 305. 2
Solennitas major in testamento quam codicillis, vel donatione mortis causa requiritur. 751. 3
Solennitate juris civilis omissa valent ligata etiam ad causas non pias, quando pius locus institutus est hæres. 633. 4
Solennitate omissa relicta non debentur. 632. 1
Solennitates omnes judicis auctoritate adhibita præsumuntur. 247. 12
Solutiones plures de aliquo debito singulatim facta quam vim habeant 221. 1.
Solutione ejus quod debetur omnis obligatio tollitur, 47. 1
Soror habito fratris consensu admittitur ad impugnandum testamentum, in quo sit etiam extraneus institutus, 346. 2
Soror instituta in re certa succedit fratri una cum alio fratre, etiamsi fratres fuerint universaliter instituti, 389. 1
Soror legataria præfertur hæredibus in legato sororis collegataria. 540. 1
Sororis enunciatio fratri circa bona paterna quomodo fiat. 481. 1
Spatium quantum detur cum liberis tum ceteris ad deliberandum, utrum hæreditatem adire velint nec ne? 455. 2
Species simulationis tres esse dicuntur. 45. 1
Spes substituti desinit, quando liberi substituto nati sunt. 398. 2
Spes substitutionis deficiens etiam qualiter ad hæredes transmitti possit. 422. 3
Spes substitutionis exspirat, & ad hæredes non transmittitur, substituto prius mortuo, quam substitutionis casus evenerit. 421. 1
Spoliatus ante omnia restituendus est. 210. 2
Spoliatus ante omnia redintegrandus est. 451. 8
Spoliatus ante omnia regulariter restituendus est. 711. 1
Spoliatus licet ante omnia restituendus sit, nec quæstio dominij admittatur, si tamen spoliatus passus fuerit, de dominio succũbere debet. 755. 2
Spuria filia dote moderata dotanda est saltem. 521. 13
Spurij à parentum successione excluduntur. 517. 1

Spurij

Spurii capere possunt ab extraneo & ab avo carente liberis legitimis, 426. 2

Spurii ab hærede patris. 520. 11

Spurii pro alimentis. 521. 13

Spurii non admittuntur ad fideicommissum relictæ familiæ seu stipiti domus, nisi appareat ex mente testatoris, 644. 2

Spurii non dicuntur de domo seu familia. 644. 1

Spurii legitimantur per matrimonium subseqvens cum concubina contractum 517. 2

Spurii non possunt succedere, etiamsi statutum eis hoc permittat 517. 1

Spurius â defuncto capere nihil potest, 377. 1

Spurius jure societatis semissem hæreditatis conseqvetur. 519. 6

Spurius legitimatus præteritus qvando non possit impugnare testamentum, ne petere legitimæ supplementum, 343. 2

Spurius potest habere licentiam â patre faciendi se legitimare, 417. 3

Spurius tametsi nihil habere possit è rebus patris, tamen propter rem patris aliqvid habere poterit, 380. 2

Stari potest juramento legatarii super interesse ob moram hæredis, mandante testatore. 624. 2

Status hominis indivisibilis est. 284. 3

Statuta nutrientia peccatũ ecclesiæ subjiciuntur. 122. 3

Statutis disponi non potest, ut pater filio suo spurio aliqvid relinqvere qveat. 523. 1

Statuto disponente, qvod mulier testamentum facere non possit sine consensu propinqvorum, potest mulier facere testamentum ad pias causas. 293. 2

Statuto prohibente alienari immobilia in alienigenas an possit exterus è testamento conseqvi prædium testatoris. 513. 1

Statuto si caveatur, qvod debito decem annis præscribatur, licet renunciari non possit, tamen aliud remedium competere potest. 206. 2

Statutum an valeat, qvod, qvi non petierit creditum suum intra certum tempus, amplius petere non possit 201. 1

Statutum cogens agnatos litigantes ad compromittendum non habet locum, nec procedit, ubi actor promissionis jurata vigore ipsum reum conveniret. 744. 9

Statutum si disponeret, qvod potestas vel judex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat,

habeat, aliqvem ad torturam, nisi præcedentibus indiciis, ponere non potest. 923. 2

Statutum si dispoſuerit, qvod condemnatus propter delictum impunè offendi possit, an contumacia condemnatus, impunè offendi poterit. 534. 7. & 679. 3

Statutum si dictaverit, qvod dom9 propter delictum diruenda veniat, non comprehendetur illa, qvæ alteri pignorata sit. 950. 1

Statutum si dixerit, qvod homicida decapitetur, & aliqvis per culpam sine dolo aliqvem interficiat, mitius puniri debet. 943. 12.

Statutum si dixerit, qvod occidens occidatur, qvando locum habeat. 943. 13

Statutum si dixerit, qvod si qvis condemnetur ad pœnam pecuniariam, & non solvit intra mensem, decapitetur, an locum habeat. 944. 14.

Statutum si dixerit, qvod non possit debitum per testes probari, sed tantum per instrumentum, an si qvis tantum per testes produxerit ad probandum debitum, & non fuerit eis per adversarium oppositum, eorum probatio teneat. 755. 1

Statutum disponens, qvod rectores & judices teneantur statuta servare an valeat. 234. 1

Statutum disponens qvippiam contra cognoscentem mulierem nuptam an in cognoscente monialem locum habeat. 531. 2

Statutum disponens spurios posse succedere non valet. 517. 1

Statutum potest hæredem facere ex tempore & ad tempus. 349. 1

Statutum prohibens in alienigenam fieri rei alienationem an prohibeat legare in testamento. 513. 3

Statutum, qvod mulier testari non possit sine consensu propinqvorum, valet. 293. 1

Statutum si dispoſuerit, ut filia dotata â fratribus excludatur, an monialis per fratres ita dotari debeat, ac si mundo nupsisset, siqvidem statutum eam excludere ab hæreditate paterna maternaqve valeat. 533. 7

Statutum valet, qvod filius teneatur solvere debita paterna. 337. 1

Statutum vel consvetudo potest invenire novam formam testandi. 316. 1

Statutum est Veronæ, qvod nullus Doctorum collegium intrare possit, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes Bartoli lecturas. 45. 2

Statutum pacto vallatum, plus valet, qvam statutum simplex. 817. 1

Statutum Patavinum de præsen-

Digitized by Google

præsentatione pretii â propinqvis in venditionibus, & alienationibus bonorum, intra certum temp9 facienda 669. 2

Statutum si dispofuerit, qvod forensis non possit acqvirere bona immobilia in civitate ne distructu, an filia extra territorium maritata bona immobilia acqvirere possit. 196. 4

Statutum si dispofuerit, qvod uxores de domo maritorum mortuorum nihil ad portent, qvas uxores comprehendat. 272 1

Statutum si prohibeat Doctores salariatos in causis esse advocatos, an allegationes facere possint. 709.3

Statutum si puniat loqventem cum bannito non comprehendit eum qvi nuncium, vel literas ad bannitum mittat. 708. 2

Statutum si simpliciter aliqvid proponi vel peti prohiberet, an, si esse contra ipsum statutum aliqva reformatio facta, valere deberet. 237.2

Statutum si sit, qvod filii mercatorum ad patris debita teneantur, etiam si hæredes non probentur, an valeat. 112. 2

Statutum Tervisinum de præsentatione pretii. 670. 3

Statutum universitatis Paduæ disponens, qvod Doctores legentes contra scholares, advocare non possint, qvomodo intelligatur. 709. 4

Statutum, ut & Perusii & Tervisii, si dispofuerit, qvod propinqvi ita demum ad præsentandum admittantur, si cives fuerint, intelligitur de illis, qvi onera & factione sustinent. 185.1

Statuti forma, licet contumax pro confesso habeatur: si tamen judici liqveat, reum non esse culpabilem, ipsum absolvere poterit. 869. 4

Statuto si pœna membri imponatur, qvo casu judex compensare possit, 944. 15

Statuto: â principe si alicui potestas data fuerit, qvod de jure & de facto, & absqve solennitate aliqva procedere posset, an testibus non reddentibus rationem dicti sui vel etiam malam credere teneatur. 780. 2

Statuta terrarum pœnam talionis tollunt, sicuti statutum Paduæ imponens accusanti, & non probandi pœnam. 862 1

Stipulatio inutilis habet vim pacti nudi. 23. 1

Studenti si prælegentur expensæ studii qvid intelligatur legatum. 559. 1

Subscriptio specialis est efficacior generali, 597. 2

Sub-

Substituti non intelliguntur positi sub conditione, etiamsi eis fideicommissum fuerit injunctum, 390. 1

Substitutio spes deficit natis liberis instituto, 398. 2

Substitutio breviloqva, facta impuberibus, continet etiam fideicommissariam, si clausula codicillaris addatur, 406. 1

Substitutio constat è regulis tribus, verbis nimirum directis, obliqvis & communibus, 405. 4

Substitutio cum mixtura compendiosæ, tendentis in futurum, habet vim fideicommissariæ, 427. 2

Substitutio compendiosa facta per verba communia continet etiam pupillarem expressam, 402. 1

Substitutio directa & pupillaris significatur verbis in hæreditate & bonis omnib9, vel verbis succedat pupillo, 403. 6

Substitutio directa in codicillis fieri non potest 502. 1

Substitutio dubia declaratur ab institutione præcedenti. 411. 2

Substitutio extenditur ad casum omissum, vel de casu ad casum, 424. 2

Substitutio facta in codicillis etiam verbis directis trahitur ad fideicommissum, 405. 3

Substitutio facta per testatorem, ut locus semper sit juri transmittendi ad hæredes, operatur ut spes substitutionis nunqvam pereat, 422. 5

Substitutio facta pluribus qvando effectum habeat etiam uno moriente, 396. 1

Substitutio puberi vel extraneo convalescit per verba communia tendentia in futurum, 399. 2

Substitutio puberi vel extraneo etiam puberi non valet per verba directa, sed per fideicommissum, 399. 1

Substitutio sub conditione, si hæres decesserit sine filiis, evanescit existentibus filiis etiam non succedentibus, 413. 3

Substitutio sub conditione: Si hæres discesserit sine filiis, non convalescit existentibus, filiis, Spuriis vel naturalib9. 416. 1

Substitutio facta verbis communibus porrigitur ad omnem substitutionem & modum omnem qvo valere potest, 404. 2

Substitutio fideicomissaria con tinetur in substitutione breviloqva propter compendiosam, 407. 3

Substitutio exspirat, si hæres fiat clericus, sicut si fiat monachus, 396. 5

Substitutio facit cessare beneficium abstinendi, qvod habet filii, 408. 2

Substitutio qvando evanescat, 426. 1

Substitutio filiis mente captis, & surdis & mutis qvaliter à parentibus fieri possit, 393. 2

Substitutio habet vim juris accrescendi. 411. 1

Substitutio in spurium facta qvo modo valere possit, 381. 3

Substitutio in vicem facta fuisse dicitur, qvando substitutio facta est ultimo morienti in tota hæreditate. 397. 2

Substitutio interpretanda est, ut sit statuto conformis, uti statutum facit differentiam inter masculos & feminas, 414. 2

Substitutio in utilis per verba directa robur accipit à clausula codocillari. 400. 3

Substitutio modis pluribus inutilis fit, 404. 1

Substitutio pupillaris in tabulis diversis fieri potest, 399. 3

Substitutio tollitur per arrogationem. 664. 1

Substitutio qvælibet dicitur conditionalis, 421. 1

Substitutio reciproca facta filiis puberibus & impuberibus, non continet pupillarem, 407. 1

Substitutio sic ut etiam institutio, facta in re certa, trahitur ad hæreditatem universam, 423. 1

Substitutio superstitum & præmortuorum liberorum in stirpem, facit ut fratrum filii una cum patruo succedant, 422. 4

Substitutio verbis: Instituit atqve substituit, concepta continet pupillarem, 403. 4

Substitutio vulgaris exspirat hæreditatis aditione, 427. 1

Substitutione facta ultimo morienti in tota hæreditate dicitur in virem facta substitutio, 397. 2

Substitutionis spes etiam deficiens qvomodo transmittatur ad hæredes, 422. 3

Substitutionis verba si in rem scribantur, intelligitur gravatus restituere qvi rogari poterat, 391. 3

Substitutis agnatis, familia seu stipite domus testatoris, præferuntur remotioribus in gradu proximiores, 409. 1

Substituto mortuo ante, qvam casus substitutionis veniat, spes substitutionis exspirat, & non transmittitur ad hæredes, 421. 1

Substitutus admittitur decedente instituto etiam in vita testatoris, virtute illius clausulæ: vulgariter, Pupil-

Digitized by Google

Pupillariter & per fideicommissum, 428. 3.
Substitutus excluditur si non curat dari tutorem pupillo intra annum, 428. 4
Substitutus incapaci dari potest. 521. 14
Substitutus non admittitur per mortem alterius copulativè instituti, 397. 3
Substitutus pluribus verbo universali non admittitur nisi mortuis omnibus institutis, 397. 2
Substitutus qvando succedat monasterio excluso, 394. 2
Substitutus retinens legitimam legis auctoritatem, non peccat, 403. 5
Substitutus substituto an intelligatur substitutus instituto, 418. 2
Substitutus succedit non tantum in bonis testatoris, sed etiam pupilli, 423. 2
Substitutus utrum excluditur ob filios hæredis, qvi momento post mortẽ patris vixerint, 412. 1
Substitutus vulgaris qvando possit hæreditatem adire, 426. 2
Succedentes ab intestato post mortem patris nulla promissione & conventione præcedente possunt sponte sua donare spurio filio defuncti, 520. 11
Successio ex testamento an regulariter secundum naturam successionis ab intestato 409. 1
Successio feudorum & regnorum est in infinitum. 613. 1
Successio fratris & filiorum alterius fratris secundum juris ordinem est in stirpes, 382. 3
Successio hæredis extranei prohibita non censetur alienatione generaliter prohibita. 610. 2
Successio ubi sit in capita, erit in stirpis voluntate testatoris. 410. 2
Successionis prima causa est filiorum. 336. 9
Supellectilium appellatione, qvæ contineantur. 549. 4
Super dolo præterito transigi potest. 628. 3
Supplementum legitimæ dari debet in una pluribusve rebus judicis arbitrio. 329. 2
Surdus & mutus natura non habent testamenti factionem. 297. 1
Surdus qvo remedio possit disponere. 297. 2
Surripiens aliqvid in ludo, qva actione teneatur. 144. 1
Suus, sua, suum pronomen restringi legatum rei com-

communis in parte tantum testatoris. 545. 2

in Syndicatu contra judicem agens, qvomodo petitionem rectè formare debeat, ne oneret se superflua probatione. 808.1.caut.

T.

Tabelliones ex se instrumentum inter partes dictare debent, cum ad hoc teneantur 155. 1

Tacens in judiciis consentire videtur. 800.1

Tacitam fidem accommodasse non dicitur, palam rogatus restituere incapaci 519. 8

Tantum est dictio taxativa extensionem non impediens 425. 5

Tempus adeundi hæreditatem etiam ignoranti currere potest 462. 1

Tempus in dubio censetur adjectum in favorem hæredis, & non legatarii. 580.2

Tempus limitatum producit effectum, 348. 1

Tempus pignoris vendendi lege statutore breviari potest 181. 1

Terminus ad deliberandum dandus est hæredi dubitanti de viribus hæreditatis. 431.1

Terminus ad deliberandum, & deliberatè respondendū dubitanti dari debet, 431. 1. & 764. 3

Terminus assignatus alicui ad agendum, si elapsus fuerit, post terminum audiendus est, nisi judex pronunciaverit eum amplius audiendum non esse. 748. 1

Terminus contra contumacem datus qvando absenti incipiat currere 874. 1

Terminus datus hæredi ad proponendum exceptiones omnes, excludit eum à beneficio inventarii, 436. 2

Terminus hæredi hæreditatem adire cunctanti præfigendus est 455. 2

Tertius ne appellet tanqvam tertius, si ipsi alia via consultum esse poterit, 819.

Tervisinum statutum de præsentatione pretii. 670. 3

Testamentum an fieri possit ita & taliter, ut nullo modo revocari possit 321. 3

Testamentum cæci, qvam solennitatem reqvirat. 280.1

Testamentum cancellatum per testatorem dicitur revocatum, 366. 3

Testamentum est nullum, si filius instituatur hæres sub conditione non potestativa sive casuali 334. 2

Testamentum facere prohibitus, potest donare causa mortis 295. 7

Testamentum factum, utrum revocari possit coram septem

Digitized by Google

ſeptem teſtibus, alio teſtamento non facto, 365. 1

Teſtamentum illius, qvi tempore mortis inteſtabilis erat, non valet, 369. 1

Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valet inter literos. 311. 6

Teſtamentum in ſcriptis qvomodo fiat. 302. 1

Teſtamentum in ſcriptis vel nuncupativum, de qvo non fuerit rogatus notarius, fidem in judicio non facit, 302. 2

Teſtamentum ingreſſu in religionem perinde rumpitur ut agnatione poſthumi, 396. 1

Teſtamentum inter liberos ſuſtinetur eo modo, qvo valere poteſt. 336. 7

Teſtamentum monachi factum ante ingreſſum monaſterii utrum valeat, 370. 3

Teſtamentum non fit nuda voluntate, ſed verbis teſtatoris, 313. 2

Teſtamentum non valeret, ſi ante ipſius aperturam unus teſtium moreretur, qvi ſubſcriptionem ſuam & ſigillum cognoſcere non poſſet 313. 1

Teſtamentum patris filiæ præteritione ſic ut & filii præteritione rumpitur. 346. 2

Teſtamentum per arrogationem rumpitur 321. 2

Teſtamentum per qvæ verba non poſſit impugnari agnatione poſthumi, 343. 3

Teſtamentum poſterius tollit prius, etiamſi ex poſteriore non adeatur hæreditas, 366. 4

Teſtamentum qvot teſtes reqvirat 631. 1

Teſtamentum rumpitur nativitate poſthumi etiam nati in octavo menſe, 362. 1

Teſtamentum ſi non valet ut teſtamentum vires codicillorum obtinet, ſi codicillaris clauſulæ ſit inſerta, 440. 1

Teſtamentum totum corruit, ſi teſtator debeat ipſum totum, ſecus, ſi partem ejus aliqvam tantum, 371. 1

Teſtamentum valet, licet in conſultò fuerit aliqvid in eo deletum, ſi legi poſſit, 373. 1

Teſtamentum vires capere poteſt à ſubſtitutione vulgari, 426. 2

Teſtamenti mutandi libertas non eſt auferenda, 320. 6

Teſtamenta duo ſi die fiant eodem, nec appareat, utrum prius poſteriusve factum

Digitized by Google

factum sit, neutrum valet, 365. 1

Testamenta militum valent, non obstante vitio præteritionis 660. 1

Testamenta sine hæredum institutione non valent 374. 1

Testamenti executores, si clericus & laicus fuerint, ad exeqvendum per judicem ecclesiasticum compelli debent 723. 5

Testandi facultas non tollitur per contractum factum in testamento 590. 2

Testator alienandi potestatem dare potest hæredi hæreditatem restituere rogato. 640. 2

Testator an possit usum fructum relinqvere uni, & proprietatem alteri 562 1

Testator caveat à verbis generalibus 629. 1

Testator facere potest, ut non transmissibile ad hæredes transmittatur 652. 2

Testator ita testari voluisse præsumitur, qvaliter de jure testari eum oportuit. 363. 4

Testator jus accrescendi in legatis prohibere potest 540. 2

Testator legaturus etiam qvod debebitur ex causa oritura post testamentum, qvomodo verba concipere debeat 589. 3

Testator nolens matrem, uxorem vel alium molestari per hæredem, qvomodo provideat 622. 2

Testator non conseqvitur veniam peccatorum à Deo, nisi remiserit injurias 630. 1

Testator non potest sibi legem imponere, ne possit à priore voluntate recedere 318. 1

Testator potest dare facultatem exeqvutori agenti contra debitores & contra hæredem procuratoremqve faciendi 486. 1

Testator potest incapaci facere substitutionem, si eum hæredem instituat 521. 14

Testator potest prorogare tempus exeqvutoribꝰ à lege datum. 483. 1

Testator præcipere potest, ut ad discordias sedandas compromissum fiat inter cohæredes 618. 1

Testator qvamvis interesse taxare non possit facere tamen potest, 624. 1

Testator ut interesse declaretur juramento legatarii moram possi 624. 2

Testator rogare potest successuros pupillo, ut legitimam restituant 638. 1

Testator si coram septem testibus dicat, volo decedere intestatus, scriptus hæres hæreditate privabitur, 366. 2

Testator si relinqvat filiæ mille si nupserit, si vero mona-

naste-

nasterium intraverit, relinqvat ei tantummodo centum, an, si monasterium ingressa fuerit, mille habere debeat . 529. 1

Testator sit cautus in secundo testamento, dum revocat prius, ut adjiciat donationes causa mortis cum clausulis derogatoriis 821. 8

Testatore permittente, legatarii & fidecomissarii possunt autoritate propria accipere possessionem rerum relictarum, etiam ex testamento non solenni 633. 3

Testari minus est, qvam testificari 629. 5

Testatoris expressa provisio tollit tacitam legis provisionem, 395. 3

Testatoris filii repudiantes hæreditatem, repudiationis instrumentum, statim facere debent 441. 2

Testatoris præceptum nudum non relevat, 610. 1

Testatoris provisio, si hæres fuerit, provisionem legis facit 489. 2

Testatoris voluntas talis fuisse præsumitur, qvalis de jure esse debet, 363. 4

Testatoris voluntas implicita non minus valet qvam explicita, si voluntas per scripturam declaretur 316. 2

Testatoris in testamento multum operatur 549. 2

Testatoris ordini juris conformis esse debet, 382. 3

Testatoris qvibus modis explicetur, 595. 3

Testatorisne proximitas an hæredis inspiciatur in substitutione, 411. 3

Testator si relinqvat alicui usumfructum fundi alicujus, & postea in bonis suis alium hæredem suum pleno jure faciat, hæres ipse concurrit ad ipsum usumfructum legatum unà cum legatario, & sic dimidium habebit 159. 1

Testimonium testis de sensu proprio auditus verborum alterius valet: qvando ipse testis loqventis vocem notam habeat: licet personam loqventem non videat 750. 2

Testificatio per juratos testes facta partibus absentibus non probat 812. 6

Testificatis didicitis non licet alios testes producere 785. *

Testis an possit esse salariatus. 794. *

Testis commodum sentiens si dictum suum valere velit, renunciet ei 766. 2

Testis corrigere potest suam depositionem etiam post aliqvod tempus, sed ex causa tantum 783. 2

Testis exhiberi sibi primam

mam depositionem petere potest, si secundo examinetur 776. 1
Testis falsarius pœna falsi tenetur. 790. 1
Testis falsꝰ repellitur 290. 2
Testis infamis qvomodo fiat ut postea repellatur jure 789. 1
Testis negativam meram astruens, eo ipso incurrit falsum 790. 1
Testis reproduci non potest post publicata & didicita dicta testium 783. 1
Testis reproductus ut crimen falsi evitet. 784. 1
Testis & notarius æqviparantur, 372. 3
Testis rogatus semper idoneus est, qvantumcunqve aliàs in habilis sit 767. 2
Testis qvod incontinenti se corrigere voluerit, non præsumitur 777. 1
Testis secundo examinandus potest dicere, se deponere, ut prius deposuerat 776. 2
Testis secundo examinandus potest protestari, se plura non scire, qvam antea dixit 777. 2
Testis varians an possit puniri de falso 788. 3
Testis præsumitur corruptus 782. 1
Testis deponens in causam, ex qva sibi commodum resultaret, non tenet 765. 1
Testis deponens per verbum nedo, regulariter non probat 774. 2
Testis conditio recipitur tempore delati juramenti, & non publicati processus tempore 773. 2
Testis dictum de audita an valeat qvando paries, vel cortina est in medio inter testes, & contrahentes 750. 1
Testis ejusdem productio qvid operetur 784. 1
Testis extrajudiciale primum prævalet secundo judiciali posteriori 788. 4
Testis extrajudiciale primum prævalet secundo judiciali ex opinione Barto. 787. 1
Testis judiciale secundum prævalet primo extrajudiciali 788. 2
Testis dictum valet, si deponat de maleficio de nocte commisso ad lumen lunæ 864. 1
Testis nihil valet, nisi sui dicti rationem concludentem assignaverit 780. 1
Testis domestici testificatio valet, qvando sunt testes instrumentarii 767. 4
Testis variantis pœna, 776. 1

Digitized by Google

Testis varians præsumitur corruptus 782. 1
Testis verbosus esse non debet 781. 3
Testis unius reproductio qvid operetur. 784. 1
Testis vocatus, eo ipso approbatus videtur per eum, qvi ipsum vocari fecit 767. 3
Testis ad perpetuam rei memoriam etiam lite non contestata, regulariter examinari possunt 779.1
Testis testes alii produci possunt post didicita testificata, si priores non bene sint examinati 784. 2
Testes idonei non sunt parentes pro liberis, & liberi pro parentibus, 766.1
Imperfecte conventionem partium narrantes, an probent 782.1
Testes non possunt produci regulariter post didicita testificata 785. 1
Testes produci non possunt conclusum in causa 770.1
Testes secus est de jure canonico 770. 2
Testes reproduci possunt officio judicis etiam post renunciationem productionis 786. 2
Testes qvotiescunqve aliqvis in judicio producit: tenetur eis expensas facere, & omnia necessario administrare 746.2
Testes testamenti debent videre testatorem, 361.3
Testes testium interrogationes solent fieri ad illius instantiam contra qvem testes examinantur 775. 2
Testibus convictis de falso, sententia retractatur 947. 12
Testi uni deponenti de metu magis creditur, qvam pluribus testibus deponentibus alio modo 162. 1
Testes duo cum presbytero parochiali vel qvatuor sine eo sufficiunt ad testamentum de jure canonico, 306. 3
Testes duo item probant tenorem & solennitatem testamenti 308.6
Testes examinandi sunt ad futuram memoriam, qvando testamentum est factum sine scriptura vel in scriptura privata, 359. 1
Testes fœminæ in testamento esse non possunt 308. 7
In causa ingratitudinis examinari possunt vivente patre ad futuram rei memoriam. 327. 4
Testes incodicillis etiam non rogati esse possunt, 361. 2
Testes in codicillis etiam feminæ esse possunt. 308. 7
Testes qvi adhiberi non pos-

possint ad testamentum 304. 2

Testes qvinq; sufficit adhiberi tempore pestis, etiamsi testamentum fiat in civitate 305. 2

Testes qvinq; similiter sufficiunt in donatione ex causa mortis. 504.4

Testes septem in testamentis reguraliter reqviruntur 305.1

Testes sunt describendi cum expressione nominis adjectis duabus qvalitatib9 305. 5

Testes testamentarii rogatisse debeat videre debeat testatorem, 360. 1

Testificari plus est qvam testari 629. 5

Testis æqviparatur notario 372. 3

Titulus institutionis est utilior & honorabilior titulo legati. 333. 1

Torturæ terrorem si judex reo injecerit, appellare non potest. 909. 1

Totum, de qvo qvæstio est, probandum est 359. 2. & nu. 3

Transigens de crimine confiteri videtur. 884. 1

Transmissibile qvod non est, fit transmissibile voluntate testatoris. 466. 8

Transmissio hæreditatis non fit contra voluntatem testatoris, 420. 2

Transpositio verborum nō nocet, si non faciat perplexitatem, 2. 3

Trebellianica de relicto ecclesiæ non detrahitur, secus de relicto personis, aut collegio seu fraternitati. 512. 2

Triticum venale qvando comprehendatur in legato, 580. 3

Tunc factio vulnus est 887. 2

Tunc dictio qvam vim habeat in substitutione 397. 4

Tunc est demonstrativa non taxativa 425. 4

Tutor à tutelæ administratione modis qvinq; absolvi potest 244. 1

Tutor cogitur per judicem facere inventarium & librum rationum ex causa, non obstante prohibitione & remissione testatoris, 439. 4

Tutor cogitur reddere rationem administrationis suæ 491. 1

Tutor habenti tutorem dari non potest 491. 1

Tutor qvi reportorium non fecerit, ut suspectus de furto, à tutela removetur, 438. 1

Tutor tenetur facere inventarium & librum rationum, 438. 1

Tutor testamentarius præfertur matri 491. 2

Tutor

zed by Go

Tutor nomine tutorio & etiam suo obligare se potest 42.1

Tutor si una die petatur, & ille eadem die à judice datus fuerit, qvo casu talis datio nullius momenti ipse dicatur 13.10

V.

Vasallus non cadit ipso jure, jure suo, sed reqviritur sententia per judicem competentem facta. 810.1

Vasallus si duobus vendidisset, & secundo prius tradidisset possessionem, an tunc secundus præferatur. 109.1

Venale triticum qvando comprehendatur in legato. 580.3

Venalia appellatione mobilium legatorum non continentur. 581.1

Venalia legato generali non conveniunt. 581.1

Venalia non cedunt legato. 579.1

Vendens fructus domus pro centum annis an alienare videatur. 101.3

Venditio, & non res, est in legato, qvando testator jussit rem vendi. 611.8

Venditio non dicitur probata, licet testes dicant, se interfuisse venditioni, nisi probentur reliqva, qvæ sunt de substantia venditionis, 359.3

Venditor qvando non teneatur de evictione. 263.3

Verba adversarij qvi non acceptat, ex illis se juvare non potest. 799.1

Verba Alius, Alia, Aliud referuntur secundum naturam ipsorum ad ea qva non sunt expressa, 386.3

Verba communia in substitutione qva sint. 405.6

Verba eo casu, qvam vim habeant in substitutione. 397.4

Verba generalia testatori fugienda sunt. 629.1

Verba insolita suspecta sunt. 310.2

Verba legis ad qva non adaptantur, ad ea nec dispositio testatoris adaptatur. 532.4.

Verba obliqva qva sint in substitutione. 405.5

Verba pleno jure, continent etiam commodum fructuum, 386.2

Verba Principis ita sunt interpretanda ut aliqvid importent. 344.2

Verba protestationis hæredis debent concipi in tempus futurum. 467.3

Verba qva dubitationem tollunt, satis operantur. 310.1

Verba si hæres non erit, qvomodo explicanda sint, 420.1

Verba

Verba statuti intelligenda sunt in significatu potiore. 662. 1

Verba substitutionis si in vem scribantur, intelligitur gravatum restituere qui poterat rogari. 391. 3

Verba enunciativa bene meritorum in donatione posita quid operentur. 60. 2

Verba injuriosa alicui dicens, ex verbis injuriosis tenetur. 879. 1

Verba ponenda secundum propriam significationem. 2. 5

Verbis directis utendum non est in codicillis. 502. 1

Verbis in re dubia serviendum est, nec licet à propria significatione recedere. 594. 1

Verbis alienationis quid comprehendat. 616. 3

Verba dotis an in ingrediente monasterium verificetur. 533. 6

Verbis legati etiam universitati adjectum non habet vim institutionis. 506. 1

Verbis liberi collectivum est, 384. 4

Verbis unum etiam impropriè capi potest ad hoc ut aliquid operetur. 476. 5

Veritatis amici esse debemus. 452. 9

Via debetur prædio legato. 587. 2

Vicarij quomodo constituantur vel revocentur. 710. 1

Victus ex vel si quis in tant. C. unde vi non debet privari beneficio appellationis. 818. 1

Victus in possessorio regulariter non appellat. 823. 1

Vidua, consensu viri vel filiorum secundo nubens, caveat intra annum nubere. 600. 4

Vidua convolans ad nuptias secundas perdit dominium rerum, quas habuit à primo viro. 600. 1

Vidua succedit in quarta parte bonorum viri, vel, pro virili, quando matrimonium est sine dote vel cum parva dote. 658. 1

Vigilantibus jura scripta sunt. 692. 2

Vis dictionis Tunc in substitutione. 397. 4

Visis libris tantum in arduis causis respondendum. 700. 1

Vita pupilli quomodo tuta esse possit ab insidiis substituti. 855. 3

Vita mutatio de malo in bonum, de facili non præsumitur. 855. 3

Vitium præteritionis testamenta militum non rumpit. 660. 1

Vitium tollitur per clausulam codicillarem. 353. 3
Universalis ratio requirit veritatem omnium particularium. 397. 2
Unumquodque naturalissime dissolvitur ut ligatum est. 476. 4
Voluntas libera pluribus modis demonstratur. 775. 3
Voluntas testatoris ambulatoria est usque ad exitum vitæ supremum. 590. 1
Voluntas etiam tacita sufficit ad tollendas repetitiones, 604. 3
Voluntas testatoris præcisè servanda est, & commutari non potest. 484. 4
Voluntas verbis præferenda est. 595. 3
Voluntas ultima reperitur in genere. 510. 7
Voluntatis declaratio fit etiam ex actu testandi. 591. 2
Voluntatis mutatio non præsumitur, quando alienatio facta fuerit titulo oneroso. 491. 3
Voluntati meræ alterius relictum committi non potest, nisi ad pias causas. 275. 1
Votum non revocandi testamentum minime valet. 317. 1
Votum, sicuti alia res, regulariter dependet à voluntate & conscientia nostra. 936. 1
Usucapio inducta est bono publico. 634. 1
Usufructuarius cogitur præstare cautionem de utendo arbitrio boni viri & restituendis rebus in fine. 573. 1
Usufructuarius habens licentiam vendendi pro suis alimentis non tenetur præstare cautionem. 574. 4
Usufructuarius non facit fructus suos, si petitam cautionem non præstiterit. 573. 1
Usufructuarius omnium bonorum an teneatur ad onera aliena. 571. 6
Usufructuarius regulariter cavere tenetur, quod ipse usurus & fruiturus sit re arbitrio boni viri. 268. 1
Usura cur in mutuo prohibita sit. 254. 3
Usuræ digestorum tempore prohibitæ non erant. 254. 2
Usuræ prohibitæ sunt. 269. 2
Usurarij hæres potest transigere cum episcopo. 301. 4
Usurarij manifesti testamentum quomodo subvertatur vel convalescat. 299. 3
Usurarius manifestus si testetur cautione non præstita de usuris restituendis, ejus

ejus dispositio non valet. 299.1

Usurarius sic ut potest testari, ita non potest donare causa mortis. 299.2

Usufructus adventitiorum acquiritur patri. 514.1

Usufructus alteri relictus non minuitur per legatum proprietatis. 572.3

Usufructus est pars substantialis fundi. 572.2

Usufructus finitur morte usufructuarij. 561.1

Usufructus homini relictus, morte & capitis diminutione finitur. 575.3

Usufructus jus alienari non potest. 583.1

Usufructus monacho temporaliter relinqui potest, quamdiu Abbas ei non fecerit quaestionem super eo. 539.2

Usufructus quando transeat ad haeredes usufructuarij. 576.4

Usufructus quomodo monacho cautè relinquatur. 539.1

Usufructus relictus uxori usufructuaria omnium bonorum minuitur per institutionem haeredis universalis instituti pleno jure, 385.1

Usufructus si relinquatur uxori, & post ejus mortem alius haeres instituatur ei, an valeat legatum. 567.1

Usufructus singularium praediorum uxoris an sit integer propter existentiam filiorum. 566.2

Utilitas possessionis quanta sit. 450.7 & 454.1

Utilitas sequestrationis possessionis quanta sit. 454.2

Vulnerans aliquem primò si ille vulneratus à secundo occidatur, de jure canonico de occiso tenetur. 933.2

Vulneratus ab aliquo lethaliter, si ab alio occidatur, primus vulnerans de occiso non tenetur. 932.2

Vulnus quid. 887.1

Uxor, cui aliquid legatum fuit sub conditione hac, si dotem non petierit, si dotem ab haerede etiam sponte solvente recipiat, cadit à legato. 599.1

Uxor cui legatum est, si vidua remanserit, consequitur legatum, etiamsi secundo nupserit, quod sufficiat conditionem momento extitisse. 568.1

Uxor in sepulchro viri sepelienda est. 553.1

Uxor relicta usufructuaria singulorum praediorum, an habeat integrum usumfructum etiam unius filij. 567.2

Uxor viro secundo plus relinquere non potest, quam reliquerit alicui è liberis matrimonij primi. 507.1

Uxor

Uxor relicta usufructuaria domina & massaria non habet fructus integros, sed alimenta tantum superstitibus liberis communibus. 565. 1

Uxor non habet querelam inofficiosæ donationis. 658. 2

Uxor usufructuaria prohibita ne alienat, dicitur domina rerum. 561. 1

Uxor usufructuaria quando concurrat cum legatariis prædiorum in usufructu. 573. 2

FINIS.

ANT 1319148

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

988

I 42

Digitized by Google

Digitized by Google